*Primordiuz hui⁹ artis eſt a ſexu.*

¶ His aūt premiſſis ex quib⁹ ſcit cauſa probabilitatis hmōi iudicij membroꝝ exterioꝝ oēs ponamus phyſionomias que a primo occurrunt: ſunt diſcretio ſexus maſculini ꝛ feminini. Uidemus igit maſculinū animū vt in plurib⁹ vehementem eſſe ad impetus facilis odij: liberalē apertū qui nō facile hebetat aut circūuenit re aliq vel ingenio vincentez per virtutē ſtudioſum magnanimum ſtrēnuū ꝛ cetera hmōi videmus cōuenire viris: feminis ecōtra: miſericordes timidas facile cedentes paſſionibus laboris impatientes auaras ſubdolas ꝛ timidas.

*Qualr dxtrū ꝛ ſiniſtrū i mare ꝛ femia diſtinguuntur.*

¶ Dextra poſt hoc ꝛ ſiniſtra attēdenda. In femina eni dextra mior ꝛ maior eſt pars ſiniſtra tam in manibus qꝫ in pedibus. In mare aūt ecōtra minora ſiniſtra ꝛ maiora ſunt dextra. ¶ Si quis igit mas ꝓprietatem in hac femine accipiat aut femina ꝓprietatem maris certe ſignum eſt: ꝙ iactator eſt ꝛ mendax: ſicut ꝛ ipſe partes mēdoſum ſexū ſibi aſſumpſerunt. ¶ Deinde incipiamus a ſūmo qd eſt capillatura dicentes ꝙ capilli ſtabiles vel nigri vel aquatici coloris ſordidi ꝛ craſſi animū indicãt violētū: ꝛ ſunt ſimiles tales apro vel ſui qui talē hꝫ capillaturã ꝛ violentus eſt aper ꝛ vrſus. Capilli aūt molles ꝛ vltra modum tenues rubei penuriã indicãt ſanguinis ꝛ hebes ingenium ꝛ pigrū preloquunt. Si aūt ſint capilli nimiū criſpi ꝓnūtiãt ſubdolū aſperū timidū ꝛ lucri cupiduz. Capilli ỽo depreſſi nimiū ꝛ forte iminentes ferū declarant animū ꝛ his cōcordat capitis vrſini capillatura: ꝓpter qd tales vrſinos homines Plato eſſe ꝓnuntiauit. Si aūt ſint ſupinati ſupra mediam frontē ad cerebrū reſpicientes: callidū qdē in nequicijs: ſed nimis ſapientē ꝓnunciant. Capilli aūt rigidi ꝛ rari timidū ꝛ frigidū eſſe ꝓnuntiant: capilli aūt flaui ꝛ craſſi albidi indociles dicūt eſſe ꝛ feros: ſicut eſt capillatura eoꝝ qui multū ſunt ad aquilonē. Si aūt ſunt denſi capilli ꝛ vaſti circa timpora ꝛ circa aures callidū ꝛ libidinoſuz dicunt eſſe hoiez. Si ỽo ſint tenues ꝛ rari iuxta timpora frigidū ac ſine virib⁹ hoiem oſtendunt: capilli ỽo ſubnigri ſi ſint moderate tenues: vt dicit Palemō: bonos indicant mores ꝛ bonã hois cōpoſitionē: hoc idē oſtendunt ſubflaui moderate tenues. Auicē. aūt dicit ꝙ multa vltra modū capilloꝝ denſitas ꝛ groſſicies iuuentute maniã in ꝓceſſu tēporis preloquntur: ſi recte linea ad quã capilloꝝ terminet generatio deſcēdit ꝛ iminet fronti pretendit hominē animoſum ꝛ miſericordez. ſi aūt ecōtra exhalat a fronte ſignificat calidū decalnabilē ꝛ parui intellectus hominē. Si aūt vltima linea poſt ſuccipūt ad quã deſinit capilloꝝ generatio deſcēdit verſus ceruicem indicat calidū in nequitijs ꝛ inſipiētem in bonis ꝛ libidinoſum. Si aūt eadez linea multū exhalat a ceruice ſignabit femineū timidū tardū ꝛ iracundū. ¶ Cutis etiaz capitis ſi fuerit rugoſa: vel vltra quã dꝫ modū laxa indicabit reſolutū ꝛ mollē. ſi aūt ſit dura ꝛ denſa ꝛ cōſtricta laudis amatorem ꝛ ꝓpe ſtolidū hominē preloquit: ſed optimū eſt in cute capitis tēperatū quo nec laxa nimis nec vltra modū ſit ſtricta. ¶ Caput aūt cum aliquãdo maius eſt qꝫ cōgruit ſenſus augmentū ꝛ virtutē ꝛ magnificentiã indicat ſicut dicit Lorus: ſi tñ enorme ſit caput ex vētoſitate ipedit ſenſum ꝛ ỽtutē ꝛ pōdere ſuo iclinabit ad humeros. Caput aūt globoſum breue ſine ſenſu ꝛ ſapiētia ꝛ memoria eſt: ꝛ iprudētie eſt ſignū. Caput ãt enormiter ꝓlixū ē iprudētie ſignuz: ꝛ ſi ſit humile ſuperi⁹ ꝛ qſi planū iſolētie ꝛ diſſolutiōis dãt idicia. Si aūt ſit moderatū bonū idicat ingeniū ꝛ magnū ſenſum. Aliqñ tñ iuenit timidū ꝛ liberale: imenſuz aūt eſt ſtultū: ſtolidum ꝛ vehementer indocile. Caput ỽo oblique mēſurationis deſignat ipudentiaz: ꝛ ſi emineat in prima parte inſolentiã dicit. caput aūt qd in priori parte eſt vallicoſuz qſi ſit cōcauū dolis ꝛ iracūdie eſt deditū: caput aūt magnū cuz lata fronte ꝛ vultuoſitate magna tardū pigrū ꝛ aliquando demonſtrat indocilem. caput aūt oblongū aliquantulum ꝛ malleo ſimile ꝓuidum hominē circūſpectū ante ꝛ retro indicat. caput etiã rectū qd in medio eſt planum ꝛ medie magnitudinis ſēſib⁹ viget ꝛ magnanimitatē declarat. ¶ Frōs anguſta nimiū indocilē inquinatū voracez ſignificat. Frōs autem magna valde vt dicit Ariſto. ſignificat ponderoſuz declinantem ad ſtultitiam. parua autem mediocriter ſignificat bonitatem motus: lata ỽo paruitatez ſignificat diſcretionis. Rotunda ỽo iracundiam deſignat: oblonga ỽo vigorem pretendit ſenſuum ꝛ ſunt dociles tamen vehementes aliquãtulum: habere autem humilem ꝛ dimiſſam frontem ſignificat verecundum ꝛ turpia non admittentez: que curua eſt ꝛ alta eſt ad rotunditatem tendens ſtoliditatis eſt indicium. Frons autem quadrata moderate magnitudinis congruens capiti ꝛ vultui magne virtutis ꝛ ſapiētie ꝛ magnanimitatis eſt indicium. Qui autem frontem planam habent atqꝫ continuam vendicant ſibi honores vltra merituz. quibus aūt caput iminet ſuper frontē tanqꝫ frons obducta ſit eo inſolentes ꝛ diſſoluti ſunt. quibus aūt ꝯtrahit in medio tanqꝫ ſit obſtricta ſunt iracūdi. qui aūt rugas frontis ſup habēt retractas magna cogitare conſueuerunt ꝛ ſunt melãcholici. qui aūt laxam ꝛ tanqꝫ arridentē habent frontis cutē: blãdi quidē nō tñ ſunt innoxij. ſunt eni blanditores palaz ꝛ in occulto detractores. Quibus autem frons

asp̄ere cutis est sicut collis ⁊ ꝯcaua sicut defossa v̄suti ⁊ aspe
ri sunt.⁊ forte aliq̄ñ fiunt insani ⁊ stulti:qui v̄o frontē tenuē
habēt in pelle securi sunt.¶ Supcilia aūt que sūt sub fron/
te qñ fuerint recta q̄si linee ⁊ lōga:significaꝛ in eis mollicies
⁊ femineitas ⁊ flexibilitas:⁊ qñ fuerint arcualia vsq̄ ꝯiun/
gant ad coltū nasi:significant leuē ⁊ subtilez ⁊ studiosum in
oibus operib⁹ suis.si aūt ibidē coeūt tristē hoiem ⁊ parum
sapientē demōstrat. Si aūt arcuositas declinat ad timpora
⁊ gibbositates genarū significaꝛ negligēs ⁊ male disponens
regimē vite.pili aūt supcilioꝝ si sint refracti versus frontē
dicūt animosum:stultū:⁊ iracundū.si aūt sint longoꝝ ⁊ mul
toꝝ piloꝝ significant meditantē magna : ⁊ ferūt q̄ si tenues
vel nullū omnino habeant pilū significant destructionē in/
terioꝝ:sub supcilio est id qd̄ vocaꝛ ciliū:qd̄ est lachrymale
oculoꝝ:⁊ sunt duo in vtroq̄ oculo:vnū qd̄ eminet ⁊ alteruz
qd̄ subiacet:qd̄ v̄o est intra oculū est humiditas siue humi
ditates que sunt in oculo per quas est visus:⁊ foramen per
qd̄ videꝛ est pupilla : ⁊ qd̄ sequiꝛ pupillā circūfusuz eidē di/
ciꝛ nigredo oculi ⁊ qd̄ est extra illā albugo oculi vocaꝛ:⁊ de
numero partiū oculi sunt anguli cilioꝝ:quoꝝ vnus est apd̄
ciliū nasi ⁊ alter apud gibbū gene.Cū ergo lachrymale siue
ciliū ⁊ hoc qd̄ sequiꝛ angulū oculi fuerit valde paruū subti/
le significaꝛ malitia dispōnis ⁊ malitia cōsuetudinis ⁊ figu/
re:⁊ qñ idem locus fuerit multe carnis:sicut accidit oculis
milui significaꝛ astutia siue caliditas mala.qñ aūt superi⁹
ciliū q̄si inflatū aliquātulū pendēs sup oculum significat so/
mnolentū ⁊ q̄si ligatos visus habētes.si aūt inferius fuerit
grossum spissum significat vinolentū.si aūt sit tenue iferius
⁊ retractū:ita q̄ nō cooperiat oculū destituta iterioꝛa signi/
ficat ex siccitate:⁊ sic est infirmus aliquis tale cilium ex infir
mitate accipiens iminere significat mortem.

## Cap.3m. De physionomia accepta in dispositione oculoruz.

Scias aūt q̄ oia genera aialiū habent oculos:
q̄ aliter ducē vie non haberēt:dico aūt genera
pfecta. Imperfecta aūt maxime carēt sensu vi
sus ⁊ oculis.habēt aūt aialia oculos incomple
tos. Ab hac aūt generalitate excipiunꝛ q̄dam
marinoꝝ que habēt coriū durum simile teste:
⁊ sunt plura genera ostreoꝝ q̄ in illis nō inueniunꝛ oculi:s;
dura pellis est sup loca oculoꝝ suoꝝ:oia v̄o aialia que simi
lia generāt oculos habēt p̄ter talpā que grece vocaꝛ colty.
hec eni est priuata oculis vt videꝛ.nihil eni oino videt ⁊ er
rat icedēs qñ de terra egrediꝛ:s; hoc experimēto ꝓbaui q̄
pellis sui capitis in loco oculoꝝ plana est ⁊ tenuis alba sine
pilis ⁊ clausa tota q̄ nec signū habet diuisionis:⁊ qñ subtili
ter incidi eā nihil oino inueni nigredinis:nec mãe oculoꝝ:
sed carnē inueni ibi humidā magis q̄ alibi:⁊ recenter erat
capta talpa:ita q̄ adhuc palpitabat. Dicit tñ Aristo.q̄ cuz
incidiꝛ pellis in loco oculoꝝ qd̄ inueniꝛ humoꝛ niger ⁊ non
oculus tanq̄ acciderit oculo ei⁹ occasio aliqua per quā de/
structus sit in principio partus sui qñ desixa fuit pellis sup
oculos ex cuius desixione destructi sunt oculi ei⁹:hoc tamē
mirum est:qm̄ occasio nō sit in tota vna specie:q̄ aliter nā
semp peccaret:⁊ iō videꝛ dn̄m esse q̄ non accidit ei occasio
ſm verā ⁊ pfectā rōnē occasionis:sed potius aliqd simile oc
casioni:⁊ cū sit aial qd̄ nō h; extra terrā habitationē ⁊ victū:
sed venaꝛ in terrra lumbricos ⁊ vermes nō erāt ei necessa/
rij oculi:sed eēnt supflui si haberēt eos:q̄ cuz plerūq̄ est in
supficie terre vbi cibus eius habūdat iō nā dedit ei in loco
oculoꝝ pellē tenuē planā depilatā ad quā facta tenui lumi/
nis reflexione sensum accipiat qñ sit sub terra ⁊ qñ nō sit sub
ipsa:qm̄ vita eius nō durat sup terrā:nisi forte spatio vni⁹
hore vel ad plus spatio horarū duarū. In oculis aūt princi/
paliter ꝯsistit ois pfectio physionomie. Dixit eiz Palemō
oculos esse tanq̄ flores aie ⁊ aiam emicare per oculos ⁊ so/
lā oculoꝝ dispōnē per quā animus introspici possit ⁊ oculo/
rū indicia esse principia que oium alioꝝ membroꝝ indicia
subsequunꝛ que in vultu:⁊ si oculoꝝ indicia ꝯfirmant indi
cia ceteroꝝ mēbroꝝ tūc rata dixit esse Lox⁹.si aūt ꝯtrariaꝛ
eis tūc infirmāt ea ⁊ ipsa oculoꝝ indicia p̄ualent:ꝓpter qd̄
etiā oculū verū cordis esse nuntiū affirmauerūt:oēs simul
physionomi.oculi aūt indiciū est valde multiplex ex suba ⁊
coloribus ⁊ figura ⁊ positione ⁊ motu visus sumptuz:oculi
ergo qui tanq̄ guttule nitoris nitidi relucent moꝛes cōpo/
sitos ⁊ gratos indicant.pupille autē iacentes porrecte ante
oculū aliq̄ntulū vanitatē:breues aūt.q.retracte malignita/
tem cordis detegunt.¶ Adhuc aūt sicubi moderati sunt or
bes pupillarū fortia designāt esse aialia quoꝝ sunt.Serpen
tes aūt ⁊ hyene ⁊ simie vniones siue testudines que marga
ritas habent ⁊ vulpes:pupillas habēt paruas:⁊ talis ani/
mus bestiarū significaꝛ in homine cui⁹ pupille sunt parue:
cū altera pupilla sit maioꝛ altera mioꝛ iniquitatē significat:
quoꝝ aūt pupille in girū agunꝛ sit suspensa obseruandum
est vtrū ambe vniformiter agunꝛ sceleribus ⁊ facinoꝛibus
detinenꝛ cuius oculi sic mouenꝛ:vt homicidijs domesticis
aut neandis cibis ⁊ cōuiuijs est pollutus quales dicuntur
esse thyester ⁊ ther ⁊ medee vbi qui hominum viscera ⁊ na
toꝝ deuoꝛauerūt:⁊ qualia sūt eclypia ꝯnubia qui cū matri/
bus ⁊ filiabus turpia cōmertia habuerūt.cū aūt varij mo/
uenꝛ oculi vt mō inuoluanꝛ ⁊ mō currūt ⁊ mō interquiescāt
significant talia iam in animo reuoluisse ⁊ nōdū esse perpe
trata.si aūt cū tali motu pupillarū etiā obscuritas q̄dā assit
cilijs ⁊ supcilijs ⁊ imineat oculis vt nubes:quedā hij gra/
uia scelera versant:⁊ est p̄sagiū q̄ in reb⁹ domesticis iram
diuinā cito debeant incurrere. Desixio aūt pupillaruz in/
gratitudinē hominis demonstrat.oculi aūt qui cū humoꝛe
aliquo stant timiditatis.qui aūt cū nimia siccitate insanie
sunt indicia.si aūt sicci sunt ⁊ pallent mentē attonitā ex insa
nia designant.qui aūt cum stabilitate ⁊ palloꝛe oculoꝝ sup/
cilia erigunt ⁊ spiritū violenter ꝯtrahunt ⁊ ꝯcipiunt incon/
sulti:imites maledici sunt ⁊ iracūdi.stantes aūt diu ⁊ sub/
rubentes:libidinosum significant ⁊ voꝛacem.stantes aūt ⁊
breues valde significant multū auaꝝ lucroꝝ.oculi aūt glau
ci splendoꝛe tū micantes dolosuz ⁊ audacē designāt ⁊ per/
uigilē ad malitiā.oculi aūt stantes parui cū fronte relaxata
⁊ palpebris mobilibus indicant docilem cogitatoꝛē mathe
maticoꝝ ⁊ de nā inquisitoꝛē.⁊ hec sola spēs stabiliū oculorū
approbaꝛ. Raptim aūt moti oculi perturbatū ⁊ suspiciosuz
designant:sed tamē in agendis tardioꝛē.quibus aūt palpe
bre tam velociter q̄ oculi audaces sunt in periculis ⁊ feri.
Qui aūt tardos habēt motus oculoꝝ:pigros ⁊ repentes di
cunꝛ habere sensus:difficile incipientes ⁊ difficile desinen/
tes ꝓpter qd̄ ꝯstat mobilitatis oculorū temperamentū mo
res optimos indicare. Oculi aūt vagi ⁊ circūerrantes si cū
hoc obscuri sint intemperantiā pretendunt libidinis.oculi
aūt magni trementes cū pererrant ⁊ obscuri sunt voꝛacita
tem ⁊ vini intēperātiā cām sue obscuritatis ⁊ tremoꝛis in/
dicant : ⁊ cū hoc intēperantiā veneris ⁊ apoplexiam p̄nun/
ciant.oculi v̄o parui valde glauci sine pudoꝛe sunt ⁊ sine fi/
de ⁊ sine iustitia:tremētes v̄o pui cū oino glauci vt sunt ad
insaniā vergunt. Si aūt nigri sunt cū hoc magis sunt iracū
di q̄ insaniā dicant.fluctuantes aūt ⁊ tanq̄ mestu mobiles
ꝓni qdē sunt in venerē ⁊ voluptatē:nō tū gaudent iniusti/
tijs nec pascunꝛ malis alienis nec maligni sunt neq̄ indoci
biles. Glauci aūt oculi plures habēt spēs.alij eni sūt varij
alij grisei ⁊ sunt sicci:⁊ humidi ⁊ albi. Sicci qdez glauci fe/
ros.humidi aūt glauci melioꝛes sunt siccis.glauci aūt ⁊ al
bidi timiduz designant. Optima aūt spēs glaucoꝝ oculoꝝ
est quando sunt glauci humidi magni ⁊ quieti ⁊ perlucidi.
In hac eni specie oculorū animosus designaꝛ ⁊ ingeniosus
aliquādo āt in guttis gutte q̄dā rubee aut coloꝛis kyanei:
hoc est corrupti sanguinis fetulenti ad milij magnitudinē
circa pupillā oꝛdinate videnꝛ:⁊ hoc turbidū animū ⁊ inui/
dū:sed ingeniū bonū ⁊ acutū ⁊ audacē ostendunt. Pupille
aūt que varie fuerunt demētiā futurā indicāt.op; aūt scire
q̄ oculi qui pure nigri sunt imbecillē ⁊ sine virtute indicāt
animū ⁊ lucri auidū.varietatē aūt in se habētes:eo q̄ ipsa
varietas discreta est:⁊ qñ guttule rubentes sunt aliquātu/
lū ⁊ tamē nigre apparent eo q̄ ad nigredinē declināt signifi
cat animū generosum iustū ⁊ ꝓbū:⁊ ingeniosum.vbi antez
guttule vehementer rubent:⁊ nō oino rotūde:sed aliq coꝝ
tendāt ad q̄draturā ⁊ quedā sunt etiā pallide ⁊ quedā glau
ci ⁊ circuli qui foꝛinsecus ambiunt pupillas sint sanguino/
lenti ⁊ sint magni oculi ⁊ nitoꝛ pupille moueaꝛ vt mouetur
palpebra significabunt huiusmodi oculi animū qui omnez
excedit morē feraruz. Quicquid eni infandoꝝ cogitari pōt
hmōi oculis perpetrabile nec a domestico sanguine vel ab
aliq̄ cessabunt ipietate;vnde Palemō talē sui tēpoꝛis ho/

minem vocauit quez sceleratissimũ esse dixit. In hm̃oi igit̃
oculis guttule quo magis fuerint rubicunde ⁊ minute: eo
magis significant iracundiã ⁊ iniuriosum ⁊ adulterũ. Ma-
iores aũt ⁊ obscuriores guttule leniunt quidẽ hec vitia: sed
nõ tollunt ea oĩno sanguinolente ⁊ pallide in nigris pupil-
lis: aut etiã vtreq̃ ꝑmixte malefactores ⁊ venenarios in-
dicant. Sed pallide magis studentẽ dolis. Sanguinee au-
daces magis indicant. Regula autẽ est de omnibus hm̃oi
guttulis: ꝙ quãto vehementius clari sunt colores guttula-
rum tanto vehemẽtiora designant vitia: ⁊ per obscuritatez
suorũ oculoꝝ tẽperant̃ ⁊ vitia: sinister oculus si fuerit rube⁹
⁊ humidus: cui nulla alia disparitas interueniat iustũ ho-
minem declarãt esse iustũ ingeniosum: sapientẽ ⁊ magnani-
mũ. Si aũt sequit̃ circulũ nigrũ qui est post se: dicit fallacẽ
furẽ pecunie deditũ iniustũ turpiter cũ mulierib⁹ coeũtem.
Sed interdũ sunt circuli tam varij sicut est arcus in nube ⁊
si hec varietas est in siccis oculis insaniã ꝓfitet̃. Si aũt in
humidis fuerit nõ tamẽ longe ab insania cõstituit verum
aliquãdo magnificentiã ⁊ sapientiã veritatis ostẽdit. Ira-
cundiores tamẽ ⁊ iuxta venerez ꝓniores sunt. cum aũt sine
paruitate ⁊ varietate sunt oculi ⁊ statũ optinent moderatũ:
⁊ certũ optimũ mẽtis statũ ostẽdunt. oculi aũt ad superio-
rem partẽ ꝯuersi insaniã mẽtis declarant ⁊ hoiem illũ vora-
cem esse: ⁊ vino ⁊ veneri dedituz. si aũt cum h̃ tremuli sunt
vitia que dicta sunt augent̃. si aũt cũ his que dicta sunt etiã
pallidi sunt horribiles idicant homicidas ⁊ sanguinarios.
si aũt ad superiora ꝯuersi oculi subrubeant ⁊ magni sunt vi-
nolentos alee deditos furiosos in mulieribus intẽperatos
ꝯtentiosos ⁊ clamosos ostendũt. Sũma tamẽ oium vitioꝝ
in hm̃oi oculis ad superiora cõuersis est insania. oculi autẽ
deorsum versi tanq̃ occidant imites ⁊ iplacabiles ꝑloquun-
tur. oculi aũt parui vt ad dextrã se cõferant stultitie. si autẽ
ad sinistrã libidini deditũ esse ꝓnuntiant. cũ aũt parui sunt
oculi ⁊ inter se cõueniant iuxta nasum sibi occurrẽtes vene-
ris est signũ: ꝑcipue si humidi fuerint: ⁊ si pluriq̃ palpebras
iungunt veneri obnoxios ⁊ amore ꝓfitent̃. si aũt sicciores ⁊
patuli fuerũt ipudẽtie ⁊ iniqtatis signa. si aũt tremẽtes fue-
rint nihil nõ audebunt qđ iniquũ sit ⁊ improbũ. Si aũt ali-
quãdo multa mala signa sint in oculis si aqua ꝯcepta in ocu-
lo semiplena moueant̃ ⁊ magni sint oculi nõ oĩno sunt recu-
sandi: q: tẽperant̃ a malitia. qui aũt caui sunt oculi mali no-
tam habẽt ⁊ quo maiores sunt ⁊ humidiores: eo plus signi-
ficant inuidiã: sicciores idẽ oculi infideles ꝓditores ⁊ sacri-
legos ꝓloquunt̃: ⁊ cũ hoc idẽ glauci rigidi sunt insaniã ar-
guunt: caui ẽt defluentes dolositatis ⁊ malignitatis sunt si-
gna: ⁊ si caui in obscuritate deficiũt sũt stulti. ¶ Adhuc aũt
oculi caui nimiũ medie magnitudinis existentes sicci rigi-
di: si insuper hẽat supcilia lata tãq̃ genu iminentia ⁊ circa
oculos sunt palloꝝ atq̃ liuoꝝ: impudentez significant atq̃
malignũ: ⁊ si patẽtib⁹ iungat̃ ꝯtinuatorẽ negocioꝝ atq̃ cau-
sarũ ⁊ nunq̃ quiescet: sed semper mali aliqđ cogitabit. alti
aũt atq̃ elati oculi in deterioribus signis cõputant̃: sed vbi
tumor circa oculos est altos insania futura significat̃. vbi
aũt ambitus oculi cauus est tanq̃ fossa subdolã mẽtẽ ⁊ in-
sidiosam declarat ꝓminentes aũt glauci iniustũ ⁊ stolidũ
⁊ plus q̃ stolidũ si superiorib⁹ cilijs honorent̃. Si aũt ꝓmi-
neant ⁊ sicci sint: hec vnica species bona est ꝓminentiũ ocu-
loꝝ. si aũt magni sint nitentes perlucidi iustũ docilẽ ꝓuidẽ-
tẽ aut monitorẽ indicãt: ⁊ tales referunt̃ ab Apulegio fuis-
se oculi Socratis quẽ Apollo prudentissimũ esse ꝓnuncia-
uit. Oculi aũt nimiũ ꝓminentes rubicundi parui incõpotẽ
mẽtis hoiem ⁊ lingue effrenate ⁊ corpore instabilez esse de-
clarant. si aũt sint ꝓminentes ⁊ trementes ⁊ micantes ⁊ sa-
lientes dolos ⁊ versucias ostẽdunt. si aũt cũ hoc sint magni
stultitia detinẽtur ⁊ furia. si aũt sint moderate magnitudi-
nis ⁊ humidi ⁊ perlucidi magnificũ hoiem magnarũ reruz
cogitatorẽ ⁊ perfectorẽ declarãt: aliqñ etiã indicant iracũ-
dum ⁊ vino deditũ ⁊ iactantẽ sui ⁊ cupidũ glorie vltra cõdi-
tionẽ humanã: ⁊ taliũ oculoꝝ putat̃ Alexander magn⁹ fuis-
se. Circũtremẽtes ⁊ ꝓminentes oculi: imites ⁊ sine pietate
ventri ⁊ veneri studentes ⁊ alijs voluptatib⁹ deditos esse
ostendunt. Sunt qdã oculi liuore circũdati qui si interiora
signa nulla meliora habuerint in mala indicia computant̃.
audaces eni ⁊ infideles ⁊ iniusti sũt. oculi aũt liuidi qui tã-

Quales fue-rit Socratis oculi auctore Apulegio.

q̃ tenebrosi sunt nocẽtes ⁊ ꝑcipue si fuerint sicci nec multuz
interest an parui an magni sint nisi ꝙ maiorẽ nequitiã par-
ui ꝓfitentur. Supradicta tñ spẽs oculi tenebrosi: si tẽperate
magnitudinis ⁊ quietis fuerit oculus significabit sollicitũ
docilẽ discẽdi cupidũ maturũ ⁊ parcũ ⁊ minus ꝯtinẽtẽ. ocu-
li aũt caligine obsiti malis artib⁹ imbuti sunt ifideles ⁊ in-
tẽperantes: ⁊ iõ optimi sunt ꝯtrarij istoꝝ hoc est perlucidi:
si nullum signum ipugnans eos signuz: ⁊ tales dicunt̃ fuisse
oculi Adriani imperatoris: humidi videlz acres ⁊ luminis
pleni ⁊ chorusci. oculi aũt coruscí si glauci sunt ⁊ sanguino-
lenti tenuitatẽ sensus indicãt ⁊ insaniã. curui aũt suspicio-
sum in oĩb⁹ reb⁹ hoiem declarant. Nigri corusci teterrimi
oculi timidũ ac subdolũ designãt. Cum aũt risus permixti
sunt sũmã notã ipudẽtie ⁊ malitie ꝑferunt. oculi aũt acriter
intuẽtes ⁊ viuaciter molesti sunt: sed qui tales humidi sũt
bellatorẽ indicant veridicũ velocẽ in agẽdis reb⁹ ꝓuidũ ⁊
inoxiũ. Qui aũt intendunt acriter ⁊ sunt tam parui sicci se-
nos inuidos ⁊ ex occulto nocẽtes: oia audentes ⁊ oia perpe-
trantes indicant: ⁊ eo magis quo supficiẽ oculi habuerint
leuiorẽ. Si. n. hm̃oi oculos obducat fraus ⁊ tegãt palpebre
⁊ exasperent supercilia: erunt hec signa fortitudinis auda-
cie ⁊ animositatis: tñ hm̃oi erunt incõsulti ⁊ minus nocẽ-
tes. si aũt frons supercilia ⁊ palpebre tranqlla ⁊ lenia fuerit
taliũ oculoꝝ acies aũt itrinsecus trux ⁊ amara ⁊ aspera idẽ
oculi ꝑsignabũt crudelitatẽ ⁊ imanitatẽ atq̃ seuiciã. Insup
dolos oẽs his oculis ascribem⁹. Sunt aũt oculi nulli risui
⁊ voluptati permixti ⁊ hi nõ oẽs sunt laudabiles. Naz sicci
sunt ⁊ similiter intẽdunt malitie sũt indices: sed ẽt rã oculi
qui arrident tanq̃ in insidijs ꝯstitui habendi sunt: ꝑcipue
tñ si cõmoueãt genas ⁊ supcilia ⁊ labia: talis aũt risus aut
cogitationes nephandas aut ꝯceptos indicãt dolos. Ma-
xime tamẽ si cũ his signis ⁊ palpebre interdũ coeunt ⁊ iter-
dum separant̃. hoc eni pro certo dicunt in corde esse cogita-
tionem iniquã. Si v̇o ꝓpateant oculi cũ risu ⁊ errent ꝑpe-
tratã iam iniqtatẽ esse declarãt. Si aũt arrideant ⁊ sunt ti-
midi inocentẽ qdẽ animũ: sed stolidũ sine affectu ⁊ sine pru-
dentia describunt. Cũ aũt subridẽt oculi molliter ⁊ totus
vultus apertus ⁊ solutus est ad letitiã ⁊ remisse aliquãtulũ
sint palpebre: ⁊ mollis frons ⁊ cilia laxa aliquãtulum in hoc
statu: talis oculoꝝ dispositio ingeniũ bonũ magnificũ iustũ
mansuetũ religiosum hospitalẽ gratũ prudentẽ docilem ⁊
amatoriũ significat: tristes etiã oculi nõ oẽs sũt timidi. Nã
qui taliũ oculoꝝ humidi sunt in cogitatione sunt ꝯstituti ⁊
studia optimarũ artiuz in esse designant: ⁊ si talibus oculis
existentibus supercilia sint laxiora ⁊ frons laxior ⁊ cũ tran-
quillitade ꝯueniant ⁊ palpebre sunt laudabiles designant
ingeniũ bonũ fidum benignũ pendentẽ grauitati. Si autẽ
tristes oculi ⁊ sicci sunt ⁊ accedat ad hoc frontis asperitas:
⁊ aciei intentio ⁊ palpebre sunt subiecte designant nocentez
ferũ ⁊ nihil inausum relinquentẽ. oculi aũt obclausi cuz sint
vigentes palpebre si quidẽ frequenter ꝯcludunt̃ ⁊ referan-
tur malignos mores ⁊ insidiantes ⁊ nocẽtes ꝑsignant. si aũt
sint humidi obclausi oculi bone artis studijs indicãt hoiez
occupatũ: sed cũ humidi nõ sunt: sz tremore ⁊ pallore per-
mixti isaniã ꝓloquunt̃. Quib⁹ aũt obclausis status suus ꝑ-
manet ipsi aũt cũ palpebras claudũt superius extollunt̃ in-
saniã ẽt ꝑdicunt: hi tamẽ potius femine q̃ viri sunt: ⁊ cela-
re vitiũ gestiunt. Cũ aũt oculi frequẽter latescunt ⁊ ꝯsistunt
in se cogitationẽ indicãt in esse. vtrũ aũt hec ipsa cogitatio
bona vel mala sit ex ꝑdictis signis erit veruz. si eni humidi
lucidi si maiores ⁊ ꝓfundi ⁊ si molles sunt meliores cogita-
tiones significabunt. si v̇o sicci aut obscuri: si parui si caui
duri aut directi fuerunt peiores pretendunt cogitationes.
oculi autẽ late patentes micantes leuiter intendentes tan-
q̃ sint cõtinuati ad suauitatez ⁊ gratiã tendunt. Palemon
aũt quẽdam taliũ oculoruz multum noxium descripsit: sed
ei nomen non posuit: multa corporis sui indicia adiunxit:
ita ꝙ de quodam Fauorino intelligatur dixisse. dixit enim
hunc habuisse tensam frontem: genas molles: os laxũ: cer-
uicem tenuem: crassa crura: pedes planos tanquam conie-
stis pulpis vocem femineam verba muliebria membra ⁊
omnes artus sine vigore: luxuriosum ⁊ dissolutum in pa-
tientia libidinũ turpia fecisse omnia: ⁊ passum esse ab alijs
etiam contrarium: preterea dicit eum fuisse maledicuz te-

merarium ⁊ maleficijs studentem. Dicebaꝛ enim venenū letiferū clanculo vendere. oculi aūt qui frequenter claudū tur atqꝫ reserantur timidum atqꝫ imbecillē declarāt. si aūt cū hoc sicci sunt dolos versare atqꝫ insidias tēdere de nūciant. si aūt tales oculi peruersi vel pallidi stultitiā indicare noscunꝛ. Sunt aūt q aciē oculoꝝ terribiliter intēdunt ⁊ ipsi iniquis cogitationibꝰ attenuaꝛ sit mansuetus ⁊ hēat aliqd humoris significat cogitatorē studiosum māsuetum amatorē. si aūt imobiles sunt oculi ⁊ cū hoc pallidi vel rubicūdi sunt cū siccitate certuꝫ est his iras ⁊ furias iminere diuturnas. Si aūt cū supradictis signis per tēpus aliqđ se in girū torqueant vehemētissime ꝓdunt insaniā. oculi aūt ceci ꝑturbati rapacē indicāt. qui aūt incerte palpebras ꝓmouet vel ꝯtingūt cū cecitate ⁊ caligine oculoꝝ: sub diuersis motibus ⁊ oculoꝝ ⁊ superius ciliū molliter subinducunt tumidi esse monstranꝛ. qui aūt alterā ex superioribꝰ palpebris paulatim deprimūt ⁊ molliter reuocant ⁊ aciem dirigunt affectatores sunt pulchritudinis ⁊ mechos ⁊ adulteros se esse ꝓfitenꝛ. Interdū etiā palpebra superior ad mediuꝫ: ita deducitur vt hinc atqꝫ illinc reflexis ⁊ retractis angulis subluceat oculus. ⁊ cuꝫ hoc incerte moueꝛ palpebra: ⁊ hec etiā signa adulteris ⁊ fornicatoribꝰ attributa sunt. palpebre aūt nigre ⁊ solide ⁊ rigide bona sunt signa. rare aūt ⁊ tenues ⁊ rubicūde infirmitatē aīe declarant ⁊ destitutionē. de his tū nō nisi vniuersaliter tangit Aristo. in lib. de aīalibꝰ dicens ꝙ albedo oculi fere ꝯsimilis est in oībus hominibꝰ: in quibusdam tamē est maior ⁊ in quibusdā est minor: ⁊ in qbusdam tota alba: ⁊ qbusdā sunt rubee vene imixte ⁊ qbusdaꝫ ꝓminens ⁊ qbusdā suppressa ⁊ qbusdā in situ eq̄li ꝰm nām in figura est eq̄lis; nigredo vͦ oculi plimū variaꝛ in hominibꝰ. ¶ Erit eni aliqñ magna valde ⁊ forte glauci coloris: ⁊ hoc ꝰm magis ⁊ minus. forte eni erit magne glaucitatis ⁊ forte erit fusca: ⁊ aliqñ declinabit ad rubedinē nō veraꝫ: sed ad colorē qui vocaꝛ kyanō qui est iter ruffum ⁊ inclitū: sicut fit colamētū coagulati sanguinis: ⁊ cū fuerit talis dispositio aciei ceteris signis nō repugnantibꝰ significaꝛ bona ꝯsuetudo ⁊ acumē discretionis. In nullo aūt aīali variantꝛ oculi q̄ꝫtū ad nigruꝫ qđ est in oculo nisi in solo hoīe. in alijs aūt aīalibus nō diuersaꝛ. ab hac aūt generalitate excipitur equus: qm̄ in equis inueniunꝛ diuersitati colores nigri in oculo: aliq eni equoꝝ nigrū oculi habēt fuscū ⁊ aliq nigrū. ¶ Adhuc aūt forte erit oculus magnꝰ ⁊ forte paruus ⁊ forte mediocris. Mediocris aūt ceteris signis attestantibus bonitatē discretionis significat in intellectu ⁊ bona doctrina ⁊ forte erunt oculi ꝓminentes ⁊ forte erunt ꝓfundi ⁊ forte mediocres. Siquidē erunt ꝓfundi significaꝛ in omnibꝰ aīalibus visus acuitas: qm̄ ꝓfundatio ex vmbra fouee circa oculū existentis adiuuat ⁊ ꝯfortat visum: ⁊ nō permittit eū spargi. hec est enim causa quare in homine leuata sunt supercilia in parte vna ⁊ nasus in secunda ⁊ in tertia gene super oculū. ⁊ similiter lachrimalia ꝯcludentia vt oīno hec adiuuent visum ⁊ spargi eū nō permittant. Si aūt fuerint prominētes oculi significaꝛ perturbatio discretionis ⁊ malitia dispositionis qđ ꝯtingit ꝑpter cām ꝓminentie que est ventositas ꝯclusa in anteriori parte capitis: vbi est spiritꝰ visiuus. hoc eni dispergit exsufflando formas ⁊ spiritꝰ aīales: ita ꝙ nō bene ꝯuertiꝛ ratio super eas: ⁊ ideo efficiꝛ indiscreta: ⁊ qñ fuerint mediocres ceteris attestātibus signis: tunc sunt laudabiles. In hoc enim signaꝛ bonitas spiritus animalis inquantum bone forme animales representanꝛ: ⁊ forte erunt oculi multe clausure. ⁊ forte erunt multe apertionis ⁊ pauci motus: ⁊ forte erūt mediocres inter hec. Si ergo fuerint multe apertionis ⁊ pauce clausure significatur stultitia ⁊ inuerecundia ꝑpter cām nimia apertionis: que est siccitas cum tenui ventositate ⁊ calore. hec enim faciunt deficere spiritū animalē ex siccitate ⁊ discontinuant cum exsufflatione ventositatis ⁊ perturbant operationes eius ex calore: ⁊ ideo si talibus oculis rubor additur: tunc confortatur significatio eorum: ⁊ si apponiꝛ eis humor mitigaꝛ malitia: stulti sunt tales ex defectu animaliū. inuerecundi autē ex hoc ꝙ semper extra se ⁊ nunq̄ꝫ intra se moueꝛ. Cū autē fuerint multe clausure ꝙ tales oculos habent multū sit mobilis ⁊ leuis discretionis ⁊ nō firus: sed inconstans sit in oībus operibus suis. ⁊ hoc contingit ꝑpter clausure causam que est pondus humoris cōplentis oculū: ⁊ in quo etiaꝫ diuaricaꝛ lumen ⁊ forma sensibilis ⁊ aīalis sicut in aqua. ⁊ iđ defluit ⁊ inconstans efficitur talis homo nisi cetera signa bona digniora quā istud impediat. Quando aūt mediocriter se habent inter hec duo significaꝛ bonitas discretionis ⁊ dispositionis in omni opere. ¶ Ex oībus aūt his dictis patet satis de causis omnium que dicta sunt de physonomia oculorū. tales eni causas etiam cetera habēt. ¶ Phylemon aūt antiquissimus physonomus qui cōtemporaneꝰ fuit Hippocratis cohyquē ⁊ postea est Palemō: ⁊ postea Loxus tria attēdēda esse dixit in signis huiusmodi: quoꝝ primū est memoria signationis signorū. ⁊ hoc dicit esse elementū per qđ procedit ⁊ dirigiꝛ iudiciū physonomi. Secūdum aūt est comparatio signoꝝ: sed dignitates eorum que sciꝛ ex duobus ex causa. vꝫ. signorum ⁊ ex relatione ad alia signa: sed tamē frequenter preualent signa oculoꝝ eo ꝙ magis representant formas ⁊ spiritus animales: ad quas mouetur homo in operationibus q̄ꝫ aliqua signa alia. lꝫ enim forte retrahaꝛ a ratione: tamē forte imaginabiles vincunt sicut probauimus in scientia de anima. Tertium aūt est applicatio signorum ad formam vite hominis: ⁊ caueat ꝙ nō statim proferat iudicium: qm̄ forte signum est per accidens infirmitatis ⁊ nō per naturam ⁊ forte per viccuꝫ est ꝯtraria ꝯsuetudine: ⁊ ideo nō det iudicium nisi determinet ⁊ dicat ꝙ hoc est verum quātū est de signo ⁊ non simpliciter.

In indicãdo physonomus tria dꝫ aduertere.

## ¶ Cap. 4m. De compositione auris ⁊ physonomia eius.

Ex numero etiā partiuꝫ capitis est auris ⁊ hoc est instrumentū auditus omnino impertinēs ad anhelituꝫ ꝑpter qđ Chalkamian poeta arguiꝛ mendacij fingens poetice ꝙ capre anhelant per aures. Interior autem pars auris in foramine vocaꝛ pars seposa: eo ꝙ cholera per simile sepi adheret ei quando purgatur ad ipsam. pars aūt exterior auris que rotunditatem habet semicircularēꝫ vocatur concha auris: qꝛ in ipso colligiꝛ sonus veniens ad aurem. Cōpositio aūt auris est ex cartilagine: sicut diximus superius ⁊ carne modica que est super cartilaginem in vacuitatibus pāniculoꝝ auris ⁊ super illam est cutis: ⁊ vt breuiter dicatur: auris est membrum creatū auditui ⁊ factum est ei foramen anfractuosum vt sentiat in eo omnes voces ⁊ faciat tinnitū earū cōuenientem per repercussiones congruas. Ab interiori auteꝫ incipit hoc foramen in osse capitis: qđ vocaꝛ petrosum: de quo nos inferius faciemus mētionem: ⁊ inuoluitur exeundo ad concham auris via anfractuosa: vt ipsa anfractuositas sit elongans spatiuꝫ ad interiora ab exterioribus: quoniam si factum esset foramen penetrans directe esset spatium breue ad intus: ⁊ hoc faceret tria nocumenta in aure: quo vnum esset cōtrariuꝫ cerebro: ⁊ duo essent cōtraria auditui. Contrariū aūt cerebro esset: qꝛ tunc calor abundans ⁊ frigus excellens venirent ⁊ lederetur ex his substātia eius. vnū aūt cōtrariuꝫ auditui esset ꝙ soni qui cum motu excellenti aeris veniūt subito pertingerent ad terminum auditus ⁊ corrumperent ipm: nō aūt per anfractuositatem. Sensus. n. oīs armonia est sicut in libro de aīa. 3. est ostensum. Scđm aūt nocumentuꝫ auditus esset ꝙ nō quiesceret aliquis aer in eo: qꝛ indirecta via vnꝰ impelleret alium: ⁊ in tali cōmotione soni continue confunderentur ⁊ nō possent directe percipi. foramen enim auris peruenit ad concauitatem anteriorem per gradus anfractuosos: in qua est stans ⁊ imotus ⁊ quietꝰ: superficies aūt interior auris est tota strata ⁊ operta villis nerui auditiui qui venit ab anteriori parte cerebri: ⁊ est qntū par neruoꝝ septem parium que ibidem oriunꝛ: sicut nos in sequentibus in anathomia neruorū docebimus. hic autem neruus valde factus est durus vt non de facili ledaꝛ a percussione aeris: sed potius repercutiens cōuenienter recipiat sonuꝫ. Cum autē vndans aer vocalis vel sonatiuus peruenit ad neruū illū tunc recipit auditus vocē vel sonū: ⁊ ideo vocaꝛ tympanū auris. hic. n. neruꝰ se hꝫ ad audituꝫ sicut se habet humor glacialis ad visuꝫ: ⁊ reliqua membra auris sunt sicut alia que circūdant glacialē ex tunicarū ⁊ humoꝝ numero: que sunt in oculo: de qbus in sequentibꝰ nos ponemus anathomiam. hec enim oīa creata sunt propter glacialē vt seruiant ei ⁊ custodiāt ipm a nocumētis: ⁊ via qdē tortuo-

Auris descriptio.

Propter qd nã fecit anfractuosã viã auris.

Propter qd auris est cartilaginosa.

Propter qd i laterib⁹ capitis ꝓposite sūt.

sa est sicut foramen tunice in oculo. Creata autez est auris
cartilaginosa: qm̄ si esset carnea aut pannicularis per mol/
litiem non seruaret figuram semicirculi ⁊ anfractuositatis
que est in ea. si autem creata esset ossea lederetur ⁊ lederet
in omni casu ⁊ nimis dure reciperet sonos ⁊ infringeret
eos. Creata est igit̃ cartilaginosa habēs cū figure ꝯserua/
tione leuitatē ⁊ reflexiones. ¶ In laterib⁹ aūt capitis iō po/
site sunt vel supra capita quorūdā aialiū: q̄ anterius facies
alicuius ꝯuenientius est visui ꝓpter hoc ꝙ visus per rectas
lineas ⁊ ſm ꝓcessum lucis sicut in antehabitis libris ꝓba/
tū est: ⁊ nō poterāt organa q̄tuor duoꝝ sensuū accipientium
per mediū fieri in vna pte capitis: q̄ cōplexio vnius ꝯfun/
dere͂t cū cōplexione alterius ⁊ figura vni⁹ cōprimeret figu/
ram alteri⁹: aut oporteret ꝙ caput ⁊ facies enormia fierēt:
sed lateralis positio non repugnat auditui: eo ꝙ ipse nō est
per lineas rectas. positus est aūt sub radicib⁹ capilloꝝ ⁊ nō
in radicib⁹ ipsis: ne si pili orirent̃ in ipso ipediret̃ ꝑceptio
sonoꝝ. Inferius aūt etiā dicemus oculi cōpositionē ⁊ cōple
xionē in loco vbi specialē de mēbris faciem⁹ mētionē. Sci/
mus aūt ex his que diximus ꝙ in interiori auris est fora/
men tortuosum: sicut armilla eris habēs foramen spirale: fi
gura aūt spiralis vocat̃ que girat ⁊ giri eius ꝓcedūt nō re/
uertentes ad idē punctū ⁊ finis eius est in osse petroso: qđ
est simile in forma ⁊ creatione armille auri ꝯcaue. dico aūt
auri: eo ꝙ aurū dulciorē sonū habens magis exprimit nām
auris ⁊ vsuz q̄z aliqđ aliud metallū: ⁊ ad hoc foramē ꝓpter
neruū auditiuū stratū in ipso peruenit ōis tinnitus qui est
reflexus ⁊ repcussus sonus qui echo vocat̃: ⁊ ōis sonus sim
plex ⁊ ab ipso redit̃ ad cerebrū ad virtutē auditiuā per ner/
uū qui est tympanū auris. Non est aūt via aperta ⁊ ꝯtinua
exiture a cerebro ad aerez ne frigus ingrediat̃: sed potius
pānus est ante stricturā foraminis ⁊ etiā ipm̄ foramen clau
dit̃ in strictura in puncto ossis petrosi: qm̄ foramen non est
factū ꝙ per ipm̄ sonus veniat ad cerebrū: q̄ tūc cōmouere/
tur a sonis: sed est factū vt in ipso stet aer qui recipit sonuz
⁊ reddit eū neruo auditiuo: ⁊ neruus reddit euz cerebro: sz
est via ꝯtinua aperti foraminis a cerebro ad palatū ꝓpter
fumositates que per ipm̄ ascēdūt ⁊ ꝓpter purgamēta cere/
bri que per ipm̄ descendunt. In hoc enim nō est nocumētū:
eo ꝙ illud foramen circunstantib⁹ mēbris opertū est ꝙ fri/
gus ⁊ alia nocumenta nō possunt per ipsum ad cerebrū at/
tingere: foramen etiā auris venit versus palatū: ⁊ iō acuti
⁊ stridentes cōpressionū soni in dentib⁹ sentiunt̃: ⁊ sicut di/
ximus ab anteriori parte cerebri erit vnuz par venarū hoc
est neruoꝝ q̄ nerui ab antiquis vene dicebant̃: ⁊ illius pa/
ris vnus neruus peruenit ad aurem dexterā ⁊ diffundit̃ in
ea: ⁊ alter peruenit ad sinistrā aurē: ⁊ in ea similiter diffun/
ditur: ⁊ sunt duo aures in omni animali tm̄ habēte aures:
q̄ ille sufficiunt ad auditū: etsi vni accidit aliqđ nocumen/
tū altera accipit sonus nerui etiā motiui ex posteriori par/
te cerebri veniunt ad aures quorūdā animaliū: ⁊ super il/
los mouent̃ aures. Et omne aial habens aures habet eas
mobiles preter hominē ⁊ similitudinē hominis que est sy/
mia ⁊ pigmeus ⁊ ꝙ qdaz hoies mouent aures nō fit motu
ꝓprio auriū: sed per extrusionē musculi qui est circa mādi/
bulā: tūc. n. ex ꝯtinuatione cū illo a q̄busdā qui ad hoc a pri
mo studuerunt mouet̃ auris. ¶ Adhuc aūt quedam aialia
sunt que qdē auditū habēt ⁊ tn̄ aures nō habēt: sed foramē
habēt de quo diximus: ⁊ per illud audiūt sicut volatilia oia
que nota sunt nobis ⁊ oēs pisces squamosi. q̄dam aūt hau
riunt sonos ⁊ voces per poros suoꝝ anuloꝝ sicut anulosa vt
apū genera ⁊ musce. Oia v̓o aialia nota nobis que sibi simi
lia generāt aialia primo partu ex vtero habēt p̄ter delphi/
nū ⁊ balenā ⁊ qđdā genus muris qđ grece vocat̃ koky: ⁊ est
talpa vocatū apud nos. qđ aūt supra dixim⁹ volatilia nota
nobis nō habere aures intelligi hȝ de volatili plumoso ⁊ bi
pedi. Vespertilio. n. hȝ aures: sed est pilosa: ⁊ lȝ nō habeat
nisi duos pedes in membrana sue caude: tamē habet duos
digitos pedis in cubitis alarū suarū quib⁹ vtit̃ loco duoꝝ
pedū: ⁊ ideo cū cadit excipit se alis: ⁊ q̄ excedit ad naturaz
quadrupedis: ideo habet aures sicut quadrupes in supe/
riori parte laterū capitis sui. homo aūt ⁊ cetera bipedia ha
bent aures ⁊ foramina que sunt loco auriū in inferiori par/
te lateris capitū suoꝝ retro iuncturā mādibule. ¶ Anima/
lia aūt marina que sunt magni corporis ⁊ precipue que pe/
des habent aures habēt manifestas ⁊ sunt boni auditus:
q̄ nisi essent boni audit⁹ nō venirēt ad eas semp per aquā:
quorūdā aūt hominū ⁊ precipue viroꝝ sunt pilose in aliqua
parte inferiori: videlicet ⁊ interiori conche auris: ⁊ quorū/
dam in nulla parte sunt pilose ⁊ quedam valde modicos ⁊
paucos habent pilos: ⁊ hoc significat bonum auditū: eo ꝙ
est signū spiritus ⁊ caloris in illo loco. Forte aūt erūt aures
alicuius hominis magne enormes ⁊ forte parue ⁊ forte me
diocres: ⁊ forte erunt ꝓminētes valde a capite: ⁊ forte ecō
tra minus cōpresse sup caput ⁊ forte sūt positionis medio/
cris inter hec duo. Mediocris aūt oium specierū quas di
ximus significāt. cū aūt fuerint auricule ꝓminentes ⁊ ma/
gne valde: significat̃ stoliditas ⁊ garrulitas ⁊ imprudentia
vt dixit Loxus. parue aūt valde malignitatis sūt indicia:
sicut testat̃ Palemō. Aures aūt que quasi p̄cise sunt ⁊ val/
de breues ad stultitiā dicit Loxus referri. dicit eni eē debe
re aures formatas semicirculariter cōnexo lineo in medio
aliquantulū cōpresso versus centrū ⁊ medie magnitudinis
que decenter capiti adhereant. aures. n. nimiū rotunde in/
dociles significant. aures aūt oblongas ⁊ angustas inuidie
dicit esse signa. iacentes aūt caput applicatas dicit significa
re hebetudinē ⁊ pigritiā. Causa āt significationū est ꝙ vir/
tus formatiua: quādo directe format organa aut d̓ficit in/
strumento caloris ⁊ spiritus ⁊ malitia materie defluentis
inuadit enormiter aut siccitate aut parcitate eiusdez a de/
bita retrahit̃ q̄ntitate: ⁊ ſm hoc nō possunt principiari ope/
ra anime: nisi aut ſm luxum aut penuriam procedant iq̄uā
tum prouenniunt ab inclinationibus nature.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarās ⁊ figuras ⁊ diuisiones
ossium capitis.

Nos ꝯgrue nō possum⁹ loq de cōpositione alio/
rum mēbroꝝ capitis ⁊ physonomia: nisi facia/
mus hic digressionē: ⁊ ostēdamus figuras to/
tius capitis ⁊ anathomiā ossiū que sūt in ipo:
tūc. n. ⁊ p̄cedentia sciunt̃ esse vera ⁊ sequentia
planius itelligēda erūt certiora. Cōgrue autē
capitis ossa ⁊ inuestigare cōpositionē nō possumus nisi pri⁹
diuisiones ⁊ figuras ostēdam⁹. ¶ Acceptū est aūt ab anti/
quissimis Hippocrate videlȝ ⁊ Apolline q̄tuor eē figuras
capitis humani que saluant̃ in vita. Infinitas aūt esse mō/
stroꝝ que saluari nō possunt. Ex quatuor aūt que saluant̃.
Vna sola est nālis ⁊ hec est que est sicut sphera cōpressa: ita
ꝙ caput cranei aliquātulū est oblongū: q̄ tunc in eo est ele/
uatio occipitis ꝓpter salutē sensuū: ⁊ aliqua eleuatio sinci/
pitis ꝓpter salutē virtutū motiuarū. Tres aūt alie sunt in/
naturales: ⁊ primo qdē est que diminuit̃ ex parte occipitis
eo ꝙ occiput nimis comprimit̃ ad craneū versus suturam
primā capitis. Scđa autē est que diminuit̃ versus sinciput
ita ꝙ nimis comprimit̃ sinciput versus suturam vltimā ca
pitis ⁊ ibi decurtat̃. Tertia enim est que diminuit̃ in vtro/
q̄z istorum: ita ꝙ caput rotundat̃ sicut globus vel sphera:
⁊ vbicūq̄z caput diminuit̃ vel decurtat̃. ibi autem significat
debilitatem virtutis aut defectuz modo ⁊ erit quo ad hoc
principiū peruersarū operationū. per cōtrariū autē quādo/
q̄z accidit ad formā nālem quo ad hoc principium rectarū
operationū. Si. n. diminutio est aut significabit defectū in
sensu ⁊ imaginatione ⁊ si retro significabit defectum in mo
tiuis ⁊ retardatiuis. Si aūt in medio a forma significabit
defectuz in rōne ⁊ cogitatione: ⁊ si in omnibus diminuitur
significat defectum in omnib⁹. Sunt aūt in capite diuisio/
nes vbi os ossi cōiungit̃: sed diuisiones in osse recenti non
sunt manifeste nisi vt est coniunctio suture. vbi aūt ꝯiungū
tur per fortissimā infixionē vnius in aliud ⁊ colligationem
ibi diuisio non apparet nisi in ossibus que diutissime aresa
cta sunt. ¶ Sunt. n. in toto capite diuisiones. 18. quarū pria
est sutura que est post os qđ vocat̃ occiput siue prora capi/
tis: ⁊ est forma eius sicut semicirculus: ⁊ est que nō claudit
statim post natiuitatem. secunda est que vadit per longitu
dinem capitis sub vertice capitis. tertia est aūt que est su/
tura posterior: que est ante sinciput ⁊ habet figuram trian/
guli: ita ꝙ inter suturā posteriorē ⁊ figurā suture anterioris
que est portio circuli sutura vadens per longitudinem ca/
pitis interiacet sicut linea perpendiculariter cadens super
sūmitatē

fumitatem vtriusq; ⁊ huius est hec figura. Os autē qđ est occipitis ꝓpter figuram triāgularem quā hȝ vocauerūt simile laude littere grece que eiusdē est figure. Suba autem capitis superior a radice aurium supra hūc extrinsecus diuisiões inuisibiles: ⁊ ideo a qbusdā dicunt mendose: quaꝝ vna est in latere dextro capitis a timpore vsq; ad os laude posteri⁹: altera autē vsq; in latere sinistro a timporib⁹ vsq; ad idē os laude posteri⁹. Alia est diuisio inuisibilis que diuidit fauces in duas partes per rimā quandam inuisibileȝ que est in medio que est sexta diuisio in ossib⁹ capitis inuenta: ⁊ trāsit in os qđ vocatur basis capitis. Septima autem diuisio est lunaris que ducit a timpore per supciliū dextrū in latere dextro. Et octaua respondens illi que ducta est a timpore per supciliū oppositū in latere sinistro. Nona vō ēt linearis est que venit ab aure per genā dexteram: ⁊ decima rñdēs illi que ab aure per genā venit in latere sinistro. Undecima aūt est diuisio frontis ex trāsuerso per gibbū superciliorꝫ. Duodecima est que est sub osse laude ⁊ basi capitis vbi illa duo ossa cōiūgunt. 13ª est que est sub osse qđ baxillare vocat ⁊ occipite vbi illa duo cōiūgunt. 14ª est qđ est linea quedā descēdēs ab itermedio superciliorꝫ sub naso ad mediū ꝯiūctionis duorꝫ anteriorꝫ dētiū superiorꝫ q duales dicūtur. 15ª est linea quedam descēdens ab eodē intermedio supciliorꝫ ad vnū dentem caninū in parte dextra. 16ª autem est rñdens illi in parte sinistra. 17ª est immediate sub naso a dextro in sinistrā ꝫm nasi lōgitudinē. 18ª est in medio longitudinis nasi in nasi ossib⁹ triangularib⁹. Istaꝝ tamē diuisionū quedā sunt manifeste quedā occulte: ⁊ ideo vocant mēdose. Manifeste qdem sunt suture tres: que sunt fere in oī capite hoīs. Alia enī capita aīalium suturas nō hñt: occulte autē sunt ad modū lineaꝝ in compositione diuersorū ossium que tres habēt diuersitates ex duritia qdem maiori ⁊ minori: sicut ossa laterum capitis diuidūtur ab ossib⁹ cranei: ⁊ ossa petrosa aurium diuidūtur ab ossib⁹ alijs ⁊ spissitudine ⁊ tenuitate: sicut diuidit os qđ est fundamentū capitis ab ossib⁹ superedificatis ⁊ situ: sicut diuidunt ossa in angulo conuenientia abinuicē: sicut diuidit os frontis ab osse superciliorꝫ. Oēs autē diuisiões iste manifestant in ossibus capitis si pmū fortiter coquatur: ⁊ postea per aliquos annos in terra maceratū fuerit: quādiu autē aliqđ humoris est in eo multe eorꝫ occulte sunt: qa in prima generatione quādo fiunt ossa tūc humida est mā eorum: ⁊ vnum fluit in aliud ⁊ cōglutinatur fortissima conglutinatione.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans numerū ⁊ figuraȝ ossium capitis: ⁊ qualr caput componitur ex ipsis.

Compositio autē capitis ⁊ nūerus ossiū ei⁹ est hic. Caput enī vsq; ad diuisionem quartaȝ ⁊ qntā que sunt in laterib⁹ ei⁹ est sicut hemisperiū qđ secat superficies plana: ⁊ hec superficies est os latū qđ capitis basis aut fundamentū vocat: ⁊ super illud erigunt imediate q̄tuor ossa. Quorꝫ primuȝ est ex parte añ in facie frōtis os ⁊ venit a superciliјs vsq; ad curuationem capitis pmā vbi incipit ortus capillorꝫ. Scđm aūt est respōdens illi posterius in capite qđ est in sincipite ⁊ est parue latitudinis qđ stat sup basim vsq; ad capitis arcuationem posterioreȝ sub illo osse qđ simile esse laude diximus. Tertiū autē est paries dexter capitis sub craneo. Quartum est paries sinister capitis sub craneo sinistro: ⁊ hec duo vocātur ossa petrosa ꝓpter sui duritiem. Sunt eniȝ magis dura sicut ⁊ frons ⁊ os qđ est sub lauda quā cetera ossa: eo q multorꝫ incursus ictuū ⁊ casuuȝ incidit in ea: ⁊ ideo nā ingeniata est duritiem eorꝫ. os autē qđ secat caput ad modum superficiei plane vocatur a quibusdam fundamentum capitis: ⁊ a quibusdam vocat baxillare: eo q super ipsum sicut super baxillum suspendit cerebrum ⁊ tota superior machina capitis. Sup quatuor autem ossa de quibus diximus eriguntur alia quatuor in qbus concluditur testudo sphere capitis: ⁊ primum quideȝ illorum qđ incipit super frontem ⁊ porrigit vsq; ad primaȝ suturam capitis vocatur a quibusdam os coronale: a Cōstantino vō vocat prora capitis: ⁊ ab Arist. pixis vocatur: posterius vō respondens illi in quo incipit testudinari caput est os laude qđ venit a sincipitis osse inferiori vsq; ad suturam capitis posteriorem. tertium autem est os cranei in dextera parte stans super os petrosuȝ: ⁊ pertingens vsq; ad suturam que vadit per capitis lōgitudinem. In sinistra autem parte quartū os per omnia respondens illi: ⁊ hec q̄tuor ossa molliora ⁊ rariora sunt ossibus super que stant: et mollities qdem eorum est vt leuius recipiant cerebruȝ: raritas autem vt per ipsum euaporēt superflue cerebri fumositates: si autem duo ossa operiētia ossa petrosa in loco timporum que deseruiūt cooperture neruorum qui descendūt in locis illis ⁊ cooperture venas quarūdam: ⁊ vnum eoruȝ vocat poris dextrum: ⁊ alterum vocat poris sinistruȝ: ambo autem simul vocant ossa poris ⁊ sunt tenuia ⁊ dura valde: ⁊ ista sunt ossa superioris partis. His autem ossib⁹ quidam adiūgunt vnuȝ in capite qđ dicūt esse os baxillare cū capitis ossibus exterioribus qui in circuitu erigūtur super ipsum: vt sic sint. 12. ossa hemisperiј capitis. Alia auteȝ ossa sunt que sunt superioris mandibule in qua dentes superiores infigūtur: ⁊ primum qdem illoruȝ est os gene dextre qđ venit ab aure dextra sub orbita oculi dextri: ⁊ est descēdēs vsq; ad diuisionem que trāsit per mediuȝ palatum: siue per medias fauces: ⁊ terminat in faciem in diuisioneȝ que per intermedium superciliorꝫ descēdit: ⁊ ad dentes caninos in parte terminat ꝫm os gene sinistre per oīa ei simile: ⁊ ad similes lineas terminatū. Tertium aūt est qđ super illud iacet in superiori parte orbite oculi vsq; ad mediū orbite ⁊ incipit a diuisione superciliorꝫ que venit ab aure. Linea eniȝ diuidēs venit per mediā parteȝ orbite oculi in cōcauo ipsi⁹ versus nasum: ⁊ terminat in linea descendēte a fronte que terminatur ad caninos de qua ante fecimus mētionem: et os istud vocat superius os orbite oculi dextruȝ: ⁊ est sīle illi omnino in parte sinistra: ⁊ hoc est quartū. Quintum auteȝ vocat os inferius orbite oculi dextri: ⁊ icipit a diuisiōe que est in orbita oculi: ⁊ extendit vsq; ad os gene dextre. Et sextuȝ est per oīa simile illi in oculo sinistro: ⁊ ista sex sunt ossa genaꝝ ⁊ orbitarum oculorꝫ dextri que adherent mādibule: ossa autem hec que dicta sunt ꝯñter oīa posita sunt in facie in naso. Opȝ aūt scire q substātia nasi est stans super duos triangulos planos super quos erigit: quorꝫ vterq; est triāgulare super qđ erigitur vna narium: ⁊ positi sunt isti triāguli inter duas diuisiones: quaꝝ vna venit a medio frōtis ⁊ ex medio superciliorꝫ ⁊ terminatur ad caninū dextrū. Secūda autē incipit ab eodem pūcto ⁊ terminat ad caninuȝ sinistrum: ⁊ subtus terminat ad lineam que diuidit a dextro ad sinistrū ꝓtractā sub naso ꝫm nasi latitudineȝ. In hoc enī primo ambo iacent isti trianguli: vnus aūt triāgulorꝫ est diuisus ab alio per lineam descēdentem que a medio frōtis initiauit qđ est inter supercilia: ⁊ terminatur inter primos duos dētes qui incisores vel duales dicūtur. pmum igitur os nasi est triāgulus in base nasi dextra: ⁊ scđm est triangulus in base nasi sinistra: tertiū autem est os qđ est in eleuatione nasi a linea basis dextre operiēs narē mediaȝ vsq; ad mediū qđ est inter nares: ⁊ est illud etiaȝ triāgulare os. qrtuȝ aūt est simile illi in sinistro: ⁊ quintū qđ est in medio distinguens nares: qđ ēt est triāgulum: ⁊ est cōe vtriq; nari: ⁊ hec qnque nasum cōponūt cum cartilagine que est in anteriori parte nasi. Oportuit enī nasuȝ eē apertū vt per apturā descenderet id qđ purgatur ex flegmate generato in cerebro: si autē in toto eēt compositio eius ex osse: tūc nō possent dilatari ⁊ cōtrahi nares in sternutatiōe ⁊ attractiōe aeris ad odoratū ⁊ in anhelitum. Sȝ de his dicemus in sequentib⁹ vbi nasi cōpositionē plenius ꝓsequemur. Sub naso autem relicta sunt duo ossa que latent in q̄tuor diuidentes lineas: quaꝝ vna sicut diximus diuidit ꝫm latitudinem nasi terminatam ad lineam de medio superciliorꝫ venit ad caninū ⁊ altera parte terminat ad simileȝ illi lineā in sinistra: ⁊ in medio distinguunt per lineā perpēdiculariter de pūcto medio superciliorꝫ: ⁊ inter duos dētes intercisores terminatur ⁊ distinguunt hec ossa inferius ad origines dētiū: ⁊ sūt hec duo ossa q̄drangula oīb⁹ lineis inequalib⁹: longior est enī linea originis dentium q̄ȝ opposita illi sub narib⁹: ⁊ longior est linea oblique descēdēs ad caninos q̄ȝ perpēdiculariter descendēs ad incisorꝫ mediū: ⁊ hec est figura. Hec eiȝ sunt superiores mādibule est os qđ ad caput pertinet ⁊ cōponitur ex duobus in medio fortissime sibi ꝯiunctis: ⁊ vnū quidem est dextrum veniens a timpore dextro ⁊ curuat vt

nidū ⁊ audacē idicāt ⁊ ferū. Qui aūt nimis vicini sunt ⁊ tenues digiti lōge sunt a sapia. Si aūt moderato spatio inter se distāt leues aūt dicunt ⁊ loquaces: qui vo tēperate sunt magnitudinis ⁊ honeste speciei: mores optimos indicant. Et hec oia ēt in pedū digitis ⁊ vnguibꝰ ꝗtū ad signa eoꝝ que dicta sunt attendunꝶ. Latera ēt tenuia ⁊ angusta ⁊ depressa timiditatē indicāt. que aūt referta sunt carnibꝰ ⁊ dura indocilē hoiem ostendūt. hec.n. qdē ad ranas ẜm Plat. referunꝶ. ¶ Amplius aūt dorsuz latū ⁊ solidū virile est. Si in ꝯtrariū sit muliebri ascribiꝶ generi. Quoꝝ aūt dorsuz incuruū est si in molli carne fuerūt etsi que iuxta illa sūt angustiora tanꝙ sint succincti hi in oi ope ꝓcellēt ⁊ in venationū studio sūmi erūt. ¶ Adhuc spine pars iferior si latis iaceat natibꝰ ⁊ molli carne circūdata femininū est ⁊ effeminatos ostēdit. Si aūt hec pars ꝓlixa est ⁊ desinit in acutū intemperātiā ostēdit libidinū ⁊ timiditatē. virilis aūt esse solet q moderata ⁊ solida. ¶ Si hilia solida fuerint ⁊ dura ⁊ discreta ossibꝰ fuerint indicāt ferū ⁊ bellatorē. talia.n. hilia ad leonē Plato dicit referri. Si aūt sint molli carne cōpleta muliebre ingeniū designabunt. Que aūt nimium ex ossa sunt ⁊ rugosa ⁊ tenui cute circundata: sicut sunt hilia symiarū malignitatē ꝓtēdūt. Earūdē aūt reꝝ ēt femoꝝ sūt signa ẜm Pale. qꝛ ēt femur ⁊ hilia subiecto nō differunt: sed rōne sicut pꝫ ex anathomia femoꝝ. ¶ Nunc aūt signa sumamus ex cruribꝰ que sunt inter genu ⁊ pedem. Dixit.n. Aristo. ꝙ genua que inter se ꝯuersa sunt ꝗsi collidanꝶ ad femineaz referunꝶ ꝓprietatez: qñ ēt pars cruris que sub genu est ⁊ vocaꝶ sura est plena ⁊ ꝗsi grauida sordidū significat hoiem ⁊ intēperatum ⁊ impudentē. Seruiles.n. mores hec signa cōprehendunt. Cū aūt moderate sunt magnitudinis ⁊ plenitudinis solide ⁊ discrete adinuicē optimū ingeniū indicabunt. molles aūt sure effeminatis assignanꝶ ⁊ sexu muliebri. Ime aūt partes cruriū sunt ꝓxime talis: ima igiꝶ pedū ⁊ calcanei cū longa sunt ⁊ referta carnibꝰ stultū indicabūt ⁊ insanū: ⁊ refert hoc Palemon a se sepiꝰ expertū: ꝓcipue tñ erit efficacius signum si ꝯtingat in eis humiles esse digitos ⁊ vastos. Quoꝝ aūt pedū est ambitus cōcauitatis solidus hi certi ⁊ honesti ⁊ circūspecti ⁊ honesti ꝯsueuerūt eē. Pedis.n. ima qñ discreta fuerint itinere ⁊ articulis claruz generosum ⁊ virile igeniū indicabūt. molles aūt si sint ampla carne circundati molle indicabunt ingeniū. Crassi aūt ⁊ breues pedes valde indicāt firmū hoiem. Nimiū aūt ꝓlixi ad hoiem dolosum referunꝶ ⁊ ad eū qui multā cogitat ꝑniciē. per tenues aūt ⁊ breues pedes ꝓdunt hoiem malignū. Curui pedes ⁊ qui plantā habēt lōge cauā ⁊ reductā sunt improbādi. Qui aūt nō plani sunt in plāta versutā ostendunt ⁊ malignā mētem. ¶ Ampliꝰ aūt crura densis capillis obsita ẜm Loxū indocilē ⁊ ferū hoiem. hec.n. indicabunt inguina si nimis sint capillosa. Venter siłr ⁊ pectꝰ si nimio pilo tecta fuerint leuē hoiem ⁊ instabilē significāt: declarat ēt hoc animū q sine religione est ⁊ sine pietate. Cū aūt solū pectꝰ capillos ꝓfert calidū ⁊ animosum designat. Cū aūt cōe corpus capillo ꝗdrupes aial potius ꝙ̃ hoiem designat. Ceruix aūt que iuxta caput est cū fuerit capillosa fortē ⁊ animosum indicabit. Cuz vo ad mediā frontē capillus descēdit ex vtraqꝫ pte repssus ⁊ reflexꝰ est ad eqnā spēz hꝫ similitudinē. ¶ Incessus quoqꝫ hois ex iclinatione nāe ꝓcedēs annūtiat de eo ꝗlis animi ⁊ ꝗliū moꝝ. Qui.n. longis passibꝰ incedūt magnanimi esse significanꝶ ⁊ efficaces. Qui vo angustis passibꝰ icedunt inefficaces sunt parue mentis ⁊ parci atqꝫ dolore astricti: ⁊ si sunt artifices sunt obscure mētis. Celeritas aūt gressus cū erecto ⁊ elato corpore ⁊ honesta habitudine caliduz hoiem esse indicat qui res agēdas magis ꝙ̃ ꝑficiendas aggrediꝶ. Si aūt celeriter qdē moueꝶ si submittit oclos ⁊ se cōprimit ⁊ vultū deducit atqꝫ totū cōplicat corpꝰ significat nimis timidū parcū vsutū ⁊ minus liberalē. Si aūt cum celeritate motꝰ acciderit ꝑturbatio oculoꝝ capitis incōstātia ⁊ anhelitus spissus hec indicia ꝓdunt hoiem magnarū cladiuz ⁊ imanē ⁊ audacem. Qui vo breues passus hꝫ eisdē accelerat malignꝰ esse diciꝶ: plus tñ timidus ⁊ ibecillis est habēdus. Tardus incessus si nālis est animū idicat pigriorē: nisi alia signa potētiora dissentiāt. Si aūt ꝓcurata sit tarditas ⁊ interdū resistat ⁊ ceruicem reflectat ⁊ circūspiciat superbie hꝫ extat signū. Erecte aūt euntē ⁊ molliter spatulas gerētem ⁊

Physionomia lateruz ⁊ dorsi.

Physionomia hilioꝝ.

Physionomia cruriū.

Physionomia pedū.

Physionomia ab icessu sūpta.

cōposito gradu mechū ⁊ incōtinētē ꝓnuntiabit. Cuz autē pedū ⁊ manuū motꝰ cum totius corporis cōsentiunt ⁊ cum bene ⁊ moderate ac trāquille inferunꝶ cum iclinatione aliꝗ capitis decētis ⁊ ceruicis hoc indicat hoiem magnanimuz ⁊ fortē. talis.n. est icessus leonis: vt dicit Plato qui humeros cōmouēdo icedit erecto collo supbꝰ ⁊ insolēs indicaꝶ. Qui aūt oi tpe instabiliter ꝓmouenꝶ ⁊ declināt frequētius ad dextrā ptem que mollior est stulti sunt iudicādi. Acres aūt ꝓbanꝶ freqūetius quoꝝ corpꝰ declinat ad sinistraz: qm̄ illi retinēt motꝰ instabilitatis. Qui vo sese submittunt atqꝫ corpꝰ inhoneste infringunt blādi sunt q ad canes blādiētes referunꝶ. Aristo. aūt ad Alexan. dicit ꝙ qui moueꝶ frequenter ⁊ loquitur motu manuū est imundus ⁊ eloquens ⁊ deceptor: qui vo abstinens a motu manuum hic est perfectꝰ intellectu bene dispositus ⁊ sani consilij.

¶ Tractatus Tertius primi libri animalium: in quo agitur de membris interioribus.

¶ Cap. pᵐ. De conuenientia animalium ⁊ de anathomia cerebri ⁊ natura ipsius.

In his que iā ꝑmisimꝰ locuti sumꝰ de mēbris exterioribus ⁊ nō de iteriorbꝰ nisi de illis que ꝯiuncta sunt exteriorbꝰ sicut est matrix ⁊ vesica ⁊ nō pellicule vētris. Nūc aūt de iteriorbꝰ in hoc tractatu loquēdū est: siue sint istrumēta vtutū spiritualiū sicut cor ⁊ pulmo: siue etiam sint instr̄a virtutū nāliū sicut epar stomachꝰ splē ⁊ intestina ⁊ renes. ¶ Dicamꝰ igiꝶ ꝙ mēbra iteriora non sunt ita cognita multis sicut exteriora que subiacēt sensui. Nos igiꝶ opꝫ hic rememorare de ipsis vt saltim ẜmone nr̄o cognita fiāt ⁊ vt cōparemus ea mēbris alioꝝ aialiū quoꝝ nā quo ad mēbra iteriora est ꝓpinꝗ mēbris hoiuz: qꝛ aialia multo sunt similiora hoi in mēbris iteriorbꝰ ꝙ̃ in exteriorbꝰ: ⁊ cū hoc fecerimꝰ: tunc erit cōpletꝰ ⁊ ꝑfectꝰ liber iste q de scia aialiuz est: qꝛ oia mēbra aialiuz ꝑfecte cognoscemꝰ. ¶ Causa autē ꝗre in interioribus magis sunt siłia aialia sibiinuicē ⁊ hoi ꝙ̃ in exteriorbꝰ est: qꝛ iteriora sunt elemētalia faciētia nām exterioꝝ: ⁊ sicut est similitudo mineraliuz in nālibus: ⁊ sicut vniuocā hñt nām plāte: ita ēt in iteriorbꝰ cōueniunt aialia ꝗsi nālibꝰ. exteriora autē exercēt opa ⁊ illa formalia ⁊ dissimilia nisi sint similiuz passiones: sicut sunt organa visus: qꝛ valde abstractꝰ est: ⁊ iō oculi aialiuz similiores sunt oibus alijs mēbris exteriorbꝰ. Nō eni ꝓfundaꝶ multuz in aialiū nām sicut tactus ⁊ gustus. Post hec autē similior est auditus: ⁊ sic est de olfatu post auditum. Gustus autē ⁊ tactus valde sunt dissimiles: ⁊ generałr instrumēta passiuarū virtutū: eo ꝙ iferunꝶ eis passiōes ab extrinseco que sunt eadē ad oia aialia sunt multo similiora istrumētis actiuis ꝑficiētibus motuz que sunt vtutuz que ex ipsa ꝓcedunt aialium nā: ⁊ iō nō ẜm diuersitatē nāe aialiū diuersificanꝶ: ⁊ illa ꝗcūqꝫ tñ ipoꝝ ꝯueniunt magis in nā magis ēt similanꝶ in organis illis: sicut equus ⁊ asinus in pedibꝰ ⁊ bos ⁊ cerꝰ ⁊ sic de alijs: sed in iteriorbꝰ magnā fere oia aialia hñt similitudinē: qꝛ epata eoꝝ ⁊ cerebella ⁊ pulmones multū ꝯueniunt: ⁊ siłr stomachi ⁊ itestina. hec.n. sunt vasa nāe nutrimēti q̃ in genere est eadē pluribꝰ aialibꝰ: ⁊ formales differētias accipit a digestione vltima que cōpleꝶ in mēbris organicis formaliter differētibus. hec eadē cā est ꝙ ꝯueniūt aialia plus in similibꝰ mēbris ꝙ̃ in dissimilibꝰ. similia eni magis referunꝶ ad nām ⁊ dissimilia magis referunꝶ ad formā. Inter oia enim interiora ⁊ similia maior videꝶ esse conuenientia aialium in cerebri substātia. Illa enim in oibus cerebrum habentibꝰ est mollis alba humida ⁊ ꝗsi in duo diuisa ante ⁊ post: alia ꝙ anterior est mollior ⁊ posterior est aliquātuluz durior ⁊ siccior: ⁊ iō si cognoscaꝶ cerebrū hois facile cognosceretur substantia cerebri quā nos cognoscere querimus. ¶ Diuidiꝶ in tres ptes ꝗrū vna ē suba velata: secūda suba medullaꝝ. tertia aūt est vētres q sūt in ipo q sunt spū aiali pleni. Nerui aūt sunt sicut vgula ꝗdā ex ipo ꝓdeūtia: nō tñ sūt aliqd sube ipsꝰ. Totū aūt cerebrū per longitudinē linee diuidiꝶ in duo q̃ ꝓtrahiꝶ p mediū medulle ipsꝰ ⁊ p mediū pelliculaꝝ suaꝝ ⁊ p mediū vētriculoꝝ: ⁊ hoc ē iō vt sciaꝶ eē

Propter qd aialia i mēbris iteriorbꝰ sūt adiuicē siłia ⁊ magis ēt homini siłia.

Suba cerebri diuidiꝶ i tres partes.

Cōplexio cerebri ⁊ cāe eiusdem.

duplex auxiliū: eo ꝙ refert ad vtrūq₃ organū sensuū ⁊ mo-
tiuarū virtutū ipsius ex vtroq₃ latere: que oīa duplicia fa-
cta sunt ꝓpter cām quā supra diximus: ꝙ videlicet si nocu
mentū accidat vni ꝙ saluet ps altera. Est aūt cerebri sub̄a
frigida ⁊ hūida ſm nāles q̄litates cōplōnātes ip̄z. ¶ Factū
aūt ꝓpter tres cās p̄cipue. quaꝝ vna est: q₂ dū fiat cōtinue
motus in ipso ex motibꝰ neruoꝝ motiuaꝝ virtutū posteriꝰ:
⁊ passiones ꝯtinue fiant in ipso ex motibꝰ sensibiliū anteriꝰ
si nō esset frigidissimū inflāmaret ex calore qui excitatur ex
motibꝰ illis multis ⁊ cōtinuis. ¶ Scḋa aūt est: q₂ cū spiritꝰ
calidus valde mittat ei a corde per duas arterias que di-
rigunt a corde ad cerebꝛu₃ de quibus supra in anathomia
arteriarū diximus: si cum hoc sub̄a cerebri calida esset aut
tēperata efficerent oēs operationes aīales cōmixte ⁊ cōfu-
se: eo ꝙ supfluū calidū cōmisceret operationes sicut in alijs
ostendimus. Nunc aūt per cerebri frigiditatē fit tēperamē
tum. ¶ Tertia cā est multitudo spirituu₃ lucidoꝝ qui sunt
in ipso qui in ipso discursu ⁊ lumine suo in cellas aīaliū vir
tutū excitarent inflāmationē dissoluentē aīal nisi esset frigi-
ditas cerebri tēperans. His igit de causis frigida est cere-
bri sub̄a. Humidū aūt est ſm nām vt motus de quo dictu₃
est nō exiccet ip̄m: ⁊ vt bene sit ip̄ressibile oībus formis vir-
tutū aīaliū: ⁊ vt etiā ad bonā figurā per se possit redigi an-
terius ⁊ posterius. In ipsa aūt sui humiditate factū est mol
le ⁊ pingue: pingue quidē vt viscosum ad tenēdas formas
que veniunt ad ip̄z: ⁊ vt id qḋ orit ex ipso. v₃. nerui motiui
⁊ sensitiui sit viscosum ⁊ extēsibile per diuersas corporis fle
xuras: ⁊ ēt vt nutrimentū qḋ ex ipso dat neruis ⁊ nuche sit
bonū: q₂ ambo illa pinguia ⁊ viscosa sunt ⁊ nutriunt ex cere
bro. ex quo enim nerui debent esse flexuosi ⁊ duri aliquātu-
lum ⁊ durities euenit eis per distantiā a sua origine opor-
tuit necessario principiū eoꝝ esset pingue: q₂ aliter inflexibi
liter indurarent. ¶ Adhuc aūt q₂ spiritꝰ discurrere in ipso
debuit nō esset leuis ⁊ rarus nisi esset humido pingui sustē
tatus. Si enim esset durus ⁊ siccus lederent ex eo mēbra et
īpedirent operationes. Substātia tn̄ cerebri nō equalr est
lenis ⁊ mollis: qm̄ anterior ps eius est mollior ⁊ lenior ⁊ pi-
guior: ⁊ posterior siccior ⁊ durior: ⁊ est velamen diuidēs in-
ter duas partes ipsius: de quo inferius faciemus mentio-
nem. Anterius quippe mollities ⁊ lenitas fit necessaria: q₂
cū sensus sit speculator congruus locus vt anterius locent
organa sua que iuuant mollitie ⁊ leuitate ad bene recipien
dum formas sensibiliū. Plurimi aūt neruoꝝ motiuoꝝ cu₃
nucha oriunt posterius que inquā nucha est nuntius ⁊ vi-
carius eius per spondiles dorsi per longitudinē corporis di
recta a qua op₃ oriri neruos fortes ⁊ duros. Et iḋ ꝯueniēs
fuit ip̄m esse siccius ⁊ durius. Velamē aūt qḋ est in ip̄o gra
datim positū est ꝓpter duas causas: quarū vna est ꝙ mol-
lis pars eius separet a cōtactu partis dure. Scḋa vō est ꝙ
nerui descendētes ab ipso ſm suas origines diuidunt ⁊ se-
parant abinuicē. Oportuit ergo vt esset aliqd firmū qḋ cō-
tinet eos: ⁊ iḋ fit descensus per ip̄m pellis firma cui innitā-
tur ⁊ per quā retineant ne decidant a principio sue genera-
tionis ⁊ nutrimēti: post reflexionē aūt velaminis istius po-
sterius cerebrū est locus vacuus qui vocat torcular siue la-
cuna habēs latitudinē aliq̄₃: ⁊ ad illā vene veniētes ab epa-
te effundunt sanguinē quē apportant ⁊ ibi dirigit aut forte
a caliditate supflua temperat ⁊ substātia cerebri quē locu₃
exiccant vene nutrientes cerebrū suggentes eū per sua orifi
cia sup torcular directa: ⁊ cū suxerunt eū deportant eum ad
duas venas: de quibus oībus diximus in anathomia ve-
narū: nec hic op₃ repetere. Lacune aūt illius siue vacuita-
tis auxiliū est: q₂ nerui ⁊ nucha lederent si cōtingerent cra-
neū: ⁊ iḋ oportuit vt fierent origines eoꝝ equi distātia que-
dam a craneo. Interiori aūt parte cerebri oriunt ab eo duo
additamēta mamillaria per que fit odoratus: ⁊ hoc paru₃
quidē differt a cerebri mollitie: sed in extremitatibꝰ q̄dem

De pāniculis cerebri.

earū cōsequit ea aliqd de duritie neruoꝝ. ¶ Amplius aūt
sunt duo pāniculi cerebrū cooperiētes: quoꝝ superior q ad
craneū eleuat est spissior ⁊ durior vt resistat duritiei ossis ⁊
ꝓhibeat nocumēta que ab osse veniūt ad cerebrū ꝓuenire:
⁊ pp duritiē suā ⁊ maternā custodiā quā īpēdit cerebro exci
piēdo nocumēta ossis duramater vocat. Secūdus aūt est
pāniculus mollis adherēs cerebro ⁊ molliter excipiēs ip̄m
⁊ custodiens ne ad duriorē eleuatū duriter īpingat. Quan-
doq₃ enim dilatat ⁊ quādoq₃ ꝯstringit: ⁊ aliquando eleuat
p̄cipue in clamore ⁊ cātu magnarū vocū: ⁊ tūc mollities eiꝰ
in durū ⁊ spissum īpacta ledi posset nisi medium plus molle
q̄₃ durū ip̄m custodiret: ⁊ ob hanc piematris custodiā pia
mater hec pellicula nūcupat. Propter nimiam aūt cerebri
mollitiē ⁊ nimiā cranei duritiē oportebat vt duplici inolue
ret medio: vno q̄dem tegente ⁊ tangente ⁊ altero īpediente
īpactionē ad os. nō aūt cerebrū tāgente: spālē tn̄ p̄stat vtili-
tatē piamater: q₂. v₃. est ligamētū venarū tā pulsantium q̄₃
quietarum ad cerebrū venientiū que absq₃ dubio ꝯtinere
nō possent ꝓpter mollitiē cerebri nisi pāniculo dicto q̄si se-
cundina q̄dā cōtinerent suis ꝓprijs sitibꝰ ⁊ locis. ⁊ hac de
cā ēt in diuersis locis diuisionū cerebri hec pellicula ingre-
dit in sub̄am cerebri ⁊ intendit ad ventriculos ipsius ⁊ ꝓ-
tendit vsq₃ iuxta postremū ventriculū: ⁊ ibi nō inuoluit ce-
rebrū: eo ꝙ ibi nō indiget eo ꝓpter duritiē quā ibi h₃. Pā-
niculus aūt spissus nunq̄₃ tāgit subtilem: sed vbicūq₃ leuat
ab eo ⁊ nō est aliqd cōtinuās inter eos nisi vene pulsantes:
⁊ vsq₃ ad subtilē ꝓueniētes siue penetrātes. alligat. n. q̄busdam ligaminibꝰ pānicularibꝰ que ex ipso spisso pāno oriun
tur ⁊ veniūt ad cranei diuisiones de quibus in anathomia
capitis diximus: ⁊ illa ligamēta pānicularia ēt per os in su-
ris ⁊ alijs ꝯiunctionibꝰ pertingūt ad exteriora cranei: ⁊ ibi
texit ex eis pāniculus inuoluēs craneū exterius super que₃
pāniculū diffūdit caro que est circa craneū: cui postea sup-
ducit cutis ex qua capilli oriunt: ita ꝙ primū opertoriū est
capilli: 2m cutis: ⁊ 3m caro: ⁊ 5m os cranei: ⁊ 6m duramater:
⁊ 7m piamater: ⁊ hec omnia sunt in superiori capitis parte.

De ventribus cerebri.

¶ Adhuc aūt cerebrū ſm suā longitudinē tres habet ven-
tres: quoꝝ q̄libet per latitudinē suas duas h₃ ptes: dextrā
v₃. ⁊ sinistrā ꝓpter lineā que per lōgū diuidit. Anterior aūt
que magna est sensibiliter diuidit in duas partes: dextra₃
v₃. ⁊ sinistrā: que pars iuuat odoratū sicut dixīmꝰ: iuuat ēt
ad expulsionē supfluitatū per os nasi qḋ colatorium vocat:
qḋ totū ſm longitudinē nasi cui tanq̄₃ basis subiacet est fo-
raminosum ineq̄libꝰ foraminibꝰ: sicut iam in antehabitis
determinatū est. Per vias aūt que sunt a cono nasi ad ma
millaria ꝓcedētes ingredit spiritꝰ q ad diuersas iuuat ope
rationes. Postremus aūt vētriculus l₃ minor sit anterio-
re: tn̄ est ēt magnus ſm se: eo ꝙ ipse supplet ibi magni mē-
bri qḋ est occiput vacuitatē: ⁊ p̄cipue q₂ ipse est principium
magne rei que est nucha: ⁊ q₂ ex ipso diuidit p neruos spi-
ritus motiuꝰ ⁊ per nuchā: ⁊ eo ꝙ in postremo sunt spiritus
seruatiue opationis que est operari ⁊ reminisci: ⁊ alia mul
ta hmōi que suas custodiunt per spiritū qui ibi est opōnes
nō solū aūt hic vētriculus minor est anteriore: sed ēt minor
est q̄₃ vterq₃ particulariū anterioꝝ vētriculoꝝ. stringit aūt
hic vētriculus paulatim v̄sus nuchā quā a se emittit ⁊ dila
tat v̄sus mediū a quo incipit sua duritia. mediꝰ aūt vētri-
culus nō est aliud q̄₃ trāsitus q̄dā ex anteriori in postremū.
⁊ iḋ ēt magnificat ⁊ elargat: eo ꝙ abundanter redit de ma
gno anteriori ad magnū postremū. q̄cq̄d est de spiritu ⁊ for
mis. principiū aūt huius ventriculi qḋ videt id qḋ intrin-
secus est in ipso esse: sicut spiritus qui ēt motu suo facit ele-
uationē trāsitus. elongat aūt rotunditate ⁊ dimensionibus
suis. Iste aūt vētriculus vocat a quibusdā cōiunctio duoꝝ
vētriculoꝝ: eo ꝙ deferūt spiritus deferētes formas a prio-
re in posteriorē in quo sunt virtutes seruātes: sicut dixīmꝰ:
⁊ iḋ iste vētriculus optime attribuit cogitatiue ⁊ imagina
tiue: q₂ ille fiunt in trāsitu ⁊ motu spirituu₃: sicut scit ex his
que differētia spiritus ⁊ aīe diximus. ꝙ aūt in istis ventri-
culis predictarū virtutū sunt opationes significat ex nocu
mentis que accidunt eis: qm̄ qn̄ accidit nocumentū alicui
hoꝝ vētriculoꝝ aut ledit aut oīno destruit operatio virtu-
tis illius quā diximus sitā esse in ipso. pāniculus aūt subti-
lis qui piamater dicit cooperit ⁊ distinguens ingredit ven
triculos cerebri vsq₃ ad occiput. ibi enim tali non eget oper

Ad qd sint necessarie distinctiōes ⁊ cōmissure i cerebro

tura: sicut iam in antehabitis diximus. ¶ Distinctiones
aūt ⁊ cōmissure cerebri necessarie sunt vt in eis cōtineatur
spiritus aīalis ad quē hauriendū nō continue aperit cere-
brum. paucus. n. est spiritus aīalis: ⁊ iḋ op₃ vt diligēter con
seruet. Alia ēt cā earūdē est cōmissuraru₃ vt in eis anima-
lis spūs dirigat: qui quidē qn̄ a corde mittit nō sufficien-

ter est assimilatus cōplexioni cerebri: ꝛ iō stat in anteriori
parte ꝛ digeri incipit. plus aūt assimilat̃ in media ꝛ perficit̃
eius digestio in postrema. nō. n. vnq̄ȝ aliqd digestione com
plet̃ nāli nisi sit diuisum in ptes digerentis. Cōmissura aūt
anterioris ventriculi plura hȝ distinguētia singularia q̄ȝ cō/
missura posterioris ventriculi. ꝓportio enim ventriculi ad
ventriculū fere est sicut ꝓportio mēbri ad membrū. Causa
aūt quare minor est posterior q̄ȝ anterior accipit̃ ab ipsa di
stinctione: ꝛ inter hunc ventrē anteriorē. vȝ. ꝛ posteriorē est
locus in quo partiunt̃ due vene magne que ad cerebrū ascē
dunt ꝛ ex quibꝰ texit̃ secūdina hec est rethe illud qō sub ce/
rebro iacet sicut in venarū diximus anathomia. Rami aūt
venarū innitunt̃ cuidā corpori qō hȝ glandis figurā ꝛ com/
plet locū qui est inter venas ꝛ ventres: ꝛ sustinet eos ne con
fluant: sicut enim diuisio ramoꝝ venarū dictarum a stricto
incipit ꝛ terminat̃ in amplū: ita facit caro dicta: ꝛ sic facit di
latationē. Caput enim huius glandule figure est pinealis:
ꝛ illud vertit̃ ad superius vbi fit portio prima cameraruȝ ꝛ
venarū ꝛ ꝓtendit̃ versus fundū vbi cōplet̃ suspensio ramo
rum dictarū venarū: ꝛ ibi ex eis cōterit̃ rethe siue secūdina
que sub cerebro requiescit. Pars aūt q̄dā vermicularis siue
forme que est pars cerebri in aliquo assimilata carni pertin

De pte vermi
cl'ari medij vē
triculi.

git super ventriculū mediuȝ ꝛ sup partes ipsius ante ꝛ post
ꝯm longitudinē extensa sup ventriculū ligata ad ipm ante
ꝛ post vt possit extendi ꝛ cōtrahi sicut neruus quo colligan/
tur mēbra ꝛ hoc corpus in suppreme parte eius est cooper/
tum pāniculo subtili qui cerebꝝ cooperit vsq̄ȝ ad postremā
eius partē vbi coopercnlo nō indiget. Cōiūgit̃ aūt vermi/
culare istud cum duobꝰ cerebri rotundis additamētis que
sunt in longitudine cerebri anterius ꝛ posterius: ita ꝙ duo
istoꝝ additamentoꝝ sunt anterius ꝛ duo posterius latera/
liter se respiciētia: ꝛ istud vermiculare est inter ea sicut ner
uus colligans ea ꝛ nō permittens ea abinuiceȝ recedere: et
cū cōstringit̃ vermiculare trahit duo lateralia additamen/
ta ꝛ ꝯiungit ea: ꝛ tunc claudit̃ ventriculus ꝛ oppilat̃: ꝛ cum
extendit̃ ad exprimendū additamenta separant̃ abinuicē
ꝛ aperit̃ vētriculus. Qō aūt de eo extendit̃ posterius est mi
nus: eo ꝙ venit anterius ꝛ peruenit ad vacuitatē ꝛ sistit ibi
in posterioribus cerebri sicut infigat̃ in viā introitus eius.
anterior enim pars latior est posteriore ꝯm figuraȝ cerebri
quā pōt tolerare q̄ȝtitas. Duo vō p̄dicta additam̄ta vua/
lia vocant̃ ꝓpter similitudinē ad vuā quā habent: ꝛ in istis
additamētis vualibꝰ nunq̄ȝ fit cōmissura aliq̄: sed sunt pla
na ꝛ leuia vt aptius stringant ꝛ cooperiant ꝛ magis obe/
diant motui qū mouet suba vermiculari. Sub cerebro aūt

Nō de situ re/
this mirabil'.

ꝛ pāniculo eius sub basi cerebri que est os qō Baxillare vo
cari diximus iacet rethe qō cōtextum est ex venis ad caput
ascendentibꝰ: de qbꝰ in anathomia venarū dixīmꝰ. ¶ Am
plius expulsio superfluitatū cerebri duos hȝ meatus ex inte
rioribus sui: quoꝝ vnus est in vētriculo anteriore in termi
no vbi se cōtingunt ventriculus anterior ꝛ ventriculus me
dius. Alter aūt est in vētriculo medio. Postremus aūt nō
hȝ meatū: eo ꝙ ad ipm nihil venit nisi qō est deputatum: ꝛ
q̄ꝛ cōparatione anterioꝝ est strictus ꝛ nō pōt sustinere pfo/
rationem. Medij aūt ventriculi meatus est in termino cō

De mētibꝰ ce/
rebri p q̄s su/
pfluitates eiꝰ
educuntur.

muni vbi se cōtingūt medius ꝛ postremus. Nucha ēt duos
hȝ exitus per quos eius superfluitates expellunt̃. Supradi
cti aūt duo meatus cerebri incipiūt qdem a duobꝰ ventri/
bus vt dictū est: ꝛ cū penetrāt in ipm cerebrū qō purgat̃ per
eos transuersant̃ ꝛ obuiant sibi in profundo: ꝛ illius qdem
transuersationis ꝛ meatus principiū est in velamine subti/
li: ꝛ eius postremū inferiꝰ est in velamine duro ꝛ ibi strictū
est formatū: sicut caput rose que incipit ab amplo ꝛ deficit
in strictū: ꝓpter qō caput rose vocat̃: a qbusdā ēt nominat̃
infusoriū. Cū aūt penetrauit in pāniculū duruȝ obuiat illic
meatui alij in glādula de q̄ supra diximꝰ: ꝛ fit sicut fit sphe/
ra cōpressa a duobꝰ polis superius ꝛ inferiꝰ: ꝛ penetrat iter
pāniculū qui est durus ꝛ meatū palati: ꝛ ibi cadit in meatū
qui est in cōcauitatibꝰ colatorij versus suppremum palati.
Hec igit̃ est anathomia cerebri. ¶ Ex his igit̃ pȝ ꝙ cere/
brū est positū intra caput hoīs: ꝛ ēt eodē mō est positū ēt in/
tra caput alioꝝ aīaliū. Oīa. n. aīalia habētia sanguinē hn̄t
cerebrū. Aīal eni marinū de quo minus videt̃ qō Mala/
chie vocat̃ ꝛ pedes hȝ ꝛ pinnas hȝ cerebrū. Et multa etiaȝ
sanguinē nō habētia habēt cerebrū: ꝛ etiā iperfecta habēt
aliquid loco cerebri: sed cerebrū ꝯm perfectā rōneȝ cerebri
nō habēt. Homo vō ꝓpter multas ꝛ pfectas suas virtutes
aīales hȝ magnū cerebrū ꝓportione q̄ȝtitatis capitis sui: et
hȝ ipm humidū ꝛ molle valde: ꝛ circūdant ipm cerebrū due
tele circūquaq̄ȝ. s. piamater ꝛ duramater. Duarū aūt tela/
rū illa que est iuxta os cranei est fortior ꝛ durior. Est aūt ce
rebrū diuisum per longitudinē in duos modos: dextrū. vȝ.
ꝛ sinistrū ꝛ in posteriori parte capitis est cerebruȝ aliud ꝯm
cōplexionē in ventriculis posterioribꝰ dextro ꝛ sinistro: di/
uersum ab anterius ꝛ visu ꝛ tactu: q̄ꝛ posterius est siccum ꝛ
durū ꝛ anterius humidū ꝛ molle. In vltima aūt parte post
partē postremā cerebri est vacuū istud qō torcular vel lacu
nā vocamus: ꝛ hoc quidē vacuū magnū est ꝯm capitis q̄ȝti
tatem. ¶ Adhuc aūt capita quorūdā aīaliuȝ sunt magna ꝛ
facies eoꝝ in qua est situs nasus ꝛ oculi ꝛ os est simul ꝛ ꝓ/
portionata capitibꝰ eoꝝ: ꝛ hoc est in qbusdam que rotūda
sunt in facie: sicut homo ꝛ symia. Quedam aūt ꝓportione
sue quātitatis habēt caput paruū ꝛ mandibulas magnas:
sicut omne aīal habēs caudā pilosam: sicut equus mulus ꝛ
asinus. Cauda aūt pilosa vocat̃ que in toto pilis longis et
multis est repleta. ¶ Amplius aūt nullus oīno sanguis est
in cerebro ipsa suba neq̄ȝ vena que vnita sit ei: sicut vniunt̃
alijs partibꝰ corporis: ꝛ iō etiā cerebrū frigiduȝ est in tactu
qō nō esset si sanguis ꝛ vene cōmiscerent̃ substātie eius: q̄ꝛ
sanguis ꝛ vene sunt calide. ¶ Adhuc aūt in medio cerebri
est locus profundus ꝛ longus qui est ventriculus medius
ipsius: ꝛ ꝯm dictas dispōnes cerebrū est in oī aīali qō hȝ ce
rebrū. tela aūt que est piamater que sequit̃ inuoluens ipm
participat venas ꝛ ꝯtinet eas ne dislocent̃ que tela similis
est corio siue pelli tenui ꝯtinente cerebrū. In posteriori aūt
pte vbi deficit piamater ibi est sup ipm ꝛ sup durā matreȝ
os subtile debile qō os laude vocat̃ ad surā postremā cōti/
nuatū: ꝛ hoc est in occipite. Sup vtrāq̄ȝ aūt pellē ꝛ sup cere/
bri subam est ēt os subtile ꝛ debile in sincipite qō vocat̃ os
ꝓre capitis: ꝛ a qbusdā os coronale. Inter vtrūq̄ȝ ēt oculo/
rum sunt. 3. vie a cerebro ꝛ ad cerebrū: sed due illarum ꝓce
dunt ad occiput: ꝛ vna qdē illarū est que est via spirituum
per cellulas: ꝛ secūda que magna est: est via carnis vermi/
cularis. he. n. ambe ad occiput vadunt. Parua aūt quedā
venit ad sinciput ab interiori cerebri: ꝛ per illā fit odoratꝰ.
via. n. minor venit pertingēs ꝓpe conū nasi. due aūt vie ma
iores ꝯcurrūt ad seinuicē in media cella anteq̄ȝ perueniant
ad locū suū in quo est terminꝰ spiritꝰ decurrētis. Hoc aūt
in piscibꝰ magis pȝ. qn̄. n. cerebrū pisciū decoctuȝ est ꝛ ꝯtra/
ctū inueniunt̃ due vie: vna ab interiori intrās: ꝛ vna a po/
steriori ēt intrans in cerebrū: ꝛ manifestat̃ tertia via exiēs
a cerebro prope nasum terminata: ꝛ ibi sunt vie parue plu/
res que nullo modo ad cerebrum concurrunt.

¶ Cap. 3m. De isophago ꝛ cāna ꝛ anathomia pulmonis.

Intra collū aūt post os ꝛ linguā est isophagus:
angustus qdē superiꝰ ꝛ longus inferius ad sto
machum per diaphragma ꝓtensus: ꝛ trachea
arteria est anteriꝰ in collo: ꝛ isophagus in par
te posteriori i suppmo folli siue gutturis. Tra/
chea aūt arteria nō est nisi in habētibꝰ pulmo
nem: ꝛ trachee creatio est ex anulis cartilaginosis ꝛ est pau
ci sanguinis: eo ꝙ arteriarū est hēre parū de subtili sangui
ne ꝛ multū de spiritu. venarū aūt ecōuerso: ꝛ hāc tracheā cō
tinent vene subtiles pānicolares cōnectentes anulos eiꝰ: ꝛ
situs qdē arterie in suppmo est post os interius in gutture
in oppositione directa ꝯtra foramen palati qō venit de na
so ꝛ per qō mucilago descendit in concauū palati: ꝛ hoc est
foramen qō ꝓcedit interius ante os ꝛ cadit in cōcauū oris
ex naso. ꝛ iō forte cōtingit ꝙ homo humida lubrica per os
in attractu spiritus vel in risu attrahit in nasum ꝓpter ap/
tionem illius foraminis qō est inter os ꝛ nasum. Inter duo
aūt foramina cāne ꝛ isophagi est membrū qō est īterius in
radicis lingue situ directe: ꝛ est simile coopertorio. ꝛ hoc est
qō supra vocauimꝰ epiglotim: qō mēbrū cooperit cānā pul
monis vt nō cadat in eā qcq̄ȝ de cibo ꝓpter cām quā supra
diximus. Inferior aūt pars cāne que ad pulmonē pertingit
in duos diuidit̃ ramos q rami duobꝰ cānalibꝰ assimilant̃: ꝛ
hi duo cānales ꝯueniūt ad duas alas pulmonis. Quā sicut

diximus

dirimus superius pulmo diuidit̃ in duo: ⁊ talis est diuisio in omni hñte pulmonẽ: sꝫ hec diuisio nõ est multuꝫ manifesta in aĩalibꝰ generãtibꝰ sibi filia: ⁊ ꝑncipalr̃ in hoĩbꝰ: sed in hoĩbꝰ pellis diuidens pectus ⁊ veniẽs super pulmonis medium manifeste ꝓbat eius diuisionẽ: sꝫ in seipso pulmo hominis nõ est multe diuisiõis sicut sunt pulmones alioꝝ aĩalium que sibi filia generãt. In ouantibꝰ aũt bipedibꝰ ⁊ quadrupedibꝰ sicut est lacerta quadrupes ouãs ⁊ multa alia inuenit̃ pulmo multe ramificatiõis valde: ꝓpter qꝺ vulgus videñs diuisiones eius in gallinis ⁊ alijs auibꝰ opinat̃ duos esse in talibꝰ aĩalibꝰ pulmones. Partes aũt cãne que canna vocat̃ pulmonis: que etiã dicit̃ trachea arteria ꝑtingũt ad duas partes pulmonis: ita ꝙ vtraqꝫ partiũ pulmonis participat vnũ ramũ cãne: ⁊ cuꝫ sunt in partibꝰ pulmonis dicte partes cãne diuidũtur in ea in multas diuisiones: de qbus oĩbus in ꝑhabitis plenã ⁊ sufficiẽteꝫ reddidimus rõnem: ⁊ iste cãne sic per diuisionẽ in sub̃a pulmonis factã perueniũt in multa ramificata ad diuersas partes pulmonis q̃s igrediuntur portãtes aerẽ: ita tñ ꝙ vtraqꝫ partiũ pulmõis maior vnũ ramũ maiorem cãne participat: ⁊ ille vlteriꝰ in multos diuidit̃ ramos. Cãna aũt sic diuidit̃ ⁊ per arteriaꝫ que a corde ad pulmonẽ dirigit̃ applicatur mediãte corde vene pulsanti magne: ⁊ silr̃ applicant̃ alie partes alteriꝰ ptis canne eiusdẽ maiori arterie siue vene pulsanti quã orthi supra noiauimus. Huiꝰ aũt signũ est ꝙ quãdo aliqs insufflat cannaꝫ mortui aĩalis que adhuc adheret pulmoni ĩspiratꝰ spiritus intrat loca ꝓfundissima pulmonis ⁊ itumescũt: ita ꝙ videt̃ inflatus pulmo eo ꝙ in ipso est raritas magna ⁊ sub̃a eius tota est porosa: ⁊ vltime extremitates qdeꝫ illoꝝ foraminũ que sunt ramoꝝ cãne in ꝓfundo pulmonis sunt stricte ⁊ acute. Radices aũt siue ꝑncipia eoꝝ ex parte canne in superiori pulmonis sunt ampliora: hec aũt cãna mediante arteria que venit in pulmonẽ est applicata cordi sicut ventilabꝛũ ei qꝺ ventilat̃ per ipm: ⁊ ipm per qꝺ fit applicatio est ligamentũ qꝺ creatũ est ex cartilagine ⁊ neruo capillari: arteria eni interius est dura valde ⁊ nature cartilaginis vicina. Neruus aũt etiã cõmixtiꝫ cõfirmatꝰ hoc totũ ⁊ superius vbi fit applicatio est pinguedo q̃dã operiẽs ⁊ leniẽs duritiẽ sua vnctuositate: hoc aũt vt meliꝰ itelligant̃ opꝫ nos ponere pulmonis anathomiã. ¶ Dicamus igit̃ ꝙ pulmonis creatio est ꝓculdubio ex substãtijs q̃tuor: q̃rũ vna est cãna que est trachea arteria q̃ in ipsaꝫ mittit duos ramos magnos: quoꝝ vterqꝫ diuidit̃ in ramos plurimos. Scꝺa aũt est arteria venata que in ipm a corde diuidit̃: sicut dirimꝰ in anathomia arteriaꝝ. Tertia aũt rami venaꝝ ⁊ neruoꝝ ad ipaꝫ directoꝝ: ⁊ hec tria cõtingit caro q̃dã mollis ⁊ porosa creata ex tenuiori sanguine ⁊ subtiliori qui est nutrimẽtũ eiꝰ: et ideo est plurimoꝝ meatuũ siue poroꝝ mollis ⁊ rarus ad albedinẽ declinãs: ⁊ hoc qdẽ veꝝ est in oĩbꝰ pulmonibꝰ aĩaliũ perfectoꝝ que integre ꝓm nãe vigorẽ sunt facta. Creatꝰ aũt est rarus vt in ipso capiat̃ ⁊ diuidat̃ aer ⁊ dirigat̃ ad cordis cõgruentiã vt expellat̃ supfluitas ⁊ fumositas eiꝰ ⁊ grossities ab ipso. Sicut eni in ꝑcedẽtibꝰ diximus nũq̃ aliqd congrue ꝓm nãm dirigit̃ nisi qꝺ distributũ in ptes dirigẽtis. Illaꝫ eni hꝫ cõparationẽ pulmo ad aerẽ coꝛ euentantẽ quã hꝫ epar ad cibũ toti corpori cõgruentẽ. Est aũt hñs duas diuisiones siue alas vt qdã vocãt: quaꝝ vna tendit ad dextraꝫ ⁊ altera tendit ad sinistrã. Diuisio aũt sinistra habꝫ duos ramos: dextra aũt hꝫ tres. Utilitas eni pulmonis vnilr̃ nulla est nisi attractio aeris: auxiliũ aũt attractiõis aeris vt ꝑparetur aer cordi plus qdem q̃ꝫ idiget in palsu vno: hoc autem ideo fit vt cõtingat ex aliq̃ causa ipedimẽtũ attractionis: aut ex subuersione aut tẽsiõe vocis longe: aut ẽt qa horret aerẽ qui forte fetet vt corruptꝰ est ꝙ habeat̃ aliqd aeris in pulmone vnde coꝛ euentet̃. Aer eniꝫ ille a pulmone directus cordi est vt euẽtet caloreꝫ cordis: ⁊ vt nutriat ⁊ restauret spũꝫ vitalẽ in corde ex sub̃a aerea digesta: qa talis sub̃a vincẽs est in sub̃a spũs vitalis: lꝫ sit mixtꝰ ex pluriũ elñtoꝛuꝫ substãtijs: spũs eni nõ est corpus simplex: nõ enim solus aer cõuersus fit spũs: neqꝫ solus nutrit ipsum: nec sola aqua nutrit mẽbꝛum: sed aerea est maior pars sub̃e ipsiꝰ: sed vtrũqꝫ ipsoꝝ aqua. s. ⁊ aer aut est pars nutrimẽti: aut suo fluxu ⁊ subtilitate facit penetrare nutrimẽtum intra substãtiam eius qꝺ nutrit̃. Principalis tñ vtilitas attractionis aeris est vt recens aer frigidus habeat̃ intus ⁊ expellat̃ indẽ qui iam intẽsus ⁊ fumosus factꝰ est: qui ad caloris nõ valet tẽperamẽtum. Raritas aũt sub̃e pulmonis ad hoc facit: qm̃ aer non solũ penetrat in arterijs ipsius: sed etiã penetrat in sub̃am carnis eiꝰ. Hanc igit̃ attractionẽ aeris duobꝰ perficit motibꝰ ⁊ duabꝰ quietibꝰ: sicut iã in his que de ĩspiratiõe ⁊ respiratione disputauimus determinatũ est. Una eniꝫ quies aeris attracti est in pulmone incidẽs inter ĩspiratũ ⁊ expirati aeris motũ: ⁊ altera eiusdẽ est extra inter expiratũ et rursum attractũ. Silr̃ inter systolẽ pulmonis ⁊ diastolẽ necesse est intercidere duas qetes. Systole eni facta ante diastolem est quies vna: ⁊ diastole facta ante systolẽ iterata est quies altera: ⁊ sic cũ respiratio perficiatur motu aeris ⁊ pulmonis erũt in perfectiõe eiꝰ q̃tuor motꝰ ⁊ quatuor quietes necessario: eo qꝺ motꝰ semp terminat̃ ad quietẽ quãdo est motꝰ eiusdẽ generis ⁊ nõ in diuerso genere sicut ostẽsuꝫ est in ꝑhabitis. Utilitas autẽ carnis pulmonis iã dicta est: vt vꝫ. replendo cõiungat ramos arteriales ⁊ venales. Ramificatio aũt vtrarũqꝫ venaꝝ trachee. vꝫ. ⁊ arterie venalis est vt aer in eis diuisus dirigat̃: ⁊ vt etiã pulmo subtili sanguine qui in eis decurrit nutriat̃. albedo autẽ eiꝰ est ex victoria aeritatis in sub̃a eiꝰ: albedo autẽ eiꝰ causatur ex multitudine diaphani terminati ꝯclusi in substãtia caloris eiꝰ. Diuisio aũt pulmonis in duo: ideo est ꝙ si fiat nocumentũ vni ꝙ altera prestet auxiliũ respirationis: ⁊ ideo sinistra ẽt in duo diuidit̃ ⁊ silr̃ dextra. Tertia eni ala que inuenit̃ frequenter in dextra parte potius causat̃ vt sit substrata vene concaue que dicit̃ ventrẽ hñs. Et ideo illa nõ fert magnũ auxilium in anhelitu. Locꝰ autẽ pulmonis est magis ad sinistruꝫ: qa cum sit ventilabꝛũ cordis ⁊ coꝛ declinet parũper ad sinistrã oportuit ꝙ ⁊ pulmo ad eãdẽ partẽ declinaret. Panniculus aũt neruosus cooperuit pulmonẽ vt sensuꝫ aliquẽ hẽat per illũ ⁊ percipiant̃ nocumẽta eiꝰ sicut iã in ꝑhabitis determinatũ est. Ipse autẽ pulmo substratꝰ est cordi leniens ipm ⁊ eiꝰ tutamẽ existens. De diuisiõe autẽ pectoris per lõgitudinem iã ante determinatũ est: silr̃ autẽ ⁊ determinatio eiꝰ super diaphꝛagma. Dilatato autẽ pectore per lacertos ⁊ musculos pectoris capit̃ aer: ⁊ eodẽ constricto expellit̃: sicut in folle fit qui cũ bene dilatat̃ capit aerem: ⁊ quãdo cõstringit̃ expellit eũdẽ: ⁊ sic fit anhelitꝰ. Hec igit̃ de pulmõis anathomia dicta sunt. ¶ Hec igit̃ est dispositio cãne ⁊ pulmonis: ⁊ cãna qdem in via anhelitꝰ: nõ eni põt esse via cibi: qa eã nõ intrat aliquid de cibo: ⁊ quando intrat aut eijcit̃ per tussim forte: aut manẽs inducit mortẽ: aut egritudinẽ lõgã que vocat̃ chronica: in qua putrescit pulmo: sicut est asma ⁊ ptisis ⁊ hmõi. Cum igit̃ nõ sit via cibi opꝫ ꝙ sit via anhelitꝰ. Ex oĩbꝰ autẽ ex hoc capitulo inductis nõ pertingit ad exteriora nisi anhelitus: ⁊ ab ipso ordinata est physionomia a phicis Loro ⁊ Palemone qui lõge ꝑcesserũt ante nos. ¶ Dicunt aũt ꝙ spiritꝰ qetꝰ ⁊ ordinatꝰ ⁊ mediocris inter magnũ ⁊ puũ quietem cordis ⁊ pacatũ hoiem significat. Sine causa autẽ suspirare ⁊ gemere ꝓfunde melãcholie detentũ ⁊ futuꝝ maniacum demõstrat. Cũ autẽ quiescit per tẽpus lõgũ ⁊ ordinatum est: ⁊ tandẽ cũ angustia ꝓdit estũ ⁊ gemitum cogitatione ⁊ molestia detẽtũ denũtiat ⁊ in penitentia alicuiꝰ mali positũ: ꝑcipue si caput cũ hoc q̃tiatur. Si aũt oculos itorquet cũ gemitu per hoc se aliqd mali iã ordinare in aĩo qꝺ cogitat qualr̃ opere cõpleat. Spiritꝰ aũt cuꝫ rugitu quodã ⁊ narium dilatatiõe emissus feritatẽ ⁊ magnã iracũdiaꝫ irrationabilem ⁊ impetuosam fert̃ demõstrare: ꝓpter qꝺ ẽt in ꝓuerbio vulgi dicit̃ de talibus ꝙ spiritũ hñt in naribus. Quoꝝ auteꝫ anhelitꝰ est perturbatꝰ ⁊ spissus: ac si cursu vel angustia laborauerint impetuosi ⁊ iracũdi sunt. Cũ aũt breuis ⁊ spissus est anhelitꝰ ⁊ quasi interceptꝰ ⁊ decidens timidus est ⁊ ibecillis. Qui eni cũ gemitu ⁊ vultꝰ pietate q̃daꝫ ⁊ clementie destituatur amore herois significat̃ eẽ detẽtus.

Anathomia pulmonis.

Propter qd pulmo magis declinat ad sinistrum.

Sũma predictorum.

Physionomia ab anhelitu sumpta.

¶ Cap. 3m. De dispositione stomachi ⁊ intestinoꝝ que sunt in ventre.

Isophagus qui sicut supra diximus in os stomachi cõpositꝰ post cãnam in posteriori gule ⁊ applicat̃ cũ ea in loco ꝑcessionis circuloꝝ canne: cuiꝰ quideꝫ figura est sicut si cãna in vna figura secet̃ cõtra diametrũ ⁊ qꝺ abscisuꝫ est ꝑgameno ꝓm planã cõducat̃ superficiẽ: ⁊ postea

altera cãna huic applicetur integra. Sic enim sibi applicã/
tur meri ⁊ trachea: ⁊ de his satis in pcedẽtibꝰ dixĩmꝰ. Ini/
tium autem meri siue isophagi ex parte oris est sub radice
lingue: ita ꝙ pellis interior palati pducitur ex pelle iteriori
isophagi: ⁊ inter cãnam quidez ⁊ meri est pellicula subtilis:
non qdem ambiens ea: sed cõiungens ⁊ colligans ea ne ab
inuicem recedant: ⁊ isti sunt pãniculi qui ex meri pcedunt
ad epiglotim quem claudũt ⁊ aperiunt sicut prehabitũ est.
Isophagus aũt vadit ad diaphragma qđ paries vocaẽ eo
ꝙ sicut paries partem nutritiuam diuidit a spũalibꝰ. Vo/
catur autẽ paries id qđ diuidit pectꝰ per lõgitudinem: ⁊ ad
vtrãqꝫ istoꝝ vadit meri: sed iuxta parietem pectoris descẽ/
dit: ⁊ per diaphragma vadit ad stomachũ cui ꝯtinuaẽ. Et
ideo dicit Arist. ꝙ vadit ad vẽtrẽ. Stomachus eni ad quẽ
vadit est pars ventris. Creatura autẽ isophagi est ex car/
ne: hoc est ex duabꝰ tunicis carnosis que possunt extẽdi ⁊ di
latari ⁊ cõtrahi villis q sunt in eis lõgitudinalibꝰ ⁊ trãsuer
salibꝰ vt perficiaẽ glutitio ⁊ vomitꝰ quãdo est necesse sicut be/
ne in antehabitis determinatũ est. Cõpositio autẽ stoma/
chi ⁊ cõtinuatio eiꝰ cuꝫ meri: ⁊ cum inferioribꝰ itestinis non
bene põt itelligi nisi hic determinemus anathomiã stoma/
chi ⁊ oium intestinoꝝ ventris. Et nos qdem determinaui/
mus anathomiã meri ⁊ descẽsum ⁊ incuruatiões eiꝰ ad sto
machum ⁊ vtilitates eiꝰ in precedentibꝰ. Ubi enim diximꝰ
locũ diaphragmatis lꝫ nõ adhuc dixerimꝰ modũ sube ipsiꝰ

*Anathomia stomachi.*

⁊ vtilitatez. ¶ Dicamꝰ igiẽ ꝙ substantia stomachi est si/
milis substãtie neruoꝝ: ⁊ ideo dilatari ⁊ extẽdi ⁊ cõstrigi po
test ⁊ artari. Rotũde autẽ est figure supiꝰ vbi meri siue iso/
phagus cũ ea continuatur: ⁊ ille idem locus est vbi velamẽ
qđ est diaphragma superiꝰ attingit: inferiꝰ autẽ ampliatur
eo qđ cibꝰ residet inferiꝰ: ⁊ ille vult habere locum amplum:
⁊ ibi etiã est carnosus vt carnositate sua aliqđ auxiliuꝫ pre/
stet calori digestiuo. Rotunditas figure iam ex pmissis sciẽ
magis esse idonea ad minꝰ lesiõis sustinẽdũ ab his que ex/
trinsecus ⁊ intrinsecꝰ incurrũt in eum: ⁊ est ideo: qa hec fi/
gura capacior est: ⁊ qđ euacuãdum est ab eo non inenit an/
gulũ in quo cõstringatur: versus aũt dorsum dilataẽ vt me
lius dorso ⁊ cõmodiꝰ aptetur ⁊ insedeat. Est autẽ ex duobꝰ
tunicis: quaꝝ interior lõgitudinales hꝫ villos ad motuꝫ at
tractiõis pertinẽtes. Exterior autẽ hꝫ villos latitudinales
cõgruos impressioni ⁊ expulsioni: lõgitudinalibꝰ autẽ villis
in tunicis intriseca pmiscenẽ villi trãsuersales siue trãsuer/
saliter descẽdẽtes qui adiuuãt ad retẽtionez attractoꝝ per
hoc ꝙ sunt obices reditꝰ cibi ⁊ extẽdunẽ cũ lõgitudinalibꝰ.
Modus aũt motꝰ ⁊ operationis hoꝝ villoꝝ superiꝰ est ex/
positꝰ. Hũc autem tertiũ modũ villoꝝ non habet meri qđ
non est retinẽdum qđ est in ipso. Villi etiam trãsuersaliter
descẽdentes nõ sunt in exteriori tunica stomachi: eo ꝙ illa
principaliter est ad expellendũ nociuum ⁊ non ad retinẽdũ.
Tunica etiam exterior plus hꝫ similitudinẽ cũ neruosa sub
stantia ꝗꝫ intrinseca: ⁊ interior est carnosior ꝗꝫ extriseca: qa
exterior obuiat mẽbris duris exteriꝰ incidẽtibꝰ in ipꝫ: ⁊ in/
terior suscipit mollia que caliditate hꝫ digerere. ¶ Ampliꝰ
autẽ os eiꝰ superiꝰ plus est neruosum alijs partibꝰ ⁊ adue/
nit ei ex cerebro neruus qui dat ei sensuꝫ vt sentiat suã ina/
nitionẽ tẽpore famis: ⁊ excitet desiderium cibi: calor eni pũ
git ipꝫ quãdo est inane: ⁊ hoc nõ competeret alijs partibꝰ:
qa si essent pter sensum non desiderarent cibum anteqꝫ ni/
hil esset in stomacho: ⁊ tunc nimia esset euacuatio ⁊ corpus
aresceret. Iste igitur neruus sensibilis descendit ab alto de
fronte sensibilitatis pter causam dictam: ⁊ vna inolutio/
ne reuoluitur super meri in ppinquitate oris stomachi: de/
inde continuatur etiam cum stomacho superius in loco ro
tunditatis superioris stomachi: supponiẽ ei vna vena ma
gna procedens in longitudine ipsius ⁊ emittit in ipsum ra/
mos plurimos: quoniam ligantur cum ipso ⁊ diuidunẽ in
ramos subtiles cõstitutos in ordine vno: ⁊ similiter adhe/
ret ei arteria: de qua superius diximus: ⁊ procedunt ex ar/
teria rami sicut ex vena: ⁊ initiitur vtraqꝫ vena ⁊ arteria su/
per reflexione syphac: ⁊ contexitur zirbum ex sũmo eorũ de
quo superius diximus. ¶ Amplius autez stomachus dige/

*Quõ stõchus duplici calore digerat.*

rit tam caliditate sibi innata ꝗꝫ etiam caliditatibꝰ acqsitis
a corporibꝰ que ibi vicinãtur. Epar eni superponiẽ dextre
parti illius: desuper illic eni rotundatur: ⁊ ideo apte super/
ponitur dextre parti eius: desuper illic rotũdatur: ⁊ iđ apte
supponitur ei symma epatis: ⁊ cõprehendit eum additamẽ
tis suis sicut digitis quibusdã. Splen autem superponitur
eidem versus sinistrã elõgatus aliquãtulũ a diaphragma/
te. Si enim ambo tã splen ꝗꝫ epar supponerenẽ ei minꝰ gra
uaretur. Cum autem epar sit magnũ valde oportuit vt ca
put stomachi declinaret aliquãtulum ad sinistram dãdo lo
cum ampliorem epati: ⁊ hoc sequitur ꝙ coangustet ⁊ ipleat
sinistram partem superius. Cum autem epatis magnitu/
do non impleat vacuitatem vẽtris: sed superius cõsequẽs
est vt fundus stomachi reclinetur iterum ad dextram iplẽ/
do spatium ad qđ non descendit epar: ⁊ ex hoc dilatatur lo
cus spleni a sinistra parte sub stomacho. Additũ est in eo
ab interiori: ⁊ super omnia intestina ⁊ zirbum ⁊ myrach et
syphac pter causaꝫ quã supra determinauimus vbi dixi/
mus de substantia ⁊ vtilitate ⁊ modo velaminuꝫ predicto/
rum: hec enim omnia iuuãt ad calefaciendum stomachũ ⁊
retinendum calorem in ipso. Adhuc autem in inferiori pte
stomachi est foramen cui cõtinuatur intestinũ: qđ ideo vo
catur duodenum qđ duodeciꝫ digitorum latitudinem ha
bet sua longitudo latitudine in digitis ipsiꝰ accepta: cuiꝰ est
intestinum. Foramen autez istud vocatur stomachi porta/
narius pter similitudinem portanarij que inueniẽ in ipo.
Est enim strictiꝰ superius foramen qđ vocatur os stoma/
chi: ⁊ est transitꝰ eius qđ digestum est ⁊ corruptum: ⁊ iteruꝫ
eius qđ contrarium est per ipsum. Iste enim meatꝰ claudiẽ
fortiter vsquequo cõpleatur digestio: aut vsquequo corru/
ptus sit cibꝰ per aliquam causam indigestionis: deinde ape
ritur vsquequo compleaẽ expulsio. ¶ Ampliꝰ autem stoma

*Quõ stõchus nutriaẽ tribus modis.*

chus tali modo existẽs: vt dictum est nutritur ad cõserua/
tionem sue substantie indiuidue tribꝰ modis. Quoruꝫ pri/
mus est ꝙ fouetur ⁊ vegetaẽ subtiliori cibo adhuc in eo exi
stente. ¶ Secũdus autẽ est per sanguinem qui ad ipsuꝫ ve/
nit per venas que dirigũtur ad ipsum ab epate sicut dictuꝫ
est in anathomia venaꝝ. ¶ Tertius autez est per id qđ ad
ipsum redũdat effusum ex epate ipsi vehemẽtis famis hoc
est sanguis rubens purus qui tunc mittit ipsum. Hec igiẽ
de stomacho dicta sunt a nobis. ¶ Sub stomacho autẽ or/

*De itestis q̃ sũt sub stomacho.*

dinata sunt sex intestina: quoꝝ plura sunt valde lõga ⁊ mul
tis reuolutionibꝰ inuoluta. Huiusmodi autẽ causa est ꝙ ci
bus quidem trãsiens per stomachũ ⁊ intestina attrahiẽ ab
orificijs venarũ a symma epatis ad stomachũ ⁊ itestina di/
rectarum que meseraice vene vocãtur: ⁊ non attrahũt orifi
cia earum nisi qđ tangunt: ⁊ qđ latet de puro cibi in profun
do intestini: ⁊ nõ tangitur ab orificio vene aut ipossibile est
attrahi totũ: ⁊ ideo sagax ordinator nature ordinauit mul/
ta quatenus qđ in vno orificio non tãgit tãgat in alio: ordi
nauit longa vt qđ in vna parte non attrahitur in altera tra
hatur: vt qđ in vna parte de cibo est in pfundo circa centrũ
intestini in altera inuolutione per angulum ad quem ipin/
git conuertatur ad ipsiꝰ pariferiaꝫ ⁊ suggatur a meseraica.
¶ Ex his autẽ sequitur ꝙ cibꝰ manet diu in trãsitibꝰ istis:

*Nõ iuuamẽta q̃ cõsequit hõ ex inolutiõe intestinorum.*

⁊ ex hoc duo cõsequitur homo: vnum quidez ꝙ nõ semper
est sollicitus sicut animalia que curta ⁊ recta habẽt intesti/
na a quibus cito separatur cibꝰ etiam indigestus. Alterum
autem est ꝙ nõ cõtinue ⁊ fede eijcit stercus per partes sicut
alia quedam animalia: sed stat ⁊ cõgregatur in inferioribꝰ
intestinis vsqꝫ ꝙ hora cõpetẽti ⁊ loco congruo simul eijcia/
tur. Sex autez intestina primum eoꝝ vocaẽ duodenum. se/
cũdum autẽ ieiunum: ⁊ tertiũ lõgum qđ vocaẽ subtile ⁊ in/
uolutum: quartũ autem est id qđ vocatur orbum ⁊ alio no/
mine monoculũ: quintũ autem est qđ vocatur colon greco
nomine: sextũ autem est qđ vocatur rectum: ⁊ hoc est extale
qđ est ficteris intestinum: qđ qdã longaon vocant. Oia au
tem hec intestina vnũquodqꝫ in situ suo ligata sunt cũ dor/
so cum ligamentis ⁊ velaminibꝰ eorum stringentibus ea ꝙ
nõ moueantur a sitibꝰ suis sicut superius diximus de tribꝰ
velaminibꝰ eoꝝ stringentibus ea que non mouentur a siti/
bus suis ⁊ superiora omnia eoꝝ sunt subtilis substantie vt
possit ad ea penetrare calor ⁊ virtꝰ epatis ꝯferẽtis eis vir/
tutem digestiuam: hoc tamẽ plus est in superioribꝰ ꝗꝫ in in/
ferioribꝰ. ¶ Adhuc autem nõ sic est de substantijs eoruꝫ si/
cut de substantia meri ⁊ stomachi: qa omne qđ transit per
ista intestina subtiliatum ⁊ mollificatuꝫ est: ⁊ non timent ꝙ
pungantur

pungantur duritie alicuiꝰ transeuntis per ea: ⁊ ideo conuenientius fuit ꝙ essent de substãtia subtili ⁊ tenui: ⁊ hoc iterum tenet in his que sunt superiora: inferiora enim incipientia a monoculo sunt grossa spissa pinguia intrinsecus vt possint resistere feci que in illis est acuta ⁊ frequenter indurata ⁊ squibalica. Nõ enim induraẗ nisi in eis ꝓpter multitudinem exactionis ⁊ consumptiõis humiditatis in longo transitu ⁊ corrumpiẗ in eis: eo ꝙ in eis separata a puro aut in toto aut pro maxima parte: ⁊ non remansit nisi impuruꝫ corruptum. In superficie auteꝫ superioꝝ non est pinguedo cum nõ sunt sine glutinoso ⁊ viscoso humore intrinsecus: ⁊ hoc sufficit eis loco pinguedinis. Primum autem intestinum qđ inferius continuaẗ ad portanarium stomachi est duodenum: ⁊ hoc quasi in omnibꝰ opponitur meri. Naꝫ sicut meri non est nisi ad attrahendũ ad stomachum supiꝰ: ita istud nõ est econtra nisi ad expellẽdum a stomacho inferius: est autẽ strictius q̃ꝫ meri.

Quare meri dilatatur.

¶ Due enim sunt cause q̃re conueniens fuit vt meri dilatareẗ. Quarum vna est ꝙ res dure ⁊ grosse penetrant per ipsum quibꝰ lædereẗ si non esset dilatatum: econtra autẽ qđ penetrat per illud est leue molle mollificatũ digestione stomachi ⁊ permixtiõe humiditatis que infusa est in stomacho. Alia aũt causa est: qa trãseuntia per meri patiuntur ab vna tm̃ virtute naturali: ⁊ hec est attractiua: q̃uis hec adiuueẗ actibꝰ volũtatis qui aperiunt viam ⁊ masticant cibũ ⁊ dilatant viã per hiatũ. Ecõtra autem id qđ penetrat in duodeno patiẗ duabꝰ virtutibus naturalibꝰ: quaꝝ vna est expulsiua que est in portanario ⁊ villis stõchi: ⁊ altera est attractiua que est in ipso duodeno: ⁊ duabꝰ istis virtutibꝰ magis cogitur ire per strictum q̃ꝫ id qđ vadit per meri: hanc enim trãsitionem etiaꝫ adiuuat fex in sua lubricitate ꝓpter quã facilis fit transitus ipsiꝰ per meatũ temperate amplitudis. ¶ Adhuc autẽ meri est sicut quedã pars stomachi equalis ei in cõpositiõe ex duabus tunicis. Istud aũt est sicut res aliena stomacho per diuersitatem tunicaꝝ ex quibꝰ componiẗ: ⁊ hoc est ideo qa indiget attractione forti ⁊ fortiori q̃ꝫ aliqđ aliud intestinũ: qa meri fortissime attrahit: ⁊ ideo etiam nullus villus latitudinalis vniẗ in ipso: sed in ipso intestino qđ est rectũ multũ apparent villi longi: eo ꝙ indiget istud intestinũ maxia attractiõe a stomacho vt exprimaẗ ⁊ expellaẗ de stomacho qđ est in ipso digestũ: paucos eni villos latitudinales habens inobediens est attractioni: ⁊ ideo etiam fuit amplũ factum magne cõcauitatis respectu sue subē. Create auteꝫ sunt in hoc intestino tunice due vt nõ cito imbibaẗ corrũpentibus. Ad corruptionẽ eni est preparatũ velociter ex his que egrediunẗ per ipsum. Rectũ autem est ideo vt cito descẽdat ab ipso id qđ est in ipõ ne obtureẗ portanarius stomachi. Adhuc aũt rectitudo sua dimittit spatium a dextra ⁊ a sinistra corporibꝰ que sita sunt sub stomacho: sicut q̃dã portio epatis locaẗ ab eiꝰ dextro ⁊ splen locaẗ ab eiꝰ sinistro: ⁊ reliq̃ ẽt intestina per reuolutiones suas declinãt ad spatiũ illđ. Superius aũt diximus quare vocaẗ duodenũ. Amplitudo autem eius tanta est quanta est amplitudo portanarij. Pars aũt intestini sterilis qđ sequiẗ duodenũ vocaẗ ieiunuꝫ: ⁊ in hoc intestino incipit inuolutio. Primo aũt vocaẗ ieiunuꝫ:

Quare intestinũ ieiunuꝫ vacuũ reperitur.

quoniã vt in pluribꝰ semper inueniẗ vacuũ in aiali mortuo vel interfecto. Huiꝰ autẽ duplex est causa. Una qdem qm̃ in illo tãtũ est de meseraicaꝝ venarũ orificijs sicut in ipso: ⁊ post ipm in duodeno: ⁊ ideo non attrahiẗ totũ qđ de chilo cibali est in ipso ad epar: ꝓpter propinqtatem quã ad epar habet: ⁊ hoc est intestinũ qđ ꝓpter exiccationeꝫ meseraicarum constringiẗ valde ⁊ diminuiẗ in egritudine. Alia autẽ causa est qa porus qdam fellis deriuaẗ ad hoc intestinũ: et ideo impuꝝ qđ remanet post exiccationem meseraicarum acuiẗ ad expulsionem: ⁊ expelliẗ cito ad inferius intestinũ: ⁊ sic ꝓpter duas euacuatiões: puri qdeꝫ ad epar per meseraicas: impuri aũt ad inferius intestinũ per porum fellis vt in pluribꝰ remanet intestinũ vacuuꝫ. Puꝝ enim fel nõ mixtuꝫ tota amaritudine sua cõuersum ad ipsuꝫ pũgit ad expellẽdum: ⁊ ideo dr̃ ieiunũ. Post ieiunũ aũt intestinũ cõtinuaẗ intestinũ longum inuolutũ habens vnam reuolutionẽ post aliam: cuius cãm superius assignauimus: ⁊ hoc est postremũ intestinoꝝ superioꝝ que gracilia siue subtilia vocanẗ in quibꝰ compleẗ digestio plus q̃ꝫ in inferioribꝰ que grossa vocanẗ.

Nõ dñã intestinoꝝ supioꝝ ⁊ iferioꝝ penes digõnem ⁊ expulsionem.

¶ Principalis enim operatio intestinoꝝ inferioꝝ est preparatio stercoris ad exeũdum: ⁊ secundaria est ad digerendũ: ⁊ ideo etiam quedã meseraice diriguntẗ ad quedam eoꝝ: lꝫ nõ tot sint ad superiora: eo ꝙ principalior operatio superior est digestio ⁊ secũdaria expulsio. Qđ aũt inuoluto ab interiori cõtinuaẗ vocaẗ monoculuꝫ. Et causa nois est: qa non habet nisi vnũ orificiũ: ⁊ ideo est sicut cbistis quedã in qua cũ quis voluerit accipit qđ reposuit: qm̃ per idem foramen intrat per ipꝫ cibꝰ vna hora ⁊ exit in alia: vtilitas autem intestini est maxime ad duo: quoꝝ vnum est principale: ⁊ alteꝝ est secũdariũ ⁊ ad bene esse hominis ordinatum: principale qdem est qm̃ cibꝰ est duplex in stomacho: ⁊ vnus quidem cito obedit digestioni: ⁊ ille statim digeriẗ ⁊ subiũgit alium qui qdem digestibilis est: sed impediẗ alio citius digestibili: ⁊ forte aliqua stomachi humiditate superflua. Cũ ergo primo digesto expulsio fit a stomacho expellitur ⁊ vnũ ⁊ aliud: ⁊ illud qdem qđ indigestũ remansit non accipit mora in qua stet in aliquo triũ itestinoꝝ vt compleatur in ipso digestio: ⁊ ideo factũ est monoculũ qđ habet cõparationẽ ad inferiora duo intestina eãdeꝫ quã habet stomachus ad tria predicta que sunt duodenũ ieiunum ⁊ inuolutum: ꝓpter qđ lꝫ nulla meseraicaꝝ extendaẗ ad ipsuꝫ: tamẽ ad colon veniũt ⁊ sugũt id qđ iam in monoculo digestũ est: ⁊ ideo etiam situ est versus dorsum declinans ad dextram ad epatis vicinitatem: vt ab ipso virtutem digestionis accipiat. Scđa tamẽ non principalis est vt congregetur in ea stercus ad simul dimittendũ sicut iam ante diximus. Quidam tamen errantes dixerũt ꝙ vtilitas huius intestini est ꝙ mũdificat epar: ⁊ ideo dicunt venas non esse ꝓtensas ab epate nisi ad ipsum: sed hoc falsum esse ꝓbatur per experimẽtum: qa omnino vena nulla protendiẗ ad ipsum. Utilitas aũt eius est congregatio stercoris: qa si totũ simul veniret ad sequens intestinũ timor esset ꝙ colicã induceret passionem. ¶ Oportet aũt scire ꝙ hoc est intestinũ qđ frequẽtius descendit in ruptura: tuꝫ ꝓpter pondus fecis: tum ꝓpter hoc ꝙ non est ligatio ad superiora membra per meseraicas: ⁊ ideo pondere fecis frequẽtius grauatuꝫ descẽdit. Cũ monoculo aũt inferiꝰ continuaẗ intestinũ qđ vocaẗ colon grece a colica passione que accidit in ipso. Est aũt istud intestinũ grossum spissum: ⁊ cuꝫ elongaẗ a monoculo declinat ad partem dextram cõuenienti declinatione vt sit ꝓpinquus epati qđ fit ex ipso aliqua suctio nutrimenti per meseraicas que veniũt ad ipm: deinde declinat ad partem sinistram ⁊ descendit: ⁊ cũ opponiẗ lateri sinistro iteꝝ regirat ad partem dextram: ad posteriora descendẽs continuaẗ cũ intestino recto ⁊ cũ pertransit splenem coartaẗ ⁊ stringiẗ: et hac de causa prohibeẗ expulsio ventositatis in eo qui habꝫ apostema splenis: eo ꝙ splen tũc recomprimiẗ super ipsum adiuuans ad expellendũ. Utilitas aũt huiꝰ intestini est aggregatio ⁊ gradata ordinatio: ⁊ ad expellendũ postq̃ꝫ subtiliter pscrutate fuerint meseraice si sit in eo aliquid de cibo. Intestinũ aũt vltimũ qđ rectũ siue longaon siue podex vocaẗ continuaẗ cũ colon inferiꝰ: ⁊ hoc qdem ideo rectum vocaẗ: qa recte descendit ad sicterim siue ad anũ ⁊ continuatur: innitiẗ aũt descendens super dorsum ⁊ ampliaẗ in aliquibꝰ ad similitudinẽ stomachi: ⁊ precipue in inferiori parte. Utilitas aũt eiꝰ est expulsio fecis extra corpus: ⁊ parauit ei natura q̃tuor musculos ⁊ quatuor lacertos qbꝰ constringiẗ ⁊ aperiẗ pro volũtatis arbitrio sicut diximus in musculoꝝ anathomia. Rectitudinis aũt causa est vt fex ab eo facilius expellaẗ. Adiuuant aũt ipsum ad expulsionem lacerti qui sunt super velamen: ⁊ est myrach cui sunt octo lacerti. Hoꝝ aũt intestinoꝝ oiuꝫ nullũ moueẗ nisi duo: primũ. s. qđ est meri qđ est quasi os ⁊ guttur alioꝝ: ⁊ vltimuꝫ qđ est rectũ qđ est alioꝝ secessus. Omnibꝰ aũt istis intestinis adueniũt vene ab epate nutrientes ea preter meseraicas que exuggũt ex eis: que tamẽ meseraice veniũt ad vltimum sicut nec veniũt ad meri. Adueniunt aũt nerui a cerebro plures qui dant eis sensuꝫ. Hec igiẗ a nobis dicta sunt de viscerꝝ anathomia ⁊ vtilitatibꝰ eoꝝ.

Quõ vẽter hominis i multis assilaẗ vẽtri canis.

¶ In his aũt intestinis ⁊ dispositionibꝰ eoꝝ que conficta sunt eis vẽter hominis vẽtri canis in multis assimilaẗ: q̃uis sit latior eo ꝙ homo sit lati corporis sm̃ nãm: ⁊ venter eniꝫ sicut diximus in prima parte que est stomachus exit intestinũ rectũ qđ paꝝ est tor-

tuosum: ⁊ hoc est qđ vocamus duodenū qđ portanario stomachi continuať: ⁊ illud est latū ampliatū ad quantitatem portanarij: ⁊ in hoc assimilať illa pars hominis in ventre: vētri porci. Latꝰ enim est in illa parte sicut vēter porci: ⁊ ps vltima ventris que est longaon ꝓcedēs ad exitū ani est breuis respectu aliorum intestinorum: ⁊ est spissa ⁊ recta ⁊ ampla sicut diximus. Sepum vō qđ zirbum vocať est applicatum medio ventris cooperiens ⁊ cōstringens viscera ⁊ replens vacuitates que sunt inter reuolutiōes eoꝝ: ⁊ creatio illius est extensa: super qđ est sepum siue adeps vel pinguedo: sicut etiā in alijs est animalibꝰ que non habent nisi vnū ventrem: hoc est nisi vnū intestinum rectū vel inuolutuȝ: sicut sunt ea que sunt aquatica ⁊ pisces multi: hec eni magis indigent pinguedine tali vt contineať calor cito digerēs eo ꝙ parum morať cibꝰ in eis: ⁊ ideo illa respectu suoꝝ corporum magnam habēt pinguedinem in intestino illo sicut lucius ⁊ porca ⁊ salmo: ⁊ p̄cipue sturio ⁊ multi alij pisces: hoc aūt conuenit animalibꝰ que habēt dentes in vtraqȝ mandibula. Animalia tamē dupliciter vnū ventreȝ habere dicūtur. Uno qdem modo predicto. Alio qdeȝ modo que non habēt monoculum intestinū in quo est secūda digestio cibi vnū solum ventrem habere dicūtur: qa cuȝ geminatur officium vētris dicitť etiam geminari venter: ⁊ cū vnicum est ventris officiū vnicus est ⁊ venter. Supra hoc aūt itestinuȝ est intestinū colon dictū qđ est mediocre eo ꝙ stringiť circa fineȝ eius vt fex detineatur quousqȝ exugať qđ in ipso est de nutrimento. ⁊ hoc est simile tele ꝓpter carentiam villoꝝ. ⁊ est latū siue amplum in parte prima vbi cōtinuať cuȝ monoculo: ⁊ est spissum ⁊ precipue vbi applicať per meseraicas cuȝ vena magna q̄ ramificať ex symma epatis: ⁊ in illa pte veniunt ad ipsum qdam rami arterie quā orthi superiꝰ nominauimus. Et sunt in ventre etiā ⁊ in intestinis eiꝰ multe vene spisse nerui qui veniunt ab epate ⁊ cerebro: ⁊ descēdunt deorsum ad intestina ꝓpter vtilitates quas determinauimus. Hec igiť quā diximꝰ est dispositio isophagi ⁊ canne pulmonis ⁊ vētris ⁊ intestini qđ continetť in ipso.

¶ Cap. 4m. De dispōnibꝰ cordis ⁊ modis ⁊ eiꝰ anathomia: in quo ēt de pulmone ⁊ diaphragmate ⁊ pāniculo cordis.

Consequenter aūt de corde nobis videť esse dicendū. Dicimus igiť ꝙ cor quidem creatū est ex carne dura ⁊ forti: vt per hoc magis resistat alterantibꝰ ⁊ nocumentis eo ꝙ in ipso est principium vite. Sūt autem in ipso omnes villoꝝ diuersitates cōtexte: longitudinales qdem attractiui: ⁊ latitudinales expulsiui; ⁊ trāsuersales retentiui: vt per eas omnis participeť species motuum vite. ¶ Amplius aūt cordis qdem quātitas est ꝓportionata in tribus corpori aialis. vȝ. ⁊ sm illam cōparationem est paruuȝ sicut omne principiū vniuſe qđ ad omnia alia habet īfluentiam sue virtutis est paruū quātitate ⁊ magnū virtute. ¶ Scdꝫ autem est ꝙ ꝓportionatur arterijs que oriūtur ex ipso ⁊ pāniculis qui suspendūtur ex ipso: ⁊ ꝓpter illud est dilatatum in basi: vt hec sufficiēter oriri possint ex eo: ⁊ non grauetur superflua quātitate ꝓpter cōtinuas eius diastoles ⁊ systoles. ¶ Tertiū aūt est ꝙ ꝓportionatur pectori ⁊ pulmoni vt sit tāta eius mēsura que ⁊ in pectore sine ossium lesiōe possit locari ⁊ a pulmone sufficiēter euentari. Et ex his tribus cōsequitur ꝙ nō sit magne quātitatis ⁊ superflue. Locatur autē in loco ipsius alte ab ossibꝰ ne tactu duro ⁊ percussiōibus suis ledať. Alia antē pars ꝓtēditur versus ossa: qa ibi nō nisi in puncto ledi poterat: ⁊ eiusdem lesiōis nō est causa eo ꝙ motꝰ eius ꝓprius nō est in parte illa: tamē in illa pte est durius vt ipsa duritie sua resistat nocumētis. ¶ Adhuc aūt figura cordis est pinealis vt motꝰ eiꝰ qui est in ventribꝰ basis eius apte ꝓcedat ab vno īdiuiso ⁊ referatur ad idem. ¶ Ampliꝰ ordinauit natura vnū pāniculū circa ipm qui lȝ sit de natura panniculoꝝ: tn̄ est fortior ⁊ durior omni alio pāniculo corporis vt ipse sit ei tutamē ⁊ clipeus contra incurrētia quelibet: ⁊ hic quidem pāniculus nusq̄ȝ tāgit eū nisi in loco vbi oriť ex ipso: ⁊ hoc est vnde oriunť arterie: ex quaꝝ ēt tunicis vi eē cōtextus. In alio aūt loco nō tāgit: sed cōgruo spatio separať ab eo vt in ipso dilatari valeat. Locus aūt basis eiꝰ est q̄si fit ex cartilagie dura: ita ꝙ qn̄qȝ indurať ad ossis nām: ⁊ p̄cipue in qbusdam alijs aialibꝰ ab homine: ⁊ hoc fit vt fortius loceť in ipo ⁊ cartilago mediet inter ipm ⁊ ossa pectoris ne ledať. Adhuc aūt cordi in lato siue amplo ipsius facti sunt tres vētriculi: ⁊ mediū illoꝝ Arꝫ. quidem vocat mediū in quo sicut dicit compleť nutrimentum. Galenus autē dicit hūc mediū foueam nō ventriculum: ⁊ sunt meatus plures ⁊ vie inter ambos vētriculos q subtus in basi dilatanť in cordis ampliatiōe ⁊ cōstringūtur paulatim sm cordis altitudinē ascēdendo intrinsecus tam ipsi q̄ȝ etiam ipsi ventriculi cordis. Adhuc autem basis vētriculi sinistri altior est q̄ȝ basis dextri: quinimo multuȝ descendit basis dextri: ⁊ hoc ideo est: quia dexter ventriculus respicit epar vnde mittitur ei sanguis grossus ⁊ grauis ex quo arterie ⁊ spūs nutriri nō possunt: ⁊ ideo oportet ꝙ per medium ascendēdo subtilietur ⁊ spūalior fiat ad nutrimentum spiritus ⁊ arteriarum: ꝓpter qđ etiaȝ a sinistro cordis ventriculo arterie oriuntur. Nō eniȝ potest esse ꝙ sanguis subtilior ⁊ spiritualior ex quo generatur spūs altiorem locum non requirat. Ex dictis autem ꝯsequens est ꝙ sanguis qui est in medio thalamo sit medius inter subtilem ⁊ grossum. Talis igiť proportio est adinuicem cordis ventriculoꝝ: ⁊ hoc etiam est ꝙ os subtilioris sanguinis est strictiꝰ ⁊ os grossi est amplius. ¶ Adhuc anteȝ duo additamenta sicut due aures apparent in corde: vnum qdem in sinistro ⁊ alterum in dextro vētriculo que sunt tenuia ⁊ rugosa cū cor cōstringiť: ⁊ tensa quādo cor dilatať: ⁊ sunt dura: hec eni sunt due arche que recipiunt. In vno qdem recipiť sanguis qui trahiť ab epate: ⁊ in altero recipiť spiritus qui trahiť a pulmone vt meseraice vlterius ministrent cordi vt nō graueť ex nimietate: aut etiā deficiat ex diminutiōe: ⁊ dure sunt vt nō facile recipiant nocumenta: tenues vt bene obediāt motibꝰ cōstrictionis ⁊ dilatatiōis. ¶ Amplius aūt situs cordis est in medio pectoris: eo ꝙ locus ille est tēperatior ⁊ a nocumētis tutior: sed declinat parūper ad sinistraȝ vt det locum epati qđ est in dextro: lȝ eni splen sit in sinistro: tamen splen nō est adeo nobile mēbrum: nec tāte quantitatis sicut epar: ⁊ ideo potius cedēdū erat epati. Huiꝰ autē ⁊ alia causa est nāliοr: vt. s. frigiditas sinistri lateris que est ex splene tēperetur. Adhuc autē ideo declinat ad sinistram parumper ne cōprimat venā cōcauam que inter ipm ⁊ epatis gibbū ꝓtenditur. Omnis autē calor ⁊ principalior virtus est ex corde: ⁊ in dilatatione sua nutritur cum omnibꝰ virtutibꝰ suis naturalibꝰ: ⁊ ideo si qua sunt aialia magni cordis: ⁊ cū hoc timida ꝓuenit ex frigiditate que sanguinē ad cor recurrēteȝ calefacere non poterit: ⁊ talis est lepus. Si qua autem paruoꝝ cordium sunt audacia pro certo sunt calida vehementer: ⁊ sanguis qui ad cor venit citius incalescit: ⁊ cum spiritu excutitur ad membra ⁊ calefacto corpore prouocat audaciam: ⁊ tale animal est qđ habitat in segetibꝰ fuluuȝ ⁊ variū in facie nigris maculis qđ apud nostram linguaȝ hamester vocatur: ⁊ est maius ratto ⁊ minus catto: breuia habēs crura: ⁊ est audax ⁊ mordax valde: tamē in pluribꝰ illa sunt audacia que sunt magni cordis: dūmodo proportionatus sit calor cordis quātitati sanguinis. ¶ Amplius autē non tolerat nocumētum aliqđ vt apostema aut vulnus: ⁊ huius signum est ꝙ in nullo aialium interfectoꝝ cor lesum inueniť sicut inueniūtur lesa alia membra. Anteq̄ȝ eni veniat nocumentum ad cordis subam moritur animal. Aliquādo eniȝ inuenitur in cordibꝰ magnorum aialium os magnuȝ ⁊ forte inueniť in qbusdam boibus: ⁊ forte hoc os est declinans ad nām cartilaginis ⁊ induratur sicut supra diximus: ⁊ durius qđ inueniť est in corde elephantis: ⁊ eorum que apud nos inueniūtur durius in corde cerui ⁊ bubaloꝝ generibꝰ. ¶ Iaȝ autē visum est cor symij masculi habēs duo acumina: ⁊ hoc fuit vnū de nature mirabilibꝰ: qm̄ cum cor sit principium formatiōis totius corporis: a principio enim debuerunt esse duo symij: sed tn̄ natura defecit in oibꝰ que principiari debebāt: ⁊ nō suffecit nisi ad vnum: ⁊ ideo statim conclusa sunt in vnā basim: ⁊ cetera oia vt ad vnū redacta sunt ad basim illā. ¶ Amplius aūt de ꝓprietate cordis est ꝙ per tempus adhuc pulsat cum auferť ex animali imperfecto: et aial cuius cor diutius pulsat extractū de his que sunt apud nos est salmo piscis: qa sub vno corde pulsante vēdunt piscatores plures salmones incisos per partes decipiētes q̄si recentes demōstrent ex adhuc palpitāte corde. Errauerūt autē

Quātitas cordis i tribꝰ ē ꝓportiōata corpori aialis.

Figura cordis

Panniculus cordis ē durior oibꝰ panniculis.

Sitꝰ cordis.

Nō q̄no magnitudo cordis qn̄qȝ timiditati: qn̄qȝ vo audacie attestatur.

Qr in corde generetur os.

Monstruositas q̄ accidit i symio masclo tpe suo.

autē dicentes cor esse de natura lacerti: q̄uis enim sit similius inter mēbra lacerto ⁊ musculo: tñ nec lacert⁹ est nec musculus. Huius autē signum est: qa motus eius nō est volūtarius: sed vitalis qui roticus grece vocatur ⁊ subiacēs necessitati: musculi autē ⁊ lacerti instrumenta sunt voluntarij motus. Hec igitur a nobis de anathomia cordis dicta sūt que cordis significāt dispositiōes naturales ⁊ accidētales: ⁊ hec sunt pulsus anhelit⁹ foramina pectoris ea que nascūtur supra pectus: tact⁹ corporis ⁊ accidētia eius: mores virtus corporis ⁊ debilitas eiusdē: ⁊ imaginatiōes siue meditationes. ¶ Pulsus qdez qñ velox magnus ⁊ frequēs pulsus cordis significāt caliditatē: ⁊ hoꝝ cōtraria cordis declarant frigiditatem. Lenitas igiꝭ pulsus cordis significat humiditatem. Durities autē eiusdem dicit siccitatez. Anhelitus autē magnus frequēs quidem velox ⁊ calidus cordis calorē: ⁊ cōtrarius dicit eiusdem frigiditatem. Pectus vō magnum ⁊ latū ⁊ amplum si nō sit cū magnitudine cerebri que facit magnitudinē capitis ⁊ nuche ⁊ spondiliū ⁊ costarum: sed cū paruo aut mediocri capite ⁊ forti pulsu significat cordis caliditatem: ⁊ cōtrariū huius significat frigiditatem ipsius si nō sit paruitas capitis impediēs. Pili etiaz qui sunt plurimi ⁊ crispi cordis significāt caliditatē aut humiditatem. Nuditas autē pectoris ⁊ paucitas piloꝝ dicūt cordis frigiditatē aut siccitatem. Frigiditatē qdem ex priuatione caliditatis faciētis fumum ex quo generātur pili. Siccitatē autē ꝓpter defectum materie fumātis. Tact⁹ autem corporis calor totius corporis in tactu significat cordis calorem nisi resistāt splen ⁊ epar facta sua frigiditate. Corporis autē frigiditas cōtrarium significabit. Durities aūt corporis significabit corporis siccitatem. Mores qdez qñ ira naturalis ⁊ ira p̄meditata ⁊ furiositas cordis significāt caliditatem: ⁊ similꝭr corporis mobilitas que non permittit hoiem diu cōsistere in loco vno stādo vel sedēdo: ⁊ cōtrarij his motib⁹ significāt frigiditatem nisi sint acquisita studio aut cōsuetudine. Corporis qdem virtus ⁊ significat cordis vigorem: ⁊ debilitas cordis debilitatem: nisi sit ex lesiōe cerebri aut neruorum: aut etiaz fortitudo corporis significat equalitatē complexionis: ⁊ debilitas significat malitiaz cōplexiōis eiusdem. ⁊ huius causa est: qa substātia caloris naturalis: ⁊ spiritus ⁊ sanguinis plurima est in corde vt inflāmata nec fumosa: sed potius splēdida ⁊ pura: sed accidētalem calorem in ipso significat vehemētia inflāmationis in ira ⁊ rixa anime: ita ꝙ quādoqꝫ perducit ad nocumētuz aliquod anhelitus. Meditatiōes vō que declināt ad gaudiū sicut fiducia ⁊ bona spes significāt cordis fortitudinē ⁊ eq̄litatem complexionis. Meditatiōes autem que declināt ad sollicitudinē ⁊ seiunctiones ab alijs significant excessum in calore. Que autē declinant ad timorē ⁊ tristitiaz significant excessum in frigiditate ipsius. Tremor autē cordis non est certū signū nature ipsius: eo ꝙ accidit ex multis causis que sunt multitudo sensibilitatis ei⁹ meditatio vapor aliqs timor ⁊ multa alia. Oportet autē scire quoniā diminutio humiditatis que accidit in corpore primū nocumētuz relinqt in corde: ⁊ tunc alteratur natura: ⁊ cōplexio cordis est ꝙ qñ venit ad ipsuz calor purus aut frigus purū: statim post modicum moriꝭ: talia nō vult recipere nisi digesta in pulmōe. Ex his igiꝭ cognosci pōt natura cordis. ¶ Ex omnib⁹ aūt inductis vt summatim perstringamus dicta de corde pꝫ ꝙ cor habet tres vētriculos: ⁊ est positum superius altius pulmone vt cāna deferens aereum spiritū competēter ramificetur in duo: ⁊ vlterius in diuisiōes pulmonis sꝫ ꝙ cōgruit digestioni spiritus. Adhuc autē in corde exterius in circuitu est tela siue pāniculus grossa spissa ⁊ dura que oriꝭ a cordis loco vbi amplificatur ad basim ipsius ⁊ ampliaꝭ cuz radice vene magne cōcaue que inter epar est ⁊ cor: ⁊ cuz arteria quā orthi diximus vocari que est a sinistro cordis ventriculo: ⁊ hec pars cordis non est angustior ⁊ acutior inter vētriculos eius: quoniā nimis latus ⁊ amplus deputat⁹ est ad recipiēdum sanguinem ab epate: sed nō est in parte angusta que est pūctum pyramidis eius. Pars autem acuta que est pūctus pyramidis eius est posita super anterius pectoris sicut diximus superius: eo ꝙ durior est ⁊ resistens nocumentis ossium ⁊ nō dilatatur ⁊ cōstringitur: ⁊ hoc cōuenit omnib⁹ animalib⁹ siue habeāt pulmonez siue careāt: eo ꝙ. s. pars eius acuta est posita versus anteri⁹ pectoris. Latet autē hec anathomia multotiēs: eo ꝙ casus mortis declinant ipm ⁊ transponūt inferius. Pars autē cōnexa inferior in basi altior est aliquātulum in situ ipsius. Suba autem cordis creata est ex carne spissa ⁊ dura ꝓpter causas q̄s diximus. In duob⁹ ventriculis eius sunt due vene: cōcaua qdem ⁊ quieta in dextro ferens sanguinem: orthi autez ⁊ arteria venalis in sinistro deferens spiritū ⁊ situs eius est in medio pectoris: sed in homine modicum declinat ad sinistrum: recedit enim modicum a pellicula distinguēte inter mamillas aliquantulum: de qua diximus superius ꝙ venit a furca colli diuidens pectus per longum vsqꝫ super medium pulmonis. Est autem in parte pectoris superiori: qa ibi minus coangustatur cum pulmo sit in inferiori ei⁹ parte: ⁊ non est magnum neqꝫ longe figure: ne grauetur superflua quātitate: sed declinat modicum ad rotūditatem pyramidis: ⁊ sua extremitas anterior est stricta ⁊ acuta. Adhuc autem vētriculus sinister est magnus: eo ꝙ spūs multus qui est in ipso querit amplū latum. Medium autez est mediocris ⁊ dexter paruus: quoniaz grossus sanguis vult strictum locuz sicut omnia spissa ⁊ grossa corpora alia puuz locum occupāt ſm naturā. Medius autem ventriculus et ille qui paruus est in dextro cordis sunt perforati: ⁊ habent in se vias quas superius diximus: ⁊ apture maiores in diastole cordis sunt versus pulmonē: ⁊ hoc magis manifestaꝭ inferiori qđ est sicut vētriculus qui dexter est. Adhuc autez vētriculus maior qui est sinister applicaꝭ maiori vene pulsanti que est arteria venalis descēdens in pulmonē ⁊ orthi de quib⁹ diximus: ⁊ hec vena per partem orthi descendens applicatur intestino qđ mediocre vocat Aristo. ⁊ hoc est qđ ieiunum vocaꝭ: ⁊ hoc diximus in anathomia arteriaꝝ. Vocatur autē hoc mediocre inter grossa anteriora ⁊ grossa iferiora. Anteriora qdem stomachus ⁊ isophagus: posteriora autem monoculum ⁊ colon ⁊ longaon. Et hec omnia patēt ex his que dicta sunt de dispositiōe vētris. Propter triplicem enim cōpositionem intestinoꝝ dicit Aristo. triplicē moduz esse intestini ⁊ tria intestina: ⁊ tres aliquādo vocat ista vētres: ⁊ ideo duodenum ⁊ ieiunuz nō distinguūtur ab ipo sicut neqꝫ monoculū ⁊ colon ⁊ lōgaon distinguit abinuicez: sed reputat eadem ꝓpter similitudinez compositus. Vētriculus autem medius in ea parte qua tāgit sinistram applicaꝭ ad arteriam que vocatur orthi: ⁊ arterie venose eo ꝙ a corde ꝓcedunt vie ramorum venaꝝ istaꝝ ad pulmonē que ramificate sunt ſm ramificationem cānaliuz pulmonis per totam subaz ipsius. Ramificatio autē cāne que trachea vocatur est super ramificationē earūdem venarum pulsantiū vt aer apportat⁹ per ramos cāne digestus redeat ad ramoꝝ inferioris vene ⁊ aptus reddaꝭ cordi. Una eni via vene cōcaue ꝓcedit ad ꝓfundum vie siue ventriculi dextri portans sanguinē ⁊ alia via portās spiritum ꝓcedit per arteriaz venalem ad ꝓfundum vie vētriculi sinistri. De vena autē venali que maior vocaꝭ: ⁊ de vena que orthi vocaꝭ ⁊ a corde ramificaꝭ: adhuc faciemus in sequētibus libris sepius rememorationem. ¶ Amplius autē in pulmone ꝓpter raritatem est multū sanguinis ⁊ plus q̄ꝫ in alijs membris aialiuz que pulmonem habēt. Cuius signū est qđ est rubeus: cum tamē per nām ꝓpriam sit albus sicut supra diximus: pulmo etiam est mollis carnis inflatus spiritu qui est in ipso: ⁊ habet vacuitates poroꝝ paruorum ⁊ magnoꝝ plurimas: ⁊ in qualibet ala pulmonis sunt vie que ꝓueniūt a vena maiori que venalis arteria vocaꝭ. ¶ Fuerunt autē quidaz opinātes ꝙ in pulmone nō est aliquid sanguinis eo ꝙ videbāt in pulmonib⁹ animaliuz mortuoꝝ que scindebāt non esse sanguinem: ⁊ illi qdem nō sciunt neqꝫ aduertunt ꝙ a mortuoꝝ pulmonib⁹ sanguis exit subito: eo ꝙ nō tenetur a substātia pulmonis que rara est sicut retinetur a substātia alioꝝ mēbrorum solide carnis existētium: nō enim est membroꝝ aliquod in corpore in quo sit tātus sanguis sicut in pulmone ꝓ portione quātitatis sue preter cor solū. Sed sanguis qui naturaꝭr qdem est in pulmone non est fixus ⁊ retētus in eo ꝓpter causam quā diximus. Sanguis autem qui est in corde est fixus ⁊ retētus in eo: ⁊ ille qdem sanguis qui est ventriculi medij est subtilis ⁊ tenuis ⁊ clarus respectu ei⁹ qui est in vētriculo dextro. Sub pulmone autē est paries pectoris:

Signa idicantia cōplexionem cordis de qb⁹ late ēt Gal. in 2° arꝭ parue.

Error opinātiū i pulmone nihil sāguis esse ⁊ cā erroris

qui paries qdem ab epiglotali icipit: ⁊ per latera secãs cor-
pus in duo continuatur duodecimo spõdili dorsi: ⁊ substan-
tia eius est de natura pãniculorum que est substãtia neruo-
sa. Et vtilitas eius est defendere spũalia ne ledantur fumo
grosso nutritiuoꝝ membrorum ⁊ adiuuare etiam ad expꝰ-
sionem stomachi quem tãgit superius: hec autẽ paries qui
greco nomine diaphragma vocat̃ est applicatus laterībꝰ ⁊
costis ex vtraqꝫ parte ⁊ ossi qḋ vocatur supremũ colli: ⁊ hoc
est illud medium os pectoris qḋ directe sub gutture descẽ-
dit vsqꝫ ad epiglotale qḋ est finis pectoris super vẽtris me-
diaꝫ lineam: ⁊ in medio istius diaphragmatis sunt partes
subtiles ex quibꝰ contexitur: ⁊ sunt partes neruoꝝ ⁊ vena-
rum: ita ꝙ textura peruenit ad modũ creationis. In eodeꝫ
etiam sunt vene quiete ⁊ pulsantes extẽse diuerse sicut dixi-
mus in anathomia venarum. Paries autẽ siue pãniculus
in quo inuoluitur cor de quo superius fecimus mẽtionẽ est
spissus ⁊ durus ſm comparationem ad diaphragma ⁊ ſm
comparationem ad telas totius corporis.

¶ Cap. 5m. De dispõne ⁊ anathomia epatis splenis ⁊ fellis.

Ostqꝫ de cordis dispositiõe locuti sumus opꝫ
nos loqui de natura epatis: qm̃ in multis cõi-
cant cor ⁊ epar. Dicamus igit̃ ꝙ in omnibus
animalibꝰ habẽtibꝰ epar: epar est membꝛuꝫ ge-
nerans sanguinem: vtruꝫ autẽ faciat hoc per
virtutem ꝓpriam: aut per virtutem cordis in
sequentibꝰ libris huius sciẽtie inquiremus. Meseraice ta-
men per virtutem epatis equaliter chiluꝫ cõuertũt ad calo-
rem sanguinis anteqꝫ ad symmũ epatis perueniat. Cũ enĩ
qḋlibet mẽbrum humorem cibalem in se tractũ ad suaꝫ cõ-
uertat similitudinem in colore sicut diximus in prehabitis.
Epar autẽ sit rubea caro ac si sit sanguis coagulatꝰ chiluꝫ a
stomacho attractũ in ruborem sibi similem cõuertit per di-
gestionem. Est autem epar oĩno vacuum a villis neruoꝝ: sꝫ
procedunt in ipso vene que sunt principia earũ que ramifi-
cantur ex ipso disptite subtus: ⁊ supra sunt villi qdam sicut
diximus in anathomia venaꝝ qetaꝝ: ⁊ que a symma qdeꝫ
ꝓcedũt diuidunt̃ a vena que porta noiatur: ⁊ sũt meseraice
suggentes ex stomacho ⁊ intestinis: ⁊ cuꝫ succositas ab illis
tracta est ad epar: tũc epar decoquit eam in sanguinẽ: ⁊ per
venã concauã que orit̃ super gibbũ eius mittit eã in totum
corpus ad nutriẽdũ ipm: ⁊ ab ipso gibbo mittit aquositatẽ
eius per duas emulgẽtes venas ad renes: ⁊ hec oĩa iã in p̃-
habitis determinauimꝰ. Symmã aũt epatis voco cõcauũ
eiꝰ vbi insidet rotũditati stomachi. Gibbũ aũt eiꝰ voco cõ-
uexam eius rotũditatem que est superius in exteriori eiꝰ su-
perficie. Spumam autem succositatis attracte quã digerit
que ebullit vt leuis ⁊ itẽsa ex ipsa symma eiꝰ mittit ad fel ⁊
ad chistim fellis. Rotũdum autem suum conuertit epar ad
diaphragma vt non tangat nisi in puncto vt non coartetur
diaphragma ex epate in suo motu qui est aliquando valde
laboriosus. Est etiam exteriꝰ rotundus vt bene ⁊ apte coste
curuentur super ipsum. Epar autem tegit pãniculus neruo-
sus generatꝰ ex neruo paruo qui venit ad ipm vt faciat ipꝫ
acquirere sensum aliquem: quemadmoduꝫ diximus in an-
tehabitis: ⁊ vt liget ipsum cum alijs viscerībꝰ. Uenit etiaꝫ
ad ipsum vena pulsatilis ⁊ affert ei spiritum ⁊ seruat ei ca-
liditatem innatam ⁊ temperat ipsam cum pulsu: hec autem
vena penetrat ad epatis concauitatem vt euentet illã quaꝫ
gibbositas eiꝰ superior euentatur satis motu diaphragma-
tis: chilus etiaꝫ qui attrahitur ex stomacho ⁊ intestinis nõ
attrahitur totꝰ in vnum spatium concauuꝫ epatis ⁊ vacuũ:
sed potius dispartitur in venis omnibꝰ que sunt in epate ⁊
ramis earum: ⁊ tota virtꝰ epatis magis possit super ipm di-
uisum qꝫ indiuisum ⁊ magis compleatur digestio: ⁊ vt ve-
locius perficiatur: ⁊ ideo partes venarum que sunt in epa-
te subtiliores habẽt tunicas qꝫ ille que sunt extra ipm vt ci-
tius calor digestiuus penetret ad chiluꝫ ⁊ digerat ipꝫ. Pã-
niculus autẽ qui comprehendit epar ligat ipsum cũ pãnicu-
lis qui comprehendũt stomachum ⁊ intestina ligamẽto for-
tissimo: ⁊ ligat eum cum collis dorsi: ⁊ quedam etiam sub-
tilia parua ligant ipsum ad diuersa: continuat autem inter
epar ⁊ cor vena de qua diximus in anathomia venarũ que
vtrum descendat a corde in epar: aut ecõuerso ab epate ad
cor: vel forte in aliquo sit ſm intentioneꝫ in sequentibꝰ sub-
tiliter inuestigabimus. Qḋlibet enim horum trium est opi-
natum a diuersis: hec autem vena etiã ingeniose ligata est
cum epate cum pãniculo duro spisso: penetrat enim hec ve-
na super ipsum: ⁊ subtiliꝰ quideꝫ latꝰ eiꝰ est qḋ est a parte in-
trinseca eo ꝙ ibi tangit membra subtilia. ¶ Ampliꝰ autem
epar hominis maiꝰ est ꝓportiõe corporis hominis qꝫ epar
alicuiꝰ aliorum aĩalium qḋ aliquo modo ad similem cũ ho-
mine accedit quantitatem: ⁊ omne animal plus comedens
⁊ debilius habens cor qꝫ homo habet maiꝰ epar qꝫ hõ. Cõ-
tinuat autem inter epar ⁊ stomachum neruus paruus ⁊ cõ-
municantia eorum est ꝓpter apostemata que contingũt in
eis vt sentiatur nocumẽtuꝫ sicut prius diximus. Adhuc au-
tem primum qḋ oritur ex epate sunt due vene quiete: quaꝝ
vna orit̃ in symma: ⁊ vtilitas huiꝰ fere tota est in attractiõe
chili ex stomacho ⁊ intestinis ad epar: ⁊ hec est que vocat̃
a nobis porta in anathomia venarum. Altera autem oritur
a gibbo. Ipsiꝰ vtilitas est deferre nutrimentum ad mẽbra:
⁊ hec concaua vocatur. ¶ Ampliꝰ autem epar habet addi-
tamenta que sunt aures: aut ale epatis quibꝰ comprehẽdit
rotunditatem stomachi sicut quibusdam digitis: ⁊ maius
inter hec additamenta est illud qḋ cõmune nomen addita-
menti facit sibi proprium. Hec autem additamenta nõ sunt
cõiter nisi quatuor aut quinque. Non lateat autem nos ꝙ
non in omnibꝰ hoībꝰ fortiter cõprimit costas dorsi qꝫuis cõ-
primat eas in quibusdam hoībꝰ: ⁊ hoc modo quo colligat̃
diuersis membris eo modo etiam cõmunicat eis costis. vꝫ.
⁊ diaphragmati. Adhuc autem caro quidem epatis nulluꝫ
sensum habet: sed ille partes que de eo tangunt pãniculum
sentiũt ꝓpter hoc ꝙ imiscetur eis aliquid de pãniculo ner-
uoso: ⁊ ideo diuersificatur hec cõicatio ⁊ iudicium de epate
in hominibꝰ. Adhuc autem iam diximus in premissis ꝙ ge-
neratio sanguinis est in epate ⁊ in ipso fit separatio cholere
⁊ melancholie ⁊ aquositatis. Quandoqꝫ aũt destruitur ope-
ratio epatis in generatione sanguinis: ⁊ aliqñdo destruit̃
non quidem in generando sanguinem: sed in separando eũ
a dictis humoribꝰ. ⁊ aliquando destruit̃ operatio eiꝰ nõ in
generatione sanguinis: sed in generatione sanguinis boni.
Aliquando generat̃ impedimentũ alicuius harum opera-
tionum non ex epate sed ex membris que attrahunt ex ipo.
¶ Amplius autem ex epate sunt omnes virtutes naturales:
sed plurimũ digestiue virtutis est in carne eiꝰ: ⁊ plurimum
aliarũ trium virtutum est in villis eius: dico aũt villos hoc
modo quo determinauimus de eis in principio istiꝰ capi-
tuli. Et probabile est ꝙ aliquid cuiuslibet virtutis natura-
lis sit etiam in meseraicis: lꝫ in hoc qdam quasi nostri tem-
poris phĩ sequentes Galenum contradixerint antiqs ⁊ di-
xerint eos errasse ꝙ dederũt attractiuam ⁊ retentiuaꝫ me-
seraicis dicentes ꝙ non sunt nisi vie per quas fit attractio
alterius hoc est epatis virtute. Inducunt autem ratiões di-
ctis suis dicentes: ꝙ si haberent meseraice attractiuaꝫ ha-
berent etiam digestiuam: hãc autem non habent: cum cibꝰ
non moretur in ipsis quousqꝫ alterationem ⁊ completioneꝫ
patiatur. Adhuc autem si haberent meseraice has virtutes
⁊ quoꝝ est conuenientia in virtute eorum etiam cõueniẽtia
est in suba vt dicũt: hec autem sophistica ⁊ debilia sunt: qm̃
pro certo in meatibus multis est attractiua vt adiuuãs: cũ
tamen sit in epate sicut operationem complens. Est enĩ in
meri attractiua: cum tamẽ sit meatus ⁊ non est in eo dige-
stiua nisi forte parue virtutis de qua non est curandum ꝙ
non est in eis vera digestio: sed multuꝫ est in eis vera attra-
ctio ⁊ expulsio aliquãdo. Hi enim nõ recte cõsiderauerunt
ea que videntur: ꝙ. vꝫ. chilus sensibiliter cõuertitur in me-
seraicas aliqua cõuersione alterationis digestiue. Nõ eniꝫ
est neganduꝫ quin in illo in quo est penetratio sit aliqua di-
gestio. Nam scimus experimento in ore ipso esse aliquã di-
gestionem. Adhuc autem in orbo est aliqua digestio ⁊ attra-
ctio ⁊ expulsio: cum tamẽ sit membꝛuꝫ qḋ velociter euacua-
tur. Adhuc autem non est consequens ꝙ eiusdem sube sint
que sunt eiusdẽ operatiõis nisi sit substãtialis operatio eo-
rum: ꝙ si etiaꝫ hoc cõcedatur: tũc pro certo villi quibꝰ epar
attrahit sunt de suba meseraicaruꝫ: ⁊ tũc meseraice eiusdẽ
sunt operationis cuꝫ epate. Hec igitur de epatis natura di-
cta sint a nobis. ¶ Fel aũt est chistis pẽdens ex symma epa-
tis ad partem stomachi: ⁊ habet vnicam tunicaꝫ neruosaꝫ

> Epar hoĩs ꝓ-
> portiõe sui cor-
> poris ẽ maius
> qꝫ epar alicu-
> ius aĩalis ⁊c.

> An v̾tutes nã-
> les sint ĩ venis
> meseraicis.

> Anathomia
> fellis.

⁊ habet

⁊ habet orificium ad epar: eo ꝙ in ipsa chisti eiꝰ est meatus siue porus attrahens humorem subtilem incensum qui cõgruit ei ⁊ choleram citrinam. Continuatur autem meatus iste cum epate ⁊ venis in quibꝰ generatur sanguis: ⁊ habet ibi fel plurimos ramos neruosos: cuius ipe introitꝰ qui est ex symma epatis ad chistim fellis sit perpendicularis: ⁊ habet poros apertos ad stomachum ⁊ intestina ad que mandat cholere superfluitatem: vt mordicãdo ea excitet ad expulsionem ⁊ appetitum attractionis. Huius autem meatꝰ ramus vnus continuatur cum duodeno: ⁊ quandoq; aliud paruum de eodem meatu continuatur cum fundo stomachi. Aliquando autez econtra magnus peruenit ad fundũ stomachi ⁊ paruus ad duodenum: vt in pluribꝰ autez meatus intrat cum duodeno coniunctus. Adhuc autem introitus cum cãne suggentis cholerã proximus est introitui sine meatui vesice in vesica. Antiqui autez fel chistim minorem vocauerũt: ⁊ vesicam chistim maiorem. Causa autem quare cholere chistis est in epate est vt mũdet epar a superfluitate cholerica: ⁊ vt calefaciat sicut vas per submersiõez ignis ⁊ subtiliatio sanguinis a superfluitate spumosa: ⁊ ẽt vt faciliꝰ resoluant feces quãdo mixtiõe fellis cõmouent mortificãdo itestina: ⁊ ẽt mollificent lacerti eorũ ex siccitate cholere retẽti ab humore superfluo. Qd aũt in pluribꝰ non est via felli ad stomachũ sicut est ad alia intestina vt lauent ex stomacho superfluitates eiꝰ sicut lauant ex alijs itestinis ideo est: qa humor fellis ledit stomachuz: ⁊ ex ipso patit nauseã ⁊ corrũpit in ipso ciborũ digestio per id qd miscet ei de humore fellis. Adueniunt aũt felli ex vena pulsatili ⁊ ex neruo qui continuat cũ epate duo rami valde parui. Fel etiã sicut vesica vnã habet tunicã compositam ex tribꝰ speciebꝰ villorum: quãdo autẽ nõ attrahit fel cholerã: aut siqdem attrahit: sed nõ complete eueniũt nocumenta. quãdo enim cholera retinet supra fel inducit apostemata epatis ⁊ icteritiaz ⁊ quãdoq; putrescit: ⁊ tũc inducit febres malas. quãdo aũt superflue fluit ad mẽbra vrine vulnerat ea: ⁊ si ad alia mẽbra vndãs deriuat inducit herisipillam ⁊ formicã ⁊ huiusmodi: ⁊ quãdo spargit in toto corpore quieta accidit icteritia: ⁊ quando fluit ad intestina inducit solonem ventris cũ intestinorum rasura.

De splene.

¶ Splen autẽ oino euacuatoriuz sanguinis ⁊ adustionis eiꝰ cineree que est melãcholia naturalis ⁊ melãcholia accidẽtalis: ⁊ habet quãdaz virtutem resistẽdi cordi ex latere vno ⁊ felli: ⁊ epati ex latere alio. Trahit autem turbiditatem sanguinis ⁊ digerit eaz: ⁊ quãdo acescit aut ponticat mãdat eam ad os stomachi vt excitet appetitum in eo: ⁊ tẽperet caliditatem ipsiꝰ: via autẽ per quaz mãdat est magna vena. Quãdo autez debilitat splen in trahẽdo melãcholiam ex epate accidũt corpori egritudies melancholice sicut morphee nigre ⁊ cancri ⁊ varices ⁊ elephãtie ⁊ lepra ⁊ huiusmodi. Si aũt bene qdem attrahit: sz non potest a se expellere superfluũ oppilat: ⁊ fit magnus ⁊ intumescit: ⁊ forte apostemat. Si autem expellit eã superflue et ea põtica facit esuriẽ nimiam ⁊ appetitũ cibi imoderatum. Si autem est acetosa facit nauseam ⁊ vomitum: ⁊ itestinis aliquãdo facit accidere excoriationẽ mortiferam: ⁊ alia huiusmodi multa facit que medicorũ est ꝯsiderare. Adhuc autem splen est mẽbrũ lõgum ad modũ lingue coniũctũ cũ stomacho ex parte sinistra ꝓtẽsum vsq; retro vbi est dorsuz attrahens melancholiã cum collo continuato siue meatu cõtinuo cum cõcauitate epatis: sicut etiã ad eũ peruenit meatus fellis ⁊ expellit ipm cũ meatu qui oritur ex interiori pte eiꝰ: ⁊ splenis qdem concauitas sequit stomachum ⁊ eiꝰ cõuexitas vertit ad costas: ⁊ suspensio qdem eiꝰ cũ costis non est cum ligamẽtis pluribꝰ ⁊ fortibus: imo cũ paucis villosis que vigorant cũ pãniculis costarũ: ⁊ in eodẽ latere cõtinuat cum venis pulsantibꝰ ⁊ quietis. Adhuc autẽ locꝰ eiꝰ cõcauũ superficialr venit super stomachũ: cuius sit eque distans in inferiori epatis cadẽs apud stomachi iferiꝰ. Cõtinuat autem inter ipm ⁊ stomachũ vena incarnata ẽt vtrũq; ipsorũ per quã est quedam suspensio eiꝰ: ⁊ eadem sustentat ipsuz a syphac que constat ex duabꝰ tunicis cum ramis qui ex ipsa separantur in splene qui multi sunt nerui sed parui: ⁊ itrãt ipsum ⁊ zirbum. In splene etiã sunt plurime vene pulsatiles ⁊ quiete in quibꝰ sanguis dirigit: ⁊ assimilat sube eiꝰ: ⁊ deinde expellit superfluitas eiꝰ. Corpus autẽ splenis est rarũ vt facile recipiat superfluitates melãcholie que ipm ingrediunt. Tegit etiã ipm pãniculus oritꝰ ex syphac: ⁊ cõicat per illã diaphragmati: pãniculus eni diaphragmatis est etiã ex syphac. Sic igit pz ꝙ sub pariete illo de quo dictũ est in latere dextro est epar ⁊ ex sinistro est splen. Et situs horũ mẽbrorum in omnibꝰ animalibꝰ habẽtibꝰ hec duo membra est vnus ⁊ idẽ qui dictꝰ est: ⁊ si mutat per accidẽs in aliquo animaliuz hoc est vnũ de mirabilibꝰ nature: de quibꝰ locuti sumus in 2° phicorũ. Splen autẽ hois est strictus ⁊ lõgus ⁊ similis in exterioribꝰ spleni porci: epar aũt est rotundũ simile in figura epati tauri: lz nõ sit tãtũ in quãtitate: ⁊ in eo sicut in vase nõ est cholera rubea: sed hz potiꝰ ꝓpriaz chistim in qua continet. Adhuc aũt in qbusdaz regionibꝰ non iuenit chistis siue vas cholere qd est fel i ouibꝰ suffocatis. hoc eni opz esse: qa ille regiones sunt frigide ⁊ humide valde: ⁊ iõ in ebullitiõe chilis in epate parũ est qd ebullit: ⁊ nõ hz chistis virtutem in attrahendo: sed diffundit in epate ⁊ in itestinis ⁊ corrũpit ea: ⁊ ideo suffocant oues. Epar aũt applicat vene maiori que est iterior: ⁊ epatis gibbũ non hz colligãtiam cũ partibꝰ orthi ascẽdentibꝰ ex corde ⁊ descendentibus ex ipso: vena aũt alia maior ex qua applicant meseraice: est etiã applicata symme epatis in porta ꝑ quã est igressus ⁊ attractꝰ chilis ex stomacho ⁊ intestinis. Splen autem est applicatus vene maiori que venit ex gibbo epatis: qdaz enim ramus illius extenditur vsq; ad splenem ⁊ per illam trahit choleram magnam que est in melancholia.

Splen hois ẽ sile spleni porci Epar ãt eiꝰ est simile epati tauri.

¶ Cap. 6m. De dispositione ⁊ vtilitate renum.

Renes aũt sunt mediũ attrahens superfluam aquositatem sanguis a gibbo epatis per duas emulgẽtes cõpleta digestiõe in epate. Necessaria eni est multa ⁊ superflua aquositas cibo: qa aliter nõ flueret ex intestinis per meseraicas ad epar. Cũ aũt in epate completa est digestio tũc nõ est necessaria: qa tũc sanguis aptatꝰ est qui vadit ad membra: ⁊ ideo creati sunt renes attrahẽtes eaz per foramen qd est in medio eorũ: ⁊ illi qdem sunt duo: quoniaz si essent vnus magnus coartaret locus: ⁊ nõ traheret sufficienter aquositas ad descẽsum sufficiẽtem. Duo etiaz ideo sunt vt si accidat nocumentũ vni alter faciat operationem. Dexter autẽ ren altior est ꝙ̃ sinister vt ex ꝓpinquo positus epati fortius trahat: quoniã nulla virtꝰ trahit nisi ad distãtiam determinatam. Sinister autez ponitur sub dextro vt det locũ spleni descendenti: aut vt vlteriꝰ in descẽsuz versus vesicam trahat aquositatẽ. Duri aũt facti sunt vt sit in eis virtus coadunata: ⁊ vt meliꝰ resistat nocumentis acutoruz humorũ qui descendunt ad ipsos cũ vrina. Concaui ẽt sunt vt ad illam cõcauitatem vrina trahat. Habent etiaz additamenta vt cõfirmatior sit in eis virtꝰ ⁊ operatio. Aquositatem aũt que peruenit ad renes purificãt renes ⁊ trãsmittũt eaz ad vesicã. Aquositas eni que ad renes peruenit est adhuc permixta alicui parti sanguis: ⁊ est sicut lotura carnis quando fortiter est lota: ⁊ hũc sanguinez ab ipsa separãt renes ad nutrimentũ suũ ⁊ aliarũ partiuz que sunt eis vicine: ꝓpter qd contingit ꝙ cũ renes debiles sunt in separãdo fit vrina sicut lotura. Eodem aũt modo est de epate quando epar ex debilitate sua nõ satis separat sanguinem: sed cũ nimio sanguine mittit eã ad renes cũ vrina: siĺr fit sicut carnis lotura. Renibꝰ aũt aduenit neruus paruus ex quo creãtur pãniculi quibꝰ inuoluũtur: vena autez ex latere epatis que diuiditur in emulgentes aduenit eisdem. Adhuc autẽ aduenit eis arteria sensibilẽ habẽs quãtitatem ex arteria que deriuat ad epar. Post mẽbra igit que dicta sunt epar. vz. ⁊ splenem sunt renes: ⁊ suppositi sunt spõdilibꝰ illis tribꝰ que sunt in osse renũ. ¶ Creatio aũt renũ est sicut creatio renuz vacce: ꝙ. vz. sunt duri oblongi intus cõcaui aliquantulũ et exteriꝰ rotũdi: sed in quantitate nõ sunt tanti quãti sunt renes vacce: ⁊ dexter renum est artior in situ sicut ad sensum mãifestat in anathomia hñtiũ renes: ⁊ piguedo que adheret reni dextro minor est ꝙ̃ piguedo sinistri. Causa aũt huius est qa calidior est ⁊ epati vicinior: ⁊ ideo ꝯsumit magis humidũ qd est in ipso ꝙ̃ in sinistro. Pinguedo eniz ꝓuenit ex aquoso sanguine cõuerso ⁊ non cõsumpto. Adhuc autez a vena maiori que stat super gibbũ epatis ⁊ ab orthi descẽdente exeunt due vene: vna quidẽ quieta que venit a vena

Quare renes sunt duo.

Urina q̃ ẽ sic lotura carnis ꝓuenit: aut ex debilitate renũ aut ex vitio epatis.

Creatio renũ hois ẽ sic creatio renũ vacce

maiori que diuidit in duas emulgentes. altera autem pulsans que venit ab orthi: ⁊ he perueniũt ad renes ⁊ non intrant in ꝓfundum ipsoꝝ: quoniam in medio vtriusq; renis est profundũ quoddam simile ventriculo: ⁊ ad illud trahit aquositas ⁊ purificatur in ipso: ⁊ illud foramẽ aliquãdo est maius ⁊ aliquãdo minus: ⁊ ista factura renuz inuenitur in animalibꝰ etiam imperfectis: inuenitur etiã in animali qđ dicitur keky: ⁊ hoc est animal marinum qđ vitulus marinꝰ dicitur: ⁊ renes eius in figura similes sunt renibus vacce: lʒ in quantitate multo sint minores: ⁊ sunt duriores omnibus alijs animalium propter terrestreitatez corporis eiꝰ: ⁊ ossa eiꝰ omnia sunt cartilaginosa: ⁊ ideo difficulter incedit lʒ faciat fetus in terra: ⁊ non de facili moritur nisi in tẽpore percussum: ⁊ habet vocem vacce: sed non est piscis ille cornutꝰ qui bos in mari vocatur: due autem vene que emulgentes vocantur ramificantur in ipsis renibus: sed non prouenіũt vsq; ad ventriculos renum. Signum autem huiꝰ est ꝙ nullus omnino sanguis est in ventriculis renum: ⁊ si forte aliquis diceret ꝙ exiret sanguis cum moritur animal sicut facit de pulmone hoc non potest esse: qa cum renes duri sunt fortissime continent quando est in eis: ⁊ tũc infra ipsos sanguis congelaret in morte. Sed a profundo renuz ex loco fouearum exeũt due vie fortes ⁊ dure per quas colatur vrina a modico sanguinis que fuit in ea. ¶ Adhuc autem ab arteria orthi exeũt due vie alie que sunt duo rami arterie: et perueniunt ad renes vt dent eis calorem per spirituz ⁊ motum: ⁊ vt dent eis vitam. Similiter autez a medio vtriusq; renuz exit vena quasi sit de substantia nerui creata: ⁊ in veritate est neruus quidam ex quo contexitur pãniculus renũ ⁊ peruenit ad spõdilia que sunt pars ossis anche siue renũ: ⁊ sunt in directo spondilium dorsi: vt per illos ligẽtur renes ⁊ suspendantur ad spondilia illa: ⁊ deinde eedem vene iterum collecte in strictum procedũt ad ossa ancharuz ⁊ ramificantur in eis primo. Deinde iterum congregate efficiuntur manifeste visui ⁊ extenduntur super vtrãq; anchã. Vie autem siue meatus exeuntes a venis mulgentibus per renes pertingunt ⁊ perueniunt vsq; ad vesicam. Vesica nãq; vltimũ est interiorum membrorũ ⁊ pendet a vijs procedẽtibus a renibus per quas affluit vrina in vesicam per modum quem in anathomia vesice diximus. He enim vie inter duas tunicas vesice procedunt ad principium illius partis virge que est collum vesice taz in viris ꝙ̃ in mulieribꝰ: ⁊ ibi cadunt in concauum vesice: circũq; enim circa vesicam sunt partes quedam tunice exterioris vesice que sũt de substantia simili substãtie tele siue pãniculi capillaris: qꝛ etiam de neruis capillaribꝰ contexitur: ⁊ quantum ad aspectum videtur esse eiusdem substantie: cuius est paries pectoris qui diaphragma vocat̃ que est de substantia syphac. Vesica aũt hominis magna est respectu sui corporis: ⁊ substantia virge est applicata collo vesice omnibꝰ animalibus nobis notis. ¶ Amplius aũt vie siue porosi meatus ⁊ euntes a venis de quibus sepius diximus perueniunt ad vesicam: ⁊ post vesicam ad testiculos. ⁊ nos quidem lʒ diximus superius anathomiam testiculorum ⁊ matricis: tamen adhuc multa restant inferius dicenda de istis membris ꝑʒ ꝙ in diuersis generibus animalium inueniũtur. ¶ Oportet autem scire ꝙ omnia membra interiora que sunt in maribus: sunt etiam in feminis ⁊ econuerso preter matricem: ⁊ figura illiꝰ que videri potest cognoscitur per scientiam diuisionis membroꝝ que anathomia greco nomine vocat̃. Situs ergo matricis est super intestinum inferiꝰ: protenditur eniz q̃si ab vmbilico vsq; ad os vulue: ⁊ ideo dicit Hippocras ꝙ mulier que concepit patit̃ torsiões si bibat mellicratũ: qa opprimit̃ a matrice intestinũ per qđ deberet exire vẽtositas: de hoc autem diximus superius in anathomia matricis. Post matricem aũt inferius est vesica: non aũt oiuz animalium matrices habent similem sitũ: qa aliter sita est in his que habent longa ⁊ stricta corpora: ⁊ aliter in ouãtibus: ⁊ aliter in generantibꝰ sibi simile: ⁊ in his etiã plurimã ꝑʒ dissimilitudinem sitꝰ matricũ eoruz. Ista igit̃ creatio mẽbroꝝ hois interioꝝ ⁊ exterioꝝ ⁊ superiorum ⁊ inferioꝝ ⁊ situs eorum est ꝑm ꝙ narrauimus in prehabitis.

¶ Cap̃. 7m. Et est digressio declarans dispositionez cutis et physionomiam eiusdem.

Omnia autez hec mẽbra ambit cutis que est sicut cõtexio neruoꝝ ⁊ venarum filariter reflexarum adinuicem vt inuoluant̃ ea mẽbra interiora: ⁊ ideo est albe substãtie composita q̃si ex duabꝰ pelliculis: quarum vna vocatur cutis interior: ⁊ est subtilior ꝙ̃ exterior. Et vtilitas pellis est continere ⁊ resistere nocumentis que sunt ab excellentia sensibiliũ: ⁊ ideo facta est spissa. Et huius signũ est ꝙ homo in loco remotionis cutis cũ ardore sentit aquã calidam quã temperatam sentit in loco integre pellis: ⁊ qa est albe substãtie neruose: ideo extendit̃ in pinguedine: ⁊ cõtrahitur in macie: ⁊ est alba quasi perspicua ꝓpter qđ color sanguinis apparet per ipsam: ⁊ resultat vnus color qui est rubei imutantis per album desuper extẽsuz: ⁊ hic vocat̃ color naturalis ⁊ pulcher: quãdo corrugat̃ pellis ex frigore etatis denigrant̃ vel pallescũt homines: eo ꝙ rubor sanguinis tũc per ipsam nõ apparet: ⁊ aliqui sunt spisse pellis ⁊ ab illis nõ ita reuoluunt̃ superfluitates sicut ab illis qui habẽt pellem tenuem: qa frigus inspissauit pellem: ⁊ hoc multiplicat superfluitates: ⁊ pellis spissa continet eas: ita ꝙ nihil resoluit̃ de eis per ipsam. Pellis aũt hominis vbiq; eiusdem coloris esse videt̃ nisi in ano ꝓpter adustionem que est illic. Similiter aũt in omni loco in quo membrũ confricat̃ ad membrũ aliud: tempore estus diu adurit̃ pellis ⁊ cõuertit̃ ad ruborem: ⁊ in duris locis indurat̃ pellis ⁊ ĩspissat̃ sicut in plãta pedis ⁊ vola manus ⁊ super craneũ capitis. ¶ Physionomia aũt huiꝰ non assignat̃ nisi a Phylemone sapiẽte qui dicit ꝙ color niger lenis versutũ indicat ⁊ imbecillem: ⁊ refert̃ ad habitatores qui habitãt q̃tuor prima clymata. Color aũt albꝰ rubeus fortes ⁊ animosos ostẽdit: ⁊ hic est habitãtiũ in Germania precipue ⁊ habitatoꝝ sexti ⁊ septimi clymatũ. Color aũt vehementer albꝰ cum pallore defectuz significat virtutis ex nimia victoria flegmatis. Color autez rubicũdus nõ clare rubedinis: sed spisse omni tempore dolis studẽtem hominem declarat. Color autẽ pallore deformatus effeminatũ amore feminarũ aut imbecillem ⁊ timidũ significat: si non ab egritudine sit causa coloris sed a natura. Si autem fuscus ⁊ cinereus pallorez occupat: loquacem significat ⁊ intemperatũ ⁊ iracũdũ. Color autem ignitus lucentibꝰ oculis ⁊ circũductis ad insaniam vergit. Color aũt medius inter album ⁊ nigrum qui declinat in brunũ si est clarus boni ingenij ⁊ bonoꝝ moꝝ viꝝ ostẽdit. ¶ Amplius autem cum pectus solum rubore est obductuz iracũdia inflãmatum animum ostendit. Si autem vene timporum ⁊ ceruicis rubee sint: ⁊ oculi sanguinei ostendũt adeo iratum ac si sit insanus. Cum autem vultus totus rubet si maior rubedo est in fronte cum oculorum demissione significabit verecũdiam: si autem est cum tremore labiorum et ampliatione narium significat totum animuz ira maxima inflãmatum. Si aũt soli oculi rubent cuz humore significabũt ebrietate madentem. Si autez cum rubore sicci sunt significant ira detentum animum. Hec igit̃ sunt signa physionomie que regimen physicum vite hominum: non quidem semper ex necessitate: sed frequenter ⁊ probabilr ostẽdũt. Hec autem signa in hominibꝰ ⁊ animalibꝰ non referũtur nisi ad eas passiones que naturaliter insunt que incipiunt ⁊ perueniũt ad animam: ⁊ non ad illas que sunt anime solius sicut est musica ⁊ geometria: sed potius sicut est ira ⁊ concupiscentia ⁊ huiusmodi. ¶ Et hoc est qđ dicit Aristo. in fine secundi priorum analeticoruz. ꝙ naturas cognoscere possibile est: si quis concedat transmutari simul corpus ⁊ animam ꝑm eam quecunq; sunt naturales passiões. Discens enim aliquis fortasse musicam transmutatus est in anime passiones: ⁊ hoc in dispositione corporis non potest cognosci. Hec enim passio non est aliqua earuz que ꝑm naturam corporis nobis insunt: sed potius tales ire ⁊ concupiscentie. Sic ergo elementa ⁊ principia ex quibꝰ in hac scientia procedere habemus ad cognoscendam substantiam animalium ⁊ opera eorum ⁊ nutrimentum ⁊ generationez quantum sufficit premisimus. Membra enim omnium inuestigabimus in comparatiõe ad membra hominis: similiter ⁊ opera ⁊ virtutes eorum.

Physionomia cutis.

Phus. 2. por capło vltimo.

¶ Explicit Liber Primus de animalibus.

¶ Incipit

# ¶ Incipit liber Secundus de animalibus in quo agitur de comparatione aliorꝫ aialiũ ad hoiem ſm ꝯuenientiã ⁊ differentiam.

## ¶ Tractatus primus de manifestis membris.

### ¶ Cap. pᵐ. De conuenientia que est in superioribus membris capitis colli ⁊ pectoris.

sire in gibbū.¶ Adhuc aūt multoꝝ aialiū dentes quidē anteriores in vtraq₃ mādibula sunt acuti:⁊ iteriores qui molares dicunt̄ sunt lati:q꞉ anteriores sunt ad diuidendū siue ad incidēdū.iteriores aūt ad molendū cibū vt vndiq₃ sugi possit a visceribus ad meseraicas.Sed instātia a generalitate p̄dicta non est nisi in aiali marino qđ vocat̄ koky. hoc eni h₃ dentes acutos ante:⁊ tñ vnū ponit directe super aliū vt citius diuidat ne aqua intret os eius quādo masticat.In hoc enim suū genus diuersat̄ a generibꝰ pisciū acutos dentes habentium.Dico aūt acutos dentes qui caninis sunt similes:⁊ sunt acutissimi in pūcto terminato acuti anguli.Nō est aūt aliqđ aial notū nobis qđ in vna ⁊ eadez mandibula duas hēat dentiū acies vel plures.Sunt tamē qdā de monstris mundi scribētes pħi:quoꝝ p̄cipuus quidam Perses Astiages fuit:quem Auicē.corrupte antistuz dicit:cuius si debemus credere sermonibus tūc scimus ab ipso in terra Indie esse qđdā aial in multis simile viro:qđ tñ ipse Astiages genus lupi eē dicit:qđ a greco noie vocat mariconmorion:qđ sonat vir insanus apud nos:⁊ dicit ꝙ hoc animal in vtraq₃ mādibula h₃ tres ordines dentium: ⁊ tres in superioribꝰ cōmādentes ⁊ conlacerantes ⁊ in tres diuisiones statim diuidentes qcquid rapiunt:⁊ huius quidem animalis magnitudo est sicut quātitas leonis:⁊ est pilosum sicut ipse leo ⁊ pedes eius sunt similes pedibꝰ leonis: q꞉ sūt rotūdi ⁊ multos digitos fixos h₃ cū vngulis acutis: ⁊ oculi eius sunt sicut oculi hoīs:⁊ est fuscoꝝ oculoꝝ.Color aūt eius est rubicundus sicut sit perfusum nimio:⁊ cauda eius est in figura caude magni scorpionis agrestis:⁊ est rubea retro habens aculeū sicut dicit Auicen.⁊ hoc aial eijcit pilos ⁊ mutat eos pro tēpore:⁊ loquit̄ tñ iperfecte:⁊ h₃ vocem sonorā tubalē ⁊ currit ad velocitatez cerui:⁊ est agreste vir domabile cōmedens hoīes.Hec aūt mōstra ⁊ alia multa esse de quibꝰ in sequētibꝰ istius scientie libris loquemur facit mihi credibile ꝙ in syluis Saxonie versus Daciā in deserto murice cuiusdā capta sūt parū ante hec tēpora duo monstra pilosa fere in oībus habentia figuraz hoīs:⁊ femina qdē mortua fuit morsibus canū ⁊ vulneribus venatoꝝ. Masculus aūt captus est domesticus ⁊ didicit ire sup pedes erectus:⁊ didicit loqui iperfecte valde ⁊ nō multa verba:⁊ habuit vocē exilē sicut capreolus ⁊ rōnez nullā habuit: ⁊ iđ de secessu ⁊ egestione ⁊ alijs talibꝰ verecūdabat̄. Multum aūt appetijt coire cū mulieribꝰ:⁊ has publice qualescū q₃ essent tempore libidinis opprimere tentauit.His aūt dimissis paulisper reuertamur ad ꝓpositū de differētia dentium sermonē dicentes:ꝙ homo qdē eijcit dentes in etate vicina spermati:⁊ hoc etiā faciunt aīalia alia sicut equus ⁊ mulus ⁊ asinus:sed homo nō eijcit nisi anteriores ⁊ nō molares:nec etiā aliqđ aliud aīal eijcit molares.Capreoli aūt qui sunt similes ceruis in cornibus sicut diximus superius nō mutant:⁊ qñ ingrossant̄ dentes eoꝝ significāt diuturnitatē vite eoꝝ:tales capreoli sunt pulchroꝝ oculorum ⁊ acuti visus valde:⁊ abundantes in Africa vltra mare Chartaginis vt dicit Auic.In Germania aūt est ex eis maxima abundantia.Sed ⁊ porcus nulluz oīno eijcit dentem.De canibus aūt est dubiū.Quidā eni opinati sunt canem nullū eijcere dentem.Quidā aūt opinant̄ eos eijcere duos lōgos dentes suos qui sunt in eis pro culmis:⁊ hoc plures experti circa canes testificant̄.Que aūt eijciunt dentes nō eijciunt dentes anteriores sicut homo:sed hec latos multos:eo ꝙ industria ad hoc nō ponit̄ experiendi.Id enim qđ eijcit dētes nulluz eijcit nisi prius sub eo in eodem loco alter oriat̄: hoc enim accidens oībus agrestibꝰ cōuenit que dentes eijciunt.Culmos vͦo eoꝝ plures eijciunt.Culmus eniz est sicut cornu vt diximus:⁊ huius signū est ꝙ in porcis culmus inferius est cōcauus sicut cornu:⁊ ingredit̄ in eum ex mandibula inferiori pars ossea tenens cum mandibula.⁊ similiter est in culmis elephantis ⁊ culmis cetoꝝ.¶ Ampliꝰ aūt canes iuuenes cognoscunt̄ a senibus in dentibus:quoniaz dentes iuuenum sunt albi acuti ⁊ dentes senum sunt fusci vel crocei ⁊ hebetes:⁊ idem omnino est in dentibus hoīuz. Propter longe enim distare a sue generationis principio qđ est sanguis in quo est virtus spermatis destituunt̄ nutrimento proprio ⁊ nigrescunt in seipsis.Ex putredine aūt corrupti flegmatis cū puo cholerico in eo resperso efficiunt̄ crocei.In equis aūt ꝓprium accidens dentiū accidit.Oīs enim animalis prouecte etatis existētis nigrescunt dentes ꝓpter eā quā diximus cām.In equis aūt fit per ꝯuersuz modum.⁊ cā huius est:qm̄ equus habundat humore aqueo q decoquit̄ calore iuuentutis ⁊ ꝯuertit̄ in croceitatē aut forte terrestreitatē cinereā.In ꝓuecta aūt etate cum refrigerat̄ calor remanet aqueus paruus:⁊ ille cum in terminatū corpus cōuertit̄ efficit̄ albissimus.Distinctio aūt que est inter dentes acutos ⁊ latos nō est in materia creationis eorum: sed potius in figura:qm̄ acuti inferius sunt lati vel rotūdi: superius acuti.lati autez ⁊ superius ⁊ inferius sunt lati:sed nos subtiliorē distinctionē in primo libro huius scientie supra posuimus.Adhuc autez vt in pluribus masculina animalium sunt pluriū dentiū q̄₃ feminina vt frequēter patet in hominibus capris ⁊ porcis:in alijs vͦo nō est manifestū: ⁊ causa huius manifesta est virtus videlicet calidioris sanguinis magis virtutem spermatis cōsecuti.Oportet autez scire ꝙ in quolibet genere vno ⁊ eodem animalium indiuidua que sunt pluriū dentium ſm naturā sunt longioris vite propter maiorem virtutez principij generantis in eis qđ est sperma formatiuū corporis.Illa vͦo que sunt paucioruz dentium separatorum ⁊ distantium abinuicez propter cām oppositam sunt breuioris vite ſm naturam nisi per accidēs hoc patiantur:quoniam in his que dura masticant frequēter in infantia ⁊ pueritia euaporat materia dentiū propter confricationem.Dentes aūt adulterini qui intra gingiuā oriunt̄ extra ordinem dentium naturalē vt frequenter non oriunt̄ nisi post vigesimum annū.Ego tamē vidi puellam cui ortus est dens talis circa duodecimū annū sue etatis:⁊ ortus est in exteriori mandibule superioris.Hi aūt dentes oriunt̄ in quibusdā mulieribus post.80.annos.Et ego vidi virum octogenarium cui tales plures orti sunt:⁊ materia eorum est sperma descendens a capite in loco mandibule:propter qđ etiam frequentius in mandibula superiori oriunt̄:⁊ est origo dentium cuz dolore ⁊ calore febrili:⁊ precipue quādo nō oriunt̄ in tēpore suo naturali in iuuentute. Ceruus autem quatuor habet dentes in vna parte oris in dextra:⁊ totidez in alia parte sinistra:eo ꝙ maior pars materie cedit in cornua.per istas autem mollit cibuz.Insuper habet duos dētes alios magnos:⁊ hi sunt in ceruo masculo maiores ⁊ in ceruo femina minores:⁊ declinant ad inferius dentes cerui sicut sunt repandi.Adhuc autem cuz generatur elephas apparent subito in eo dentes cum eo generati propter siccitatem complexionis sue ⁊ longam impregnationem matris eius:⁊ est in hoc vtilitas:q꞉ parua matris vbera nō diu possunt nutrire eū:⁊ ideo ꝓuenit natura ⁊ format instrumēta solidum cibum diuidentia.dentes sui magni qui culmi sui sunt nō apparent in eo quousq₃ adolescat.¶ Adhuc diuersitas est in linguis animaliū generantiuz sibi similia:qm̄ lingua elephantis est valde parua ⁊ curua retracta ad interius gutturis sui:⁊ iđ difficulter videt̄ ab inspicientibus ⁊ ꝯsiderantibus eam.Alioruz aūt lingue quorūdam sunt valde longe:ita ꝙ etiam ante ora ipsorum ostendunt̄:sicut lingua canis ⁊ hominis:⁊ alioꝝ sunt ꝓportionate sicut lingua tauri ⁊ porci ⁊ huiusmodi animalium alioꝝ.Adhuc aūt quedaz animalia sunt magni oris ⁊ hiatus:⁊ quedam parui.Magnū.n.os ⁊ fissum labium ⁊ inferius habēt animalia habentia dentes serrales sicut leo canis ⁊ feber quem nos dicimus leopardum.Fere aūt talia ora habēt aialia oīa serratiliū.Hec aūt acutoruz dentium quoꝝ vnus ponit̄ in clausura mandibularū in aliū sicut canis ⁊ cattus.Inferiores.n.longi ꝯcludunt̄ intra superiores longos:sicut si dentes duarum serrarum adinuicem sint cōuersi.Quedā aūt animalia econuerso istoꝝ sunt parui oris vt homo ⁊ symia:⁊ quedā sunt mediocris sicut porcus ſm omne genus suū.Quidaz enim equus fluminis nili qui ab antiquis pegasus non volans vocatur:moratur quidez superius in terra.Est enim hoc animal habens quidem pilos sicut pili equi:sed diuidit vngulam in duo:⁊ sunt sotulares eius sicut sotulares vacce:⁊ attollit in sublime faciem suam:⁊ in pedibus suis habet chahab hoc est calcaneum tale sicut vacca cum duabus paruis vngulis qđ non habet equus:⁊ cauda eiꝰ est similis caude porci:sed qñ vocat hinnit sicut equꝰ:sed magnitudo eiꝰ est sicut magnitudo asini

De monstris tpe suo visis.

Quō canes iuuenes discernant̄ a senibꝰ discrimine dētium.

Propter qd dētes equorū senū albiores sūt dētes vide ēt ꝓ hoc Ari. 2.de hystorijs aialiū capitulo tertio.

Quō ex dētiū multitudine ⁊ cōpactiōe longitudo vite arguatur.

Qualr dētes in senio q̄q₃ nasci possunt.

Diuersitas in linguis aialiū vide pro.2.de hystorijs aialiū.caplo.6.

babens corıū spissum grossum: ex eius spissiore fiunt solee
calceoꝝ: ex tenuiore fiunt corrigie cinguloꝝ. interiora autē
ventris eius sunt sicut ea que sunt in ventre equi aut asini:
⁊ hoc genus aīalis est fissi labij inferius. ¶ Amplius autez
quedā sunt aliquādo cōmunicantia in nāli figura corporis
pluribꝰ speciebꝰ aut generibꝰ aīaliuz: sicut mediū cōmuni/
cat suis extremis: sicut symiarū genus homini ⁊ quadrupe
di cōmunicare videt̃: ⁊ maxime symia greco noīe kyborvo
cata ⁊ ēt illa que caput caninū habere videt̃: qꝺ etiā canina
symia vocat̃. kybor aūt voco symie qꝺdā genus qꝺ hꝫ cau/
dam. Symia aūt habēs caput canis vultus quidez similis
est cani: sed totū residuum corpus est maius ⁊ fortius q̄ꝫ ca
nis: ⁊ hec sunt que in mappa mūdi canini hoīes vocantur.

Qui sint canini hoīes nūcupati.

Facies enim illarū symiarū similes sunt faciebus canum:
sed mores eoꝝ sunt valde graues ⁊ duri: eo ꝙ feroces sunt
⁊ mordaces. Et dentes earū sunt similes dentibus canum:
sed fortiores sunt ⁊ longiores. Habet aūt fere oē genus sy
miaꝝ ꝙ aliqñ eleuat̃ ⁊ vadit super duos pedes sed nō diu.
In hoc aūt ꝙ symiarū genus pilosum est ante ⁊ posterius ⁊
ꝙ pili eoꝝ sunt duri ⁊ grossi cōicant cū quadrupedibus. In
multis aūt membris faciei similis videt̃ esse homini: sꝫ in
naso ⁊ auribꝰ ⁊ dentibꝰ: qm̄ tam anteriores dentes qui in/
cisores dicunt̃ q̄ꝫ posteriores qui sunt molares habet sicut
homo preter solā symiā que vocat̃ canina. Assimilat̃ itē ho
mini in palpebris in quarū vtraqꝫ scilicet superiori ⁊ iferio/
ri hꝫ pilos sicut homo. Alia aūt quadrupedia nō habēt pi/
los nisi in palpebra superiori. Supercilia etiā videt̃ habere
sicut homo: sed sunt curta ⁊ subtilia: ⁊ iō a quibusdā nō ꝯsi/
derant̃: ⁊ in eius pectore pendēt due mamille cū duobꝰ co/
nis papularibꝰ sicut in pectore mulieris ⁊ viri: ⁊ duo brac/
chia eius sunt duo bracchia hoīs: sed sunt pilosa: ⁊ flectunt
manus ⁊ pedes sicut homo: ⁊ habēt manus quas superius
vocauimus minores: hoc est ꝙ continuant̃ ad harūdines
bracchioꝝ: ⁊ digitos ī illis ⁊ vngues in digitis sicut homo.
Pedes ēt eius sunt in figura fere suarū manuū ⁊ digiti pe
dum ⁊ vngues sicut in digitis manuū. medius eni digitus
longus est in pede sicut in manu eius: ⁊ vtitur manibus ad
vsum manuū ⁊ ad vsum pedū: sed nō habēt vmbilicū pro/
minentē sicut homo: sed locus ille in eis est durus: ⁊ id qꝺ
est supra vmbilicū superius est maius eo qꝺ est sub vmbili
co inferius: ⁊ in hoc cōicat cū quadrupedibus. In omnibꝰ
enim quadrupedibꝰ pars que est super vmbilicuz ad eam
que est sub vmbilico ꝓportionē talē hꝫ quā habent qnque
ad tria. Hec autē ꝓportio in arithmeticis vocat̃ superbi/
partiens: eo ꝙ ꝯtinet maior numerus minorē: ⁊ duas eius
tertias. hec eni ꝓportio est de genere partientiū ꝓportionū
que diuisione duarū incipiunt tertiarū. Pedes aūt symia/
rum sicut iam diximus sunt similes manibus earū ⁊ cōpo/
site quasi ex manu ⁊ pede. ex pedibus eni videt̃ habere cal/
caneū. ex manibꝰ aūt digitos ⁊ alias partes. Ambulant aūt
symie super duos pedes paruo tēpore sicut diximꝰ. nō eniz
habēt anchas ita ligatas sicut bipedia: neqꝫ habēt caudam
sicut quadrupes preter hoc qꝺ kybor vocat̃. Alia eni gene/
ra symiarum non habent quidē caudā: sed signū qꝺdam lo
co caude: ⁊ vulua femine symiarum est similis vulue mulie
ris: sicut ⁊ virga masculi est similis virge viri. Illa vͦo que
dicit̃ kybor habet caudā sicut diximus: sed anteriꝰ est sicut
anterius hoīs oīno. Ista igit̃ sunt mēbra exteriora anima/
lium generantium sibi similia: ⁊ situs ⁊ figura eorum: ⁊ in
his conueniunt ⁊ differunt per moduz quem diximus. Ex
dictis enim alia facile possunt cognosci.

¶ Cap. 5m. De manifestissimis membris animalium habē
tium sanguinem quadrupedum ouantium ⁊ non generan/
tium ex vtero sibi simile.

In alio aūt genere aīaliū a ꝑdictis sunt q̄dru/
pedia habētia sanguinē: sed nō gñantia ex vte
ro sibi simile sed ouātia. De istoꝝ mēbris ma
nifestis opꝫ scire ꝯuenientiā ⁊ differētiā: ⁊ silr
de his que carēt pedibꝰ: sꝫ hñt tñ mēbra mani
festa que sunt caput ⁊ collū ⁊ dorsum ⁊ ante et
retro. ¶ Dicamꝰ igit̃ ꝙ qꝺcūqꝫ aīaliū habētiū sanguinē et
ouātiū est q̄drupes: hꝫ qdē duos pedes cuz cruribꝰ ⁊ coxis
quos pedes maiores supra nominauimꝰ. Hos. n. duos pe
des ꝓcerto posterius hꝫ ⁊ vtit̃ anterioribꝰ loco manuuz: sꝫ
etiā vtat̃ eis loco pedū: ⁊ insup hꝫ mēbrū loco generationis
in quo format̃ ouū in femina: aut testiculos in quibꝰ matu
rat̃ semen in masculo: ⁊ hec mēbra hꝫ quo ad eandē simili/
tudinē ⁊ vsum ſm quē sunt in gñantibus sibi simile: habet
ēt insup caudā. In his mēbris ꝯueniūt oīa que sunt huius
generis aīalia. ¶ Adhuc oīa talia aīalia habent in multos
digitos fissum pedē ⁊ participāt organa sensuū ⁊ lingua ꝑ/
ter solū cocodrillū: nō qdē cōem cocodrillū: sꝫ illā cocodrilli
spēm que est in egypto que lingua egyptiaca tenchea vo/
cat̃. hic. n. in veritate linguā nō hꝫ: sꝫ id qꝺ loco lingue hꝫ si/
mile est lingue pisciū. Pisces. n. nō habēt linguā: sed simile
mēbrū spine siue ossi pisciū breue ligatū in nulla pte sui ab/
solutū ad motū aliquē vocis aut reuolutionis cibi ad mo/
las dentiū. Ad hec. n. duo mouere linguā sicut superius di/
ximus in anathomia. Tenchea. n. ⁊ pisces eo ꝙ sunt aq̄ti/
ca nō diu retinēt cibū in ore pp ingressum aque in ora eoꝝ:
⁊ iō nō reuoluūt ipm inter dentes: nec etiā vocare possunt:
eo ꝙ aerē nō attingūt: ⁊ iō in solo vsu gustus habēt linguā:
⁊ ad hoc sufficit lingua curta ⁊ imobilis: ⁊ in qbusdā nō ap
paret piscibꝰ aliqd simile lingue oīno: sed locus inuenit̃ le/
nis cōtinuus: eo ꝙ gustus aīaliū nō est in lingua: sed in to/
ta oris interioris supficie: ⁊ talis piscis est apud nos lucius
qui fauces superiores hꝫ plenas dentibꝰ: ⁊ de hoc dicet̃ ife/
rius. ¶ Reuertamur aūt nunc ad q̄drupedia ouātia dicē/
tes ꝙ aīal de quo diximus qꝺ tenchea vocat̃ nō hꝫ aures:
sed in capite hꝫ foramina tm̄ que sunt via auditꝰ sicut aues
⁊ sicut mus quidā cuius color est fere sicut cuniculi ⁊ cuius
q̄ꝫtitas est sicut mustele: ⁊ habitat in terra in Austria: ⁊ vo/
cat̃ apud nos zizel: hoc etiam nō habet aures sed tm̄ fora/
mina: que sunt via auditus: sꝫ generat sibi simile. Tenchea
autem etiā nō habet mamillas neqꝫ testiculos apparentes
neqꝫ virgā manifestā. hec eni habet intra sicut cetera ouā/
tia: neqꝫ habet pilos: sed totum corpus suum est squamo/
sum: ⁊ est acutorum ⁊ valde fortiū dentiū: ⁊ sunt rari in ore
suo. Oculi aūt eius sunt similes oculis porcoꝝ: ⁊ magnoruꝫ
est dentiū: iter quos sunt dentes qui cnimi vocant̃ de qui/
bus superius diximus: ⁊ vngues manuū eius ⁊ peduz sunt
fortes ad lacerādū apti: ⁊ coriū eius durū ⁊ forte pp spissam
squamositatē suā: ita ꝙ vix est vulnerabile. In aq̄ aūt ꝓpter
aque spissitudinē videt debiliter ⁊ extra aquā hꝫ visum cla
rum ⁊ acutū valde: ⁊ maior maiora eius in die est sup terrā
eo ꝙ sol in die aerē calefacit: ⁊ in nocte morat̃ in aqua pro/
pter spissitudinē: calorē solis quē in die fecit in nocte cōser/
uat: ⁊ iō aq̄ est calidior in nocte q̄ꝫ aer. Est aūt quoddā aīal
huius generis qꝺ videlicet hꝫ aliquid sanguinis ⁊ ouat qꝺ
grece hamaleon vocat̃: ⁊ Auicen. vocat ipm meleon. ⁊ hoc
est qꝺ nos stellionē vocamus maiorē. hoc enim est simile in
corporis sui figura lacertulo magno: cui etiā similis est ille
cocodrillus qui bardon grece vocat̃. latine aūt hamaleon.
Latera aūt hamaleon sunt valde ꝯtinua costatione descen
dentia vsqꝫ ad infimam partem ventris sicut videmus de/
scendere latera piscis. Pisces. n. costati sunt vsqꝫ post ven/
trem ad locum vbi incipit piscis nō esse concauus. Habet
aūt in dorso in spondilibus ossa prominentia erecta sicut a
spondilibus pisciū versus dorsi mediū ꝓminent spine. Fa/
cies aūt eius est sicut sit cōposita ex membris faciei porci et
ex membris faciei symie: ⁊ hꝫ caudā valde longā: cuius ex/
tremum est valde gracile ⁊ inuolutum ⁊ nodatum sicut in/
uoluunt̃ extrema corrigie longe ⁊ flexibilis. Hec autē spe/
cies animalis multū reuoluit se in seipsam per modū sphe
rarū cōuoluit totū corpus suū ⁊ maxime caudā: ⁊ lꝫ habeat
figurā lacerte tñ latera eius plus eleuant̃ a terra q̄ꝫ lacerte.
Et huiꝰ cā est ꝙ magis dirigit crura ⁊ figit̃ super ea: ⁊ cru/
ra eius etiā sunt longiora q̄ꝫ lacerte aut cocodrilli: ⁊ tamen
flexio ⁊ curuatura pedū eius est sicut lacerte ⁊ cocodrilli: et
quilibet pedū suoꝝ in duo diuidit̃: ⁊ vna quidez pars eius
est sicut pollex hominis qui flectit̃ ad iterius domestici ma
nus: ⁊ alia pars est sicut residuū manus hoīs in cōparatio/
ne ad pollicē in hoc ꝙ flectit̃ ad interius plante manus sub
pollice: ita ꝙ prima pars comprimit ⁊ claudit sequentez si/
cut pollex claudit ⁊ comprimit alios digitos. Vlterius aūt
vtraqꝫ duarum partiuz in duos digitos diuiditur: in quo/
ruz extremitate habet vngulas que sunt sicut vngues auiū
vncosi ⁊ acuti existentes: ⁊ totum corpus eius asperimum

est sicut corpus bardon qđ est: sicut dirimus quedam spe/cies cocodrilli squamosi corij ⁊ corrugati. Oculi aūt eius multū ꝓfundant̄ in caput suū: ⁊ sunt magni rotūdi ⁊ lachry/malia ꝯtinentia oculos eius sunt coriū simile corio toti⁹ sui corporis qđ est asperū ⁊ rugosum: sed coriū suū nō cooperit oculos suos: sed est iuolutū rugis qbusdā circa eos. Habet aūt oculos suos mobiles circūquaqз per giruz: ⁊ sepe girat eos circulariter. Color aūt eius nālis est fuscus declinans ad nigredinē: sicut etiā color bardon siue cocodrilli: nec al/terat̄ ab hoc colore nisi tempore timoris qñ est in horripila/tione: sicut dicit Auicē. quādo fumo nigro ⁊ frigido videt̄ inflari ⁊ corrugari coriū ipsius. tunc. n. nigrius q̄z prius effi/cit̄: ⁊ videt̄ tunc fieri sicut color lacertuli valde terrestris ⁊ fusci: ita ꝙ efficit̄ nunc cinereū: cinereū habens colorem: ⁊ fiunt in eo macule nigre: sicut sūt macule leopardi: ⁊ hec va/riatio efficit̄ in toto corpore eius: ita ꝙ etiā oculos eius in/ficit varietas ista ⁊ caudaz. similiter sicut ⁊ residuas inficit partes corporis sui. Est. n. frigidū aīal valde: ⁊ idō facile ti/met ⁊ horret: ⁊ tūc predicto mō color eius efficitur varius: ⁊ huius signuz est ꝙ est grauis ⁊ pigri motus: ⁊ in morte de/turpat̄ ⁊ inficit̄ colore palee destitute ⁊ putrescētis. Anatho/mia aūt hui⁹ est: qꝛ qđ vicinat̄ stomacho ei⁹ qđ meri voca/tur. ⁊ similiter qđ vicinat̄ cāne pulmonis eius est fere: sicut cāna ⁊ meri lacerte: aut cocodrilli: ⁊ qꝛ frigidum est aīal nō est caro in corpore suo nisi valde pauca in capitis sui parte ⁊ in mādibula sua ⁊ in radice caude: vbi cauda cuз corpore suo ꝯtinuat̄. ⁊ similiter sanguinem hз in radice caude: ⁊ in partibus que sunt cordi vicine: ⁊ in arterijs venalibus su/perioribus que exeunt a corde ipsius: hз etiā sanguinē in eo qđ est in circuitu oculoꝝ q̄uis sit valde paruз: ⁊ sicut dicit Auicē. nō habet splenē: ⁊ idō melancholia spargit̄ per totum corpus eius ⁊ inficit ipm̄ maculis qbus dixim⁹. ¶ Adhuc aūt quasi nullū hз occiput: sed sinciput eius ꝓminet super oculos ipsius: ꝓpter qđ etiā oculis eius nimis ꝓfundatis cerebrū eius latet quasi inter oculos ipsius: ⁊ cū excoriat̄ co/rium qđ est inter oculos ⁊ circa eos apparet quasi sit color eris luteus aut armille qui sit ex ere: ⁊ hic color est sicut si al/bū clarū sup se natās habeat rubeū subtile ⁊ vndiqз videat̄ per ipm̄. Per totū aūt corpus eius extensum est membruз vnū fortissimū: ⁊ hoc est dorsum ipsius: ⁊ os dorsi compositū ex spondilibus eius: ⁊ quādo per partes findit̄ corpus eius remanet per tēpus aliquod in qualibet parte in operatio/nibus suis per spiritū sensibilē ⁊ motiuū qui manet in qua/libet parte ipsius: sed motus eius est modicus ⁊ p̄cipue ap/paret in partibus que sunt vicine cordi: ⁊ habet motum di/latationis ⁊ cōtractionis quādo scindit̄ in suis costis. illas enim aperit ⁊ claudit constringendo ⁊ dilatando. Mansio aūt eius est in cauernis ⁊ fissuris petrarum ⁊ montiuз sicut lacerte. Hoc aūt animal pro certo est de genere stellionis: ⁊ hoc est qđ vulgus vocat dracones ⁊ in vulgari nostro vocā/tur lintvvorm qđ sonat vermis tylie aut vermis sylue. Ra/ro aūt videt̄ animal istud qđ est valde pigri motus ⁊ multi somni ꝓpter multos ⁊ grossos humores quos habet ⁊ spis/situdinē sue pellis. vbi aūt carnem ⁊ sanguinem non habet in corpore ibi habet aliud membrum ⁊ alium humorem lo/co carnis ⁊ sanguinis.

¶ Cap̄. 6m. De membris manifestis animalium non qua/drupedum habentium sanguinem et ouantium que sunt aues pennate.

Similiter aūt dicemus diuersitatē ⁊ cōuenien/tiam membroꝝ manifestoꝝ in nō generanti/bus ex vtero sibi simile: sed nō quadrupedib⁹ habentibus tamē sanguinē: sicut sunt aues in genere suo. ¶ Dicamus igit̄ ꝙ multa volati/lia habēt etiā mēbra ꝓportionata membris di/ctoꝝ aīalium ⁊ hominis. Quedam enim ipsoꝝ caput habēt ⁊ collū ⁊ dorsum: ⁊ in corporib⁹ eoꝝ est anterius ⁊ posterius ⁊ superius ⁊ inferius ⁊ dextrū ⁊ sinistrū: ⁊ habēt membrum cōueniens pectori: in quo spiritualia sua que sunt cor ⁊ pul/mo continent̄. Omne aūt volatile plumosum habet conue/nientiā cū hoīe in numero pedū: sed flexura poplitis ei⁹ est sicut quadrupedū. hec enim curuat̄ posterius. Nullū autez omnino volatile plumosuз ⁊ pennatū nobis notū hз pedes anterius vt manus: sed loco illoꝝ mēbroꝝ hз alas eo ꝙ mē/brum appropriatū est volatili p̄nato: ⁊ ob hoc volatile vo/cat̄. Ancha autez volatilis hoc est os ad qđ ligat̄ crus eius est longa similis coxe quadrupedū aīaliū: ⁊ adheret corpori quasi a latere medij ventris eius: ⁊ hoc habet ꝓprium ꝙ a gressibili distinguit: ⁊ ideo putat̄ esse coxa quando abscidit̄ a volatili. Coxa v̄o volatilis sicut diximus est os illud qđ cum carne sibi adherente: cōtinue iacet inter crus ⁊ mēbrū anche: qꝛ adheret dorso volatilis. ¶ Adhuc aūt in mēbris istis diuersificant̄ volatilia: qm̄ omne volatile rapax curuo/rum vnguiū proportione corporis sui est magnarū coxaruз ⁊ pectoris fortioris q̄z aliud volatile. Modi aūt specierum volatiliū nominant̄ valde multi: de quibus non est p̄ñ fa/cere mentionē: sed conuenientias ⁊ differentias cōmunes in eis considerare. ex his enim sufficienter scit̄ natura eoꝝ. Conueniunt aūt omnes modi specierū volatiliū pennato/rum in qđ omnes habēt pedē sine pectine quodā centro di/uisum in digitos multos qui tamen fere in oībus quatuor inueniunt̄: ⁊ partes quidē fissure multoꝝ distinctoꝝ a sein/uicem digitoꝝ: sicut aues nō natatiles habent digitos: sed aquaticarū auiū ⁊ natantiuз: sicut est cignus ⁊ anser ⁊ anas ⁊ huiusmodi habēt coriū inter digitū cōtinuans vt melius capiant aquā in natando quasi remo quodā: ⁊ quedam in vno pede habent digitos distinctos ⁊ in alio cōiunctos per membranā: sicut aquila parua que vocat̄ aquila pisciuз: eo ꝙ capit pisces. Uno enim pede rapit ⁊ alio natat in aqua. Omnes aūt modi volatiliū qui in aere eleuant̄ q̄tuor qui/dem habent digitos vtroqз pede: quoꝝ vt in pluribus tres porrigunt̄ anterius ⁊ quartus breuior ⁊ fortiorem habens vnguē posterius quo vtit̄ loco calcanei in stando ⁊ loco pol/licis in apprehendēdo: preter sturtionem qui nō habet nisi tres digitos in pede duos anterius ⁊ vnū posterius: ⁊ sunt valde breues respectu sui corporis. Pauca aūt genera sūt auiū que tm̄ duos digitos habent anterius in pede ⁊ duos posterius: ⁊ ex auibus apud nos notis non sunt nisi bubo ⁊ genera pici. Bubo enim vnū digitū girat posterius ⁊ duos habet post ⁊ duos ante: ⁊ tunc quiescit residuū corporis ei⁹ sicut quiescit serpens comprimendo se super ventrem ⁊ pe/ctus suum: habet vngues magnos similes vnguibus aqui/le: ⁊ corium eius ⁊ penne sunt varie: sicut accipitrū aut qua/rūdam aquilarum: ⁊ vociferat forti voce: ⁊ ab imitatione vocis eius est impositum sibi nomē. Pici aūt omnia gene/ra que multa sunt apud nos: siue sit genus paruulum variū siue sit picus niger qui magnitudinem fere habet cornicis: ⁊ infigendo rostrum intra cortices siccarum ⁊ putrescentiuз arborum sonum facit terribilem: ac si sit sonus tube: habēt semper duos digitos pedis porrectos anterius ⁊ duos po/sterius: eo ꝙ hec dispositio digitoꝝ apta est scansioni arbo/rum: ⁊ habēt digitos valde cōiunctos vt fortius se teneant ad lignum qđ scandunt. Omnia aūt genera auium penna/tarū cōmunicant in carentia labioꝝ ⁊ dentiū: sed loco horū habēt rostrū durū: ⁊ figurā quidē nasi ⁊ auriū exterius non habent: sed alia membra sensuū habent: sicut oculos ⁊ lin/guā. Uia aūt nasi que est via odoratus est in rostro per duo foramina que sunt in ipso. Similiter aūt vie auditus sunt duo foramina rotūda aperta in capitis lateribus. Oēs aūt aues habēt oculos ⁊ claudūt eos qđdam panno egredien/te de inferiori palpebra absqз motu palpebrarū quādo vo/lunt etiā insuper reducunt super oculos suos superiorē pal/pebrā: sicut quadrupedia. Volatile aūt ponderosum ⁊ ma/gnum pannū claudentē oculos habet egredientē de inferio/ri palpebra ⁊ aliquādo de angulo oculi qui est apud conuз nasi. Habent etiam eundem modū claudendi oculos que/dam genera animalium squamosi corij sicut lacerte ⁊ qui/dam serpentes ⁊ cocodrilli quedaз species. hec eni claudūt oculos palpebra inferiori: sed clausio ipsa non adeo bona est sicut in auibus: eo ꝙ non tantū indigent: qꝛ duriores sūt oculi talium animalium q̄z auium. ¶ Adhuc autez nullum omnino volatile bipes de quo hic loquimur habet squa/mas vel pilos: sed omnia habent plumas ⁊ pennas: lз ma/gna diuersitas sit in eis sicut in sequētibus patebit. In hoc tamen omnes penne conueniunt ꝙ radicem quā pelli auis infigunt habent concauam sicut cāna quedam sit: ⁊ habent omnes caudas nisi per occasionem amiserint: sicut galli et galline domestice sine caudis: aliquando nascuntur per oc/

casionem

Oēs modi vo/
latiliū q i aer/
eleuant̄ habē/
q̄tuor digito/
i vtroqз pe/
ꝑter sturtion/
q hз tres.

castionem ⁊ nature defectum. Adhuc autem quedam extē-dūt versus caudam pedes in volatu sicut ille que lōga habent crura: ⁊ precipue aues aquatice etiam que breues habent pedes sicut anser ⁊ anas. Quedam aūt restringunt ad ventrem ⁊ pectꝰ sicut ille que breuia habēt crura: aut digitos habēt diuisos ⁊ aduncos vngues. ¶ Ampliꝰ aūt habēt omnes modi specieꝝ volatilium linguas valde diuisas in quantitate ⁊ figura ⁊ compositiōe: quedam enī habēt valde lōgas sicut auis que sneppe vocaꝝ apud nos. Latine autem viscedula: he enim sunt aues que se ponūt in puluere ⁊ longe extēdūt linguam ⁊ attrahūt vermes: ⁊ quedam hūt valde latas comparatiōe corporis sui: sicut sturnus ⁊ psytacus ⁊ pica: ⁊ quedam habēt compositam linguam retro ex carne: ⁊ ante ex cornu acutissimo sicut picus niger qui infigit linguaꝫ in lignū ⁊ pingēdo attrahit vermes siue teredines ligni ad cibū. Quedam etiam in vsu lingue differūt ab alijs: qm̄ ille que sunt rememoratiōis ⁊ late lingue formāt voces in loquelam hominis sicut psytacus ⁊ sturnꝰ ⁊ multa alia genera auiū. Nullū aūt omnino genus auiū habet epiglotim prominētem: ita ꝙ faciat noduꝫ in gutture sicut est nodus in gutture hoīs: sed tn̄ cū epigloti constringit ⁊ aperit viam cāne cū aliqd sibi intra se recipit sicut diximꝰ de hominis gutture. ¶ Ampliꝰ aūt quedam genera auiū que nō habent magnos vngues habēt in crure suo qddaꝫ prominēs sicut sit digitꝰ qdam carneus sicut gallus ⁊ gallina habꝫ etiā signū istiꝰ: sed nō est perfectū eo ꝙ fere in oībꝰ deficit sexus femininus que perfecta sūt in masculo. Nullū eiꝫ volatile magnoꝝ ⁊ curuoꝝ vnguiū cōicat cū isto additamento: qa in illis auibꝰ mā istiꝰ additamenti trāsit in vngues. Volatile aūt curui vnguis boni est volatꝰ: ⁊ volatile qd̄ pdictū habet additamētū grauis est volatꝰ sicut fasianꝰ ⁊ perdix et gallusꝰ ⁊ omnia talia que aut hūt dictū additamentū aut signū ipsiꝰ. ¶ Adhuc aūt quedā genera auiū habēt in capitibus suis coronalia q̄si sint galeata: ⁊ hoc aliqn̄ est ex pluma sicut in pauone ⁊ vpupa: aliqn̄ est ex dura substantia que est media inter carnem ⁊ cartilaginē sicut in capite galli ⁊ galline: ⁊ in capite eiꝰ qd̄ vocatur pullus aque: ⁊ est nigruꝫ habens galeam albam iacētem super verticem capitis sui nō erectaꝫ. Hec igiꝝ ⁊ his similia sunt mēbra manifesta auiū.

¶ Cap. 7m. De manifestis pisciuꝫ membris sm̄ cōmunicātiam ⁊ differentiam consideratis.

De pisciū aūt membris exequemur codeꝫ modo. Genus aūt pisciū habet species valde diuersas ⁊ diuersarū valde figurarū: sed omnes modi specierū pisciū conueniūt in habēdo caput ⁊ membra anteriora ⁊ posteriora: ⁊ in habendo caudam que pinne nō sunt separate: sꝫ coherētes tela q̄dam: sed caude eorū sunt diuerse forme et figure. Adhuc aūt in carentia quorūdam cōmunicant mēbrorū. Nullus enim omnino modus pisciū habet collū vel virgam vel vuluam manifestaꝫ: aut omnino testiculos exteriores vel interiores: aut etiam mamillas preter delphinū ⁊ cetorū genera que generant ex vtero sibi similia: ⁊ ideo habent mamillas sed nō habēt eas in superiori parte corporis sui: sed inferiꝰ prope iūcturam: ⁊ sua mamilla assimilaꝝ iūcture que est sine ligamento: ac si sit addita corpori: et terminaꝝ in conū papularem: sed sunt in eis due vie in interiꝰ mamille profundate que cānalibꝰ assimilanꝝ ⁊ ex illis erit lac quo lactaꝝ natꝰ eiꝰ: ⁊ tempore iuuentutis filij sequūtur matrem: ⁊ similiter faciūt cetorū fetus. ⁊ hoc quideꝫ iā a piscatoribꝰ maris: pcipue in mari Germanico ⁊ Anglico ⁊ mari Flandrie ⁊ Sclauie ⁊ maribꝰ alijs adiacētibus visum est. Aliquādo aūt modi pisciū ouātiū non habēt mamillas vt prediximus: neqꝫ vias coitꝰ manifestas que sunt vulua ⁊ matrix ⁊ virga ⁊ testiculi: ⁊ habent inter animalia membruꝫ propriū sibi appropriatū in capite: auriculas. vꝫ. que branchee dicūtur per quas attractam per os aquā eijciūt: ⁊ hoc membrum fere in omnibꝰ piscibꝰ notis inueniꝝ. ¶ Ampliꝰ aūt pisces diuersificanꝝ in alijs que dicunꝝ pinnule: quoniaꝫ sunt qdam pisces longi ⁊ lati qui q̄tuor habent alas a se diuisas: duas superiꝰ prope branchos: ⁊ duas inferius in fine ventris sicut piscis qui grece vocaꝝ enchelys qd̄ est anguilla. Sūt auteꝫ ⁊ apud nos plures tales. Alij autem breuiores ⁊ strictiores noŋ habēt nisi duas pinulas sine alas apud branchos. Adhuc autem ⁊ ipsi branchi pisciū diuersificanꝝ: quoniam quidam pisces habēt osseuꝫ coopertoriuꝫ super branchos sicut lucius barbellus: ⁊ salmo: ⁊ qdam non habent osseum coopertoriuꝫ: sed ipsa acies brāchorum per pellem videtur sicut piscis serpentinus habēs latam caudam ⁊ latas pinnas qui vocaꝝ celen. de quo diximus in libro primo. Omne autem genus piscium habens coopertos branchos habet branchos sub capite versus vētrem porrectos: celen aūt lati capitis ⁊ corporis sicut in ante habitis dictū est: ⁊ habet omnes brāchos ad parteꝫ dorsi. Longi v̄o pisces ⁊ non lati habēt eos declinantes ad ptē inferiorem versus vētrem. Rana v̄o marina habet quidē branchos declinantes ad vnam partem lacerti sui sub capite suo ⁊ habet coopertoriū: sed quedam pellis similis corio cooperit branchos eiꝰ cum aliorum operimenta sūt ossa quedaꝫ lata. Adhuc aūt species pisciū ⁊ in creatione diuersificanꝝ: quidam enim sunt extensorum ⁊ inflexibiliū branchorum quasi sint de corio vel osse sicut cete: ⁊ quidā pisces sunt branchoꝝ flexibilium. Adhuc quidam etiam branchi sunt applicati corpori piscis sicut anguille ⁊ murene. Quidam aūt sunt diuaricati ⁊ extensi a corpore piscis sicut lucij aquatici ⁊ salmonis. Adhuc autem qdam piscium habent branchos paucos: qdam autē multos: sed semper sunt eq̄les ⁊ pares in vtraqꝫ parte. Quidam etiam nullos omnino videnꝝ habere. Multos enim habet lucius: paucos auteꝫ habet murena: sed nullos omnino habet qdam pisciculus longus tenuis qui est in colore sicut piscis qui vocatur fundula: sed non est rotūdus sed quasi sit colūnalis compssus: ⁊ vocaꝝ mordens lapidem ⁊ habet spinam acutaꝫ iuxta os suuꝫ cū qua recuruato capite secat manū se tangētis. Pauciores auteꝫ branchi quasi piscis habens branchos habere inueniꝝ sicut qd̄ in vtraqꝫ parte habet vnū: qdam auteꝫ habent duos in vtraqꝫ parte: vnum extensum ⁊ alteruꝫ flexum. Quidam aūt quatuor extēsos in vtraqꝫ parte. Piscis autem qui grece vocatur auulteram hꝫ in vtraqꝫ pte septeꝫ flexos. ¶ Ampliꝰ autem inter genera pisciuꝫ ⁊ aliorum animalium est differentia. Pisces enim nō habent pilos sicut animalia generantia sibi similia: neqꝫ habent squamas oīno similes squamis quadrupedum ouantium que neqꝫ habent plumas neqꝫ pēnas sicut volatilia: sꝫ multa genera piscium sunt corticalia hoc est squamas separabiles ab ipso pisce habētia: quedam auteꝫ nō: sed sunt asperi corij: ita ꝙ etiam lignū raditur cum corio eoꝝ quando exiccatur sicut piscis qui diciꝝ apud mare Flandrie serohe qd̄ est cānicula marina: aliquid etiam tale habet muruca ⁊ sturio ⁊ ea que in rostro similia sunt sturioni ⁊ hec multa piscium genera. Adhuc autem multa sunt piscium genera que in omnibus modis suis habēt dentes acutos diuersaꝝ acierum sicut lucius: ⁊ quidam pisces habent dentes supra linguam: ⁊ lingua eoꝝ est dura ⁊ aspera similis ossi sine spine piscis: ⁊ est curta ⁊ ori applicata intātū ꝙ lingua esse nō putaꝝ. Et sunt quedam animalia marina magni oris ⁊ multū fissi ad modum quorūdam animaliū quadrupedū que generant sibi similia: que tamē marina non habēt aliqd̄ organum sensus manifestū preter oculos: quoniam carent auribꝰ ⁊ naribus: sed habent vias auditus ⁊ odoratus tm̄ sicut est piscis qui vocaꝝ apud nos luciꝰ: ⁊ nullus modus pisciū est habēs palpebras pilosas: qa qui habent palpebras habent eas duri corij: multi aūt modi nullas habēt omnino. Adhuc autem omnes modi pisciū habent aliqd lꝫ parum ad minus circa cor sanguinis: ⁊ qdam eoꝝ ouant: qdaꝫ generant similia sicut de delphino dictū est. Oēs autē pisces corticales squamosi ouant. Sed aliorū qdam generāt animalia. Celon autem etiā generat animal: sed rana habet qdem pedes quatuor ⁊ natat: ⁊ tamē non generat animal sed ouat.

De delphinꝰ generet lac.

¶ Cap. 8m. De mēbris serpentum exterioribꝰ ⁊ manifestis.

Membra autem serpentuꝫ manifesta post hoc ponemus. Genus autem serpentum mediuꝫ esse videꝝ inter habētia agrestia ⁊ aquosa. Et ideo vtraqꝫ illa oportet loqui de modis membrorū eiꝰ. Multa aūt genera serpentum manent super terram: pauca aūt genera manent in aqua ⁊ in mari. Aquei autem ⁊ marini serpentes sunt similes serpentibꝰ terrestribꝰ preterq̄ꝫ in capite: quoniam ca-

put marinoꝝ est durissimum ⁊ asperũ ⁊ minus q̄ȝ caput terrestriũ proportione corporis sui. In mari aũt sũt multa valde genera serpentũ ⁊ non manent in locis ꝓfundis sed in propinquo ripaꝝ: ⁊ tamẽ in mari occeano in p̄te qua Germaniã attingit inuenit̃ serpens quantitatis fere cruris hominis habens aculeũ retro in cauda corneũ qui amputat̃ a piscatoribꝰ: ⁊ postea totum residuum corporis comeditur: ⁊ ille habitat in profundo maris: sed non vere est serpens q̄ȝuis sit piscis serpentinus. ¶ Ampliꝰ autem nullũ omnino genus serpentũ habet pedes: ⁊ in hoc conuenit cuȝ pluribꝰ generibꝰ piscium, q͡a illi qui vere pisces sunt pedes non habẽt. In mari tñ est animal q̄ꝺ .44. vocat̃: ꝓpterea ꝙ tot pedes habere videt̃: ⁊ simile huic animali est aliud q̄ꝺ moratur in terra ⁊ eodeȝ nomine vocat̃: sed q̄ꝺ est in mari est minus q̄ȝ agreste: ⁊ morat̃ in locis petrosis: ⁊ est rubicũdi coloris ⁊ graciliũ pedum. ¶ Ampliꝰ aũt in mari est piscis paruꝰ qui vocat̃ detinens nauim eo ꝙ virtute sue speciei habȝ tenere naues ⁊ impedire transeũtes: ⁊ hũc piscem querũt homines magici: ⁊ vtunt̃ ip̄o aliquando ad conuertendũ corda hominũ ad odiũ: ⁊ aliquando ad conuertẽdũ corda eorum in amorem: ⁊ hoc genꝰ piscis non est comestibile: et de hoc dixerũt q͡dam ꝙ habet pedes sed falsuȝ est: ⁊ causa deceptionis est q͡a ale pinnulaꝝ eiꝰ ſm aliquid pedibꝰ assimilantur. Quecũq̄ȝ ergo talia pedes habent non vere pisces sunt: lȝ cũ piscibꝰ in multis cõmunicent. Jam igit̃ diuisiȝ diximus membra extriseca manifesta animaliũ: ⁊ declarauimus quot sunt numero ⁊ que sunt. Diximus enim mẽbra generum animalium dictorum siue generent sibi similia ex vtero siue sint ouantia terrestria ⁊ aquea.

Piscis pũus ṽtute sue ſpẽi nauiȝ ꝺtinẽt: de hoc vide .2. ꝺ hystoriis aialium. cap. 14.

¶ Tractatus Scd̄s Secundi Libri animalium in quo continetur dispositio interiorum membrorum animalium ſm comparationem ad interiora membra hominis.

¶ Cap. p̄m. De interioribus sanguinem habentiuȝ in quocunq̄ȝ genere sint.

MOdo aũt incipiemus narrare membra interiora aialiũ ⁊ penes ea sumemus aialium cõuenientiam ⁊ differenciam. Dicamꝰ autẽ de membris habentiũ sanguinem primo. Magna eniȝ in tota cõplexione aialiũ ⁊ compositione orit̃ inter animalia cõuenientia ⁊ differẽtia ex habere sanguinem: ⁊ nõ habere. Et perfectiora q͡dem sũt hñtia sanguinẽ vt hõ ⁊ quadrupes q̄ꝺ ex vtero generat sibi sĩle: ⁊ q̄drupes ouãs ⁊ volatile ouãs hñt mẽbra interiora diuersa in figura ⁊ quãtitate ad aspectũ visus. Ulter aũt oẽ aial spirans siue anhelans hȝ pulmonẽ ⁊ cãnam que est trachea ⁊ stomachũ. Et sitꝰ q͡dem canne ⁊ oris stomachi est in vno loco ad radiceȝ oris cõtinuatꝰ sicut diximus in p̄mo libro: q̄ȝuis tñ cãna ⁊ meri non sint similes in cõplexiõe ⁊ creatiõe: pulmo aũt multum diuersat̃ in situ ⁊ figura visibili in aialibꝰ hñtibꝰ sanguinẽ. Omne eni aial hñs sanguinem: hȝ quidẽ diaphragma siue parietẽ: ⁊ hȝ cor superiꝰ supra parietem illũ: q̄ȝuis aliq̃ñ nõ sit manifestũ ꝓpter paruitatẽ corporis coꝝ: sed nõ semp cũ his hñt pulmonem supra diaphragma aut mẽbra p̄ncipalia nõ sunt nisi q͡a in corde vacce aut equi ⁊ cerui ⁊ quorũdã alioꝝ: aliq̃ñ quedã ossa inueniuntur que corda alioꝝ nõ hñt aialiũ: quedã autẽ oino pulmonem nullũ hñt sicut modi pisciũ ⁊ oia nõ respirantia. Omne v̄o animal hñs sanguineȝ hȝ epar eo ꝙ epar est primũ factiuũ sanguinis: sed splen est in q͡busdã ⁊ in q͡busdã nõ est: quoꝝ melãcholia aut tota aut fere tota trãsit in nutrimẽtũ corporis: ⁊ ideo in speciali nõ indigẽt receptaculo melancholie. Plura aũt aialiũ ouãtiuȝ hñt splenẽ paruissimũ latẽtẽ visum: ⁊ ideo aliq̃ñ credũtur splenẽ nõ habere: ⁊ hoc cõuenit etiã volatilibꝰ vt accipitri ⁊ columbe ⁊ miluo ⁊ buboni: hec eni paruissimos hñt splenes. Auis v̄o que grece vocat̃ agatycalos cuiꝰ caput assimilat̃ capiti capre: ⁊ vocat̃ latine ap̄ꝺ vulgus caper hyrũdinis nõ habet splenẽ oino. ¶ Amplius aũt quedã aialia hñt fel q̄ꝺ est receptaculũ cholere ⁊ ip̄ȝ habent in chisti que est applicata epati. ⁊ quedã nõ hñt applicatum epati suo: sed in aliis locis. quedã eniȝ de genere q̄drupedum generãtium sibi sĩlia sicut ceruus equus mulus ⁊ koky q̄ꝺ vocatur vitulus maris ⁊ quoddã genus porcoꝝ q̄ꝺ vocat̃ vitulus maris vident̃ fella sua habere in intestinis: ꝓpter q̄ꝺ intestina eoꝝ sunt amarissima. Species aũt cerui habane vocatur quã quidam dorchaden esse dicunt habet fel in auricula ſm opinionem multoꝝ hominũ expertoꝝ in talibꝰ. In auriculis etiam suis inuenit̃ humidum simile felli in colore lȝ nõ sit adeo liquidũ sicut humidum fellis: sed vicinatur in spissitudine humido splenis. ¶ Adhuc aũt in capitibꝰ omniũ aialiũ est neruus vnus: aut forte neruorum par vnũ sub lingua qui dat motũ ⁊ sensum lingue: ⁊ profundat̃ in linguam: in eo aũt ꝙ vicinat̃ spondili descendenti ꝓpter longitudinem corporis: ⁊ q̄ꝺ vi vicinatur capiti sunt nerui: aut neruoꝝ paria viginti numero exeuntes in totũ corpus ad mouendũ ip̄m ⁊ sensificandũ. ¶ Ampliꝰ aũt intestina cerui sunt fetida valde ex amaritudĩe fellis in ea respersa: ⁊ ideo non comeduntur a canibꝰ nisi sint valde famelici. Delphinus aũt habet fel sicut ⁊ omnes modi volatiliũ ⁊ pisciũ ⁊ omne q̄drupes ⁊ omne ouãs: oĩa eniȝ hoc fel participant ſm maiꝰ ⁊ minus sicut ante diximus: non semp est in epate: sed fortasse est aliq̃ñ in viis venaꝝ meseraicaꝝ subtilium extensaꝝ ab epate ad intestina sicut in piscibꝰ expresse inuenit̃ qui greco nomine asceher vocant̃: ⁊ tunc cognoscit̃ hoc: q̃ñ vie ille erũt fetide ⁊ amare. aliquãdo autẽ fel est in ipsa intestini interiori superficie dispersuȝ: ⁊ in hoc etiam alia diuersificant̃: q̃ñ aliquãdo est in intestino superiori q̄ꝺ portanario stomachi continuat̃: ⁊ aliquando forte in medio q̄ꝺ dicit̃ ieiunũ: ⁊ aliquãdo in inferiori ꝓportionat̃ ei q̄ꝺ colon in homine vocat̃. Nos enim de oibꝰ his loquimur ſm hoĩs ad intestina comparationẽ. hec eiȝ diuersitas sitꝰ fellis precipue in genere inuenit̃ volatiliũ: q̃ñ quedam illoꝝ habẽt fel in vẽtre: hoc aũt intestino sequẽte vt columbe coturnices ⁊ hyrundines ⁊ genus passeris q̄ꝺ grinõ grece vocat̃: ⁊ est passer croceꝰ. Quedam etiã fel habent in epate sicut falconũ genera: quedã habẽt ip̄m respersum in omnibꝰ his hoc est in epate ventre: ⁊ intestino inferiori inuento primo vt accipiter ⁊ miluus. ¶ Ampliꝰ aũt oẽ q̄drupes generãs sibi simile animal habet renes ⁊ vesicam: sȝ q̄drupes ouans neq̄ȝ renes habet. Similr̃ aũt genera volatiliuȝ ⁊ pisciũ renibꝰ carent ⁊ vesica. Animaliũ v̄o quadrupedum quedam habẽt renes vt vitulus maris qui koky vocat̃ grece: ⁊ renes eiꝰ sunt similes vacce in figura ⁊ durissimi. Renes aũt vacce sunt sicut sint composite ex pluribꝰ paruis renibꝰ: ⁊ similiter sunt renes koky. Adhuc aũt totuȝ interius vacce agrestis ſm omne genus suuȝ assimilat̃ ꝓportionaliter interioribꝰ vacce domestice: ⁊ similiter est in aliis domesticis animalibꝰ ad syluestria sibi ꝓportionata sicut proportionat̃ canis lupo ⁊ porcus apro: ⁊ sic de aliis. Et sitꝰ q͡dem oium istoꝝ membroꝝ in omnibꝰ animalibꝰ vt in cõmuni dici potest est vnus. Cor enim in oibꝰ animalibꝰ est posituȝ in medio pectoris preterq̄ȝ in hoie: quoniam cor hominis parũper declinat ad sinistram sicut prediximus. Pars acuta cordis declinat ad anterius pectoris in omnibꝰ animalibꝰ preterq̄ȝ in piscibꝰ: quoniã in illis pars cordis acuta est pẽdens versus superiꝰ ad partem capitis vbi est motꝰ brãchorum: in piscibꝰ enim exeũt quedam vie ⁊ arteriales a corde ad branchos: ita ꝙ extendũtur ad vtrũq̄ȝ branchoruȝ: ⁊ ille vie in maximis piscibꝰ sunt manifeste ⁊ sunt magne ⁊ albe extẽse inter branchos ⁊ cor: ⁊ sunt in vsu arteriarum cãne trachee: q͡a per eas fit refrigerium cordi: non q͡dem per aquam vsq̄ȝ ad cor pertingentem: sed per alterationeȝ a frigiditate aque factam ad spiritũ qui est in viis illis: tale enĩ ⁊ tãtillũ refrigeriũ sufficit nõ spirantibꝰ ⁊ frigidis aialibus. ¶ Ampliꝰ aũt genera pisciũ nõ habent os stomachi q̄ꝺ isophagus vocat̃: preterq̄ȝ illa quoꝝ stomachus multuȝ distat a radice oris sicut ea que vocant̃ grece enchelis ⁊ branchoroꝝ: ⁊ apud nos talis piscis est cuiꝰ vẽter est magnus ⁊ stomachus villosus omni genere villoꝝ qui apud nos vuelre vocatur. In aliis enim non est diuerse positionis os stomachi ab ipso stomacho neq̄ȝ diuerse quãtitatis: sed principiũ stomachi statim in eis continuatur radici oris ipsorũ. Pisces enim habẽt stomachos paruos vt frequenter: ⁊ genera quidem pisciũ sicut ⁊ alia animalia habẽt epar in dextra parte q̄ꝺ forte in aliquibꝰ eorum erit fissum in duo sicut videtur esse in gallina fissum ab vno extremo in alterũ: ⁊ forte erit

In oibꝰ aialibus cor ẽ i medio pectoris p̄terq̄ȝ in hoie.

te erit cõtinuũ aut rotundum aut latũ. In fissa autem epata habẽtibꝰ aspiciẽs aliquis putabit aliquãdo fore epata: cuʒ tamẽ sit falsum. Deceptio enim est ex fissura sicut etiam fre quẽter accidit ex pulmonis fissura auiũ ꝙ propter fissuram duo esse putanẽ. Splen autem in omnibꝰ splen habẽtibꝰ est in sinistra ꝫm nature ordinem ⁊ vtilitatem quã iaʒ supra de terminauimus. Sitꝰ eniʒ renũ in his que renes habẽt simi lis est in omnibꝰ. Si aũt aliquãdo inenit splen in dextro et epar in sinistro hoc erit de nature peccatꝫ ⁊ mirabilibꝰ mon stris. Cãna simil̃r in omnibꝰ cãnam habẽtibꝰ cõiũgitur ra- mificata pulmoni: cuiꝰ inferius determinabimus modum ꝫm quem est in alijs aĩalibꝰ ab homine. Meri autẽ qꝺ iso- phagus ⁊ orificiũ est stomachi in oibꝰ ipsum participãtibuꝫ ꝓcedit ad vẽtrem per diaphragma: ⁊ hec est dispõ oris sto machi in omnibꝰ que habẽt simul meri ⁊ stomachuʒ. Nos aũt iam ante diximus ꝙ multa genera pisciũ nõ habent os stomachi: sed ipse stomachus eoꝝ cũ capitibꝰ eoꝝ in radice fauciũ applicatꝰ est: ita ꝙ inter caput eoꝝ ⁊ vẽtrem siue sto- machũ nõ est aliud cõtinuãs membrũ ꝓpter qꝺ accidit pi- scibꝰ magnis ꝙ cũ subito festinãt ad apprehẽdẽdã predam ⁊ glutiẽdũ ꝙ per os eijciũt stomachũ aliquãdo. Post ven- trem aũt siue stomachũ est intestinũ qꝺ portanario cõtinua tur: ⁊ duodeno in hoie ꝓportionatur: ⁊ hoc in piscibꝰ perue nitur ad exitũ cibi: in his dico piscibꝰ qui ouant: qm̃ illi inte stina nõ habẽt inuoluta multa inuolutiõe: in qbusdam ta- mẽ vna sola ⁊ parua reuolutio duplicationẽ faciẽs inuenit. In multis autem nulla oino: sic autẽ nõ est in quadrupedi- bus generãtibꝰ sibi similia ⁊ cornutis. Nulla eni illoꝝ habet dẽtes anteriores in superiori mãdibula: ⁊ qꝺlibet ipsoꝝ ha bet quatuor ventres in quibꝰ cibꝰ aliquam alterationeʒ ac- cipit digestiõis: ⁊ omne qꝺ sic q̃tuor vẽtres habet ruminãs vocatur. Ruminare enim nihil aliud est q̃ʒ resumere ex pri mo ventre cibũ ad iteratam masticationẽ: eo ꝙ prima ma sticatio incomplete fuit celebrata. In talibꝰ enim aĩalibꝰ est meri qꝺ accipit a parte oris valde amplũ inferiꝰ sicut saccꝰ: ⁊ incuruat quidem versus partem in qua est pulmo: deide regirat ad stomachum qui vocatur maior: ⁊ ibi cõstringit ad quantitatem superioris partis stomachi: ⁊ cũ eo conti- nuatur. ⁊ meri quidem duplices habet villos: longos qdeʒ ad glutiendum: ⁊ latitudinales ad reijciendũ ⁊ sunt illi in interiori tunica ipsiꝰ meri: ꝓpter qꝺ sine difficultate reddũt cibum ori ad ruminãdum: quoniam ꝓpter dentium defe- ctuʒ primo durus cibꝰ sufficienter masticari nõ poterat nisi mollificaretur prius ⁊ alteraretur in sacco ipsiꝰ meri in quo repositus fuit. Post meri autem in omnibꝰ animalibꝰ tali- bus est stomachus qui vẽter maior vocatur: ⁊ pellis etiam que qdem pellis parte est inter meri ⁊ stomachum: interior dico pellis est aspera ⁊ villosa vt dura tenere ⁊ tãgere possit sine sui nocumẽto: inferius autem ad portanariuʒ ventris maioris est alius venter applicatꝰ maiori ventri ad radicẽ portanarij ex quo suggũt multe meseraicaruʒ: ⁊ quia est ad quãtitatem portanarij ad queʒ est trãsitꝰ cibi mollis est mi nor q̃ʒ venter maior ⁊ q̃ʒ meri. ⁊ post hunc iterum est alius qui qdem inferius iterũ nõ quidem imediate: sed mediãte predicto est post vẽtrem maiorem: ⁊ ille est in quãtitate ter- tij: ⁊ aliquãdo est maior in quibusdam animalibꝰ ꝓpter in testinum: qa participãt quedam ipsoꝝ: ⁊ quedam nõ: ⁊ ille quartus est lõgus ⁊ reuolutꝰ vt ex multis eius reuolutioni- bus sufficienter trahere possint meseraice. Villosus etiam est in principio sui mollis ⁊ lenis ex parte ficteris: ⁊ post illũ non est nisi intestinuʒ a quo nõ trahitur cibꝰ: sed est via exi- tus superfluitatum qꝺ longaoni in homine proportionat. hec igit est dispositio interiorum membrorum animalium carentiũ anterioribus dentibus in superiori mandibula et habentium cornua in capitibus suis. Animal autẽ habens dentes superius ⁊ inferius vnum solum habet ventreʒ qui est stomachus qui vnus dicit: nõ quidem in creatione que dissimilis est sicut patet ex his que in ꝑmo libro digesta sũt. Sed qa digestio est vnius modi ⁊ equalis tractus ad me- seraicas: ⁊ venter hic dicitur stomachus cum omnibꝰ appẽ dentibꝰ in eo in quibꝰ est alteratio ⁊ digestio cibi: ⁊ talia sũt homo leo canis vrsus ⁊ lupus ⁊ similia: ⁊ post hunc ventrẽ habet intestina que solũ ad hoc sunt ꝙ sint via exitus sicce superfluitatis. Omnia enim a quibꝰ tractus est nutrimẽti

videntur in figura villoꝝ esse eiusdeʒ speciei: sed quantita- te sunt differẽtia tam inter se q̃ʒ etiã in diuersis animalibꝰ: quoniã vẽter in aliquibꝰ est maior sicut in porco ⁊ vrso: ⁊ in alijs est minor. Diuersantur etiam vẽtres in figura ⁊ spissi tudine substãtie ⁊ subtilitate eiusdem sicut intestinoruʒ que sunt via exitꝰ stercoris diuersantur in quãtitate ⁊ flexuosita te ⁊ inuolutiõe. Generaliter autem intestinũ omnium ani- malium habẽtium dẽtes in vtraqʒ mãdibula est minus in- testino carẽtium dentibꝰ in superiori. Adhuc autẽ nullũ ani mal modici corporis valde habet cornua nisi sit multipes. Scarabeus syluanus habet duo cornua in superiori parte capitis sui que habẽt ramos sicut cornua cerui ⁊ mouet ea ad tenẽdum sicut mouet cancer manũ suam que forfex vo- catur. Nullũ etiam habet hoc intestinũ qꝺ rectum vocatur per qꝺ est exitus superfluitatis nisi dentes habeat in vtra- qʒ mandibula valde ⁊ villosum. ¶ Et ideo inexpertes pu- tant eum habere quatuor vẽtres quoꝝ quilibet habeat vi- cem stomachi: sed tamẽ in veritate nõ habet alium stoma- chum: totũ enim suũ interius est simile interiori porci: sed epar eiꝰ in quadruplo maius est ad epar bouis comparatũ: ⁊ similiter maiora sunt alia sua iteriora residua preter sple- nem qui modicus est respectu sui corporis: eo ꝙ est ossosuʒ animal: ⁊ melãcholia sua fere tota trãsit in suaꝝ partiuʒ os- sosaꝝ nutrimẽtum: hec aũt eadem fere est dispositio vẽtris ⁊ intestini animalium: que qdem sunt q̃drupedia ⁊ ouan- tia sicut est species cocodrilli que vocat tẽchea ⁊ cocodrilli species que hardon vocat. Cocodrilli enim qꝺdam genuꝫ arabice vocat thesarach: ⁊ ea que dicta sunt species ipsius. Tale etiã est animal lacerta ⁊ sibi silia q̃drupedia. Qꝺlibet eni istiꝰmodi hʒ ventrẽ: ⁊ quedã quidẽ vẽtrem hñt similem vẽtri porci: quedã etiã aĩalibꝰ similes ventres habent.

¶ Cap. zm. De dispositione membrorum interioruʒ serpẽ- tum ⁊ piscium ⁊ auium.

tūc eni etiam a remotis veniūt ꝓpter illius rei odoratū. Ex
omnibꝰ autē his inductis manifestū est ⁊ planū pisces odo/
ratum habere. Ego etiā expertus sum pisces fugere odo/
rem sulphuris ⁊ cupri ⁊ lini in aqua putrefacti: ⁊ si nō pꝫ eis
locus fuge moriūtur ex odore eos corripente. Habent igit̃
pisces auditum ⁊ olfatum: q̃uis nō habeant manifesta ho
rum sensuū organa: hoc aūt maxime cognoscit̃ ex hoc qđ di
ximus de delphinis qui nō habent organū auditus mani/
festū aliqđ in corpore suo: ⁊ tamē audiūt. cuius signū eē di/
ximus: qa piscatores venant̃ ipsos per strepitum: ⁊ qa acci
dit eis grauitas capitis ex vocibꝰ ⁊ sonis corrūpentibus ar
moniā auditus sui. Nō eni motus faceret hoc: qa nō itātū
cōmoueretur aqua ex strepitu: neqꝫ aer motus subintrat in
aquā vsqꝫ ad caput delphini. Nō autē dubiū est quin etiam
pisces habeāt tactum ⁊ gustū. Declaratū est igit̃ ꝙ iste mo
dus aīalis habet oēs sensus. Alia vͦo genera aīaliuꝫ aqua/
ticoꝝ que enumerauimus que sunt q̃tuor generuꝫ in cōi. s.
malachie ⁊ mollis teste ⁊ dure teste ⁊ anulosi corpis vt fre/
quenter etiā hn̄t omnes sensus. Quedā enim eoꝝ que sunt
anulosi corporis hn̄t sensum odoratꝰ multū acutū: ⁊ sentiūt
odores valde remote qđ non facerēt nisi sensu subtili ⁊ acu
to. Moriunt̃ autem quedam ipsoꝝ olfatu fetidoruꝫ vt sul/
phuris: sicut apes expelluntur insuper de casulis: ⁊ moriūtur
etiā per fumū lignoꝝ aut stercoꝝ: ꝓpter qđ talibus suffumi
gantur ab his qui mella volūt auferre de casulis eaꝝ. Ad/
huc autē acceptis ⁊ permixtis sulphure ⁊ origano agresti et
puluerizatis impositis super māsiōes formicaruꝫ dimittēt
domos ⁊ fugient. Silr̃ aūt loca suffumigata ex cornu cerui
liberant̃ a multis modis anulosoꝝ venenatorum. Eodem
autē modo fugiēt a fumo storacis sicci preter aīal multipes
tm̄: hoc eni intātum diligit huiusmodi fumū ꝙ deluditur ⁊
deprehendit̃ per ip̄m ⁊ intrat in vas in quo fumigatū fuit:
⁊ tam imobilr̃ adheret eidem ꝙ etiā diuisum ⁊ sectum non
recedit ab ipso: hoc autē ideꝫ animal fugit de fumo speciei
cuiusdam medicinalis que obere ab Auic. vocat̃: ab Arist.
autem vocat̃ kabora: quidam autē vocant eam vētiā. Ad/
huc autem sensus olfatus in esse talibꝰ deprehendit̃: qa qli
bet modus specieꝝ aīalium diligit cibum ꝓprium ⁊ concur
rit ad ipsum. Apes eni non insident locis fetidis: aut mali
saporis aut odoris: sed fugiunt ⁊ diligunt dulce ⁊ odoriferꝝ
precipue in floribus: sed econtra est apis quedā aliquantu/
lum maior q̃ȝ illa que habitat in examine que nō diligit nisi
fetida ⁊ insidet humiditati stercoꝝ: ⁊ hec non habet regem
neqꝫ custodit ciuilitatē alicuius congregationis: ꝓpter qđ
in quibusdam porta apum quasi spurina vocatur. Animal
vͦo cuius corium est asperum sicut testeum vt in pluribus ⁊
habet sensum tactus ⁊ gustus ⁊ odoratus: hoc autem ma/
nifestat̃ in modo venationis quorūdam eoꝝ. Cortora eniꝫ
decipit̃ per fetida: ⁊ hanc specieꝫ animalis Auic. concheraꝫ
vocat. Patet igitur ꝙ quilibet modus animalis diligit ꝓ/
prium esse sibi ⁊ odit alia nō sibi congruentia: habētia enim
ora diligūt diuersa gustabilia: sicut etiā olfacientia ad odo/
res se habēt. In his autem animalibus conchilijs ⁊ anulo/
sis non ita manifestat̃ visus ⁊ auditus: eo ꝙ illi magis sunt
per extrinseca media: ⁊ nō ita fundati in principijs comple/
xionantibꝰ animal: tamē multi asserunt de animali marino
qđ solinete qdam vocant qđ audit voces: ⁊ ideo per audi/
tum fugit in ꝓfunduꝫ. Adhuc autē siquis digitis appropin
quauerit ad ostreū qđ pecten vocatur subito claudit oculū
ex quo cognoscit̃ habere visum: ⁊ hoc ideꝫ manifestat̃ in te/
studine ⁊ limace que oculos suos habēt in sūmitate cornuū
suorum: ⁊ cum appropinquat aliqs intrabit oculū in cornu
⁊ cornua retrahit in caput ⁊ caput in corpus: similr̃ aūt cum
venatores venant̃ aīal bryne vocatū tacēt ne audiat sonū: ⁊
si loquat̃ qs fugit. Et hec nō acciderēt talibꝰ nisi audirēt et
odorarent. Piritius aūt audit debiliter minus inter oīa te
steum hn̄tia coriū: ⁊ minus inter ambulantia. Hec igit̃ est
dispositio sensuum in oībꝰ aīalibꝰ preinductis.

¶ Cap. 2m. De modo vocis ⁊ soni animalium.

4° ꝺ nāā cap. 9.

Nunc aūt dicemus qualiter competit aīalibus
inductis vocare siue voceꝫ facere. Predeter/
minare auteꝫ opꝫ ꝙ vox est diuersa a sono: eo
ꝙ vox est sonus cum imaginatiōe ab ore ani/
malis ad aliquē effectuꝫ demōstrāduꝫ ꝓlatus.
Sonus autē est genus vocis: qđlibet. vꝫ. a so/
nante ꝓcedens qđ auditui infert passionē. Sermo autē est
tertium diuersitatem habēs ad vtrūqꝫ istorum. Est eni ser
mo vox articulata ⁊ litterata conceptum mētis hoīs denun
tians: ⁊ hic nō cōpetit nisi homini ⁊ paucis que ad hominē
hn̄t affinitatē: sicut pigmeus ⁊ id qđ supra noīauimus ma/
rytoumoryon. Vox igit̃ nō erit sonus nisi fiat ꝑ epiglotiꝫ: ⁊
ideo oē carēs pulmone caret voce. Et loqui quidem est di
stinguere ⁊ formare articulatim ⁊ litteratim vocē que disti/
ctio precipue fit per linguam. Lingua vͦo que vocatur scri/
ptura formans voces litteratas: ⁊ litterarū elementa cornꝫ
animalium que vocalia siue vocātia sunt est per epiglotim.
Formatio tamē elementoꝝ littere absqꝫ consideratione vo
cis in qua formantur elemēta est per linguam solam absqꝫ
motu epiglotis. Generalr̃ quodcūqꝫ animal nō habet lin/
guam sed adherentem ſm totam longitudineꝫ ⁊ ligatā ad
inferiorem partem oris: caret etiaꝫ voce oino: strepitus au/
tem queꝫ aliquando facit hmōi animal est in interiori cor/
poris sui spiritu offendēte per diaphragma: ⁊ nō est per spi/
ritum exeūtem ex ipso per tracheā: qa tale animal nō anhe
lat sicut apis ⁊ sibi similia animalia: tamē de numero taliuꝫ
animalium quedaꝫ sunt dulces sonos habētia qui soni ali/
quando voces dicūtur: sicut animal paruum qđ locuste assi
milatur in pratis cantat in estate ⁊ sibilat in nocte: ⁊ vocat̃
grillus. Strepitus autem ⁊ sibilus oium istorum est per te/
laꝫ que est sub pariete diaphragmatis in loco vbi succingit̃
tāq̃ȝ abscisa sint corpora ipsoꝝ. Sic eni sonant musce ⁊ apes
⁊ omnia huiusmodi: ista eniꝫ faciunt strepitum volando et
alas extendendo percutiendo aerem cadēteꝫ inter alas eo
rum: ⁊ ideo cōtinue sonant dum volant: ⁊ illum qdem conti
nuum sonum nō faciunt nisi modo dicto: sed quādo capita
tenētur etiam precisis alis sonant alio sono: ⁊ aliquando so
num nō faciunt in ore spiritu exeūte: ſꝫ potius sub diaphra
gmate per modū quem diximus: ⁊ locuste volantes simili/
ter faciunt sonum: sed imobiles non sonant oino. Ea auteꝫ
que sunt in genere malachie: ⁊ que sūt in genere mollis te/
ste neqꝫ sonant neqꝫ sibilant. Similr̃ autem ⁊ modi pisciuꝫ
voce carent: eo ꝙ omnia ista genera carent pulmone ⁊ epi/
gloti ⁊ vena aspera que trachea vocatur. Aliqui tamen opi
nati sunt quosdam piscium vocē habere in Acheloo fluuio
quos illi nomināt laudam ⁊ ieconuꝫ ⁊ porcus maris qui ali
quādo egreditur in agrum: ꝓpter qđ agrestis vocatur qui
est in regione que vocatur Arabice baskaleir: ⁊ etiam aīal
marinum qđ dicitur halyꝫ ⁊ id qđ vocatur koki hoc est vi/
tulus marinus: omnia eni ista animalia vocem habere pu/
tantur: sed pro certo nullum istoꝝ sonat spiritu exterius at/
tracto

tracto ⁊ emisso: sed quedam dictorum sonant branchijs in
aque superficie aut in ꝓfundo: eo ꝙ brāchij sunt duri sicut
spine: ⁊ sunt lati ⁊ solidi: ⁊ ideo cum percussi sonāt fortiter.
Quedam aūt ⁊ precipue sibilantia sonant per spiritum qui
est in interiori corporis eorum: cuꝫ eniꝫ ille motus fuerit ad
telam que sub diaphragmate est tunc erit sonus ab eo. Of-
fensione autē parietis ⁊ musculoꝝ ⁊ lacertorum eius percu-
titur ad sonandum. Celeti autē ⁊ pecten putatur facere si-
bilum: mouetꝛ enim super aquaꝫ: ⁊ tunc sibilat ⁊ similr hyrū
do maris: hec eni hꝫ alas latas paruas quibꝰ strepit. Nul-
lum autē horum ꝓprie loquendo voceꝫ habet. Delphinus
autem sibilat ⁊ strepit: ⁊ sibilus eius similis est voci: hꝫ eniꝫ
pulmonem ⁊ venam asperaꝫ que trachea vocatur arteria:
sed lingua eius nō est absoluta: neqꝫ labia eiꝰ ꝯuenire pos-
sunt ad vocis distinctionē. Aial vō habens linguā ⁊ pulmo
nem ⁊ quatuor pedes: hꝫ vocem debileꝫ quādo est aquati-
cum. Sed qđcunqꝫ ex eis est ouans sibilat vt serpēs: qđ aūt
ex eis habet vocem debilē sicut tortuca ⁊ rana habet liguaꝫ
appropriataꝫ sibi: quoniā in talibꝰ pars anterior lingue suo
ori ligatꝛ ⁊ applicatꝛ: in talibus eni anterior applicatur extre
mitas sicut in piscibus: in alijs autē aialibꝰ ista extremitas
libera est ⁊ absoluta: sed in his posterius lingue qđ cāne vi-
cinatur est absolutum: ⁊ ideo rana voceꝫ hꝫ ꝓpriā que coax
sonat. In sono enim huius inferius lingue ṗmo soluitur et
anterius affigitur palato: ⁊ talis est ligua rane per oia: nec
sonat hanc vocem nisi in aqua: ⁊ ibidem non sonat eam ꝓ-
prie nisi masculus ⁊ in tēpore coitus tm̄ quādo clamat vo-
cando feminā per vocem cognitam a femina. Qđlibet eniꝫ
animal habet vocem ꝓpriam per quā vocat clamando so-
cium tēpore coitꝰ sicut capri porci arietes coturnices ⁊ oia
alia genera aialium. Rana autē multiplicat vocem in aquā
ponendo mādibulam inferiorem in aquaꝫ ⁊ extēdendo su-
periorem super aquam: ⁊ per extensionē duaꝝ mandibula-
rum ⁊ conatum vocis ex ventositate interius eleuāte. Lu-
cent enim oculi sicut cādela: ⁊ coitus eaꝝ sepissime est de no
cte: ꝓpter qđ etiā nocte plus clamāt. ¶ Modi vō auiū vo-
ciferant: ⁊ qđcunqꝫ est ex eis late lingue latitudine mēsura-
ta loquitꝛ aliquādo: ⁊ qđ cum hoc est lingue tenuis ⁊ subtilꝛ:
qa illa melius inflectitꝛ ad figuras litterales ⁊ articulatas.
Quedā vō genera auiū sunt que vno mō vociferāt tā mas
ꝙ̄ femina. In qbusdam autem diuersantꝛ mas ⁊ femina in-
uocando: aues vō parui corporis plus garriunt alijs ꝓpter
leuitatem spirituū ⁊ sanguis: parue etiā frequētius loquū-
tur ⁊ maxime moderate que sunt medie inter paruas ⁊ ma
gnas sicut sturnus ⁊ psitacus ⁊ pica ⁊ huiusmodi. Garritꝰ
autem eaꝝ maxime est a tēpore coitus. Differentiā autem
habent in garritu: quoniā quedam sunt musica in garritu:
vt coturnix ⁊ philomena ⁊ multa alia: quedam autem non
cantant sed sono quodā clamant vocando: sicut id qđ coatꝛ
vocatur: ⁊ columba ⁊ multa alia. Quedam vocant siue vo-
ciferant distinguendo tēpora noctis ⁊ diei: ⁊ post victoriam
in prelio sicut gallus: ⁊ ideo vno gallo cantante: ⁊ alter can-
tat ne videatur vinci ab ipso. Quedam autem sunt que dul
ce vociferant taꝫ mas ꝙ̄ femina: vt id qđ vocatur hardon
qđ est species quedā cocodrilli. In hoc eniꝫ genere femina
vociferat sicut mas. Auic. tamē dicit ꝙ aues sunt que vo-
cantꝛ non hardon sed audon quoruꝫ mas ⁊ femina vocife-
rant: sed tamē femina cum oua incubat quiescit a voce mu
sica. In qbusdam autē auibꝰ masculi dant vocem musicaꝫ ⁊
non femine sicut gallus ⁊ mas coturnicis: sed mas coturni-
cis habet vocem exilem vt fere sicut grillus: ⁊ femina hꝫ vo
cem grossam. ¶ Animal vō generās animal sibi silē in vte-
ro ⁊ quadrupes habet vocē simpliceꝫ illitteratā ⁊ non loq-
tur oino. Locutio enim cuꝫ intellectu appropriatur homini
soli: ⁊ omne quideꝫ loquens habet vocem: sed nō conuerti-
tur. Et si aliqđ genus symiarum simile homini loqtur hoc
est ex imaginatione simplici ⁊ nō ex intellectu sicut pigmeꝰ:
⁊ forte id qđ vocauimus superius marytaumoryon: ⁊ forte
quedā huiusmodi aialia inueniuntꝛ. Illi vō homines qui ex
generatione sunt muti patiuntꝛ hoc: qa sunt a generatione
surdi: ⁊ illi habēt qdem vocem: sed nō habēt sermonem di
stinctum ⁊ litteratū: qa idioma discere per auditum nō po-
tuerunt infantes aut pueri firmiter retinere suas non pos-
sunt liguas: sicut neqꝫ cetera mēbra puerilia: ⁊ ideo impfe-
cte loquuntꝛ donec iuuenescāt ⁊ tēperetur humor qui molli-
ficat linguas eoꝝ. Quidaꝫ autem pueroꝝ non vigēt lingua
nisi post longū tēpus: ⁊ tunc cōualescunt. Quidam aūt per-
petuo manent trabuli ⁊ quidā blesi: ⁊ alij sunt alias lingue
occasiōes habētes ꝓpter diuersa lingue impedimēta: quoꝝ
superius dedimus rōnem. Vox autem ⁊ sermo idiomatuꝫ
diuersantꝛ ꝭm diuersas regiōes ⁊ loca in grauitate ⁊ acumi
ne: qm̄ vox septētrionaliū est magis acuta ⁊ feminea ꝙ̄ me
ridionaliū ꝓpter mollitiē suoꝝ pulmonum ⁊ sue cāne ⁊ pro-
pter maioreꝫ artitudinem ipsiꝰ. In mō autē specifico nō di-
uersificatur vox que vni spēi aialis est attributa. Si autem
cōtingat ꝙ vnus modus spēi alicuius animalis hꝫ diuer-
saꝝ spērum aialium voces sicut perdices aliqñ strepūt ⁊ ali
quādo alioꝝ aialiuꝫ clamant vocibꝰ: hoc cōtingit per imita
tionē: ꝓpter qđ aues ⁊ que a iuuētute domestice fuerunt ⁊
alias audierūt voces tales imitantꝛ sicut ēt imitantꝛ hoium
loquelas: ⁊ ideo ēt cōtingit ꝙ aliqñ qdā parui pulli auiū in
cipiūt nō vociferare voce parentuꝫ nisi creentꝛ ⁊ educentꝛ ab
ipsis: aliter enim assimilant suas voces vocibus auiuꝫ vel
aialium quas audiūt in educatione. Jam eniꝫ est auis que
grece dicitꝛ andothia que in Germania vocatur grasemu-
che: ⁊ est similis philomene: ⁊ emittit aliquando oua aliaꝝ
auium ⁊ precipue guguli: ⁊ hec docuit pullos aliaꝝ auium
quos enutrierat voces suas ꝓprias: ⁊ hoc significat ꝙ figu
ratio vocis nō est nālis sicut neqꝫ locutio: sed est ꝭm doctri-
nā loquētiū. Voces aūt qa nāles sunt ideo voces hoiuꝫ sūt
cōsiles in specie sꝫ locutiōes variantꝛ. Elephas aūt vocife-
rat per os ⁊ nō per nasuꝫ: ⁊ eiꝰ vociferatio est cū spū multo:
sicut qñ hō anhelat spūs sui magna virtute. Cū aūt per nasū
aliquando vociferauerit erit sonus dulcis sicut fistule.

¶ Cap. 3m. De somno ⁊ vigilia animaliuꝫ in prehabitis in-
ductorum.

Ost hec aūt dōm nobis videtꝛ de mō somni ⁊
vigilie supra inductoꝝ aialiū. Et quecūqꝫ dixi
mus in libro de somno ⁊ vigilia supponantꝛ vt
facilꝰ pertrāseamus. Dicimus autē hic ꝙ oē
aial hñs sanguinem ⁊ ambulās vigilat ⁊ dor-
mit: ⁊ breuiter dicēdo oē aial vigilat ⁊ dormit:
sed id qđ hꝫ palpebras claudit eas in somno sicut per se cui
libet hoc cōsiderāti est manifestū. ꝙ vō multa aialia somni-
ent nō hō solus sꝫ ⁊ equus ⁊ taurus ⁊ capra ⁊ canis ⁊ multa
alia q̄drupedia que sibi silia in vtero generāt manifestum
est ex vocibꝰ eoꝝ in somnis. Latrāt enim aliqñ canes in so-
mnis ⁊ alia faciūt silr aialia quadrupedia multa. Ouās au
tem aial dormit modicū respectu nō ouantis: ṗcipue tñ ani
mal aquaticuꝫ sicut pisces ⁊ ea que dicuntꝛ mollis teste mo-
dici sunt somni ꝓpter modicā euaporationem ex loco dige
stionis factā. ꝙ aūt talia dormiūt nō scitur per oculos eoꝝ:
qa palpebras nō hñt: sed somnus pisciū scitꝛ ex hoc ꝙ multi
pisciū capiuntꝛ somno depressi cadētes sicut pōderosi ⁊ oppᷤ
si: ita ꝙ aliqñ manu capiuntꝛ. Adhuc aūt aliqñ cadit somno
pressus in rhete: ⁊ si maneat donec euigilet diuidet aliqs eo
rum rhete dētibꝰ: ⁊ hoc frequētius faciūt in nocte qdaꝫ pi-
sces quādo euigilāt ꝙ̄uis sint multū impliciti in rheti. Ad-
huc aūt ex somno deprimēte multitudo pisciū iacet in ꝓfun
do maris. ⁊ huiꝰ signū est ꝙ rhete eleuatum de ꝓfundo tra
hit multos pisces rotundos sicut sphera qui nimbi ⁊ pecti-
nes vocantꝛ. Sepe ēt cōtingit ꝙ piscis capitur ⁊ nō sentit pi
scatorem capientē ꝓpter somnū. In somno eni qescit piscis
ita ꝙ nihil sui mouetꝛ nisi cauda solū motu modico: ⁊ si ali-
quid mouerit piscē dormientē vel ꝓpe ipm fiat motꝰ ita ꝙ
excitetur: expgiscitꝛ ⁊ fugit subito. Somnus aūt pisciū plus
est de nocte ꝙ̄ de die: ⁊ hoc cōtingit ideo qa spiritibꝰ conclu
sis magis excitatꝛ calor interius ad euaporanduꝫ: ⁊ qa plus
dormiunt nocte pisces: ideo piscatores cū luminibꝰ aspiciē-
tes eos stantes imobiles magis figunt eos ⁊ cōfodiunt tri-
dentibꝰ nocte ꝙ̄ die. Plures enim pisces ⁊ animalia mari-
na dormiunt super terram in fundo aut arenaꝫ aut lapidē:
quoniā in fundo latibula in quibus secure quiescunt inue-
niūt. Qđ autē est amplum in modis pisciū nō potest intra-
re cauernas ⁊ dormit in harena: ⁊ aliquādo scinditur pellis
eius ex harene impressiōe: aliquando autem vestigia iacen
tis piscis remanent in fundo harenaruꝫ ⁊ ibideꝫ iacēs per-
cutitur tridēte: ꝭm eni hunc modū piscatores venantꝛ ma-

Mō qūo ex di-
uersitate cli-
matuꝫ causetꝛ
diuersitas in
voce.

4° ð nā aialiū
cap. 10.

Mō qūo ois a
natiuitate sur-
dus est mutꝰ.

gnos pisces marinos sic tirac ⁊ kastoroꝫ: ⁊ in Danubio hoc modo venantur ruffos ⁊ husones ⁊ sturiones ⁊ hmői: nisi enim esset somnus vix vnq̄ȝ isto instrumēto caperent̄. Celeti aūt adeo graui somno deprimitur ꝙ manu capi potest. Delphinus aūt ⁊ kalane siue cete qꝺ est balena ⁊ omne genus piscis qꝺ habet cānam ꝓminentē ad os in corpore suo qua inspirat aerem ⁊ dormit ⁊ cāna illa ꝓminet super aquā quādo anhelat super eā: ⁊ modicum mouēdo alas tenet se ne decidat pressura somni. Delphinus aūt a multis audit⁹ est in somno stertuisse. Malachie etiam genera dormiūt ⁊ oia mollis teste aialia: ⁊ simil'r aialia dure teste. Anulosi v̉o corporis aialia dormiunt: qꝺ manifestū est in apib⁹ qñ frequenter de nocte quiescūt ⁊ nō sonāt. Huius autē causa nō est qa nō videant sicut qdam dixerūt: sed potius que dicta sunt: debilis qdem est ois visus eoꝝ que duros habēt oculos: sed tn̄ visum hn̄t: siqs eni applicuerit cādelas apib⁹ videbit eas quiescere ⁊ dormire. Hō autē precipue inter oia somniat aialia: pueri aūt añ q̄tuor vel qnq̄ annoꝝ nō vident̄ somniare ꝓpter nimiū humidoꝝ ipsoꝝ: inuenti tamē sunt viri ⁊ mulieres qui vsq̄ȝ ad antiqtatē nunq̄ȝ somniauerunt: ⁊ qdā taliū in senectute deficiēte eis humido somniare inceperūt ⁊ post modicū accidit eis infirmitas ⁊ mortui sūt. Hec igit̄ ē dispō sensus ⁊ vocis ⁊ sōni ⁊ vigilie i aialib⁹.

¶ Cap. 4m. De diuersitate sexus prout competit animalibus preinductis.

4° d nā aialiū cap. xi. i pho.

Discretio aūt sexus maris ⁊ femine est in qbusdam aialib⁹ ⁊ in qbusdam nō: ⁊ est aliqꝺ animal in quo in vno eodēq̄ȝ idiuiduo est vterq̄ȝ sexus: ita ꝙ ipm est mas ⁊ femia sicut hermaphrodit⁹ ⁊ hoc per nām: sicut dicem⁹ posteri⁹ in exēplis. Aial eni marinū teste dure non habet maris ⁊ femine discretionē sicut ostrea cōchilia ⁊ testudines: lȝ eni ostreū qꝺdam vni⁹ cōche inueniat̄ qꝺ hȝ figuram virilis virge iferius ⁊ aliud eiusdē generis qꝺ hȝ silitudinem vulue mulieris: tn̄ hec nō sunt instrumēta coit⁹ in eis: sed partes corpoꝝ ipsoꝝ: ⁊ illud est ostreū cui⁹ cōcha est vt coclea ⁊ est spinosa extrinsec⁹: ⁊ est esibile ⁊ delectabilem hȝ cibū: ⁊ inueniunt̄ in eo sepius margarite: abūdat autem in littore maris Germanici ⁊ Flādrie: sed talia aialia generāt mō plante hn̄tia in vno idiuiduo ⁊ virtutem maris ⁊ femine sicut diximus in plātis. In spēbus aūt malachie sūt mas ⁊ femina sicut ⁊ in oib⁹ bipedib⁹ ambulantib⁹ ⁊ in oib⁹ quadrupedibus: ⁊ in omni eo qꝺ gñat aut aial aut oua aut vermes per totū diuersat̄: qa in quolibet istoꝝ est aliqꝺ genus in quo sunt mas ⁊ femina ɓm discretū sexuȝ: ⁊ aliquod est in quo nō est huiusmodi sexus discretio: in q̄drupedib⁹ v̉o vt frequētius est mas ⁊ femina: in his aūt que dure teste eē dicunt̄ est qdem v̉tus maris ⁊ femine: sed sūt sicut quedam arbores que in vna indiuidua suba hn̄tes vires vtriusq̄ȝ sexus faciūt fructū: quedā aūt nō sic vtriusq̄ȝ sexus vires hn̄tes non hn̄t fructū: sic eni ⁊ in istis est pisciuȝ ⁊ ostreorum generib⁹ vt diximus superius. ¶ Ampli⁹ aūt quedam aialia anulosi corporis exn̄tia istā nō hn̄t diuersitatē sexus: ⁊ sil'r quedam genera pisciuȝ ⁊ enchelir hoc est in anguilla: in hac eni specie piscis nō est mas ⁊ femia.

Nō est mas ⁊ femina in spē anguille.

Qꝫ aūt qdaȝ dicunt fila quedā in limo extēsa esse filios vel femina anguillaꝝ: aut etiā quādo hec fila extēsa sunt in aqua ⁊ viuūt: error est oino: qm̄ nullus oino modus anguillaꝝ generat animal: sed poti⁹ oua: nunq̄ȝ aūt inuenta sunt oua in anguillis in matrice aliq̄ eē vt aial ouās qꝺ facit ea in matrice ⁊ non in stomacho aut itestinis: qm̄ si eēnt in stomacho digererētur sicut cib⁹: oua aūt in anguillis nō inueniunt̄ nisi in stomacho qñ comedit oua alicui⁹ piscis: ⁊ ideo nō sic p discretionē sexus anguille gñant̄. ꝙ aūt qdam opinant̄ mareȝ anguillā esse lōgioris capitis ⁊ feminā breuioris falsum est oino: qa diuersitas talis in capitibus est ex diuersitate spēi: sȝ maris ⁊ femine discretio in spē est vna ⁊ eadē. Pisciū etiaȝ fluuialiū orīētaliū qui dicunt̄ kyroz balagonē sunt qdā modi in qb⁹ nunq̄ȝ oua sunt inēta: ⁊ apud nos id qꝺ vocat̄ alse: ⁊ alia quedā oua nō hn̄t oino: ⁊ qꝺcunq̄ȝ ex illis est duruȝ ⁊ pingue paruū hȝ intestinū: ⁊ meliora sunt hec in oib⁹ que cōmuniter iuenīri dicūtur in eis. Adhuc aūt in his aialibus que dicunt̄ duri corij de qbus superi⁹ diximus sunt q̄dā discretionē sexus nō hn̄tia: sed sunt sicut arbores: aliq̄ eiȝ species eoꝝ est que generat sine coitu maris ⁊ femine: sicut genus pisciū qꝺ grece vocat̄ basseca. Ex his autē aialib⁹ que sunt gressibilia hn̄tia sanguinē ⁊ oua nō facientib⁹ sed generantib⁹ aialia sibi similia est mas maior in corpore q̄ȝ femina ɓm nām lōgioris vite. In ouātib⁹ v̉o ⁊ gñantib⁹ vermes femina est maior mare vt in plurib⁹. In qbusdā tn̄ auibus hoc fallit vt in cygnis ⁊ gruib⁹ gallinis ⁊ anserib⁹ ⁊ anatib⁹ ⁊ alijs hmői: sed in ouātib⁹ aq̄ticis non fallit: vt in lacertis ranis serpētib⁹ ⁊ hmői. Et in auib⁹ rapacib⁹ est sil'r femina maior ⁊ fortior mare: qꝺ ex siccitate caloris necesse est ꝓuenire. In araneis aūt ⁊ celeti est femina maior mare. ¶ Dicit tn̄ Arꝫ. ꝙ oia que natāt sicut anates hn̄t feminas maiores masculis: sed hoc puto errorē eē littere: qa ad oculū ꝓbat̄ esse falsum: idē dicit ēt in piscib⁹ qui manent in lapidibus. Dicūt ēt tā Arꝫ. q̄ȝ Auic. ꝙ femine pisciū sunt lōgioris vite masculis. ⁊ hui⁹ signū esse dicunt ꝙ qñ capiunt̄ pisces femine sunt durioris carnis q̄ȝ masculi: ⁊ cū hoc nō possit eē per nām sexus: tn̄ potius dȝ eē ecōuerso opȝ vt dicunt ꝙ sit lōgitudīe etatis: tn̄ istud signū est fallax: ⁊ dictū nō est nisi ꝓbabile.

In trāslatiōe Theodori nō inuenit̄ istꝺ qꝺ doctor ascribit pho.

In masculis aūt vt in plurib⁹ anterius qdem est durius maioꝝ costaꝝ ⁊ superius simil'r. In feminis v̉o inferius ⁊ posterius est durius ⁊ maius: ⁊ hoc p̄cipue in oibus gressibilib⁹ aialibus ⁊ in hominib⁹ ⁊ in eis que sibi silia generant. Adhuc autē corpora feminaꝝ sunt debilia in iūctu ris ⁊ paruioꝝ neruoꝝ ⁊ subtilioꝝ capilloꝝ: eo ꝙ sunt humidiores in carne: ⁊ ossa suoꝝ cruriuȝ sunt graciliora: ⁊ sui pedes debiliores ⁊ graciliores in habētibus ista mēbra. Adhuc autē oēs femine sunt altioris ⁊ subtilioris vocis q̄ȝ masculi p̄ter vaccam: cui hoc cōtingit ex melācholia ⁊ frigiditate ⁊ terrestreitate que tēperantur in tauro per beneficiuȝ sexus: vacce eni femine grossior est vox q̄ȝ bouis nō castrati: castratus eni degenerat ad femine ꝓprietates. Mēbra v̉o que sunt armātia ad preliū sicut dentes cornua ⁊ vngule ⁊ huiusmodi frequēter ineniūtur in marib⁹ fortiora ⁊ nō in femina. Cerua autem cornua nō habet: simil'r auteȝ vnguis corneus qui est in crure galli nō est in femina complectus. Sil'r autem porce agrestes nō habēt culmos sicut apri. In qbusdam autē animalibus ⁊ in marib⁹ ⁊ in feminis inueniunt̄ ista mēbra: ⁊ fortasse in feminis fortiora: sicut cornua feminaꝝ vaccarum fortiora ⁊ maiora ⁊ lōgiora sūt cornibus taurorum masculorum non castratorum.

## ¶ Incipit Liber animalium Quintus de generatione animalium in cōmuni. Cuius primus Tractatus est de coit⁹ eoꝝ diuersitate.

¶ Cap. pm. Que sit intentio dicendoruȝ ⁊ ordo ⁊ de ipso coitu in cōmuni ⁊ hoc vltimum digressio est.

5. de nā aialiū cap. primo in Aristotele.

Iam in antehabitis libris superius digestis descripsimus in cōmuni dispōnem oium generū aialium tam occultoꝝ interioꝝ q̄ȝ etiaȝ manifestoꝝ exterioꝝ ⁊ exterioꝝ etiam sensuum ⁊ vocis ⁊ somni ⁊ discretionis sexus masculini ⁊ feminini. Supesse aūt nobis videt̄ nunc distribuere modos gñationis eoꝝ tam per cōmixtionem sexuuȝ q̄ȝ per modum seminis proiecti ab ipsis factoꝝ. In talibus enim multū diuersitatis nature aliquādo ꝯsistit: eo ꝙ quedam alijs in his sunt similia: ⁊ quedaȝ nō: sed multum diuersificantur ab ipsis. Cōuertemus autem sermoneȝ hūc: quoniam cū describeremus dispositionem mēbroꝝ fuit initium sermonis a membris hois: eo ꝙ omnia alia sicut ad perfectū comparauimus ad illa. Nūc autem loquentes de generatione faciemus fineȝ in generatione hominis: eo ꝙ generatio hominis non solū sicut perfectum se habet ad generationes alioꝝ: sed generatio hominis est maioris compositionis omnibus alijs generationib⁹: ⁊ in ipsis generantibus singulare habet nihil alijs cōueniens: ꝙ. vȝ. solus homo inter bipedia generat simile ⁊ quedā alia que in sequentibus dicemus. Cum igitur speculatio physica a cōioribus fit vsq̄ȝ ad ꝓpria incipiemus a cōmunioribus modis generationum: ⁊ finiemus tractatum istum in singulari ⁊ magis

composita

composita hominis generatiõe. Loquemur ergo prius de generatione aialium dure teste quorum generatio est simplicior: ⁊ deinde de generatione eoꝝ que sunt mollis teste: ⁊ post hec de generatiõe malachie: ⁊ cõsequenter de generatiõe anulosoꝝ: ⁊ subsequet generatio pisciũ generantiũ animalia ⁊ ouantiũ: ⁊ tunc demum prosequemur auiũ generationem: ⁊ vltimo referemus de quadrupedibꝰ generantibꝰ animalia ⁊ ouantibꝰ: ⁊ cum hoc fecerimus erit ibi secũdus terminus istius sciẽtie aialium. Primus eniz terminꝰ anathomie fuit a principio primi libri vsqꝫ ad hũc librũ qui quintus est in ordine istius scientie de natura corpoꝝ animaliũ. Oportet aũt scire in primis ꝙ differentia est in quadrupedibꝰ. Quedam eniz generãt animalia sibi similia: ⁊ quedã non sed ouant: sed inter omnia bipedia solus sibi simile generat homo: ⁊ ideo generatio hominis q̃si nihil hꝫ cõe cuz alioꝝ generationibus. Primo aũt in cõmuni dicimus ꝙ sicut est in generatiõe arboꝝ: ita ꝓportionaliter loquẽdo est in generationibꝰ aialium. Sicut enim quedaz arbores oriuntur ⁊ generant ex semine aliaꝝ arboꝝ in similem illis speciem ⁊ rõnem. Quedam etiam oriũtur ex se sine omni semine: quedam autem oriũtur ⁊ nutriuntur ex terra cõmixta ⁊ putrefacta: ⁊ quedam diuerse spẽi sunt ⁊ oriũtur ex alijs diuersis ab ipsis in specie ⁊ nutriũtur ex ipsis. Quãdoqꝫ autẽ ex putredine eaꝝ nascũtur aut etiam ipsis inseruntur: ⁊ de omnibꝰ his certas ⁊ physicas ratiões dedimus in libro de plantis. Sic per omnia est etiã in generatione aialiũ. Quedam enim generant vniuoce ex sibi similibꝰ animalibꝰ ꝰꝫ genus ⁊ similitudinem in specie ⁊ natura. Quedam aũt per se generant sine omni alterius animalis semie eo ꝙ ex nullo animaliũ genere nascũtur. Quedam etiam a terra putrefacta accipiũt generationem sicut mures: sine etiam a putredine arboꝝ qꝺ idem putamus. Quedam etiam oriũtur ita ꝙ aña ea sunt alia animalia ex qbꝰ generant: non qdem a semine eoꝝ: sed potiꝰ ex superfluitate ⁊ putredine mẽbroꝝ ipsoruz. Quecũqꝫ aũt hoꝝ generantur ab alijs animalibꝰ assimilãtibus ea sibi in vtero: illa necessario per coitũ generant: sed tamẽ vere ⁊ ꝺm virtutem sexus ⁊ ꝺm figuram membrorum fuit in eis discretio maris ⁊ femine. In qbusdam enim generibꝰ animaliũ ꝺm veritatem ⁊ figuram membroꝝ non est discretio maris ⁊ femine: ⁊ illa sunt qdam pisces: ⁊ illa qdẽ sunt similia in genere alijs generationibꝰ piscium: ⁊ non sũt similia eis in forma speciei ⁊ figura corpoꝝ. Similiter autẽ quedam genera pisciũ ꝺm figuram corpoꝝ sunt femine tm̃: eo ꝙ non sunt in eis nisi oua: ⁊ non inueniunt in specie eorũ masculi aliqui. Ex piscibꝰ enim sunt qui sine masculo faciũt oua sicut aues que sine coitu faciũt oua: que vocant oua vẽti siue ex vento: eo ꝙ non nisi ventositas quedam in eis cõstans cõmiscet materiã generationis in oui similitudinez. Uidemus enim sepe quedam genera auiũ sicut gallinas separatas a gallis ⁊ sparuerios ⁊ colũbas a maribꝰ separataſ facere oua: sed nihil amplius facere possunt sine mare nisi ouum ⁊ non pullũ: quoniam natura non potest cõpellere illa ouũ transmutando in pullo sine alio accidẽte qꝺ fit in eis ex coitu masculi: de quibus omnibꝰ speculabimur inferius ⁊ reddemus rationẽ. Sed in ouis dictoꝝ pisciũ forte aliud est: qa forte est in eis virtus sexuũ sicut est in seminibꝰ plantarum virtus seminũ permixta que educitur virtute solis in circulo aliquo in quo consistit alcocoden hoc est dator vite talium sicut dixit Empedocles celum deum ⁊ datorẽ vite esse existimans. Sic ergo quidam modi pisciũ ouant per se sine mare: ⁊ forte ꝓcedit ex talibꝰ ouis animal eo ꝙ in tota specie nõ est masculus: sed virtutes sexuũ in ouo sũt permixte: ⁊ forte non egredit ex eis aial quando in specie eadẽ est mas per cuiꝰ semen ouũ necessario formationẽ piscis generandi debet accipere complementũ: ⁊ sine illo vocat hoc ouuz venti. Inferius aũt determinabimus modũ qualiter accidit qꝺlibet istoꝝ. Iste aũt modus generationis pisciuz ꝓpinquus est mõ generationis auiũ siue generent per se sole siue generent in arboribꝰ sicut qdã dicũt: siue generentur in animalibꝰ alijs ꝺm ꝙ vnũ animal generat ex sibi diuerso animali in genere ⁊ specie: siue etiã generent in terra ⁊ ex terra aliquo modo cõmixta: siue generent ex qbusdaz partibꝰ aialiũ ⁊ per putredinis superfluitatẽ sicut diximꝰ iã ante de aialiũ quorũdã generatiõe: sed cũ in istis modis spe-

cieꝝ aialiũ est mas ⁊ femina: tũc non gñant nisi per coitum. quedã aũt non sic gñant sed gñant aial incõpletũ ex quo aliqñ nihil aliud nascit: sicut pediculi gñant lẽdes: ⁊ musce generãt vermes: ⁊ sicut ex coitu apiculaꝝ ꝓducunt vermes similes ouis: ⁊ ex qbusdaz hoꝝ gñatur aial sile in specie generãti: ex qbusdam autẽ nõ. ¶ Primũ igit incipiẽtes de gñatione aialiũ determinemus coitũ ⁊ modos coeũdi eoꝝ: qa coitus est principiũ primũ gñationis pluriũ eoꝝ. Dicamꝰ ẽ ꝙ coitus est ꝑmixtio corporalis sexuũ in qua semẽ maris in loco ⁊ materia formandi ꝯceptus recipit: nisi eni permixtio sexuũ fiat nõ obseruabit ratio coitus: qa femine ratio est vt ex alio semine in seipsa ⁊ ex sua materia ꝓducat: maris aũt vt in alio sue speciei ex ꝓprio semine generet formando conceptũ: semẽ eniz maris est formans ⁊ coagulãs cõceptum in oibus coeũtibꝰ. Locus autẽ differẽs est valde: qm̃ quedaz generantiũ sibi simile ⁊ ouãtiũ recipiũt semina mariũ suoꝝ intra vuluas suas: ⁊ ibi fermẽtat ⁊ fouetur materia conceptus ⁊ etiaz aliquãdo formatur. Aliqua aũt genera aialiuz non recipiunt intra: sed cõfricant se tm̃ in loco exitꝰ seminis sicut multi pisces: ⁊ quedaz cõplicãtur adinuicem: ⁊ oia illa locũ recipiẽdi seminis habẽt extra corpora sua in loco exitꝰ ouoꝝ aut humiditatis alteriꝰ. Materia autez est vna: humor. vꝫ. femininus qui formatur a semine maris. Hec igit propria est coitus diffinitio. ¶ Scias aũt antiquos tradidisse coitũ esse diuinam rem: eo ꝙ in coitu id qꝺ diuinũ est nõ separatur a coeũtibꝰ ⁊ ꝺm virtutes operat diuinas. Diuinũ enim est qꝺ formas facit ⁊ producit specieꝝ: hoc autez in multis animaliũ nõ nisi per coitũ fieri potest: hac autẽ potenti virtute diuinitatis attingit perpetuo manere in eẽ forme ⁊ speciei: qꝺ ꝺm se in indiuiduo fuit ĩpossibile: ꝓpter qꝺ etiam natura omniũ manere desiderans maximã ad coitũ coniũxit delectationẽ: vt ex rememoratione delectatiõis desideret: ⁊ fiat permixtio seminuz ad nature permanentiam pertinẽs. permanere eniz nature vniuscuiusqꝫ est desideratissimũ: ⁊ ideo lꝫ de purissimo corporis ꝺcidat semẽ: tm̃ hoc nã nõ reputãs desiderat coitũ vt per ipm̃ melius reparet.

¶ Cap. 2m. De diuersitate coitus in diuersis animalibꝰ volatilibus gressibilibus ⁊ quadrupedibus.

Ponamus ergo prius modos nãles coitꝰ aialiũ: ⁊ deide determinemus alia accidẽtia que induximus superius declarãdo accidẽtia per se siue ꝓpria ⁊ cõmunia quecũqꝫ accidũt vnicuiqꝫ iductoꝝ. ¶ Dicamꝰ igit ꝙ omne aial in quo est mas ⁊ femia coit: ⁊ dispositio naturalis vniuscuiusqꝫ aialis in coitu scit ex situ ⁊ figura mẽbroruz genitaliũ corpoꝝ eoꝝ. Animal eni gressibile sanguinem habẽs: ⁊ in vtero formans ⁊ generãs animal habet mẽbra cõuenientia generatiõi sue ꝺm nãm: ⁊ coitus oiuz hoꝝ aialiũ non est vniformis sed diuersat ꝺm diuersificationem sitꝰ et figure genitaliũ ipsoꝝ. Quorũcũqꝫ eiz hoꝝ femine retrorsuz mingunt vt leo cattus ⁊ lepus ⁊ aialia similia habẽt vnum modũ coeũdi: nisi ꝙ forte ꝓpter libidinem aliquãdo lepus femina ⁊ alioꝝ femine saltant ⁊ equitant mares tẽpore coitus: sed vt ait Plato nõ complet generatio nisi ascẽsiõe maris super feminaz. Plura enim aialia in genere cõueniunt aliquãdo in vno mõ coeundi cõmuni. Plura eni genera q̃drupedũ coeunt mare super feminaz eqtante siue ascendẽte per saltũ: eo ꝙ virga maris porrigit a posteriori ad anterius ventris: vulua autẽ femine respicit posterius. Similr aũt omnia genera auiũ nota nobis coeunt ascẽsione maris super feminam: sed totus mas ascẽdit super dorsum femie ⁊ regirat paꝝ: per quez egreditur semẽ sub cauda ad anum femine super quez est via per quã recipit semen: ⁊ sic diuersant in coitu animalia ascẽdentia super feminas: qm̃ aliqꝺ ex animalibꝰ est ꝙ quãdo coeũdũ est sedet femina prona super terram: ⁊ tũc mas ascẽdit super ipsam sicut coeunt galline. Quedã aũt auium lꝫ ascẽdãt super femias: tamẽ femine nõ inclinant: sed stant eleuate ⁊ mares tenẽt se super eaſ motu quodaz alaꝝ: vt coeunt grues ⁊ ciconie ⁊ ardee ⁊ huiusmodi aues: quoniã in talibꝰ nõ sedet prona femina ante marem: sed mas ascẽdẽs coit cũ femia ⁊ applicat membra coitus velociter eo ꝙ symetria corpoꝝ eoꝝ in tali ꝓportionata est ascẽsiõe ꝙ nec lõgius nec breuius est q̃z exigitur ad contactũ genitaliũ: sicut in passeribꝰ qui velocissimi sũt coi-

Quid ẽ coitꝰ.

Coitꝰ antiquorũ testimonio est res diuina.

5. de nã aialiũ caplo. 2.

tus ꝛ iterant coitū multotiēs vna vice post aliam. Nec hoc fieri posset nisi per symetriam corpoꝝ adunarenꝫ ad contactum genitaliū membroꝝ. In alijs aūt in qbꝰ non est symetria sepe frustraꝫ saltus ꝛ ascēsio eo ꝙ membrū maris membrū femine nō tāgit directe. Uulpes aūt coeunt proijciētes se super terram: ꝛ sic se sibi mutuo applicantes. Hiritij vō agrestes stantes in pedibꝰ posterioribus erecti coeūt applicantes dorsum dorso ꝓpter suoꝝ genitaliū sitū ꝛ dispōnem. ¶ Amplius aūt qōcūqꝫ animaliū est generās aial habens magnū corpus diuersaꝫ necessario in coitu ab alijs nō similis figure ꝛ quātitatis animalibꝰ. Femine enim ceruoꝝ vix possunt pati coitū: ꝛ similiter femia vaccaꝝ propter duritiez virge maris: propter qō etiam semē fugientes recipiunt in coitu: hoc aūt accidēs apparet in ceruis cū domesticantur. Lupi vō coeūt sicut canes: ꝛ ꝓpter tumorem virge lupi ꝛ canis ꝛ nimiam clausuram interioris orificij vulue lupe ꝛ catule remanent pendentes ex seinuicem post coitum. Dicit autē Arist. ꝙ mares furiomoꝝ non coeunt cuz feminis retro per saltum maris super feminam: sed mas eleuaꝫ in pedibus posterioribꝰ ꝛ femina applicat se ei equando ꝛ adiungendo vuluam virge. Femine furiomorum sunt valde obediētes ad coitum ꝛ clamant alliciendo mares ad coitū tempore coitꝰ. Animal autem qō furiomum vocat Arist. Auic. caprum vocat: ꝛ omnino dat ei easdem proprietates coitus que hic determinate sunt. Caper autē mōtanus est de quo loquūtur ꝛ ille proprie iber latine vocatur. Coitus camelli eum perpetratur femina humiliat se sup genua ꝛ vadit ad camellum flexis genibus cum appetit: ꝛ tunc mas ascendit saltando feminam ꝛ equitat eam per totum diem coeūdo: ꝛ appropriatur camellis ꝙ solitarij sunt tempore coitus in mōtibus: ꝛ nullus audet tūc approximare eis nisi solus pastor. Est autem virga camelloruz valde neruosa ꝛ dura: ꝓpter qō etiam fiunt ex virgis eorū chorde arcuū. Elephas vō femina sedet ꝛ equitat super ipsam mas: ꝛ ideo elephas femina descendit ad foueam vt melius possit saltari a mare: appetit autem coitum in aqua: qa vterqꝫ ibi magis iuuatur in coitu ꝛ maxime mas: qa post coituz exaltatur per aquam a femina ꝛ aqua iuuat marem vt exaltetur supra feminā. Et iam contigit aliquando: vt dicit Auic. ꝙ elephas mas coiuit cum femina in terra que dicitur virgea de cauxeruxz: qa hoc videbatur mirum eo ꝙ non cōsueuit coire extra terram suam que est terra Indie: tūc autē coiuit quādo exiuit de terra Indie ad terram corascenorum ꝛ eiꝰ confinium: ꝛ tunc in coitu illo elephas mas iuuit se ex suo culmo: ꝛ declinauit crupam femine hoc est caudaz que texerat vuluam eius ꝛ ascēdit super eam ꝛ coiuit: ꝛ ex hoc scitū fuit ꝙ culmus elephantis auxiliatur ad coituz ipsius: ꝛ hoc fuit post predicationez Mahumeti annis. 43. minus. Aliō autem mirabile videbatur ꝙ. vz. leo syluestris ducebatur ad predictam ciuitatē ꝛ coiuit cum leena ꝛ genuit ex ea: qō nūꝙ ante visum fuerat in aliqua ciuitate. Camellus autez sicut diximus coit multotiēs ꝛ diu: ꝛ sua libido est valde feruens in tempore coitus: ꝛ in tempore coitus non accipit camellus nisi modicū de annona: ꝛ hoc habet propriū ꝙ semper appetit coire ꝓpe locū illū in quo primo coiuit: koki autem qō est idem ꝙ mulus siue bos marinus tempore libidinis sue coit sicut alia animalia quoꝝ femine mingunt retrorsum: ꝛ in koki qdem virga multum tumet ꝛ est magna tempore coitus: ꝛ ideo pendet aliquantuluz retro a koki femina sicut lupus ꝛ canis. Animal vō quadrupes ouās coit sicut animal quadrupes generās animal: qm̄ mas equitat feminaz sicut tortuca agrestis ꝛ aquatica ꝛ marina: ꝛ habet membrū propriū cū quo coit: sicut animal marinum qō vocatur fecheach ꝛ rana ꝛ huiusmodi. Animal leue multū carens pedibꝰ sicut serpens ꝛ genus animalis qō grece hascimorie dicitur hoc est murena in coitu quasi applicanꝫ adinuicem inuoluta sicut duo essent vnuz animal biceps hoc est duoꝝ capitū: ꝛ similiter facit lacerta. Celeti vō coit cuz sua femina per applicationem dorsi ad dorsum. Marinoꝝ aūt quecūqꝫ sūt lati corporis sicut id qō vocaꝫ vacor ꝛ argeron ꝛ huiusmodi coeūt sic ꝙ femina eqtat qdem: sed sic ꝙ mas applicat dorsum suū supra vētrem femine nisi ꝓhibeat hoc pinguedo ꝛ caude spissitudo. Animal vō qō dicitur rasor ꝛ quecūqꝫ marinoꝝ sūt magne caude ꝛ spisse coit dorso verso ad dorsum ꝛ confricat se fortiter. Expertus autem dixit quidam marinoꝝ ꝙ vidit hec pendentia ad seinuicez sicut canes. ¶ Oportet aūt scire ꝙ femina in hoc modo animalis maioris est quātitatis ꝙꝫ masculus: in alijs aūt modis animaliū femine sunt minoris quātitatis vt frequenter ꝙꝫ masculus. ¶ Adhuc autē illud qō grece malachie diciꝫ ꝛ agrali ꝛ rana ꝛ lamie sunt etiā in mari: ꝛ omnia ista coeūt saltādo sicut narrauimus: ꝛ hoc iam vidit multitudo hominuz diuersoꝝ per quoꝝ famam creditum est sic esse. Lamie enī habent vultus mulierum sicut multi dixerūt. Generaliter autem scitum est ꝙ tempus coitus oium generantium animal est multo maius ꝙꝫ ouātium. Adhuc autez omnes delphini ꝛ omnes lupi ꝛ canes marini coeunt ſm dispositionē hanc hoc est in duplo ꝛ pluri spatio temporis ad ouātia sicut ꝛ quadrupedia. Differētia autem est in masculo celeti ad feminaz eius: quoniam duo membra. s. virga ꝛ testiculi que cōueniūt ad coitum extendūtur retrorsum ꝛ ꝓminent ad anum versus vbi est exitus superfluitatū ꝛ non apparēt in feminis sicut apparent in mō feminaꝝ animalis qō grece halaure vocaꝫ: qm̄ ista duo membra coitus vulua. s. ꝛ testiculi apparent in huiusmodi feminis solum. Modi autē pisciū ꝛ animalium carētiū pedibus nō hn̄t testiculos: sꝫ habent duas vias sicut apparet in serpentibꝰ ꝛ in maribus piscium: ꝛ ille due vie sunt plene semine tēpore coitꝰ: ꝛ exit ex eis humiditas mollis alba ꝛ tenuis. Et iste due vie cōiungunꝫ ꝛ faciūt vnaz sicut est in modis auiū: qm̄ testiculi auiū sunt interius in oibꝰ ouātibꝰ etiā si habeant pedes: illa eniz via tēpore libidinis tumet ꝛ extēdiꝫ ꝛ intrat mēbrū femine quādo cōfricanꝫ ad vētres in loco vbi recipit semē in emissione ouoꝝ. In oibus eni aialibꝰ gn̄antibus est liqda humiditas masculi aialium ꝛ illius humiditatis inueniꝫ via in parte exteriori vna ꝛ in poro vno. in parte autē interiori sūt due: sicut etiā in duo diuisa est ipsa humiditas ad duo latera corporis a quo desciditur sicut superius diximus in anathomia. In animali autē carenti vesica est via ista perueniens exterius ad anum per quē est exitus superfluitatis humide ꝛ stercoris ꝛ superfluitatis sicce via vna ꝛ eadem. Interius aūt apparent due vie vna ꝓpe aliam: ꝛ dispositio quidem istaꝝ viaꝝ est vna ꝛ similis in mare ꝛ femina: quoniaz neutrum eoꝝ habet vesicam ꝓter tortucam: tortuca eniz femina non habet nisi vnā viam ꝙuis habeat vesicaz: tortuca tamē est ex animalibꝰ ouātibus: sꝫ aūt hic diximus de coitu aialium ouātium: tamē coitus animalium ouātiū nō multum manifestatur. ¶ Plures enim antiquoꝝ opinati sunt ꝙ tēpore generationis femine primū sequantur mares emittētes semen ꝛ capiāt ipsum ore ꝛ traijciant in vētrem: ꝛ huius signū esse dicunt ꝙ sepe videꝫ ad oculum ꝙ femine talium aialium aquaticoꝝ ouātium in magna multitudine sequūtur mares tempore ꝯceptus: ꝛ faciunt qō diximus: ꝙ vz. semē in os acceptum ponūt in ventrē. In tēpore vō partus quādo femina spargit oua mas sequitur feminaz viceuersa ꝛ trāsglutit oua sparsa ꝛ ex ouis remanentibus in ore suo erit generatio piscium ꝓpter qō in parte terre leui vocata: que etiam comi vocatur venantur piscatores mares per feminas ꝛ ecōuerso feminas per mares: ꝛ hoc sepissime apparet: ꝛ ideo putat vulgus ꝙ qdam pisces tunc coeant cum quibusdam. Simil'r autem forte facit qōdam animal quadrupes: aliqō enim animal tempore coitus eijcit semē suū intra. femine membrum: ꝛ ideo vaporante semine tempore libidinis olfaciunt intra se membra genitalia cōuenientia libidini. ¶ Ego autem nihil horum puto esse verum qa diligenter obseruans ꝛ inuestigans ab antiquissimis piscatoribus maris ꝛ fluuiorum vidi oculis ꝛ audiui auribꝰ pisces tempore coitus confricari ad ventres ꝛ spargere ad contactum oua ꝛ lac simul: sed velocior est coitus eorum ꝙꝫ auiuz ꝛ qō recipitur in ore descendit per meri in stomachum ꝛ digeritur sicut bene dictum est in antehabitis. Femine vō perdicum quādo fuerint in oppositione marium: ita ꝙ ventus portet odorem maris tempore libidinis super feminā: tunc enim calor libidinis facit spirare ꝛ vaporare masculum: statim femina incipit turgere in semine: ꝛ fortasse ꝯtingit hoc ad vocem maris tempore maxime libidinis: sepius etiam contingit hoc ex hoc ꝙ mas volat super feminaz cum ventus fuerit conueniens ꝛ deferens vaporez maris sup feminam: ꝛ

nam:ꝛ

Nō ꝫ Auicē. de ipregnatione pdicis.

nam: ⁊ in tēpore quidem coitus per modū predictuꝫ excita
ta libidine mas ⁊ femina aperiunt ora ⁊ extrahūt eijciendo
linguas ꝓpter coitus desideriū. ¶ Qd aūt dicit Auic. ꝙ cu
bata q̄ est perdix femina īpregnet̄ ex vento flante a marito
⁊ voce mariti ⁊ ꝙ cōmiscētur per linguas in coitu nec dixit
Aristo. nec est oīno verū: sed potius ea que diximus excitāt
libidinē ante coitū: ⁊ tunc coeūt sicut gallus ⁊ gallina: ⁊ hoc
sepissime visum est in partib⁹ Germanie etiā in domesti-
cis perdicib⁹ quas ego ipse vidi oculis proprijs. ¶ Malachie vō ⁊ sepie ⁊ chonidē siue vt Auicē. dicit assumeneꝫ que

Quito de nā aialiuꝫ cap. 6.

est femina malachie tēpore coitus appropinquant sibi mu-
tuo ⁊ salliunt occulte coeundo: ponunt enim ora super ora ⁊
inuoluūt pedes circa pedes: ⁊ sic coeunt. Animal vō multi-
pes qd est polypus tēpore libidinis caput ponit super terrā
⁊ extendit pedes cū pedibus femine sue: ⁊ ita cōmēsuratis
corporibus maris ⁊ femine cōiungunt̄ orificia suarū vena-
rum infert⁹ quādo pedes pedib⁹ sunt applicati ⁊ corp⁹ cor-
pori. Sunt tñ qdam opinātes ꝙ in talibus aīalibus mares
in extremo pede habēt simile virge ⁊ est ꝓpe orificia ipsarū
venarū magnarū que in cruribus extendūtur: dicūt etiā ꝙ
illa virga assimilet̄ neruo ꝓcedēti ad mediuꝫ pedis ⁊ ꝙ il-
lud mēbꝝ mas ponit in os femine: ⁊ ꝙ sic perficit̄ coit⁹ eius
⁊ hoc stare nō pōt: qꝛ nihil oīo coit per os: eo ꝙ os est ad re-
cipiendū cibū: sed locus emissionis seminis vltimo digesti
⁊ depurati nō pōt esse nisi porus aliqs in extremitate corpo-
ris existēs vt semē ibi receptum per totū corpus distillādo
virtutē vlem corporis in se habeat. Sepia vō ⁊ femina se-
pie que thonideꝫ vocat̄ inuoluūt se ⁊ ponūt ora ꝯtra oraꝗ ap-
plicando se sibi: ⁊ inuoluūt pedes circa pedes: ⁊ tunc natāt
ecōuerso natationi qua natabūt nō coeuntes: qꝛ vna natat
cōtra aliā vt fortiter adhereat ei: ita ꝙ vnū dictoꝝ aīalium
natādo declinat posterius ⁊ alteꝝ nititur versus os anteri⁹
⁊ sic ouāt ex parte mēbri illius qd pomū in eo corporib⁹ eoꝝ
vocat̄: per illud enim cōfricādo se spargūnt cōmixta oua ⁊
lac. Sunt tamē qui opinātur sepias etiā coire per dictū mē
bruꝫ: karabo aūt ⁊ astacho ⁊ acchorim ⁊ hmōi coeunt sicut
animalia quadrupedia mingētia posterius ad caudam: ⁊
coitus ipsorū frequēter est in initio veris ⁊ ꝓpe littus: quia
in talib⁹ locis iam expertis apparuit sepius coitus istoꝝ.

Nihil omnino coit p os.

Quito de nā aialiū cap. 7.

Cancer vō cōmunis coit quādo femina sub ipsum intrās
equitat̄ a mare sic ꝙ sua coopertoria testea que tunice vo-
cantur inuoluūtur ad inuicē: ita ꝙ porta que est inter duas
tunicas vnius directe fuerit supposita porte que est iter du-
as tunicas alterius. Dico autem duas tunicas superficieꝫ
duram ⁊ inferioreꝫ in cauda que est sicut pellis cornea: sed
tenuis: in extremitate enim illius est porus super anum: sic
enim cancer minor qui est mas ascendit super feminam re-
tro ⁊ declinat se ad ipsam: femina vō vertendo latus cau-
de contra eum: ⁊ sic applicatione portaruꝫ cōpletur coitus:
nec diuersantur cancri masculi a feminis nisi ꝙ femina est
maiorū membrorū ⁊ coopertorioruꝫ siue tunicarum in cau-
da distantia est maior in femina: sed ⁊ cauda tota latior est
⁊ magis tenuis in femina: in masculo autem est magis ro-
tunda ⁊ spissior: ⁊ in radice habet masculus quatuor lon-
gas virgulas in cancris fluuialibus quas nō habet femi-
na. Ouant autem per anum per quem est exitus superflui-
tatis sed neuter cancrorum habet membruꝫ qd in coitu in-
tret corpus alterius: sed per applicationem portarū coeunt
sicut diximus. Animal vō anulosi corporis coit membro qd
est in suo posteriori ⁊ ascendit minus super maius: minus
enim dicitur mas ⁊ maius dicitur femina: deinde emittit
femina vuluam que est bifurcata que directe est sub mem-
bro coitus maris ⁊ ponit vuluam suam directe sub mēbro
maris quod est super eam: ⁊ hoc fit econuerso in alijs ani-
malibus que nō emittūt vuluas ad mares: sed potius ma-
res emittunt virgas contra vuluas feminarum suarum: ⁊
huiusmodi facta emissione ponitur membruꝫ maris intra
vuluam femine: ⁊ claudit se vulua tunc forti constrictione:
ita ꝙ adherent sibi posterius ac si sint colligata ad anum ⁊
fiunt quasi sint vnum longuꝫ animal ex vtraqꝫ parte habēs
caput vnum. Membruꝫ autem coitus apparet in quibus-
dam eorum maius ⁊ in quibusdam minus ſm congruen-
tiam corporum diuersoruꝫ anulosorum: ⁊ non bene manife-
stantur nisi diligenter experte quis voluerit distinguere in-

Quito de nā aialiuꝫ cap. 8.

ter muscas in tempore coitus ⁊ inter alia anulosa: videbit
enim quando mas aduolat ꝙ femina leuat posterius suuꝫ
contra marem ⁊ extrahit bifurcatum membrū ⁊ aperit fur-
cam eius late: ⁊ tunc mas paulatiꝫ applicat ascendēdo vel
volando imittit suum posterius in vuluam sicut diximus:
⁊ tunc iacent imobilia aut vnuꝫ trahit alterum post se: non
enim facile separantur: qꝛ coitus eorū multum durat. Hec
autem omnia manifestant̄ vt dicit Aristo. in muscis sed nō
in muscis cōmunibus que cibis insidēt: qꝛ ille velocis sunt
coitus: sed potius in muscis caninis ⁊ in illis que animali-
bus ⁊ stercoribus insident: ille eniꝫ diu etiā volantes coeūt.
patet etiā hoc in araneis: ⁊ precipue in vermibus volanti-
bus longis qui volant super herbas: ⁊ in his qui volant su-
per aquas: qꝛ vnus illorū post se trahit alium ac si sit cōglu-
tinatus illi. Modi autē aranearū quando coire volunt fe-
mina attrahit ad se marem per fila sua ⁊ mas viceuersa fe-
minam: nec cessat huiusmodi attractio quousqꝫ cōiungun-
tur: ⁊ tunc mas ponitur supra ventrē femine. Hunc autem
modū coitus habent ligando se per fila tele: propter vētris
sui rotūditatem: ⁊ iste coitus aranearuꝫ maxime est in fine
veris ⁊ in principio estatis: in illo enim tēpore motis a calo-
re solis humoribus maxime desiderant coitum: quedaꝫ ta-
men coeūt in autūno ⁊ in hyeme ⁊ pariunt oua ad similitu-
dinem quarūdam auium ⁊ quorūdam animaliuꝫ ouantiū
que manent in aquis ⁊ inuoluūt oua sua in folliculis in q-
bus iacent per hyemem ⁊ egrediūtur in vere: ⁊ quedā etiā
in autūno. ¶ Homo vō coit omni tēpore ⁊ plura animalia
manētia cum homine propter complexionis caliditatem ⁊
abūdantiam cibi. Maxime autē quodcūqꝫ animal est mo-
dice impregnationis hoc est ꝙ modico tempore impregna-
tur magis tempore veris ⁊ estatis ⁊ autūni: sed in hyeme
raro: lꝫ aliquando impregnetur ⁊ pariat: vt porcus ⁊ canis
qui multotiens pariunt in anno: viri autem magis deside-
rant coire in hyeme propter clausuram pororū ex frigore ⁊
excitationē caloris ⁊ humoris interius. In estate enim ꝓ-
pter porosam carneꝫ virorū euaporat humidū in ipso ⁊ ca-
lidum que sunt duo coit⁹ principia. Femine vō desiderant
coire in estate eo ꝙ caro earuꝫ laxa ⁊ humida ⁊ clausos po-
ros habēs in hyeme nimis efficitur humida: eo ꝙ fumus
interius reflectitur ad pellem viscosam ⁊ spissam exterius
⁊ redundans interius redit in humorem aqueum ⁊ suffo-
cat calorem mouentem ad coitum: sed in estate calore ae-
ris aperiuntur pori ⁊ per euaporationem humidi tempe-
ratur: ita ꝙ moueri ⁊ excitari pōt a calido naturali: ⁊ tunc
mittat in libidinem.

Propter qd viri magis appetunt coituꝫ in hyeme qꝫ i estate: econtra aūt femine.

¶ Cap. 3m. De diuersitate ouationis auium aquaticaruꝫ ⁊
de diuersitate temporis in quo ouant.

Genera autem auium propter leuitatem car-
nis sue ⁊ defectum cibi in hyeme coire nō pos-
sunt: neqꝫ in estate: qꝛ tunc euaporauit humi-
dum ipsarum: in autūno autem vt frequēti⁹
est incineratum: ⁊ quod remāsit indigesto hu-
more infusum: ⁊ ideo necesse est ꝙ coeant in
fine veris ⁊ in principio estatis quando adhuc durat hūor
veris. In illo enim tempore ouant ⁊ faciunt nidos ⁊ pullos
preterqꝫ auis que dicit̄ alchorab hoc est coruus que in prin-
cipio hyemis ouat ⁊ cubat. 14. diebus anteqꝫ compleantur
pulli septem diebus ante principium hyemis: ⁊ septem die-
bus post sicut dixit Symonides in libro de auibus: hic enī
vt dicunt experti nidificat septeꝫ diebus: ⁊ alijs septē ouat
⁊ pullificat. Oportet autem scire ꝙ hec diximus de alko-
rab que arabice idem est ꝙ coruus: propter quod etiam in
astronomicis coruus celestis alchorab vocatur: tamē abs-
qꝫ dubio in nostris clymatibus non hoc facit coruus: sꝫ po-
tius coit ⁊ ouat ⁊ nidificat in marito timens vt dicunt ex-
perti tonitruum: dicunt enim tonitruū destruere oua. Sed
dicit Aristo. ꝙ hec auis est marina: ⁊ illa arabice ſm Aui-
cennam vocatur cheren: ⁊ latine alchiones: ⁊ est auis ni-
gra non multum magne quantitatis: ⁊ forte hanc vocauit
coruum marinum propter coloris similitudinem: hec eniꝫ
in principio hyemis tempore maximi frigoris coit ⁊ pulli-
ficat sicut dictum est. Hyemis autem est quando quarta
celi hyemem facit ⁊ hoc est quando sol intrat tropicum
hyemalem: de illa ergo intelligitur hoc quod dictum est.

Quito de nā aialiū cap. 8.

In trāslatiōe Theodori iacet Alcynoe.

Adhuc autez de gene/ratiōe aīaliū loquētes:opz ēt isto libro de/terminare moduz ouantiū volatiliū: ꝛ mo/dum quo ouum mutatur in animal:ꝛ tēpo/ra quib⁹ cōcepta semina in creaturas trans/mutant:hoc enim sp̄alem reqrit determi/nationē preter eā quā iaz in p̄habito libro de potētia gene/ratiua aīaliū fecim⁹. Dicam⁹ igit ꝙ cū eo qđ dixim⁹ i libro p̄cedēte opz scire ꝙ quedā aues coeunt ꝛ pullificant oī tēpo/re:si calidas habeāt māsiones:ꝛ delicatū ꝛ abundans nutri/mentū ficut galline ꝛ colūbe:qm̄ gallina ouat toto anno:pre/terq̄ in duob⁹ mensib⁹ tropicoꝝ:ꝛ tunc etiā plures ouabūt: si affuerint ei duo que diximus:sed plures retrahunt in tro/pico hyemali ꝑpter frigus cōstringēs vias ꝛ materias ouo/rū ꝛ spermatū. In tropico aūt estiuo licz sit signū humidum qđ est cācer tn̄ ꝑpter sphere artitudinē ꝛ nimiā morā radij solaris circa idē exiccant etiā humiditates:ꝛ abscidit sper/ma in auib⁹:ꝛ animalib⁹ plurib⁹. nō enim habēt ingenium impediēdi celestē effectū in corporib⁹ suis:quēadmodū hz hō:qui hec celestia preuidēs in se preuenit frequenter: ꝛ in alijs disponit corpora in cōtrariū:tn̄ intātū preualet in ho/minib⁹: ꝙ mulieres parturiētes in tropico hyemali vl' alio simili frigore hyemis ex celestib⁹ cāto sunt in periculo vite ꝑpter viarū ꝯstrictionē ꝛ cōcipientes circa tropicū estiuum frequēter debiles pariunt ꝑpter spermatis paruitatez: qđ cōceperunt quedā tamē de numero gallinarū in aliqbus re/gionib⁹ tēperatis multa faciunt oua ante cubationē ita for/te ꝙ ponūt. 40. ꝛ amplius oua:cubātes autē aliquādo oua fecūdiores sunt in ouādo q̄z nō cubātes. ¶ Adhuc aūt q̄dā sunt galline que adriani regis vocātur:ꝛ apud nos dn̄r gal/line magne:ꝛ sunt magni ꝛ valde longi corporis:ꝛ abundāt in Zelandia ꝛ Ollandia:ꝛ fere vbiq̄z in Germania iferio/ri ouant omni die ꝛ sunt maloꝝ moꝛuz ad pullos suos:sepe enim interficiunt eos:ꝛ colores earū sunt diuersi: sed apud nos frequētius sunt albe:multe tamē etiā sunt aliorū colo/rum:ꝛ pulli earū diu iacent sine pēnis. ꝛ quedā etiā galline domestice ꝑpter abundātie pastuz ouant bis in die. Que/cunq̄z aūt eaꝝ multū ouant debilitātur ꝛ citius moriuntur. Palumbes autē ꝛ Turtures ꝛ huiusmodi aues bis ouant in anno in regionib⁹ calidis vel temperatis sed in frigidis nō ouāt nisi semel:columbe autē ouāt decies in āno ꝛ forte duodecies ficut in priori ante hoc habito libro determina/tum est. ¶ Amplius autē maior pars auiū ouant in vere ꝛ sunt quedā que multa ouant oua:ꝛ maxime parue aues: ꝛ sunt que multotiēs ouāt ficut galline. sed oēs fere aues no/bis note curuorū vnguium que rapaces vocātur sunt pau/coruz ouoꝝ:preter eā que grece kayandos latine senetis vo/catur:ꝛ hāc quidem greci vocāt tenesim. hec enim auis in/ter oēs habētes vngues curuos ouat multotiens: ꝛ pullifi/cat ad minus quatuor:sed Cunteg ꝛ Marcoyz frequenter nō ouāt in nido sed sup ramos cōiunctos ꝛ aliqua corpora humida supponūt ouis:auis autē que grece Darbarcaria latine meroli vocat:ꝛ est picus viridis cuius vocem ꝛ vola/tū multū obseruāt augures:simil'r autē auis quā Obarcham greci vocant ouat in foramine terre qđ facit ꝛ construit ro/stro suo:aut forte factū inuenit. Iste tamē aues in nostra ter/ra nidum aliquādo faciunt in cauernis antiquarū arboruz putrefactarū:simil'r aūt anial qđ Triangel grece ꝛ aulones latine vocatur facit nidū ficut hyrundines ex luto in supe/riori altitudine arborum:ꝛ ponit ꝛ ordinat nidos conseq̄n/tes sibi in acie ficut etiā hyrundines faciunt que in superio/ribus muroruz acies ponunt nidorum suorum. Acoz autez que est picus marinus inter alia nidificantia facit nidum intra corpora arborum in concauitate ipsa vbi non timeat de pullis:ꝛ hic est picus varius qui solo cognomine mari/nus vocatur:non ꝙ in mari cibum venetur. Cygnus autez albus qui ꝛ olor vocatur nidificat in domib⁹ quādo est do/mesticus ꝛ in lapidibus iuxta aquas:apud nos autez nidi/ficat in paludib⁹ inter herbas ficut fere omnis auis aqua/tica. animal autem quod Radoryz grece vocatur ꝛ est spe/cies quedā picorum fere similis turdo ꝛ hoc etiaz in Afri/ca Cacaliz vocatur nidificat super arbores non altas: sed in ramis terre propinqnis. ¶ Adhuc aūt in ouis auiū ma/gna est diuersitas:quedam enim sunt dura ꝛ quedam sunt mollia facile fractiua ficut oua gallinarum:ꝛ multaruz alia/rum auium. dura autem voco que non facile frāguntur ꝑ/pter spissitudinem testarum suaruz:ficut oua Strutionuz. Et quedaz oua sunt duorum colorum:citrinum habentia interius in substātia vitelli:ꝛ album extra ficut fere omnia oua auium apud nos notarum:quedam autez sunt vnius coloris tn̄ ficut oua quorundam reptilium. In quantitate autem vitellorum est diuersitas in ouis auium: quoniam citrinum in ouis auium aquaticarum:ficut in ouis anatuz ꝛ anserum ꝛ huiusmodi:fere duplum est ad citrinum quod est in ouis auium terrestrium nō in aqua sed in ripa habi/tantium:ita ꝙ comparatio fiat inter oua eiusdez quantita/tis:que etiam sint auium eiusdem quātitatis. Adhuc autē oua diuersantur in colore testarum:quedam enim sunt al/bi coloris ficut oua perdicum gallinarum ꝛ columbarum. ꝛ quedam sunt viridia declinantia ad citrinitatem ficut oua auium palustrium ficut anatuz ꝛ huiusmodi auium:ꝛ que/dam sunt picta ficut oua picarum ꝛ cornicum ꝛ passerum:ꝛ ei⁹ auis que latine Meleagridis grece aūt Melagoydoz vocat: ꝛ oua cathailar qui latine theagridi vocatur. Auis autem eius que grece foraydec latine autez fasianus voca/tur:oua sunt rubea similia fere ouis miluoꝝ. ¶ Ampli⁹ au/tem oua diuersantur in figura quoniam quedam sunt acu/ta ꝛ quedam sunt lata rotunda:ꝛ quedam hz duas extremi/tates suas habēt vtrāq̄z figuram ꝛ in his prius exit ab ane latum rotundum:quia hoc versum est exterius ꝛ posterius

Sexto de nā aīaliuz cap̄lo secundo.

erit acutū: eo ꝙ hoc versum fuit ad diaphragma auis pro/pter qḋ ēt illa extremitas est durior: ⁊ ex calore aliquātuluz corrugata in ouis gallinarū. dicit aūt Aristo. ꝙ oua longa acuti capitis ꝑducūt mares auiū: rotūda aūt ⁊ habētia in loco acuti anguli rotūditatē ꝑducūt feminas ⁊ hoc est fal/sum oīno ⁊ vitiū fuit ex scriptura puersa: ⁊ nō ex dictis phī: ꝓpter qḋ dicit Auicēna ꝙ ex rotūdis ⁊ breuib⁹ ouis ꝑdu/cunt mares ⁊ galli. ex lōgis aūt ⁊ acutis ouis ꝑducunt gal/line: ⁊ hoc ꝯcordat cū experiētia quā nos in ouis experti su/mus ⁊ cū rōne: qm̄ pfectio virtutis in ouo masculino eq̄li/ter ambit. ⁊ ꝯtinet extrema: sed eiusdē imperfectio in femi/nino cā est q̄re mā diffluit lōgius a cētro. calor eni alterati/uus ⁊ maturatiuus oui est in ipso ⁊ fomentū qḋ parat auis extrinsecus est adminiculans: qm̄ in qbusdā calidis terris meridionalibus ponunt oua gallinarū sub terre superficie sicut in egypto. egyptij eni cōplent oua sua ponēdo sub fimo ad solē: ⁊ in ciuitate que antiquitus vocat Theobaroz fuit quidā bibulus qui posuit oua sub culcitra calida ⁊ dixit se posse cōtinuare potū vsq̧ ad exitū ouoꝝ. ⁊ hoc ꝓbāt experi/menta: qm̄ gallinis volentib⁹ icubare oua: sua oua ponunt in vasis calidis ⁊ superponit stupa calida: ⁊ lento calore fo/uente ⁊ non adurente extrahunt pulli: ⁊ precipue calore vi/tali alicuius animalis: sicut si in sinu hominis teneant: aut si forte sub fimo calido ponantur: aut sub cineribus lente ca/lefactis: aut aliquo huiusmodi.

In lra autem Theodori be/ne iacet ⁊ non īdiget emēda/tiōe sicut patet caplo secūdo.

Propter qḋ oua ex quib⁹ mares gn̄ant sunt rotūda ⁊ breuia: ecōtra de ouis ex q/b⁹ femine ge/nerantur.

¶ Cap. 2m. De completione ouorum ⁊ generatione in ouan/tibus perfecta anteq̄ʒ exeant oua.

Sexto de nā aīaliuʒ caplo secundo.

Oportet aūt scire ꝙ spermata oīum auiū sunt alba sicut ⁊ alioꝝ oīum aīaliū: ⁊ ꝓijcit sperma a masculo ⁊ femina recipit ipsuz: ⁊ reponit in matrice superi⁹ ꝓpe cellā que myrach vocat ⁊ cū est ouo icorporatū ⁊ fouet ⁊ alterat in gal/lina. primo qdē apparet albū ⁊ deinde mutat ⁊ fit rubeū: ⁊ accipit colorē sanguinis: ꝓpter calorē qui dige/rit ipm̄: ⁊ qn̄ crescit ouū in gallina in principio qdē incremē/ti totū nō apparet nisi citrinū: ac si sit vitellū qḋdā: ⁊ cū ince/perit inspissari substātia oui ⁊ cōpleri diuidit substātia al/ba a citrina: ⁊ ponit citrinū in medio in cibuz: ⁊ albū in cir/cuitu vt ex ipso fiat substātia mēbroꝝ radicaliū: ⁊ tūc mem/brana circūducit fortis: ⁊ circa illā testa dura: ⁊ cū sic cōple/tū fuerit ouū exibit ab aue ⁊ in descēsu ouū qn̄ exit a gallina idurat q̄si per ꝯgelatiōeʒ. Signū aūt ei⁹ qḋ dixim⁹ est: ꝙ qn̄ findit gallina iueniunt oua sub myrach: ⁊ sūt multa simul: diuerse quātitatis fundata interi⁹ supra spōdiles gallinaꝝ: ⁊ sūt tota oua lʒ sint diuerse q̄ʒtitatis citrini coloris. Illi aūt q dixerūt oua vēti eē supfluitateʒ relictā ex ouis gn̄atis per coitū mētiti sunt: qm̄ multe galline ⁊ anseres sparauerij et columbe: sīr aūt ⁊ alie aues ouāt sine coitu. Oua aūt venti voco ea que in figura ⁊ humiditatib⁹ similitudinē qdē hn̄t ouoꝝ: sʒ deficiūt a semine masculi. sunt aūt aliquātulū alijs miora: eo ꝙ calor seminis masculi trahit māʒ aliq̄ʒ in ouis cōpletis que deest in istis. sunt ēt ceteris humidiora aquo/sa humiditate ⁊ insipidiora: iō q2 deest eis digerēs ⁊ cōplēs semē maris: ⁊ qn̄ aliqḋ ouoꝝ vēti ponit sub gallina nō alte/rabit per icubationē: sed albugo remanebit alba ⁊ vitelluz remanebit citrinuz: per qḋ scit falsum dixisse. Gal. in eo ꝙ dixit: ꝙ semen femine coagulat in gn̄ōne ⁊ format: lʒ min⁹ coagulet: ⁊ formet semine maris. oua aūt venti sunt qdē in gallinis ⁊ colūbis pauonib⁹ ⁊ anserib⁹ accipitrib⁹: ⁊ malo/karoz: hoc est perdicib⁹ ⁊ multis alijs auib⁹. ¶ Dicunt aūt oua vēti: eo ꝙ calor ipsa resoluere qdē pōt in ventū: sed nō formare in pullū: hec tn̄ oua coagulabilia sūt epsesi ⁊ optesi sed nō formabilia sicut diximus. sunt enim mā qdē pulli ꝓ/prio formāte destituta: que est sicut permixtio spermatis fe/mine cū sanguine menstruo in ceteris aīalib⁹: ex qua mā ni/hil oīno gn̄at. ⁊ in tali qdē mā nō est i potētia aliqd: eo ꝙ si/cut diximus in physicis potētia forme que est in mā est per forme ⁊ formātꝫ aliq̄ʒ icboatiōnē. Hec igit dicta sūt d ouis vēti. ¶ Qḋ aūt diximus in p̄habitis semē maris mutare ⁊ cōplere ouū vsq̧ ad exituz ꝓbat ex hoc ꝙ si frangit ouū cō/pletū inenit semen galli in ouo tres hēre ꝓprietates. in co/lore. n. est albius qḋ puritatem sue demōstrat subē. in suba aūt est multo spissi⁹ q̄ʒ sit albugo cetera. ⁊ hoc est vt retineat itra seipsum: ⁊ calorē formātē ne exhalare de facili possit. in situ aūt pertingit per albuginē totā vsq̧ ad vitelluz: ⁊ illi ex parte acuminis oui infigit vt virtus sua sit qdē in albugi/ne ex qua fit pulli suba ⁊ pertingit vsq̧ ad vitellū: ex quo fit creature cibus ꝯueniēs q̄ʒdiu est in testa oui. Ouū aūt vēti tali spermate destitutū oīno caret formāte ⁊ ad spēm dedu/cente. ⁊ nō est nisi sicut mā edificij ad quā nō accedit manus artificis: ꝓpter qḋ ⁊ qn̄ oua gallinarū ponunt ad icubāduz aspiciunt ad solē vt videat an semen galli sit in eis vel nō. ⁊ eijciunt ea que carent galli semine. post icubationē aūt se/ptē dierū iterū inspiciunt: ⁊ si qḋ est qḋ soli exhibituz nō est alteratū eijcit: qm̄ scit esse ouū venti ⁊ inutile esse ad pullū. Lʒ aūt dixim⁹ oua esse duarū humiditatū albugiose qdē ⁊ citrine: tn̄ inueniunt quedā oua vēti in qb⁹ non est albugo. ⁊ hec fiunt qn̄ in mā coitus abundāt galline ex aliquo cibo singulariter mām coitus operāte. tūc. n. absq̧ citrino humo/re testa albugini circūducit: ⁊ figura oui dat ⁊ ꝑducit. Ouū eni galline mihi trāsmissum pro miraculo ego vidi totū ro/tūdū sicut sphera qḋ habebat duas testas: vnā itra aliā: et itra testas albuginē aquosam tenuē. ⁊ intra secūdā testā nō habuit nisi albuginē tenuē ⁊ aquosam. ⁊ nihil penitus in eo erat de citrino. nō est aūt visuʒ fieri ouū vēti ex sola citrina suba qn̄ hoc parat in cibū ⁊ nō circūducit ei nisi serina qua distinguit ab albugine: ⁊ est res incōpleta ad partū nisi cir/cunducat albugo qḋ est sperma femine virtute matricis et testiculoꝝ attractū ad oui substātiā. inueniunt tn̄ quedā oua vēti nō hēre testā exteriorē: sed membranā que est sub testa tm̄. ⁊ hoc ꝯtingit: q2 talia oua humida sunt ⁊ aquosa: ⁊ non habent in se sufficienter distinguentē calorē inter terrestre decoquendū in testā ⁊ viscosum humidū ꝯuertendū in mē/branā. ⁊ ideo sola mēbrana ꝯtēta ouant a gallinis. adiuuat aūt adhuc cibus humidus aquosi seminis factiu⁹: sicut in antehabitis diximus. talis igit mā est ⁊ nā ouoꝝ vēti. Ali/quādo tn̄ ex alijs causis corrumpunt humores ouoꝝ: ita ꝙ nō egredit pullus ex ipsis sicut nec ex ouis vēti ⁊ hoc fit qua/drupliciter in genere. ⁊ vna qdē cā est corruptus humor al/buginis ꝓpter quā nō obedit formatiue deducenti ad spe/ciem ⁊ figurā aīalis. secūda aūt cā est corruptio humoris ci/trini ex quo nō pōt trahi supplementū ⁊ cibus pulli forman/di. ⁊ iō destituunt mēbra ipsius: sed differētia est inter pri/mum ⁊ secundū modū. Q2 in primo qdeʒ mō nihil oīno for/mat per incubationē: sed totū ouuʒ turbat ⁊ corrumpit: eo ꝙ color digerens in generatione. tunc corrumpit humoreʒ sicut corrūpit humor in apostemate. ⁊ iō multū efficiunt fe/tida talia oua. In secundo aūt mō format imperfecte ouuʒ ⁊ inueniunt quedā membra in ipso nō cōpleta ⁊ non coniū/cta sicut in aīali qḋ patit aborsum ante compaginationem lineamentoꝝ creature. Tertius autē modus corruptionis est ex corruptione secundinarum oui ⁊ ex corruptione filoꝝ que extendunt per albuginem. tunc enim corrupta tela que cōtinet vitellū fluit humor vitellinus in albuginem: ⁊ ꝯfun/dit vnus humor cū alio: ⁊ ipedit oui fecunditas. corruptis aūt filis corrumpunt vene ⁊ nerui creature: ⁊ corde ⁊ impe/ditur via nutrimēti: ⁊ dissoluit compago destructis cordis ⁊ ligamētis ⁊ remanebit sine sensu destructis neruis. Quar/tus aūt modus corruptionis est antiquitas oui: eo ꝙ tunc euaporat spiritus in quo est virtus formatiua ⁊ vitellū pon/dere suo ⁊ penetrat albuginem ⁊ decidit ad testā in latere super qḋ iacet ouum. Ex his igit causis sterilia efficiuntur oua completa sicut sunt oua venti. ex secunda aūt aliquādo contingit ꝙ in corruptione humoꝝ partes ignee combuste ferunt ad testā oui: ⁊ respergunt eādem ⁊ fit ouuʒ lucens in tenebris sicut quercus putrefacta sicut accidit in ouo qḋ se vidisse testat Auicen. in ciuitate que vocat kanetercine in terra corastē. ⁊ forte multi sunt alij modi corruptiōis ouo/rum qui sub istis de facili possunt comprehendi.

Semē galli in ouo tres obti/net proprieta/tes.

De ouo sibi oblato.

¶ Cap. 3m. De tempore quo aues ouant ⁊ fouēt vsq̧ ad exi/tum pullorum.

Sexto de aīaliū capitulo tertio.

De tēpore aūt fecunditatis ouoꝝ hoc sciendū est ꝙ quādo gallina cubat in estate citi⁹ findū/tur oua ad exituz polloꝝ q̄ʒ in hyeme. In de/cem ⁊ octo enim diebus fota findunt in esta/te ⁊ in. 25. findunt fota in hyeme ⁊ hoc atten/dit s̄m clymata calidiora ⁊ frigidiora: qm̄ in calidis citius: in frigidis aūt exeunt tardius. Attendit aūt

in hoc

in hoc ⁊ virtus stellarum: quoniaȝ in temporibus equaliter
calidis citius exeunt sole ascendente ꝗ̄ sole descēdēte. Ad/
huc auteȝ luna post solis ascensioneȝ crescente citius exeunt
ꝗ̄ eadem descendente: ꝗ̄uis in alijs omnibꝰ paria sint tem
pora. ¶ Amplius autē quādo tonitrua fortia veniūt in ho/
ra cubationis que non agunt in sensum auditum tm̄. Sed
etiaȝ cōmouent aerem: ita ꝙ cōcutiant oua: corrūpunt tunc
oua ex cōmotione ⁊ precipue si iam in eis formati sunt pul/
li: hoc tamē ſm magis ⁊ minus nocet ouis diuersarū auiū:
sed inter omnes aues magis dicitur nocere ouis coruoruȝ:
⁊ ideo vident anticipare tēpus tonitrui ouando ⁊ fouēdo:
ita ꝙ semper videntur in Martio pullos educere: videtur
autem hec etiam esse causa propter quā auis diomedis de
qua supra diximus fouet in hyeme ⁊ quedaȝ auium aliaꝝ:
cōmotio eniȝ tonitrui turbat precipue humida ⁊ tenera: et
facit in eis dislocationem ⁊ corruptioneȝ: ꝗ̄uis testam pro/
pter sui subtilitatem nō inueniatur corrūpere animalia: ta/
mē que ab antiquis vocātur rabara ⁊ vuata: ⁊ hoc est se ab
scōdētia precipue educūt pullos in estate ⁊ minus nocet eis
tonitruus ꝗ̄ alijs. ⁊ quedam illorum animalium sicut dicit
Auicē. vocant chychelinches: que sunt aues cōposite ex an
sere ⁊ strutione: que etiam in estate pullos educūt. In oibꝰ
autem auibus femine semper magis inueniūtur circa ouo
rum custodiam ꝗ̄ mares: quedaȝ tamē nullo modo custo/
diunt ea nisi per occultationeȝ nec inueniūtur fouere ea si/
cut strutio: sed in loco calido ponit ea sub arena vbi pulli ꝑ
calorem solis viuificātur ⁊ exeunt: ⁊ ideo ꝓuerbiū est ꝙ du/
catur ad oua quasi non sint sua: hec eniȝ auis exeuntes non
pascit filios: qa per se statim nati comedūt: ⁊ fomentuȝ ma/
tris nō valeret eis: qa fere est sine plumis ⁊ corpus pulli ope
riri non posset: ⁊ si operiret ipsum pondere corporis graua/
ret. Qd̄ autem dicit visu fouere oua sua strutio fabula est
falsa: quoniā nihil cubat visu: sed forte raro icubās ad ipa
aspicit propter custodiam: ⁊ ex hoc vulgus imperituȝ putat
ꝙ visu foueat. ¶ Amplius aūt sunt aialia inflatiua que in/
flatione ⁊ ventositate quadaȝ oua cōcipiunt: ⁊ ideo inflati/
ua dicūtur ⁊ grece vocant zacorie maxime oua venti conci/
piunt in autūno flante vento austrino. hic eniȝ aperit corpo
ra auiuȝ ⁊ humectat ⁊ fecūdat: ex tēpore autē autūni abun/
dat in eis sicca ventositas: ⁊ humor qdem concrescit calore
venti austrini. vētositas autē mouet euȝ ⁊ extendit genita/
lia: ⁊ tūc excitatur libido ⁊ preparatur materia generatiōis
⁊ formatur in oua. Quedaȝ autē aues segregate a maribus
etiaȝ oua venti faciūt in vere quando recipiūt ventum au/
strinū calore ⁊ humore mouentē ad naturaȝ generationis.
Adhuc autē aliquādo ad tactuȝ manus supra anū: ⁊ per cō
fricationeȝ excitatur in auibus libido que attrahit naturā
conceptus ⁊ formatur in ouum venti: sicut ex tactu mulie/
ris in ore vulue semē adducitur infecūdum. Aliquando ēt
oua que vt oua venti concipiūtur: aliquādo pullificat quā/
do post conceptuȝ tactum fuerit a semine galli siue masculi:
cōtingit etiam oua ex coitu formata ⁊ concepta alterari ad
sterilitatem ouoꝝ venti quādo citrinū ad albumen per eua
porationem caloris trāsmutatur: oua tamen venti maxime
ex vento cōcipiūtur in auibus. Rara eniȝ corpora habēt et
aerea ⁊ locū ani per quem cōcipiūt vento expositum: ꝓpter
qd̄ vento etiaȝ mouētur ad libidineȝ ⁊ materie generatio/
nis attractionem. Sicut etiaȝ mulieres vēto austrino vul/
uas aperientes libidine coitus delectātur ⁊ attrahitur eis
menstruū: fit auteȝ hoc frequenter in auibꝰ ꝓpter volatum
⁊ continuū caude motum ꝓpter quem etiaȝ attrahit semen
ad matrices earū. femine eniȝ auium testiculos habēt sup
caudam ⁊ in exteriori corporis: sed mares habēt interiꝰ in
loco vbi alijs animalibꝰ sicci sunt renes. Galline autem ve
teres precipue ouant in principio veris eo ꝙ tūc calido hu/
mido frigiditas cōplexionis earum tēperatur. Galline aūt
iuuenes ouāt in estate quādo superfluus humor exiccat in
eis. Ouāt autē etiā in autūno. Adhuc aūt minoris sūt ꝗ̄ti/
tatis oua gallinaꝝ iuuenū ꝗ̄ antiquaꝝ ꝓpter nutrimētum
qd̄ in iuuenibꝰ maxime trāsit in substātiā corporis. Adhuc
autē gallina multū ouās ⁊ nō cubans oua infirmat frequē/
ter ⁊ morit eo ꝙ nō abstrahit ab ouādo ⁊ ex ipsa per nimia
oua educit subiectū vite. ea aūt que cubat ⁊ infirmat qdeȝ
ex affectu pulloꝝ qd̄ ostēdit acumen vocis: sed tm̄ sanat per

restitutioneȝ humidi vitalis in ipa ex eo ꝙ interiȝ nō ouat.
Adhuc āt gallina post coitū excutit se cū horripilatiōe eo ꝙ
in cōcupiscentia trāsit per eam vapor faciens extensiones ⁊
alices in ea sicut in hoie quādo languet desiderio coitꝰ: qa
cōcupiscentia pertingit ad sensibilia coitus: ⁊ tūc cōfrican/
do se sepe paleā accipit i ore ⁊ reponit quasi nidū cōponēs.
⁊ eadē est causa de osculo auiū: quoniā nō osculant sed va/
pore libidinis excitato ante cōpletū motū coitū cōfricant se
faciendo sibi ⁊ augendo coitus delectatione etiā: hoc idem
faciūt etiaȝ quādo ouant eo ꝙ tūc semē interius tāgat ner/
uos ⁊ delectat. sicut etiā mulier pregnās plus delectatur in
coitu ꝗ̄ illa que nō est impregnata: ꝓpterea ꝙ semē conce/
ptum mouet neruos: ⁊ ideo querit confricationem: ⁊ ideo
galline sedētes in nido sepe rostro cōuertunt paleas: ⁊ simi
liter faciūt alie aues. Hac ēt de causa colūbe que calidio/
res sunt tempore libidinis incuruāt caudam ad terram et
trahūt eam supra terram ⁊ imouent adinuicē masculus et
femina. Anseres aūt ⁊ anates tēpore libidis natāt in aquā
eo ꝙ frigide sunt aues: ne euaporaret ab eis calor coitus: si
nō restringeret aque frigiditate: cuius signuȝ est qa homo
surgēs ⁊ exponēs se frigori fortius mouet ad libidinem ad
mulierē accedens ꝗ̄ ille qui in calore iacuit iuxta mulierē.
Adhuc autē multe aues valde leuiter cōcipiunt sicut perdi
ces ex semine vaporabiliter trāsfuso a mare in feminaȝ: ꝓ/
pter qd̄ aliquando cū femina vertit anū ad masculū ⁊ flaue
rit ventus a mare ad feminā dicūtur concipere: ego tamen
nō credo ꝙ illa conceptio fecūdet nisi forte ad ouū ⁊ non ad
pullū: sȝ ad pullū exigitur receptio seminis in corporali hu/
more transfusi. qdam etiā ꝓbantes ꝙ euaporatiuum semē
perdix mas trāsfundat. dicūt fetorē excitari a perdicibꝰ tē/
pore coitus ex vapore semis trāsfusi qd̄ vaporabilr̄ trāsfun
di dicunt: sed hoc nō est signū nisi fallax qd̄ inducūt. Oē. n.
animal fetet post coitū ⁊ precipue femina: ⁊ hoc cōtigit ideo
qa calor coitus educit humidū ⁊ multū corrumpit de ipso:
⁊ ille humor corruptus est qui fetet: ⁊ ideo fetor ille est in ge
nitalibus: que vaporosa sunt mēbra ⁊ est similis fetori sudo
ris: sed acutior est in tāto quantū humiduȝ seminale subti/
lius est humore sudoris ex parte passiui: ⁊ in tāto quantum
calor coitꝰ acutior est calore sudantis ex parte actiui. Experti
etiā ꝓbant non esse veꝝ qd̄ inductū est: qa perdices dome/
sticas iaȝ vidimus coeuntes sicut coeunt aues. Adhuc aūt
vaporabilis exhalatio seminis nō habet motum ad matri
cem femine: sed potius dilatatiōis quando exhalat a gallo
perdicis: sicut ⁊ alia vaporabilr̄ exhalantia ex aliquo.

Propter qd̄ mulier impregnata magis ī coitu delectat ꝗ̄ nō ipregnata.

¶ Cap. 4m. De tempore completionis ouorum: de anatho
mia eorum ⁊ mutatione in formatione pulli.

Sexto de nā aialiū cap. 3.

GEnera auteȝ pulloꝝ diuersantur ſm tempus
cubationis: ⁊ anathomiam ouorum. Ouum
enim galline fecūduȝ qd̄ a semine galli conci/
pitur ab vndecimo die seminis cōcepti com/
pletur in quātitate ⁊ figura ad emissioneȝ oui
vt frequētiꝰ. Cōtigit tamē in gallinis duplex
oui ꝯceptus: vnus qdeȝ est a semine galli qd̄ primū itra ma
tricem cōcipitur: ⁊ attrahit mām oui ⁊ format eam sicut se/
men gressibiliū generantiū sibi simile attrahit materiā con
ceptus: ⁊ ille ꝯceptus ⁊ format ⁊ perficitur ad oui perfectio
nem vt frequētius in diebꝰ vndeciȝ. In gallina tamē iuuene
citius cōpletur ꝗ̄ in antiquis: ⁊ in clymate calido citius ꝗ̄
in frigido: ⁊ in ea que vtitur nutrimento calido ꝗ̄ in ea que
vtitur nutrimēto frigido: ⁊ sic est de alijs accidētibus consi
derādum que cōplexiones variāt gallinaꝝ. Alius auteȝ est
cōceptus qui quādo sperma galli receptū inuenit mām oui
vēti in matrice aut in parte aut in toto ꝑter pellem ⁊ testaȝ
cōpletam: tūc enim sociatur ei ⁊ fecūdat totum ouum: ⁊ im
mutat etiā hoc ouū citius ſm ꝙ magis vel minus materiā
in matrice preparatā inuenit: aliter enī est de auibus ⁊ ali/
ter de animalibꝰ. Aues eniȝ aliquādo retinent intra se ma
teriā ouoruȝ diutius ⁊ aliquādo emittūt tardius: ⁊ hoc ap/
paret in auibꝰ quibus auferūtur oua: ille eniȝ post modicuȝ
ouant alia que retinerent si oua priora eis ablata non fuis/
sent: ⁊ probabile est ꝙ coitus quem iterat amissis ouis ad
hoc cooperet: sed tamē nisi haberent ꝗ̄si in thesauro ouoꝝ
materiam non ita cito ouarent post amissionem ouorum: ⁊
quādo nō amittunt ea non coeunt: ⁊ ideo nō complentur et

forte consumitur materia eoꝝ per calorem famis: ⁊ calorez
naturalem: femine autē pauonuz ⁊ colūbaruz ⁊ pluriū alia/
ruz auiū osculantur se ante coitū ꝓpter libidinem vt citius
pruritū inducāt per cōfricationez vt sepius diximus: ⁊ in tē
pore libidinis aliqñādo femina saltat super feminā quādo
deest ei mas: sed nō cōcipit ex hoc ouū fecundū sed potius
ouū venti: eo ꝙ per cōfricationem sola substātia mālis oui
ad matricez cōgregaꝰ: sed quādo osculaꝰ marē tūc post mo
dicum excitata libidine mas ascēdit supra feminā ⁊ coit et
fecūdat oua ipsiꝰ. Sꝫ tamen pauonis femina ⁊ colūbe nihil
habēt differētiā: qm̄ mas colūbus vtitur ad coitum colūba
tēpore quo fouet oua ⁊ q̄zdiu paruuli sunt colūbi: pauo aūt
mas etiaz tēpore quo fouet oua vtitur ea ad coitum: ⁊ ideo
locū in quo cubat paua abscōdit oua sua a pauone: qa coeū
do super eam frangit oua. ¶ Dixit tū mihi quidam valde
expertus circa pauas ꝙ ex zelo pauonis contingit fractura
ouoꝝ: pugnant eniz tūc pauo ⁊ paua: pro incubatiōe ouorū
ex nimia ouoꝝ dilectione: sicut etiā pro pullis ducēdis: pu/
gnant grus masculus ⁊ grus femina: ita ꝙ vidimus oculiꝭ
nostris gruem marē deijcere feminaz gruem: ⁊ occidere ro
stro vndecim vulneribus sibi datis: eo ꝙ pullos abstraxit a
mare ne sequerenꝰ eū: ⁊ hoc accidit i Colonia vbi sūt gru/
es domestice pullificantes: generatio autē pulloꝝ quātū ad
ipsam oui transmutationez ⁊ anathomiaz est fere ſm vnuz
modū in omnibus auibus magnis ⁊ paruis. Et hoc osten/
demus in ouis magis notis que sunt oua gallinaruz: de q/
bus sciendūz est ꝙ habent tres pelliculas naturales: quaꝝ
vna est que exterius cōiungitur teste que fere est sicut dura
mater in capite hoīs: ⁊ altera est intra istaz que continet al/
buginem: que est sicut piamater cerebri humani: ⁊ hoc ap/
paret in ouis antiqs: que resederūt aliquātulum a testa re/
tracta. In his eniz oculo apparent predicte pellicule: tertia
v̄o est que includit vitellū oui. In gallinis v̄o postq̄z oua cu
bauerūt per tres dies statim apparet oui ad formam pulli:
mutatio tū in maioribus auibꝰ erit hoc post plures dies: et
in minoribus auibus q̄z sint galline erit hoc post pauciores
dies: ꝓportionaliter pensata quātitate. in spatio enim die/
rum triū in gallinis ascēdit citrinuz oui versus acumē oui:
eo ꝙ ibi est maior calor: ⁊ vis spermatis quam trahit ad se
māam cibalem: vnde accipit supplemētuz carnis quā ponit
inter neruos ⁊ venas: sicut supplemētuz accipit virtꝰ forma/
tiua que est in spermatibꝰ aīalium generātium sibi similia
ex sanguine mēstruo: ꝓpter qꝺ etiaz caro pars materialis
est que influit per augmētuz ⁊ diminutionez ⁊ pinguedinez
⁊ maciez. Sic aūt ascendente citrino ad acumē oui cōtinuo
ascendit tractū ad illum locuz oui vbi apparet fissura in te/
sta: quādo egrediꝰ pullus: hec eni fissura fit in superiori pte
oui versus acumen vbi formatur caput ⁊ rostrū auis: ⁊ vbi
postq̄z ascendit citrinū apparet in albo oui quasi gutta san
guinis: ⁊ in illa gutta sanguinis primitus inter mēbra for/
matur in cor auis: qꝺ statim vt formaꝰ spiritu plenuz est ex
calore digerēte ⁊ formāte humidum in quo spiritu vehit se
virtus formatiua in formationē alioꝝ mēbrorum ex corde
qui exitus spiritꝰ a corde nō fit nisi per motuz cordis ſm sy/
stolē ⁊ diastolē: ⁊ ideo tūc cor moueꝰ. Sꝫ a principio est tūc
lentus motꝰ eius ꝓpter multū humidū qꝺ est in ipso qꝺ ci/
to a calore vinci nō potest: motus aūt hoc relinquit suppo/
nens aiam sensibilem: lꝫ nō tūc insit vt actus corporis orga
nici prehabiti: sed sicut artifex in artificiato faciēs ⁊ istitu/
ens organa in qbus expleat vite potentias: de hoc tamē in
sequētibus cū de generatiōe hominis agetur erit aptior lo/
cus inquirendi. A gutta antē sanguinis ex qua cor formaꝰ
exeūt due vie quasi venales ⁊ pulsatiles: ⁊ est in eis sanguis
purior ex quo formāda sunt membra principalia sicut epar
⁊ pulmo ⁊ talia: ⁊ ille vie ꝑmo sunt valde parue: ita ꝙ exten
dūtur ad telas illas exteriores que totaz includūt oui ma/
teriā: ⁊ ibi incipiūt ramificari diuisiōe multa: sꝫ vna maior
eaꝝ apparet in tela que includit oui albuginem: illa eni al/
bugo valde est alba: ⁊ per vene illius virtutez mutatur q̄si
in palearem colorē: ⁊ tūc via de qua diximus ꝓcedit ad lo/
cū in quo formatur caput pulli portans illuc virtutem ⁊ pu/
riorē materiam ex quibꝰ caput formatur: ⁊ cerebrum qꝺ est
medulla capitis: ⁊ in formatione capitis formātur etiā ocu
li. Et qa sunt ex humido aqueo qꝺ vix cōpletur calore pri/
mo sūt valde magni tergētes ante caput pulli: ⁊ postea mo
dico tēpore resident aliquātulum ⁊ deturgent diminuti ꝓ/
pter caloris digestionē: ⁊ hoc totūz operaꝰ virtus vecta per
viam que directe ad caput separatur ⁊ ramificaꝰ a vena cō
tinente telaz albuginis: ⁊ huius signū est ꝙ qui frāgit ouuz
in illo tēpore inueniet caput apparere in humore oui: absqꝫ
oibus alijs inferioribꝰ membris. Prius eni in formatione
pulli apparent partes superiores eo ꝙ sunt spirituales ⁊ no
biliores facte ex subtiliori parte oui in quā magꝭ potuit vis
formatiua: ⁊ tūc hoc facto vna duaꝝ viaꝝ de qbus diximꝰ
ꝙ a corde oriunꝰ ramificaꝰ in duo: vna qdez pars eius va/
dit ad spiritualia que cor cōtinent: ⁊ diuidiꝰ in eis portans
in eis pulsum ⁊ subtilem sanguinē ex quo pulmo ⁊ spūalia
formanꝰ: ⁊ alia extendiꝰ per diaphragma: ⁊ in extremitate
sua claudit in se citrinū oui: ⁊ circa illud format epar ⁊ sto/
machū: ⁊ ideo ista diciꝰ habere vicem vmbilici in aīalibꝰ:
qm̄ per illaz trahiꝰ nutrimentū in supplementū carnis que
formaꝰ in corpore auis: ꝑncipiū eniz generatiōis radicaliū
mēbrorū pulli est ex albugine: sed cibꝰ vnde fit caro supplēs
vacuitates est ex vitello. Et quādo sic pertrāsierint decē di
es a principio cubatiōis in qbus hmōi fiūt distinctiōes mē
broruz: erit pullus cōplete lineatꝰ in omnibꝰ membris suis:
lꝫ adhuc mēbra sua sint humida mollia: sed tamē oēs eius
partes apparent manifeste si frangatur ouum: ⁊ caput suuz
tūc est ſm apparentiam maius toto corpore: eo ꝙ humidū
medullare cerebri adhuc non resedit: ꝓpter qꝺ etiam in i/
fantibus hoīuz capita etiā post generationē sunt aperta do
nec exiccatū fuerit paulatim cerebꝝ. Et in eodē tēpore ocu
li pulli nō habent visum aliquem: eo ꝙ nō adhuc coaduna/
tum est in eis humidum: ⁊ si quis discooperuerit a tela pal/
pebre oculos: in illo tēpore inueniet oculos nigros magnoꝭ
ita ꝙ quantitatē fabe equent vel forte excedunt: ⁊ si franga/
tur tunica oculi emanat ex eis humiditas alba frigida val/
de ⁊ aquea: ⁊ nihil duritiei vel glandulositatis inueniꝰ in il
la eo ꝙ non adhuc adunati fuerint humores oculi. Sꝫ in/
teriora instrumenta viscerum in illo tēpore manifesta sunt
in pullo: ⁊ tunc apparent etiam vie venales: que extēdūtur
a corde ad oculos per telas capitis: ⁊ ille habēt quosdaz ra
mos qui se extēdunt ad citrinum: ex quibꝰ nutrimētum ap/
portatur oculorum: ⁊ in hoc tempore citrinuz est magis hu/
midum ⁊ liquidū q̄z sit quādo est in esse naturali ante cuba/
tionem: ⁊ hoc ideo fit vt aptius possit fluere per subtiles vi/
as venaꝝ: ⁊ tunc multum ramificantur vene: ⁊ quedam ea
rum vadūt ad telam que cōtinet totū pullum: ⁊ quedā etiā
vadūt ad humiditatem albuginis que est inter duas telas
dictas. Et qdez crescēte pullo paulatim ⁊ paulatim diuidi/
tur citrinum ⁊ erit vna pars eius sursum in nutrimentū su/
perioꝝ ⁊ alia deorsum ad nutrimentū inferioꝝ: in interme/
dio autē duoꝝ citrinoꝝ est alba humiditas que est radica/
lis humiditas membroꝝ in intermedio illo formādoꝝ. Si
militer autē sub citrino qꝺ nutrit interiora descēdit que est
sicut prius humor oui qui est radicalis inferioribus mem/
bris: ⁊ cum transeūt decez dies a perfecta pulli formatione
de qua diximus erit inferius in corpore pulli totū album: ⁊
de eodem albū paucū spissum qꝺdam declinans versus ci/
trinū per qꝺ suggitur nutrimentū: ⁊ hec qdem est formatio
pulli. ¶ Situs autē telaꝝ est ſm istū modū quem dicemus.
prima quidem tela que qdez nō est testa: sed quasi durama
ter defendēs substātiā oui a testa est in posteriori parte oui
interius ⁊ per circuitū cōtingens testam: alia autem que est
sub ista sicut piamater habet intra se albaz rem humidam
ex qua fiunt substātie radicales mēbroruz pulli: ⁊ ipsa in ge/
neratione est quasi secūdina cōtinens totum pullum. Inter
telam aūt ⁊ telam est humor indigestus qui reijcitur in for/
matiōe pulli: ⁊ tela interior separat pulluz ab humido illo:
qa in ipso impedireꝰ formatio ⁊ cōpletio ipsius: ⁊ post istas
ambas telas inuenitur citrinū in tela quadaz sub pullo in/
ferius sicut versus naturalia pulli remotum a spiritualibuꝭ
ipsius partibꝰ: ⁊ sicut diximus superius citrinuz illud vadit
ad telā cōtinentē pullum. Et ista oīa sunt intra telam exte/
riorem que sicut duramater est: ⁊ cuz his humidū qꝺ est si/
cut virtus: qꝺ reijciꝰ ⁊ tenetur intra duas telas exteriores
vsqꝫ ad exitū pulli. Post illud enim humidum est alia tela
vice piematris ⁊ secūdine quasi ipsa intēdat separare pullū
ab illo

Quid ꝺ grui/bus se vidisse testetur.

ab illo relicto humido ⁊ relecto: ⁊ sub isto humido qđ in se
cõtinet hec tela inuenit̃ citrinũ coopertũ in alia tela ad qđ
extendit̃ vmbilicus a corde sicut diximus. In vigesimo aũt
die completam habet vitã pullus: ⁊ si moueatur ouum q̃si
auditur interius fistula ⁊ sibilus pulli. Si aũt frangat̃ ouuꝫ
intra decimũ diem formatiõis pulli inuenit̃ caput eius sup
crus dextrũ ipsi⁹ ⁊ supra myrach cõplicatũ ⁊ ale eius cõplica-
te super caput ipsi⁹: ⁊ in isto tẽpore tela exterior est sicut co-
riũ qđdam positũ supra telã interiorẽ que sequit̃ eã: ad quã
superius diximus extẽdi vnaꝫ duaꝝ venaꝝ a corde ramifi-
cataꝝ: ⁊ ista tela que est post exteriorẽ est in qua inuenit̃ pul-
lus. Adhuc aũt apparet etiaꝫ tela alia sĩlis corio mẽbranali
que cõtinet citrinũ: ad quã diximus aliã venã cordis exten-
di. In isto enĩ tẽpore qđ est formationi deputatũ venit vm-
bilicus ex parte exteriori isti⁹ tertie tele extẽsus a corde ad
coreon qđ est tela mẽbranalis: ⁊ pars eiusdem vene que est
vice vmbilici apparet quasi cõtinuata cũ pullo apud itesti-
nũ inolutũ gracile qđ est sub stomacho per qđ suggit̃ quasi
per meseraicas nutrimẽtũ in isto tempore: ⁊ isto tp̃e pullus
emittet supfluitatẽ valde humidã extra duas telas de qb⁹
diximus per foramẽ iterioris tele versus anũ pulli factum.
Aliqñ aũt aliqđ paruũ superfluũ eijciẽdũ retinet̃ in ei⁹ inte-
riori sub tela iteriori: ⁊ est illa superfluitas alba ⁊ tenuis ⁊ i-
tus ⁊ extra. Cũ aũt cõpletus est pullus p̃mo qdẽ citrinuꝫ est
multũ: ⁊ apparet ẽt in exitu pulli in vẽtre ei⁹ multũ citrinũ: ⁊
postea efficit̃ paucũ: ⁊ cũ tẽpus ꝓcesserit ⁊ perfecte corrobo-
rat̃ pullus dissoluit̃ totũ citrinũ: ita ꝙ nihil apparet de ip̃o.
Si qs enim pullo iã cõpleto ⁊ perfecto findat testaꝫ ⁊ findat
etiã intestinũ qđ vicinatur citrino pulli ⁊ venaꝫ que est vice
vmbilici: in vẽtre qdem inferius in quo ambit citrinũ inue-
niet adhuc aliqđ de citrino: sed residuũ iã dissolutũ est. Añ
tempus aũt illđ pullus in ouo est quasi dormiẽs ꝓpter mul-
tum humidũ capitis ei⁹: ⁊ tremũt oculi eius: eo ꝙ non adu-
natũ hꝫ visum: ⁊ nõ vociferat ꝓpter debilitatẽ ⁊ mollitiẽ or-
ganoꝝ suoꝝ: sed in suis oculis ⁊ in suo corde propter venas
pulsantes inuenit̃ ampulla eleuata ⁊ dep̃ssa a spiritu pulsan-
te quasi sit anhelãs. Iste igit̃ est modus generationis pulli:
multa tamẽ sunt oua non quidem venti sed coitus infecun-
da ex quibus nihil generat̃ sicut in antecedentib⁹ diximus:
⁊ quãdo illa oua cubat gallina nõ pullificant oĩno: ⁊ simili-
ter est in alijs auibus ꝯm ꝓportioneꝫ ad oua gallinaꝝ. Ap-
paret auteꝫ hoc precipue in columbis in quib⁹ sepe inuenit̃
alteꝝ ouoꝝ pullificare: cũ tamẽ colũbe multum coeant.

## Cap. 5m. De gemellis ouorum ⁊ de numero ouoꝝ diuer-sarum auium precipue galline ⁊ columbe.

Sexto de nã aialiũ cap. 4.

Inueniunt̃ autem oua ex quib⁹ exeunt gemel-
li eo ꝙ duas habeãt gẽmas ⁊ duo citrina: iter
que est tela subtilis. Sũt enim galline quedaꝫ
que quasi faciunt oua gemellina: ita ꝙ inuen-
ta est apud Macedones gallina que.18.fecit
oua: ⁊ quando cubauit ea ex quolibet eoꝝ exi-
uerunt duo pulli: ita ꝙ.36.produxit pullos ex.18.ouis. Et
vnus qdeꝫ gemelloꝝ oui frequenter est paruus ⁊ alter ma-
gnus ⁊ perfectus: ⁊ multotiens cõtingit paruũ mõstruosuꝫ
fieri vel vtrũqꝫ. minor aũt gemelloꝝ fit monstruosus: eo ꝙ
virtus spermatis maioris forti⁹ trahens corrũpit secundi-
nas ei⁹: ⁊ aliquid forte materie trahit ad seip̃m. Cui⁹ signũ
est: qa frequẽter in aliquo membro deficit minor gemello-
rum. Vterqꝫ aũt monstruosus efficit̃ quando vtraqꝫ trahẽ-
do dislocationeꝫ materie facit in vtroqꝫ: ex hoc enim cõtin-
git dispositio inordinata membroꝝ. Et iam in terra nostra
apparuit pullus anseris qui duplicis fuit corporis: ⁊ habe-
bat duo capita ⁊ quatuor pedes ⁊ quatuor alas: ⁊ cõiũctio
fuit in dorso: ac si esset dorsum vnũ: ⁊ quocũqꝫ verteret̃ erat
ac si anser vnus alteꝝ portaret in dorso: ita ꝙ dorsa verte-
rent ad seinuicem: qđ accidit ex ruptura secundine que di-
stinguere debuit vnam gẽmam oui ab altera parte dorsi: ⁊
omnia membra erãt itegra ⁊ salua: eo ꝙ in formatiõe auis
in ouo mẽbra capitis ⁊ pedũ ⁊ alas cõuertunt̃ ante ⁊ nõ ad
dorsum. Quedam aũt galline habent quasi in ꝓprietate na-
turali facere hmõi oua duplicium gẽmaꝝ: ⁊ ille sunt que hñt
matrices longas ⁊ largas que mouent̃ in receptione semi-
nis galli. Mot⁹ enim matricis facit spermatis diuisioneꝫ:
⁊ tũc aut duo oua aut vnũ duplicis gẽme cõcipiũt. Sic igit̃
se habet de ouis gallinaꝝ. Oẽs aũt aues que vicinãtur
nature colũbarum sicut columba turtur palũbe ⁊ columbe
que cauernarum dicũtur: ⁊ nigre sunt aliquãtulum: ⁊ in ar-
borib⁹ habitant: non ouant nisi duo oua ⁊ raro tria: sed ter-
tium frequenter corrũpit̃. Turtures autem ⁊ palũbe ouant
bis in vere: ⁊ si corrũpantur aut auferantur aliquando oua
secũda tertio aliquando ouant. Alia autem genera colum-
baꝝ ouant multotiens in anno sicut dixim⁹ superi⁹. Am-
plius aũt maior pars geneꝝ auium ouare incipiũt post eta-
tem vnius anni: colũba tamen nata in Aprili vel ante inci-
pit ouare in autũno eiusdem anni si fuerit locus calidus ⁊
copiosa habuerit pascua. Nec ẽ auis que pullificet sine ouis
lꝫ aliquando non videant̃ oua quarũdam auium: aut forte
propter occultationem: aut forte propter paucitatem earũ.
Colũbe autem vt frequenti⁹ simul pullificant marem ⁊ fe-
minam: ⁊ quãdo ouant primo vt frequenti⁹ ouant ouũ ma-
sculinũ ⁊ sequenti die femininũ: ⁊ quando exeũt oua vt fre-
quenti⁹ primo die exit masculinũ ⁊ sequenti die femininum
vel citius: sed tamen post masculinũ propter calorem maio-
reꝫ qui est in masculino q̃ꝫ in feminino. Adhuc aũt colum-
bus cubat oua de die frequẽtius ⁊ femina de nocte. Et pri-
mum quidem ouũ in vtero complet̃ in septem diebus: ⁊ po-
stea fouet̃ per.14.dies: qui sunt dies.21. ⁊ tũc findit̃ ouuꝫ ⁊
exit pullus. In fissura qdem oui p̃mo qdem colũba paruu-
la in ouo existens penetrat testam anteriori rostri sui: ita ꝙ
testa ibi eleuat̃ ad quantitatem grani tritici: ⁊ postea diui-
dit eam in duo ⁊ exit pullus. Postq̃ꝫ aũt exiuerint mas ⁊ fe-
mina parentes calefaciũt eos simul diuisis temporib⁹: sꝫ ta-
men femina magis solicita est de eis q̃ꝫ mas sicut ⁊ in oib⁹
alijs animalib⁹. Colũbe aũt aliquando ouant decies in an-
no ⁊ aliquando cubant vndecies ⁊ aliquando duodecies in
calidis locis sicut est Egyptus: ⁊ de hoc dixim⁹ satis in an-
tehabitis. Masculus aũt colũbe frequenti⁹ coit post vnum
annũ. Aliqui tamen dixerũt turtures colũbas nigrescentes
que vebice dicũtur coire post tres menses: sed hoc rarissi-
me contingit ⁊ in his solũ que ante tempus vernũ vel in p̃n-
cipio veris procreant̃. Cõmuniter etiam tempus imp̃gna-
tionis in generib⁹ colũbe similib⁹ est.14.dieb⁹ a prima oui
conceptione vsqꝫ ad completam ouationem amboꝝ ouoꝝ:
⁊ cubant tũc per dies.14. ⁊ pulli complẽtur ab exitu ab ouo
vsqꝫ ad completionem alaꝝ ⁊ volat⁹ in.14.diebus: ita ꝙ ex
tũc difficulter capiũtur. Dicũt aũt qdam colũbas cauerna-
les que nigriores sunt ⁊ minores omnib⁹ colũbis viuere p
40.annos. Sed compertũ est apud nos colũbaꝫ viuere per
20.annos: ⁊ raro viuit vltra hoc tempus. Colũba aũt quã-
do complet pullos ouat iterum: ita ꝙ inter vnam ouatiõeꝫ
⁊ aliam sunt.30.dies: qa aliter non posset ouare singulis mẽ-
sibus sicut superius determinatum est.

## Cap. 6m. De cubatione ⁊ solicitudine filiorum auium ra-pacium ⁊ aliarum.

Sexto de nã aialiũ cap. 5.

Vultur autem qui grece harabaꝫ vocat̃ nidifi-
cat super montes ad quos vix ascendere po-
test homo: ⁊ querũt rupes silicũ planoꝝ parie-
tũ altissimoꝝ: ⁊ in foraminib⁹ illoꝝ altis nidifi-
cant. Et similiter faciũt herodij ⁊ falconuꝫ ge-
nera ⁊ aquilaꝝ. Et ideo dicit Aristo. ꝙ nunq̃ꝫ
inuenit̃ nidus vulturis: sed hoc non est verum in terra no-
stra in qua sepissime multi nidi inueniũtur eoꝝ. Pulli etiã
iuuenes huius auis raro inueniunt̃ propter eandem cãm.
Propter qđ etiam Arotini⁹ poeta asserit ꝙ vultur in Gre-
cia non pullificat: sed ꝙ venit ab alia terra remota. ⁊ huius
signũ dicit esse ꝙ nemo vnq̃ꝫ in Grecia vidit pullos eius lꝫ
multi antiqui vultures in Grecia sepe appareant. Est aũt
auis hec infausta sequens exercitus quando strages futu-
ra est in eis aut pestilentia. Et hui⁹ cãm dicunt esse odora-
tum hui⁹ auis: sicut nos in alijs sciẽtie naturalis in libro se-
cũdo de anima determiauimus: nec hoc repetere oportet.
Hui⁹ tamen cãm scire difficile est: lꝫ iaꝫ experimẽto comp-
tum sit ꝙ illa auis sua congregatione post exercitũ stragem
indicat futuram. Non eniꝫ prouidentia futuroꝝ in aue est
ista: sed si qd est oportet ꝙ sit ab odoratu aut ex insiictu stel-
laruꝫ. Diuinitatem enim quaꝫ huic aui attribuũt augures
difficile est inuestigare. Si qd tamen est taliũ in hac ⁊ in ce-
teris auib⁹ in scientia augurũ est ingrendũ. Vultur auteꝫ

duo facit oūa: qa plura nutrire nō posset. Et est cōmune fe/
re omnibꝰ auibꝰ rapacibꝰ ⁊ omnibꝰ que carnes comedūt se/
mel in anno facere pullos preter hyrūdines que sole inter
comedentes carnes bis pullificant in anno. Et hoc dicunꝭ
habere propriū pulli hyrūdinū ꝙ si qs perforauerit oculos
eoꝝ anteꝙ̃ aperiant eos: oculi iterū reuertunꝭ ⁊ consolidā/
tur. Genus aūt aquilaꝝ ponit tria oua: sed vt frequenter
non extrahit nisi a duobꝰ pullos ſꝫ ꝙ dicit Mellissus in li/
bro suo animaliū. Hic enim dicit ꝙ si extrahat ex tertio ꝙ
eijcit ipm a nido: ⁊ hoc iam compertū est ab aucipibꝰ ꝙ aq/
la tres pullos habuit ⁊ eiecit tertiū a nido suo: eo ꝙ graui/
ter cubat ⁊ cibat tres. Cuiꝰ cām qdam dicūt esse ꝙ intātuꝫ
debilitaꝭ cubando ꝙ non potest venari pullos aliaꝝ auium
ꝙ sufficiant tribꝰ: sed vix potest procurare duos ex eis. Icur
uanꝭ eniꝫ tūc vngues sui: ita ꝙ ipsis paꝝ rapere potest: ⁊ al/
bescūt ale sue: ⁊ ex hoc grauaꝭ nimis ad procurandū cibos
tot filijs: ⁊ qd̄ mirabile videꝭ auis que grece kym: arabice
aūt cekar vocaꝭ quā Auicē. vocat kabin accipit filiū aquile
eiectū ⁊ nutrit eū: ⁊ hoc apud nos vbi tamen in montibus
plurima sunt genera aquilarū nunꝙ̃ potuit experiri: nisi ꝙ
rumor cōmunis est ꝙ aqla quosdam eijciat: ⁊ alia quedam
parua aqla ⁊ nigra eiectos nutriat quando iuenit eos: ⁊ cū
nutriti sunt ab ea ita ꝙ volare possunt deuorant alūnos su
os. Aqla aūt per .30. dies oua cubare dicitꝭ. Hoc enim tem/
pus cōmune est cubationis ouoꝝ omniū fere magnaꝝ auiū
rapaciū. Mediaꝝ aūt tempus cubationis est .20. dies sicut
miluī ⁊ accipitris ⁊ huiusmodi auium. Similiter aūt aues
magne non rapaces cubāt .30. dies: vt anser ⁊ cygnus. Qd̄/
dam aūt genus accipitris qd̄ Arabice aucapinē: latine au/
tem accienser vocaꝭ vt frequentius non ouat nisi duo oua:
⁊ forte pullificat bis: ita ꝙ faciet pullos semel duos ⁊ semel
vnū in eodem anno. Auis aūt rapax que grece agulneos la
tine aūt egonus vel egetinus vocaꝭ: ⁊ est qd̄dam genus ac/
cipitris aliquando pullificat q̃tuor pullos. Coruus autē ni
ger nūꝙ̃ pullificat duos tm̄ sed semper plures: ⁊ cubat oua
20. diebꝰ: ⁊ cū omnes pascere non potest eijcit aliq̃s. Aues
enim magne que pullificant simul multos filios ex consue/
tudine eijciūt aliquos sicut ciconie. ¶ Amplius aūt genera
aquilaꝝ non eodem modo nutriūt pullos: sed vt frequen/
tius aues habentes caudas albas magne grauanꝭ magis
in cibando pullos suos ⁊ citiꝰ separanꝭ ab eis: ⁊ que habēt
caudam nigram leniꝰ cibant pullos eo ꝙ cōmuniꝰ habēt nu
trimentū. Omnes aūt aues curuoꝝ vnguiū rapaces quan/
do vident pullos suos posse volare eijciūt eos a se percuti/
endo alis ⁊ cogendo exire de nido: ⁊ quando pulli comple/
ti sunt non ampliꝰ sollicitanꝭ de eis: sed potiꝰ stringūt eis ro
strū ⁊ consolidant ⁊ eijciūt. Auic. tamen dicit ꝙ nati adhuc
sequūtur parentes ⁊ parentes fugiūt eos: ita ꝙ aliquando
tam fugientes parentes ꝙ̃ insequentes filij simul cadūt in
rhetia aucupū. ¶ Dixerūt etiam aliq experti vt dicit Aui.
ꝙ aliquando moranꝭ volando cū parentibꝰ duobꝰ annis et
in vnū predanꝭ. Sed qd̄ mihi dixerūt aucupes ⁊ qd̄ suꝫ ex/
pertus est: ꝙ accipitres quos vocamus astures ⁊ sparuerij
pullos suos volantes cibant fere per vnū mensem ⁊ postea
retrahūt se ab eis: ⁊ docent eas capere aues sic ꝙ parentes
deferūt eis aues viuas: ⁊ dimittūt coram eis ⁊ incitant fi/
lios ad capiendū: ⁊ postꝙ̃ perfecti sunt volatꝰ ad capiendū
tūc abstinent ab eis. Aqle aūt terre nostre non cibant filios
suos nisi in nido suo: ⁊ postea educūt ad predam: ⁊ cū pre/
dam possunt arripere ducūt eos longe valde a loco nidi sui
ita ꝙ in loco nidi vix vnꝙ̃ comparent: ⁊ parentes eoꝝ reti/
nent habitationem: ita narrauit mihi falconariꝰ qui mul/
tos cepit falcones: ꝙ etiam in eadem regione pater filium
secū esse non permitteret postꝙ̃ perfectꝰ fuerit ad predādū.
Aquila aūt magna que apud nos est ⁊ herodius vocaꝭ: ra/
ro apud nos inuenitꝭ habere nisi vnicū pullum lꝫ duo faciat
oua. Et hoc iam comperimus per sex annos continuos vi
sitando nidū aqle cuiusdaꝫ: sed in talibꝰ difficile est experiri
propter altitudines montiū in quibꝰ nidificant: nec potui/
mus experiri nisi desuper quodam submisso in fune maxi/
me longitudinis de rupe. Talis enim est vsus apud nos eo
rū qui falcones ⁊ aqlas de nidis accipiūt. Aues tamen car
nes comedentes: sed curuū rostrū ⁊ curuos vngues nō ha/
bentes sicut est auis bachoac grece dicta quā nos cornicez
vocamus: cogitāt de suis pullis magno tēpore postꝙ̃ euo/
lauerint de nido: volat eniꝫ cū eis ⁊ dat eis cibū: ⁊ similiter
facit fere omne genus auiū cornini generis sic cocix ⁊ mo/
nedula ⁊ plura alia genera auiū his similia. Cocix aūt lati/
ne vocaꝭ auis que maioris est quantitatis ꝙ̃ cornix: ⁊ ha/
bet rostrū magnū ⁊ albū iuxta caput vbi sunt nares: ⁊ nō co
medit carnes: ⁊ hanc qdam graculū vocant. In lingua vo
Germanica touch vocaꝭ. ¶ Est aūt qd̄dam genus auium
compositū ex duobꝰ auiū generibꝰ sicut gugulus maior ⁊ gu
gulus minor. Maior enim gugulus componiꝭ ex asture et
palūba: quoniam rostrū ⁊ vngues ⁊ pedes habet similes pa
lūbo: ⁊ cetexꝝ corpꝰ simile est asturi nisi ꝙ varietas pēnarum
in gugulo habet maculas nigras quasi rotundas: in asture
aūt sunt linee nigre: ⁊ in volatu etiam asturi: ⁊ hec auis gre
ce kakakoꝫ ab imitatione vocis vocaꝭ. Aliquādo eni quā/
do coniūgit voces triplicat eas: ⁊ tūc profert sonū kakakoꝫ.
Latine aūt vocaꝭ gugulus maior. Minor aūt gugulus cō/
poniꝭ ex colūba ⁊ spuerio habens rostruꝫ ⁊ pedes colūbe: ⁊
cetera corporis membra ⁊ volatū similia speruerio: propter
qd̄ vulgi opinio fabulaꝭ guguluꝫ maiorem aliqñ esse asturē
⁊ econuerso: lꝫ hoc sit falsum. Cā autem dicti est ꝙ gugulus
vterꝙ̃ occultaꝭ in hyeme: ⁊ in illo tempore raro etiaꝫ appa/
ret astur ⁊ nisus qui speruerius vocatur: ⁊ in estate apparet
vtraꝙ̃ auis. Sed accipiter auis siue astur est curuoruꝫ vn/
guiū sed non kakakoꝫ: neꝙ̃ in capite assimilaꝭ accipitri: ſꝫ
potiꝰ in duobꝰ his videꝭ similis colūbe: sed in colore assimi
laꝭ accipitri nisi ꝙ in alis accipitris nigre sunt linee: ⁊ in ka
kakoꝫ sunt macule q̃si rotūde. Sed sua magnitudine ⁊ suo
volatu gugulus vterꝙ̃ assimilaꝭ accipitri magno ⁊ paruo:
hoc est asturi ⁊ niso. Sed opinio vulgaris hec falsa est: qa
in multis temporibꝰ ⁊ in multis terris simul apparent iste
quatuor aues: ⁊ videꝭ astur capere gugulū ⁊ comedere euꝫ.
Et forte multi modi sunt huiusmodi guguloꝝ. Et pulli q/
dem guguloꝝ nunꝙ̃ inueniunꝭ in nidis proprijs: neꝙ̃ gu/
gulus inueniꝭ vnꝙ̃ portare ad nidū: qa mos est suus pulli/
ficare in nidis aliaꝝ auiū. Sed mos maioris guguli est pul
lificare in nido palūbi: ⁊ mos minoris guguli est pullificare
in nido parue auis que philomenam cantu imitaꝭ: ⁊ habet
quantitatem philomene: ⁊ nidificat in rosarijs: ⁊ Germa/
nice grasemucke vocaꝭ. Aliquando tamē visa est ouare in
nido auicule aquatice que mouens caudam vocaꝭ. Pro/
pter qd̄ Auicē. dicit se gugulū minorem in vtriusꝙ̃ auis ni/
do inuenisse semel in ripa fluminis: ⁊ semel in arbore: ⁊ di/
cit se vidisse auiculas illas cibasse gugulū ⁊ in nido ⁊ in ter
ra: ⁊ cibauerūt cū cibo vermiculoꝝ qualem cibū pullis suis
ferre consueuerūt. Cū autem isti modi guguloꝝ ouāt in ni
dis auiū illaꝝ primo sorbent oua auiū illaꝝ: ⁊ postea sua po
nūt in locū illoꝝ: ⁊ ideo alie aues fere omnes impugnāt gu/
gulos: sed occulte accedūt ad eos. Et guguli non faciūt ni/
si vnū ouū vel duo ad plus. Iteꝝ aūt quando pullus guguli
maioris nutriꝭ a palūbis est pinguis valde ⁊ bone carnis
propter nutrimenti conuenientiam: ⁊ in hoc conuenit cum
pullis accipitris qui sunt valde bone carnis: eo ꝙ carnibꝰ ⁊
bonis cibis nutriūtur. Inueniꝭ aūt vnū genus accipitrū qd̄
suū nidū facit in locis valde altis inaccessibilibꝰ: ⁊ ideo ra/
ro eiꝰ pulli auferūtur: ⁊ hoc precipue faciūt herodij apd̄ nos
qui nidificant in parietibꝰ montiuꝫ altissimoꝝ in alpibꝰ: ita
ꝙ non est accessus nisi per funem aliqs submittaꝭ a vertice
montis: ⁊ hūc oportet ligari in sporta profunda fortibꝰ vin
culis ne ab herodijs antiqs deijciaꝭ: ⁊ oportet multos ho/
mines desuper montem submittere sagittas ⁊ ictus lapidū
super antiquos herodios ne lacerent carnes eiꝰ qui submis
sus est ad capiendos herodios iuuenes. Multe auteꝫ alie
aues faciūt nidos comportando sarmenta sicut diximꝰ de
colūbis: ⁊ cubant successiue aliquando mas ⁊ aliquando fe
mina: sed tempus cubationis masculi est minus ꝙ̃ tempꝰ
quo cubat femina: non enim cubat mas nisi tēpore quo in/
diget femina ad sui cibationem: sed femine auiū kanebra/
liū hoc est eaꝝ que sunt de genere gallinaꝝ ⁊ anseꝝ sole cu/
bant pullos suos absꝙ̃ maribꝰ: ⁊ postꝙ̃ incipiūt cubare nō
recedūt a cubatione ouoꝝ suoꝝ nisi tempore modico quo
cibū accipiūt. Aues aūt lacunales vt sunt anates ⁊ anseres
⁊ cygni pullificare consueuerūt inter arbores ⁊ herbas viri
des iuxta profundū aquaꝝ: ⁊ tamen semper stant cū pullis
suis

Sexto de nā aialiū cap. 6.

Quid d̄ asturibꝰ fateaꝭ se expimēto cōprobasse.

Sexto de nā aialiū cap. 7. ⁊ .8.

suis non recedentes ab eis: eo ꝙ in illis locis cibi sui est copia in seminib⁹ herbaꝝ ⁊ in ipsis herbis aquaticis. Adhuc autem femine coruoꝝ nigroꝝ sole cubant oua sua: sed mares ducũt feminis cibũ ad nidũ: qḋ non faciunt mares gallinaꝝ ⁊ auiũ aquaticaꝝ. Femina vo auis que grece baryez vocat̃ que est palũb⁹ incipit cubare oua a medio die ⁊ continuat vsq̃ mane sequentis diei cubationem: ⁊ mas cubat a mane vsq̃ ad meridiez. Auis aũt que cubeg vocat̃ facit ex ouis suis duas acies: ⁊ femina cubat aciem vnam ⁊ masculus cubat aliam aciem: ⁊ cũ exiuerũt pulli vterq̃ solicitatur de eis quos ipse cubauit: ⁊ postea illis adultis iteruz mas coit cũ femina ⁊ pullificant diuidendo acies ouoꝝ sic̃ prius. Pauo aũt dicit̃ viuere. 25. annis ⁊ pullificare quando est triũ annoꝝ: ⁊ deinde colorant̃ ei⁹ pẽne melius. Cubat autẽ oua sua per. 30. dies sicut aues de quib⁹ supra diximus: hoc enim tempus est quo luna accessu vel recessu ad solem perficit periodũ ⁊ quatuor modos temporum. Post. 30. autez dies aut circa hoc findũtur ei⁹ oua: ⁊ non pullificat nisi semel in anno. Ouat autem. 12. oua aut parum minus: ⁊ interpolate ponit oua: ita ꝙ post vnum ouum stat duob⁹ diebus aut trib⁹: ⁊ tunc ponit aliḋ: non enim ouat consequenter sine interpolatione. Et prima qdem vice quando pullificat forte facit octo oua: ⁊ frequenter ouat oua vẽti: ⁊ ideo paucos facit pullos. Et in terra nostra non sunt nisi qnque vel sex facti simul. Coit⁹ autem pauonis est in vere: ⁊ post vernum tempus statim ouat: ⁊ eijcit pẽnas quando primo arbores folio incipiũt fluere. Nascũtur autem iterato pẽne eius quando arbores primo folia habere incipiunt. Ab aliquib⁹ autem ponũtur oua pauonum sub gallinis ⁊ cubantur ab eis: eo ꝙ sicut diximus superi⁹ pauia a pauone ascenditur interim cũ cubat oua ⁊ frangũtur oua a strepitu coeũtis: ⁊ ideo etiam femine nidum abscondũt a masculis. Et similiter faciũt femine multaꝝ auium agrestium: ⁊ cubant oua sua sole in locis occultis. Quando autem oua pauonũ sub gallina ponũtur non sunt ponẽda nisi duo: eo ꝙ vix amplius extrahi potest a gallina pullus pauonis: ⁊ oportet ꝙ homo solicite obseruet ne gallina dimittat cubationẽ ouorum illoꝝ: qa hoc est gallinis aliqb⁹ propriũ ꝙ ad temp⁹ cubant: ⁊ tũc cubare non curant: ⁊ tũc oportet ꝙ cogant̃ ad cubandũ per frequentem ad oua reductionem: ⁊ ꝙ cibet̃ super oua ⁊ ꝙ multũ maceret̃. Omnib⁹ aũt auib⁹ conuenit ꝙ testiculi eoꝝ crescũt tempore coit⁹: ⁊ eaꝝ testiculi que sunt maioris coit⁹ magis crescũt: tũc eñi inueniunt̃ maiores habere testiculos: sic̃ cubeg ⁊ galline. Qñ aũt nõ coeũt habent testiculos paruos. Iste igit̃ est modus pullificationis.

¶ Tractatus Secundus Sexti Libri de anathomia ouoꝝ piscium ⁊ natatilium.

¶ Cap. pᵐ. De ouis piscium ⁊ que sit natura embrionuz generatorum in ipsis ⁊ precipue de his que generant animalia ⁊ concipiunt oua: ⁊ de marinis animalia generantibus sibi similia.

Sexto de nã aialiũ cap. 9.

Sexto de nã aialiuz ca. 10. ⁊ 11.

His aũt habitis de alijs transmutationibus ouorum natatiliũ sm eundem modum est determinanduz. Diximus autem in prehabitis ꝙ omnes pisces ouant preter genera cetorum ⁊ delphinorum: ⁊ quedam genera aquaticoꝝ que delchon greci dicunt: que Auicẽ. vocat lupos marinos: qui qdem oua concipiũt: sed ante exitum ex vtero aperiũtur in eis oua ⁊ pariũt animalia. Hoꝝ aũt genera nos in antehabitis prosecuti sumus vbi locuti sumus de matricib⁹ ouantiũ marinoꝝ. Omnes autem pisces prestant ex se nutrimentum generationi piscium in ipsis ouis: sed non nutriunt eos post generationem sicut aues. Videtur tamen Arist. dicere ꝙ omnes pisces nutriũt pullos suos preter ranas. Sed hoc non est compertum in piscib⁹ qui sunt apud nos: nisi intelligatur de illis qui ouant in vtero ⁊ pariũt animalia ex vtero: hi enim nutriũt pullos suos sicut illa que pariũt animalia sicut cetus ⁊ delphin⁹ ⁊ koki. Matrices autem pisciũ diuersificantur sicut superius determinatum est. Matrices enim aliquoꝝ piscium superius duo habẽt capita ad vtrũq̃ latus porrecta: sed oua sunt descẽdentia ad partem inferiorem a locis exitus eoruz. Matrices autem ei⁹ qḋ vocatur celeti assimilant̃ matricib⁹ gallinarum in positione ouoꝝ: quoniaz in nullo illoꝝ inueniuntur oua prope diaphragma: sed potius creantur super spondiles dorsi ipsius sicut creantur in gallina: ⁊ ab isto loco creationis sue descendunt deorsum. Oua autem pisciuz omnia videntur esse vnius modi in colore humoris qui est in ipo: qa color humoris omniũ videtur esse albus ⁊ non citrin⁹. Quando autem elixantur oua piscium mutantur ad citrinitatem: ⁊ etiam in primis citrina esse videntur sed humor expressus albugini videt̃ esse similis. ¶ Inter anathomiaz autem generationis ouoꝝ piscium ⁊ anathomiam ouoruz auiũ ex ouis est differentia in vno: qa in transmutatiõe generationis ouorum in pisces non est altera duarum venaꝝ que a corde extenduntur. Non enim est in eis illa que ad telam exteriorem in ouis auium extenditur: quã qdam male vocant vmbilicum eo ꝙ sanguinem defert ad exteriora: sz in illis est illa vena que proportionatur illi que in auib⁹ venit ad citrinũ: qa illa suggit nutrimentũ ex quo fiũt supplementa membroꝝ generatio: igit̃ pulli piscis incipit a capite acutiori oui sicut ⁊ generatio auiũ: ⁊ sicut in auibus: ita ⁊ in piscib⁹ extendũt se vie a corde primo ad caput ⁊ ad oculos: ⁊ primo in eis apparent partes superiores magne ⁊ inquãtũ creuerit pullus tãtũ diminuitur de albo: eo ꝙ incorporat̃ membris radicalibus pulli ⁊ in toto priuat̃ quando in toto generatio ⁊ formatio sunt complete. ⁊ pulsus cordis quem qdam vocant anhelitũ per venam pulsatilem continuat̃ cum inferiori parte ventris portans pullũ ⁊ vitam ad partes inferiores: ⁊ dũ pulli sunt parui ⁊ incompleti habent tales venas que vice vmbilici sunt longas: ⁊ postq̃ crescũt ⁊ complent̃ abbreuiãtur ⁊ contrahuntur in corpus versus cor sicut dictũ est de auib⁹: pullus aũt ⁊ oua sũt intromissa ⁊ inuoluta in tela sicut oua ⁊ pulli auiũ: ⁊ illa est sicut dura mater: ⁊ ideo intra istam est alia que continet pullũ: ⁊ nihil aliud est cũ ipo ⁊ intra istas duas telas est humiditas reiecta in creatione pulli. ¶ Adhuc aũt pulloꝝ pisciuz in ouis formãdoꝝ cib⁹ est in ventre matrũ sicut ⁊ in auib⁹: ⁊ ideo oportet ouũ piscis esse compositũ ex humore duplici: quoꝝ vn⁹ est ex quo fiũt radicalia membra: ⁊ secundus ex quo sicut ex cibo fiũt supplementa qbus implent̃ vacuitates radicaliuz membroꝝ: lz in ouis pisciũ sm visum non sit nisi albus humor: ⁊ nullũ citrinum appareat in eis. Per anathomiã autem iam scimus ꝙ matrices pisciũ diuersificant̃: quoniã quedam sunt matricũ pisciũ quorũdam galedoly dictorum hoc est caninam nãm habentiũ: quoniam illa genera alba sunt hoc est accidens propriuz ꝙ oua eoꝝ creant̃ in medio matricũ suaꝝ sm latitudinem medietate accepta ꝓpe spondilia dorsi sic̃ fit in piscib⁹ qui marini canes vocant̃: ⁊ quando oua fuerint multiplicata descendũt inferi⁹ matrix eoruz sm longitudinem diuisa est in duas partes: q̃si in duas cameras: ⁊ matricib⁹ istoꝝ canũ: ⁊ similiter in matricib⁹ eorũ quos galedon vel galedoly vocauimus sunt interius sicut duo coni mamillaꝝ albaꝝ: ⁊ sunt positi sub diaphragmate ad modicũ spatiũ: ⁊ nisi fuerit hoc animal pregnans nõ possunt inueniri isti duo coni mamillarum. Canis aũt marin⁹ ⁊ piscis qui vocat̃ matydes habet corticez testiũ in ouo suo ⁊ in medio illi⁹ corticis est humiditas que est sicut humiditas alterius oui corticem talẽ non habentis: ⁊ quãdo trãsmutat̃ ouum ad speciem ⁊ figuram pulli vie venales que inueniunt̃ in ouis istis testeis sunt sicut villi extẽsi per ouũ. Teste aũt que sunt in ouis canũ qui dicũtur fabranes ⁊ canum qui dicũtur galanos finduntur quando exit pullus ex eis: ⁊ similiter fit in eo qḋ dicit̃ natides ⁊ in animali qḋ dicitur hacanidẽ galaon: hec enim habẽt oua iuxta diaphragma super mamillas de quib⁹ dixim⁹ ⁊ exeũt ex ipsis quando descendũt: ⁊ tũc fiũt ex eis pulli: similiter autẽ est de vulpib⁹ marinis ⁊ de generib⁹ tortucaꝝ illaꝝ que lenes vocantur. Hec eñi omnia oua sua habent in medio matricis sicut canes: ⁊ deinde procedũt ista duo oua vbi sunt formata ad duas partes matricis inferius: ⁊ ibi findũtur ⁊ exeũt ex eis animalia parua habentia in vmbilicos longos prope matricem. Ita ꝙ matrici videt̃ adherere: ⁊ ideo cũ finditur ouũ in exitu pulli putat̃ a qbusdam ꝙ pullus formatus fit in matrice sicut formant̃ pulli quadrupedũ generã-

tiū sibi similia: vmbilicus enim eoꝝ est longus ⁊ continuaꝶ cū inferiori parte matricis sicut in quadrupedibꝰ: epar au/tem taliū animaliū est versus mediū vmbilici eoꝝ: ⁊ capit cibū per vmbilicū quando destituta est humiditas cibalis oui post fissuram eiꝰ in matrice: ⁊ quilibet qdem pullus ex ouis natꝰ habet spermaꝫ propriam continentem se: ⁊ que/libet specialis humiditas etiam habet in spermam ꝓpriaꝫ sibi deputataꝫ sicut in q̄drupedibꝰ: ⁊ dū pulli sunt parui in ouis porrigūt capita sursum ⁊ cōplecti vertūt ipsa ad imus qa ille est aptior exitꝰ. Cōtingit aūt ꝭm dispositionem natu/ralem ꝙ mas formaꝶ in dextro matricis ⁊ in sinistro femi/na. Sed aliquando aliquo accidente contingit marem for/mari in sinistro ⁊ feminam in dextro. Aliquando etiam in eadem parte matricis īueniunꝶ aliqn̄ mas ⁊ femina simul: eo ꝙ plurima sūt accidentia que operanꝶ seruū discretiōeꝫ in piscibꝰ ⁊ q̄drupedibꝰ. Quecūqꝫ autē istoꝝ animaliū hn̄t instrumenta interioꝝ ad digestionem pertinentiuꝫ magna habent etiam epar magnū: ⁊ per consequēs omnes venas sanguis habēt magnas. Oua aūt animalis marini qđ vo/caꝶ celeon sūt prope diaphragma ⁊ sūt pauca ⁊ magna: ⁊ est qđdam genꝰ simile illi qđ habet oua multa ⁊ parua: ⁊ inue/niunꝶ sub locis ouoꝝ in eis pulli multi: ⁊ ideo putant qdaꝫ ꝙ pisces hi coeūt ⁊ ouant ⁊ pullificant omni mēse: ⁊ ꝙ ideo oua creanꝶ in eis ante perfectū exitū pulloꝝ: sed non est ve/rū: sed cā est ꝙ non oēs pullos simul pullificant sed post: ⁊ oua ⁊ pullos multis vicibꝰ successiue generant: lꝫ hoc faciāt vno tempore cōmuni pullificationis eoꝝ: in his aūt eisdem animalibꝰ quedam oua iacent in profundo matricis: ⁊ ibi maturanꝶ ⁊ complenꝶ in pullos. Jd aūt huiꝰ generis qđ ga/lea vocaꝶ: extrahit suos pullos proferēdo eos extra ⁊ de ni/do: ⁊ post partū ipsoꝝ appropriat eos iteꝝ sibi ⁊ prouidet eis ⁊ ducet eos. Qđdam aūt huiꝰ generis qđ vocaꝶ grece bara/chi: latine aūt a qbusdam vocaꝶ torpedo facit similiter qdē de pullis partis: sed habet plures pullos: ita ꝙ antiqui te/stanꝶ se vidisse multos torpedines: quoꝝ qlibꝫ habet octo/ginta pullos. duo aūt animalia sūt huiꝰ generis: quoꝝ vnū vocaꝶ ataratoꝫ ⁊ alteꝝ chaleon que faciūt filios valde spi/nosos: ⁊ ideo eos in interiori sue matricis proferre nō pos/sunt. Adhuc aūt piscis quem greci taragen: nos nimbū vo/camus ⁊ batos quem nos vocamus pascerem: ⁊ sunt am/bo genera piscis quem pleydis vocamus: ⁊ sunt pisces lati ⁊ ampli: non possunt aūt isti reddere pisces suos ex interio/ri suo ꝓpter duritiem caude ipsoꝝ que lederet matricē. Si/militer aūt nulla species rane omnino reddit pullū suū in i/teriori vteri sui propter magnitudinem capitis ⁊ asperita/tem spine sue quā matrix sustinere non posset. ¶ Ampliꝰ au/tem omnes masculi pisciū tempore luxurie habēt vias ple/nas semine: ita ꝙ etiam exteriꝰ videꝶ currere semē ex ipsis per anuꝫ: ⁊ iste vie seminis diuidunꝶ in eis duas partes eo ꝙ semen suū habent in tela dicta sicut est matrix habentiū oua ⁊ incipit deion tele illiꝰ a pariete superiꝰ: ⁊ pertingit ad poꝝ ani per quem semen emittiꝶ: ⁊ ibidem est vena magna que a corde dirigiꝶ ad inferiora ad locū vbi icipit tele dion. Jn tempore aūt generatio ouoꝝ sūt matrices manifeste in ventribꝰ ex tumore ouoꝝ: ⁊ similiter propter tumorem semi/nis. Manifestanꝶ vie seminis in ventribꝰ masculoruꝫ que ambe latent in tempore castitatis: quādo neqꝫ femine oua: neqꝫ masculi semen habent. ¶ Ampliꝰ aūt diuersitas est in vijs spermatū: quando vie masculoꝝ in piscibꝰ frequenter cū dorso continuanꝶ: vie aūt feminaꝝ sunt leuis motus ad eijciendū oua ⁊ sunt coniūcte cū quadam vena subtili ven/tris: ⁊ oia ista faciliꝰ apparēt in anathomia quaꝫ scribi pos/sunt. Celeti aūt vt frequentiꝰ generat in qbuslibet sex men/sibꝰ: ⁊ astaron generat multis vicibꝰ eo ꝙ iste modus est ēt quedam species generis qđ galeon vocatur qđ generat in anno vno bis: ⁊ incipit in mense Martio coire: ⁊ similiter omnes alij galeon bis in anno generant preter id solum qđ cameni vocaꝶ. Jlle eniꝫ solus modus istiꝰ generis semel in anno pullificat. Adhuc aūt qdam modus galeon pullificat in vere. Jlle autē qui vocaꝶ raboꝫ pullificat in autūno circa tempꝰ quo occidūt plyades occasu chronico: ⁊ hoc est quā/do sol est circa finem libre: qa tūc oriente sole occidūt plya/des que sunt in fine arietis: ⁊ in illo tempore pullificat pul/lum suū vltimū: ⁊ forte primū pullū facit in vere. Sed vlti/mus autūnalis pullus est pinguis corporis valde: porca au/tem pullificat in autūno ⁊ precipue porca maris. Celeti vo exit a profundo maris: ⁊ pullificat prope terram: ⁊ hoc facit ꝓpter calorem: ⁊ vt auferaꝶ timor quem habet de pullis ex tempestate maris. Nunqꝫ aūt est visus piscis qui coitū face/ret vel tētaret cū pisce alteriꝰ generis. Tamen qdam putāt ꝙ sic coeūt pisces vocati depatoꝫ: ⁊ rabbatānum: ⁊ inueniꝶ qdam piscis dictꝰ grece rynobaton: latine aūt scatina: cuiꝰ caput ⁊ membra interiora sunt similia membris batoꝫ quē Lombardi passerem. Nos autem pleydis vocamus: ⁊ est species quedam pectinis: ⁊ posteriora sunt similia mēbris piscis qui diciꝶ rabiꝫ in greco queꝫ in mari Anglico ⁊ Ger/manico raycā vocamus ⁊ habet caudas: ⁊ hoc crediꝶ con/tingere ideo ꝙ generaꝶ ex permixtione seminis illaꝝ duaꝝ specieꝝ pisciū. Genera autē galeon ⁊ galeosyꝫ est sicut si ge/neraꝶ ex permixtione canis ⁊ vulpis marinoꝝ ⁊ pisces lati ⁊ ampli: sic barachi: quem torpedinem supra vocauimus: et ille qui vocaꝶ baron ⁊ taragon generanꝶ sicut diximus: ita ꝙ prius oua cōcipiūt in se: ⁊ postea proferūt ouo fisso piscē.

¶ Delphinus aūt ⁊ balena ⁊ omnes modi koki: qui etiaꝫ vitulus vel bos marinus: qui nō habet brāchos per quos vomat aquā: sed habet membrū anhelitꝰ per qđ inspirant non ouant: sed ex vtero generant animalia sibi similia: hoc aūt qđ grece tristoꝫ latine aūt pristis diciꝶ: ⁊ in mari Jndie reperiꝶ: ⁊ omnia genera vaccaꝝ marinaꝝ non sunt inuēta: ita ꝙ oua haberent in seipsis: sed subito generant post con/ceptū: ⁊ quando complete formatꝰ est partꝰ: tūc exiunꝶ euꝫ extra vteꝝ sicut homo ⁊ aliđ animal generans sibi sile. Del/phinus aūt in maiori parte generat vnū ⁊ ad plus duos: et similiter galene ⁊ cocaue qui latine tyrsio vocaꝶ: ⁊ delphino paruo multū assimilaꝶ: lꝫ non sit eiusdeꝫ speciei cū ipo. Tyr/sio aūt dictꝰ precipue in mari bosphoros inueniꝶ: qđ mare bariꝫ Arabice vocaꝶ. Differt aūt a delphino in hoc ꝙ mior est eo ⁊ celestis coloris cū delphinus sit niger. Sūt tn̄ multi qui tyrsiū de genere dicūt esse delphinoꝝ. Jam aūt visuꝫ est ꝙ vtrūqꝫ hoꝝ geneꝝ similiter dormiuit: ita ꝙ organum re/spirationis extra aquam extensum fuit. Utrūqꝫ etiam hoꝝ geneꝝ habet lac ⁊ lactat fetus suos ⁊ cubat eos dū sūt pui: ⁊ propter omnia hec putanꝶ esse vniꝰ nature: sed pulli del/phinoꝝ cito crescunt ⁊ in perfecta magnitudine complētur in decēnio: ⁊ tempꝰ impregnationis eoꝝ est decem mēsiuꝫ: tempꝰ aūt partus eoꝝ est in estate: ⁊ raro in alio tempore: ⁊ ambulat etiam natando sub pelago ⁊ est proprium delphi/noꝝ longo tempore sequi pullos suos ⁊ esse longe vite. Jam eniꝫ expertū est delphinū vixisse per. 100. ⁊. 30. annos: ⁊ aliū per. 100. ⁊. 20. ⁊ sciebaꝶ hoc per amputationem caude eoruꝫ in iuuentute: ⁊ hoc animal valde diligit pullos suos qđ la/tine est vitulus marinus ⁊ koki: aliquando manet in mari: ⁊ aliquando manet in terra eo ꝙ non branchis trahit aquā sed inspirat ⁊ dormit sicut delphinus ⁊ parit super terrā ꝓ/pe aquam. Sed tamen maior pars mansiōis eiꝰ est in aqua ꝓpter qđ etiam inter marina cōnumeraꝶ ⁊ generat animal ex vtero suo ⁊ fetus eiꝰ exit cum anima ex ipso sicut in aiali/bus generantibus sibi similia sicut ouis ⁊ similia: parit aut vnum aut duos aut tres ad plus: ⁊ habet mamillas ⁊ parit omni tempore anni: sicut homo frequentius: tamen pariūt ante vernum tempꝰ: quando est principium partꝰ capraꝝ: ⁊ quando fetꝰ suus est. 12. dieꝝ: tūc euocat euꝫ a terra ad ma/re multotiens in die precedendo eū intēdens fetū assuefa/cere mari: ⁊ negt bene ambulare eo ꝙ non bene sustenteꝶ a pedibꝰ eo ꝙ ossa sua de natura cartilaginum sunt ⁊ sūt pin/gues valde: ꝓpter qđ etiam grauiter interficiꝶ nisi vulne/reꝶ in maxillis iuxta timpora eo ꝙ duꝝ ⁊ spissum est corpus eius: vox aūt sua est sicut tauri: ⁊ in sua femina inueniꝶ vir/ga que est colluꝫ vesice sicut est innatū qđdā marino ēt iue/niꝶ: ⁊ residuuꝫ vulue ⁊ mřicis ēt inueniꝶ in ipo sic̄ i muliere. Hec igiꝶ ē ḡnatio marioꝝ tā itra se q̄ꝫ ex̄ se ex ouis ḡnantiū.

¶ Cap. 2m. De generatione pisciuꝫ ouātium oua multa in/completa ex quibꝰ plurima pereunt: ⁊ de generatione eoruꝫ que sine coitu ⁊ ouis generantur.

PIsces vo ouantes sicut diximꝰ diuisas in duo hn̄t mřices mřix eoꝝ ē posita in imo corporis. Oēs aūt pisces hn̄tes cortices q squame dnr ouāt: sic ēt i aūhabitꝫ diximꝰ: sic lebracaꝫ ⁊ ca/

storon

Sexto de na/aialium ca. [illegible]

Sexto de aialuꝫ ca. 14.

ſtoꝛon ⁊ chacalon ⁊ oēs piſces qui albi vocanꝭ ex albedine
ſquamarum: ſiꝛ autem ouant omnes lenes ⁊ nō ſquamo/
ſi piſces: intra qȯ etiam conchelis qȯ eſt anguilla tempoꝛe
pluuie in gutture oua inueniꝭ habere aliquādo: omnia eni
iſta piſcium genera oua ouant mollia non indurata ⁊ incō/
pleta propter matrices eoꝛum plenas ouis que ex artitudi/
ne vteri compleri non poſſunt ante ouationem. In paruis
autem piſcibus apparet diuiſio ouoꝛum in duo: quis non
appareat matrix in eis ꝓpter paruitatem ⁊ tenuitatē ipſi⁹.
Superius autem vniuerſaliter locuti ſumus de coitu oīuz
piſcium. In pluribus vō modis piſcium inuenitur mas et
femina: dubium autem eſt de his que vocanꝭ baraz ⁊ hoꝛ/
cauiz: quoniam in omnibus indiuiduis harum ſpecierum
inueniuntur oua. Non autem inueniuntur oua niſi in his
qui coeunt piſcibus ⁊ non coeunt niſi cuz his confricati qui
lac habent: lac autez habens in his ſpeciebus non inueni/
tur. Foꝛte autez ſolutio huius eſt ꝙ oua in talibus ſine coi/
tu inueniuntur ſicut ſemina inueniuntur in plantis: cogno/
ſcitur autem hoc ex quibuſdam fluuialibus piſcib⁹. In his
enim quidam ſunt in quibus moꝛ dum naſcuntur oua in/
ueniuntur ſicut in eo qui vocatur grece choccinos de qui/
bus non poteſt dici ꝙ ex coitu naſcantur. In piſcibus autē
ouantibus ex coitu multa oua pereunt: eo ꝙ quidam dicāt
ipſas feminas piſcium iterato ſua oua glutire ⁊ comede/
re. multa etiā damnantur ex ipſa frigiditate humidi aquei
⁊ impetu aque: nec ſaluantur ex eis niſi illa que cadunt in lo
cis quietis in quo fet⁹ caloꝛe loci ⁊ quiete educi poteſt. Si
enim omnia oua ſaluarentur nimium piſces multiplicarē/
tur: nec ſit ex aliquo ouoꝛum niſi ex illo ſuper qȯ mas ſper/
ma eiecerit: ⁊ ideo ouante femina ſequitur eam mas eijci/
endo ſperma: ⁊ qȯ tāgeꝭ ſpermate fiet piſcis paruus: ⁊ plu
rima ſunt que non tanguntur ⁊ plurimuz ſpermatis caſſa/
tur in mari. Adhuc autez qȯ generatur ex huiuſmodi ouis
paruis caſualem habet generationem ⁊ per multa pōt im/
pediri. Similiter autem accidit in modis malachie: quā/
do enim ouat femina animalis qȯ eſt de genere malachie
qȯ vocatur chabchye: ſtatim mas eijcit ſperma ſuper ea:
⁊ ſimiliter complentur oua in alijs modis ſpecierum mala/
chie: ⁊ lz non viderimus hoc experimēto niſi in chabchyem
quia ratio hoc perſuadet ex his que nos videmus in alijs.
Malachie autem ouat ſuper terram. chabchyen autez ſu/
per lapidez: ⁊ id qȯ exit pꝛimo a ſuo ouo eſt latum ⁊ molle.
Ouat autez in terra ideo: quia loca marina que ſunt ſuper
faciem terre ſunt calida: ⁊ eſt in eis multus cibus: ⁊ pullos
qui ibi ſunt non comedunt alia animalia parua marina: et
propter hanc cauſam maioꝛ pars piſcium pulli ſicut in ma/
ri qȯ dicitur kaycā grece: ⁊ eſt mare kachiz dictum Arabi/
ce. latine autem vocatur mare boſphoꝛos. pullificant autez
aſcendentes de mari ripam fluuij qui dicitur Fermodon
quem quidam Nilum eſſe interpꝛetantur: quoniam in ri/
pa fluminis illius non eſt impetus ventoꝛum: ⁊ eſt locus ca
lidus: ⁊ recipit in ſe multas aquas dulces propter longū flu
xum eius ab equinoctiali vſqꝫ ad mare: piſces autem tali/
ter ouantes non faciunt fetus niſi ſemel in anno pꝛeter fo/
chidon qȯ eſt paruum genus piſcium: hoc eniz genus pul/
lificat bis in anno. Differentia autem que eſt inter marez
⁊ feminaz huius generis malachie eſt ꝙ mas eſt magis ni
ger ⁊ maioꝛis conche. Animal autem balce ſiue blace lati/
ne vocatum concipit oua ⁊ cuz venerit tempus partus fin/
duntur oua in vtero eius: ⁊ parit animal ⁊ exeunt pulli de
ipſo. Iſte enim piſcis habet additamentum quoddaz elar/
gans vterum ſuū ſub ventre ⁊ epate: ⁊ quando concipit oua
remanent oua ſimul in ipſo: ⁊ continuantur adinuicez ⁊ nō
pariūt iſti piſces niſi id animal quod generatur ex ouis ſu/
is: ſed oua illa aliquando retinent intra ſe in additamento
pꝛedicto: ſiue eijciant extra: quia quando efficiūtur anima/
lia intra in additamento producuntur in tela ſubtili: ⁊ erūt
oculi ſicut in pꝛincipio foꝛmationis eoꝛum magni rotundi:
ex quo perpenditur differentia generationis eoꝛuz a gene/
ratione eoꝛum que generant vermes: quoniam in vermi/
bus illis pꝛimo apparent partes iſerioꝛes maioꝛes. In his
autem piſcibus que ex ouis foꝛmantur pꝛimo maioꝛes ma
nifeſtantur partes ſuperioꝛes: ⁊ in vermibus in fine gene/
rantur oculi ⁊ caput: in piſcibus autez in ꝓncipio: in omni/
bus autem his piſcium generibus quando pꝛiuatur humi
ditas oui ex quo foꝛmatur piſciculus non amplius ex ouo
cibatur piſcis. Sed poſt modicum ſui incrementum ciba/
bitur ſufficienter ex his que ſunt ex aqua riui. Quoddaz au
tem eſt genus qȯ tonzoz greci antiqui vocauerunt: ⁊ quan/
do hoc genus ouat ducit ad terram quendam humoꝛē vi/
ſcoſum citrinum quem kochon vocant quidam: ⁊ dixerunt
ꝙ eſt flos eius ex quo dicunt generari animal dictum keo/
chyon: ⁊ in hoc genere in pꝛincipio eſtatis inueniuntur cō/
che. Et dicunt quidam experti marinoꝛum ꝙ kochon flos
non acquiritur niſi ex piſcibus paruis qui ſunt in loco ſue
pullificationis. ¶ Amplius autem piſces qui habitant in
lacunis ⁊ fluuijs in maioꝛi parte ipꝛegnantur poſt quinque
menſes. Sed pꝛecipue poſt vnum annuz pullificāt omnes:
⁊ non ouant oua ſua ſimul: ſed ſucceſſiue ſpargunt ea: ſicut
etiam faciunt piſces marini. Animal autez aquaticum qȯ
kochomoz dicitur quinquies aut ſexies in anno ouat ⁊ pul
lificat in maioꝛi parte apud apparitiones ſtellarum diuer/
ſarum que in mutatione ſex ſignoꝛum aquilonariuz de ſub
radijs ſolis emergunt halchyz etiam dicitur qȯ ter in an/
no pullificat. Reſidui autem modi piſcium fere omnes ſe/
mel in anno pullificant ⁊ faciunt hoc etiam in ripis fluuio/
rum ⁊ lacuum: ⁊ pꝛecipue vbi inueniunt radices arboꝛum ⁊
cānaruz ſicut ſepie ⁊ ſicut piſcis qui choclica dicitur ⁊ beri/
ca. Animal autem qȯ begurz vocatur ⁊ berica ſunt ꝯtinue
generationis: ⁊ ouant omnia oua ſua ſimul ſicut rana: ⁊ in/
tātū inuoluunꝭ inter oua ſua in generatione ⁊ coitu ꝙ nau/
te auferunt vnum ab altero: ⁊ frequenter inueniunt ipſos
inter cānas. Eſt autez piſcis magnus galnon vocatus qui
pullificat in loco cuius pꝛofunditas eſt ſtadij vnius: parui
autem piſces frequentius pullificant in locis in quibus eſt
pauca aqua: ⁊ pꝛecipue in locis in quibus ſunt radices fili/
cum aut aliarum arboꝛum aut cānarum. ¶ Adhuc autē pi/
ſces magni coire videntur ⁊ confricant ſe ad ventrem in lo
co qui vmbilicus ventris vocatur ⁊ eſt iuxta anuz: per hāc
tm̄ viā mas eijcit ſperma ⁊ femina eijcit oua: ⁊ omnia oua
que cito tanguntur a ſpermate apparent magis alba poſt
vnum diem: ⁊ poſt modicum tempus apparent in eis ocu/
li piſcium: ⁊ hoc fere generale eſt in omnibus piſcibus: ap/
paret autem foꝛte idem ⁊ in alijs animalibus: quoꝛuz etiaz
oculi in foꝛmatione eoꝛum ex ſemine apparent cito magni.
Cum autem creſcunt pulli piſcium eijciunt ex ſe pellez oui
que erat pꝛo teſta que continebat totum ouuz ⁊ piſcē puu/
lum incompletum. In pꝛincipio autez quando ſperma ma
ris tangit ouum facit ipſum molle ⁊ viſcoſum. In tali eniz
diſpoſitione inueniuntur adherere radicibus arboꝛum in/
ter quas pullificant: ⁊ mas quidem manet diu in loco vbi
femina ouauit multa oua: ſed femina minus de eis ſollici/
ta vagatur: ⁊ maſculus quidem piſcis qui logmoz vocatur
manet ſuper oua que ſperma ſuum tetigit. 40. aut foꝛte. 50.
diebus: eo ꝙ oua illa nō cito complentur neqꝫ ea animalia
que fiunt ex ſuis ouis cito conualeſcunt. Idem autem dici/
tur facere piſcis quem, kakomon greci quidam vocauerūt.
Adhuc autem piſces generati ex ouis piſcium paruoꝛum
creſcunt in tribus diebus: ⁊ oua eoꝛum que tanguꝭ a mul
to ſpermate conuertuntur ⁊ creſcūt in vno die: ⁊ dicitur ꝙ
quantitas oui eius qȯ galamuz vocatur eſt ſicut quanti/
tas ſeminis oꝛobi qȯ eſt ſicut vitia: eadem autem eſt quā/
titas oui kokoz ⁊ ſimilis ſibi. Et hallyz quidē pullificat oēs
pullos ſuos in loco multe aque ⁊ trahit pullos ſuos poſt, ſe
ſicut gregem. Cylon autem pullificat pꝛope ripā maris vbi
planus eſt locus ad quem ſemper poteſt percutere ventus
⁊ hoc animal etiam diſcurrit cum generatiōe ſua moꝛe gre
gis. kokoneoz autem ⁊ belenyz vadunt tempoꝛe ſue pullifi/
cationis ad loca pauce aque: ⁊ ſepe videntur conſequētes
vnam feminā. 13. vel. 14. mares ſicut faciunt canes poſt vnā
catulam: ⁊ quando femina eiecerit oua ſua ⁊ reuertitur ad
locum quietis ſue ſequūtur mares oua ⁊ eijciunt ſperma/
ta ſua ſuper ea. Maioꝛ autem pars ouoꝛum huius piſcis
dānatur eo ꝙ femina ouat vagando: ⁊ oua que exeunt in
impetu curſus aque dānantur niſi cadant in aliquam ma/
teriam herbe vel radicum retinentem ea donec complean/

tur spermatibus masculorum. Omnes autem masculi pi/
scium semen habere inuenti sunt: preter qdam genera que
babalon dicuntur de quibus supra fecimus mentionem in
quibus nec oua nec sperma inuenitur: ꝛ de istis generibus
est anguilla. Id autez genus qꝺ castonoz vocatur ascendit
a mari ad fluuium ꝛ paludes siue lacunas quãdo vult pul/
lificare. Maloz autem facit econuerso: quidam autẽ pisces
generantur ex limi putredine ꝛ arenarum sine coitu ꝛ ouis
ꝛ precipue in loco qui vocatur canideon. Iste eniz locus de/
siccari dicitur in ortu canis: ꝛ tunc purgatur a limo ꝛ putre/
dine: ita ꝙ nihil remanet in eo de ouis piscium preterito/
rum. Cum autem circa hyemem reuertitur ad ipsuz aqua
generantur in eo sine coitu pisces parui: ꝛ similiter fit in plu
ribus alijs aquis Germanie lacunalibus. Illi autem qui
in lacu qui calideon dicitur generantur sunt de genere fa/
staleoz ꝛ anguillarum: quia nullus eorum inuenitur babe/
re sperma lacteum aut ouum. In Asia autem in locis vbi
multa flumina intrant in mare sunt quidaz parui pisces in
quantitate piscium qui grece cayzata vocantur: ꝛ quidam
alij dictis similes. De quibus quidam dixerunt ꝙ omnia
genera eorum sicut fastinoz ꝛ anguillarum generantur sine
coitu ꝛ mentiti sunt de illis paruis hoc dicendo: quia iã vi/
se sunt femine ipsorum ouis fete ꝛ masculi inuenti sunt ple/
ni semine. Tamen est aliquis modus piscium qui fit ex pu
tredine limi ꝛ arenis. ¶ Ex dictis igitur est manifestũ ꝙ pi
sces quidam per se generantur non sine ouis ꝛ coitu: ꝛ qui/
dam generantur ex limo: ꝛ quidam generantur ex arena: ꝛ
quidam etiam sicut dicit Auicẽ. generantur ex vermibꝰ qui
lumbrici terre vocantur quando superuenerit eis aqua si/
cut enchelyz quã nos anguillam vocamus. In hac eñi non
apparuit masculus vel femina: quia falsum est qꝺ dicunt
quidam ꝙ ille que sunt longi capitis sunt mares. Oua etiã
que inueniuntur in eis tempore longe pluuie non inueniũ/
tur in loco ouoꝝ in ventre vel in matrice sed in collo: ꝛ ideo
sunt quedam superfluitates granulose similes ouis. Sz nõ
sunt oua ſm veritatem. Quidam autem etiam pisces gene
rantur ex putrefactione que natat super aquaz spumosa si/
cut affroz sic dictum: eo ꝙ ex aque virtute per putrefactio/
nem generatur: hoc enim ex solius aque quidem vi nõ gi/
gnitur: quia ex pura aqua nihil generatur ꝛ generatum nõ
habet semen: ꝛ quando pertransierit magnum tempus mo
rit̃ ꝛ generabitur ex eo piscis alius: ꝛ hoc genus piscis mo/
dicum est ꝛ valde paruz omniꝰ tempore: ꝛ hic piscis quiescit
a principio veris in autũno ab operatione piscium affroto/
toz dictorum: in estate autem ꝛ hyeme non generat: ꝛ ideo
nunq̃ potest generare: sed ex putredine nascunt̃. ¶ Signũ
autem ꝙ hoc animal ex terre putredine generetur est: ꝙ tẽ
pore frigido absconditur in terra: ita ꝙ venari non potest:
maior enim calor tunc est in terra q̃z in aqua vel aere ꝓpter
maiorem calorem aeris. In tempore autem calido sereno
aere propter maiorem calorem aeris ꝛ aque ascendit ex ter
ra: ꝛ tunc venari poterit. ¶ Est autem ꝛ alius modus gene
rationis quorũdam piscium qui cito crescunt ꝓpter totam
materiam putrescentem: que ſm totam sui quantitatẽ mu
tatur in piscem: hec autẽ generatio maxime fit in locis vm
brosis: ꝛ temperato tempore qꝺ educit calidum ꝛ humiduz
de eo qꝺ putrescit ꝛ non consumit ipsum: ꝛ fit in terra calefa
cta aliquantulum exhalante: ꝛ ideo plurimi talium pisciuz
generantur in locis qui dicuntur colonue ꝛ tomastochilia
ꝛ marescaz eo ꝙ in locis his spuma ex spiritu exhalãte plu/
rimũ generatur in tempore pluuie. Generantur eñi pisces
hi ex spuma que venit ex spuma pluuie propter qꝺ etiaz pi/
sces spumosi vocantur: cuius signum est ꝙ visus est piscis
iste ebullire in spuma tali sicut ebulliunt vermes in sterco/
re putrescente. Adhuc autem semper inuenitur iste piscis in
loco spume: ꝛ quando fuerit annus calidus pluuiosus inue
nitur abundantia piscis istius. Est autem adhuc aliꝰ mo/
dus piscium ex putredine generatorum cũ aque putrescen/
tis virtute: ꝛ hoc genus faucor nominat̃ ꝛ generatur ex pu/
tredine alterius animalis cuz aque virtute: ꝛ hoc vocatur
scarpohyon: generatur etiam a putredine malorum pisciũ
viscosorum sub terra habitantium: ꝛ etiaz ex eo qꝺ belby/
kinoz vocatur generatur piscis qui vocatur melinyxedez.

Sexto de nã aialiũ cap.15.

Similiter etiam ex animali qꝺ dicitur tongidez ꝛ ex eo qꝺ
vocatur tarichyon: generatur animal qꝺ vocatur targala
qꝺ est species generis piscis qꝺ vocatur achonyz: similiter
autem inuenit̃ in terra occumixe piscis qui vocatur ancha
ramolos. Adhuc autem aque vis putrefacta imputrescẽte
alio animali in ipsa habet aliũ modum pisciũ: ex merydon
enim ꝛ ex fastoreon putrefactis in aqua qdam speciales pi
sces generant̃. De animali autem qꝺ dicitur afforez qꝺ su/
perius sphericum siue emisphericũ diximus esse ꝛ substan
tiam eius esse sicut albũ oui ꝛ cuius medio due gẽme appa
rent magne sicut oculi dicit̃ ꝙ non talem habet generatio/
nem: sed ex ipsa potius generatur aqua aliquantulum pin/
guescente: ꝛ viuit tempore modico: ꝛ cadens super arenaz
dissoluitur in aquaz: ita ꝙ nihil remanet de ipso nisi parua
pars que est circa oculos eiꝰ: ꝛ caput qꝺ est in medio ipsius
vbi est substantie spissioris. Verũtamen experti in mari di
cunt hoc animal diu durare si saliatur qꝺ non sufficienter:
tamen probatũ est: sed si ita est: tunc fit hoc ex salis desicca/
tione. Videtur tamen mihi qꝺ potius ex sale dissoluitur:
quia sal liquescit ex aquositate ipsius. ¶ Aliꝺ aũt est genus
piscis vocatum attholos vel est thelos hoc est anguilla qꝺ
non generatur ex coitu: nec femina eius ouat: nec mas sper
ma habet: ꝛ per anathomiam in his animalibus non inue
nitur in mare via spermatis: neq̧ in femina inuenitur ma
trix: hoc enim genus ſm omnes suos modos inter sangui
nez habentia non generatur ex coitu: neq̧ ex ouis que sunt
in quibusdam sicut femina plantaruz sicut supra diximus.
Hoc aũt probatur ex hoc ꝙ aliqui lacus sunt in qbꝰ est lutũ
libeꝝ ab omni semine pisciũ: a qbꝰ si tota aqua auferat̃: ita
ꝙ non remaneat ibi nisi lutũ ꝛ supueniente aqua pluuie su/
per lutũ generatur statim anguilla ꝛ non inuenit̃ generari
in arido non lutoso. ꝛ signũ huiꝰ est ꝙ anguilla crescit ꝛ im/
pinguat̃ in lacubꝰ ꝛ aquis lutosis: qꝺ aũt viuit ex aqua plu/
uie signũ est ꝙ delectat̃ in ea: ꝛ ideo in pluuia venit ad aque
superficiem: ꝛ quando tonat natat in superficie aque q̃si sit
attonita ex pluuie delectatione: ꝛ tũc optime capitur. Ma/
nifestum est igit̃ ex his ꝙ anguilla nõ generat̃ ex coitu aut
ouis. Opinant̃ tamen qdam anguillas generari ex seinui/
cez: eo ꝙ in anguillis qbusdam aliquando inueniũtur ver/
mes parui filares ex quibꝰ putatur generari anguilla: sicut
ꝛ nos superiꝰ diximꝰ: ꝛ hi dicunt ꝙ anguilla non generat̃ ex
animali sed generat̃ ex eo qꝺ vocat̃ anthoron terre hoc est
terre intestinũ siue terre lũbricũ: qꝺ tamen dicit Auic. prin/
cipiũ esse sue generationis: hoc enim intestinũ per se gene/
rat̃ ex luto ꝛ terra humida putrescẽte. ¶ Adhuc aũt anguil
la est etiã i mari ꝑcipue in quo est nubes siue fumus aquo/
sus viridis: ꝛ inueniunt̃ etiam in ripis fluuioꝝ: eo ꝙ abun/
dat in eis calor ex repercussione solis que inducit putriduz
in luto locoꝝ illoꝝ: ex his igit̃ ꝓbabiliꝰ generari videt̃ ꝛ nõ
ex vermibus filaribus longis qui ex aliquo vitio comple/
xionis eius in ventre suo inueniunt̃ aliquando.

De gñone anguillaꝝ. 6. de nã aialiũ cap. 16.

Nõ ex quo anguille gñant.

## ¶ Cap. 3m. De tempore coitus ꝛ impregnationis piscium ouantium ꝛ non ouantium.

Sexto de nã aialiũ cap.17.

CIrca tempus ṽo generationis pisciũ est diuer
sitas: quoniam non omnes fetum faciũt in tẽ
pore vno neq̧ in loco vno: ꝛ huiꝰ signuz est q̃si
singulis mensibꝰ in mari apparere alios ꝛ ali/
os pisces per mare discurrentes: non eniz oẽs
eodem tempore ouant ꝛ pullificant: neq̧ tem/
pus impregnationis eoꝝ est vnũ ꝛ idez ante tempus: tamẽ
coitus hoc cõmuniter habẽt ꝙ vagant̃ mares ꝛ femine: si/
cut grex qdam sicut apparet in allec ꝛ in omnibꝰ alijs pisci/
bus. In tempore aũt coitꝰ ꝛ partus grex separat̃ ꝛ ambulãt
par ꝛ par masculus cũ femina: nisi in paucis in qbꝰ plures
mares sequũtur feminã vnam. qdam etiam eoꝝ post cõce/
ptũ impregnant̃ per dies. 30. ꝛ qdam per minus tempus q̃z
30. dies: ꝛ similiter omnes pullificant diuerso tempore per
septimanas ꝛ mẽses anni. Genus aũt qꝺ dicit̃ zybo per lõ/
gũ tempus impregnat̃: baroz aũt in mense impregnat̃ q fe/
rideon vocat̃ qui malꝰ dicit̃ a latinis sicut apꝺ nos impre/
gnat̃ barbellus: ꝛ tẽpus impregnatiõis baroz est. 30. dieruz
sicut ꝛ multoꝝ pisciuz alioꝝ: ꝛ tẽpus impregnationis gyloz
qui piscis est quedam spẽs generis qꝺ fastoreon vocat̃ est

dies. So. idem aũt est tempus impregnationis eius qđ mar chalyon vocatur. ⁊ ambo ista genera impregnantur apud ortum stelle que argon vocatur ⁊ oritur parũ post plyades. Omnes aũt isti modi pisciũ ⁊ omnes etiã alij vniuersaliter pisces infirmant̃ quãdo pullificant ex humoris nutrimentalis multa destitutione. ⁊ huius signum est ꝙ post pullificationem cadunt iacentes in fundo super terram. Infirmant̃ aũt similiter quando indigent coitu ex pondere humorum superfluoꝝ. Uniuersaliter aũt omnes pisces in tẽpore pullificationis ante coitũ multũ vagant̃ in motu: fastoroz tamẽ facit hoc plus oĩbus alijs piscibus ⁊ apud nos allec ⁊ postq̃ pullificauit quiescit. In multoꝝ aũt pisciũ matricibus ex putredine humoꝝ generant̃ vermes alati qui destruunt oua impregnationis. ⁊ ideo in tẽpore sue pullificationis nõ pullificant: renzi võ piscis vocatus in vere pullificat ⁊ precipue circa equinoctiũ vernale. alij aũt ab hoc plurimarũ specierum pullificant in estate: quidã etiã pullificãt circa equinoctiũ autũnale. piscis aũt vocatus kakaloz post omnes istos pullificat sicut ⁊ apud nos facit allec ⁊ id qđ squame vocat̃ ⁊ de datia venit. Scit̃ aũt hoc ex eo ꝙ pulli eius semper apparent vltimiores pullis piscium alioꝝ. Fastoron aũt ante hunc pullificat. Celeti aũt in multis locis mariuz pullificat in principio estatis ⁊ alicubi pullificat in vere vbi est locus calidior. dolochyez aũt dictus in estate pullificat ⁊ post euz gerachyo karoz labetoz ⁊ cymalles: quem cymallẽ grece: latine aũt vmbram vocamus. Omnia aũt que sunt sub generibus komeryz ⁊ taryda ⁊ farachymoz vltimo post omnes alios pullificant qui vt greges congregant̃ ante coituz. In autũni aũt fine pullificant. Taryda aũt pullificat super lutũ ⁊ ideo sepe remanet diu semen eius iacens super lutuz. Faraconoz aũt pullificat caygrigylos ⁊ pullificat super harenã ⁊ impregnatio eius durat longo tempore. Mendoz aũt pullificat post tropicũ estiualẽ. Alij võ pisces qui frequentius habitant in profundo maris pullificant in estate quãdo vsq̃ in profundũ mare est calefactũ. Signũ aũt huius est qm̃ illo tempore non capiunt̃: eo ꝙ ad profunditatẽ maris se retraxerũt. Pulli aũt piscis meniz vocati pauciores inueniũtur pullis pisciũ alioꝝ: eo ꝙ plurima pereunt de ouis eius. Est aũt quoddã genus marinoꝝ animaliũ celeon vel celeti dictoꝝ cuius species plures ranas pullificant in prima generatione: pauce tamẽ sunt rane ille in mari: q2 paꝝ viuũt: eo ꝙ ex corruptione nascunt̃. Similiter aũt dicitur ꝙ celeti paucoꝝ est pulloꝝ ⁊ precipue quãdo generat animal sibi simile: q2 non saluat̃ nisi quãdo ad magnitudinem creuerit. Sepe aũt perit in prima etate infantili: ⁊ piscis qdam qui dicit̃ beleny vltimo pullificat: ⁊ hz propriũ hoc genꝰ ꝙ plures partes eius findunt matrem siue ventrem ⁊ matricem quando exeunt de matre propter vteri artitudinem. Pulli aũt inueniunt̃ circa matrẽ suã belenyz sicut fatigia q̃dã circa matrices q̃si mouentes se in matrice ⁊ collidẽtes. ⁊ iđ sepissime accidit ꝙ pulli bullon fugiũt matrẽ exacerbatã sup eos ꝓpter vteri dolorẽ. Parit aũt hoc genus piscis qñ fricat ventrẽ ad harenã: eo ꝙ ĩpregnat̃ de pullo ⁊ nõ ouat: añ hoc aũt aliqñ scindit̃ tũ ex pinguedine tũ ex impregnatiõe. Periodus aũt vite eiꝰ est duoꝝ annoꝝ. Signũ aũt huiꝰ dicunt esse marinarij experti ꝙ quotiẽscũq3 pullificãt in vno anno semine huiꝰ aĩalis totiẽs in sequẽti anno paucissime femine eiꝰ superuiuere inueniunt̃. Hoc etiã accidit in aĩali qđ rathion qdã vocãt. Est aũt opinio quorũdam marinarioꝝ ꝙ rochyo in altero anno abundat ⁊ pluris est numeri q̃3 id qđ vocat̃ gylemedez qđ nos latine meladã vocamus. Rochyon aũt ⁊ aĩal dictũ theocorinon coeunt in fine mensis kyobolianez hoc est aprit̃. ⁊ facit oua dura q̃si in testis. Rochio aũt subito crescit ⁊ auget̃: ⁊ cũ iste piscis pullificat in mari conytoz inuenit̃ cito: ita ꝙ iam creuit ⁊ factꝰ est magnus: ⁊ vocat̃ iđ ab aliquibꝰ cito fideleos hoc est augmẽtatiuus: p̃cipue tñ citius crescit in constantinopoli. Apparent aũt ambo hi pisces in autũno ⁊ in ꝓfundo maris abscõdit̃ natans in vere sicut facit kylamodez qđ nos murenã vocamus. Omnes aũt alij pisces pro maiori parte cito recipiũt incrementũ ꝓpter humiditatẽ ⁊ similitudinẽ cõpositionis corpoꝝ suoꝝ: ⁊ maxime pisces qui sunt in mari conytoz qđ dicit̃ esse mare aquilonis. in illo enim maiores pisces inueniunt̃: piscis etiã qui demos vocat̃ in vno die crescit: ita ꝙ apparet incrementũ eiꝰ. Ex omnibꝰ aũt dictis existimanduz est tempus impregnationis ⁊ coitus pisciũ nõ esse vnũ neq3 idem esse tempꝰ impregnationis ⁊ pullificationis. diuersum enim est in omnibꝰ preinductis: sed ⁊ loca pullificationis in multis ex ipsis sunt diuersa. Foranico qdez enim pullificat in pluribus locis tempore messionis segetũ: ⁊ inueniunt̃ dicti pisces in illo tempore multe ⁊ magne impregnationis: sed hoc non apparet in omnibꝰ locis: q2 nõ in omnibus locis pullificat: sed in pluribus. Scitur autem impregnatio ipsius ex pinguedine eius ⁊ oua eius sunt. q. inꝰ vagina disposita in matrice: sicut etiaz alijs accidit piscibus: sed cuz ponunt̃ super ignem liquescunt primo exterius vbi adheret eis pinguedo: ⁊ quãdo inualuerit calor super ea induratur pellis ⁊ in ipsa vaporat humiduz seminale: ⁊ querens locum ampliorem dissilit ouum cum strepitu magno: ⁊ hoc precipue faciunt oua allecis. Sunt autem quidam pisces grece onagri: latine autem aselli vocati qui loco ouorũ habent multã pinguedinez ⁊ non habent oua aliqua. Quidam autem habent econuerso oua ⁊ non pinguedinem: eo ꝙ nõ nutrimẽtũ eoꝝ trãsit ĩ oua. Hec igit̃ dicta sint de gñatiõe volatiliũ ⁊ natatiliũ ⁊ eoꝝ q̃ ambulãt ⁊ natãt simul ⁊ de coitu eorũ ⁊ partu ⁊ pullificatiõe matrũ dictũ sit ad pñs.

¶ Tractatus tertius sexti libri aĩaliũ de generatione gressibilium generantium sibi similia.

¶ Cap. pᵐ. De zelo ⁊ pugna animaliũ tempore coitus: ⁊ de coitu ⁊ superfluitatibus feminaꝝ ⁊ tẽpore impregnationis.

Consequenter autẽ per eundez modũ dicendũ est de animalibus gressibilibus sibi similia ex vtero animalia generantibꝰ ⁊ de homine: de omnibꝰ eniz his que accidũt generationi ⁊ coitu eoruz ſm eũdem moduz iam ante in prehabitis de coitu ipsoꝝ vniuersaliter locuti sumus. ⁊ tetigimꝰ etiã particulariter de coitu aliquoꝝ. Uniuersaliter igit̃ dicentes desideriũ coitus ⁊ delectatio in coitu accidit omnibꝰ hmõi animalibꝰ ⁊ omniũ eoꝝ feminis maluz est valde: si mares cũ eis coeant in tẽpore partus: qm̃ tunc nimis prouocat̃ matrix ⁊ forte eijcit fetũ ante tempꝰ. Accidit etiã masculus taliũ aĩaliũ cõmuniter zelũ habere ⁊ inuidiam adinuicẽ tempore coitus pro vsu femine: ⁊ ideo qdã eoꝝ cõrixant̃ sicut apri ⁊ student ad indurationem coriorũ suoꝝ vt minus ledant̃ cõfricãdo se ad arbores vt induret̃ coriũ: ⁊ postea intrando in lutũ: ⁊ postea cũ desiccatũ fuerit lutũ super duram pellem conrixando congrediunt̃: ⁊ aliqñ intãtũ se vulnerant ꝙ aut ambo moriunt̃ aut alter. Similiter aũt tempore zeli coitus pugnãt tauri ⁊ capri ⁊ arietes ⁊ maxime syluestres: q2 illi plures sunt tunc circa feminas: ⁊ omnia hec animalia ante tẽpus coitus simul pacifice ambulant. Tempore autez coitus diuidunt se ⁊ pugnant: eo ꝙ quodlibet illoꝝ pre alio querit saluari in filijs ⁊ coitus habere delectationem: camellus etiã masculus valde malus est tempore coitus: ⁊ ledit omne animal ⁊ hominẽ tunc tẽporis appropinquantem. Similiter autem faciunt lupi et canes: raro tamen pugnant lupi ⁊ canes propter pluralitatem luparum ⁊ catularũ. harũ enim facit pluralitas qđ non congregantur in magnum gregem tempore coitus: sed diuidunt̃ aliquot sequentes lupaz vnam ⁊ aliquot sequentes aliam. Lupi aũt valde sunt mali quãdo habent filios propter timorem ⁊ custodiam filioꝝ: ⁊ similiter faciunt femine canum. Idem etiaz faciunt elephantes syluestres. tempore enim coitus pugnant: ⁊ ideo dicit̃ ꝙ quando Indi nutriũt elephantem feminam ⁊ domesticant non permittũt ꝙ masculus accedat ad eam: q2 in coitu quasi syluestris efficit̃. et tũc diruũt domos debiles veteres ⁊ ruinosas ⁊ alia multa mala damnosa faciunt. Domestica aũt animalia coitũ frequentantia sepius q̃3 syluestria non sunt adeo mala tempore coitus sicut porci ⁊ canes ⁊ precipue eque ⁊ vacce. Eque autem plus alijs feminis animalium desiderant mares: et ideo etiam aliorum animalium petulantia ad equaruz nomen defertur: ⁊ ideo equam vocamus feminam luxuriam appetentem ⁊ dicimus eas esse anadomenas hoc est hinnientes: q2 hinnitu proditur eque desiderium ad coitum.

Sexto de nã aĩaliũ cap. 18. in pho.

Propter qđ in prouerbio alioꝝ aĩalium petulantia ad equaꝝ nomẽ trãslata est.

in ꝓuerbio enim Hesiodistarũ dicit̃ ꝙ in tẽpore coitus in/
trant in eas spiritus in concubitus ⁊ multiplicant̃ in eis. et
ideo in tempore coitus mares a feminis diuidunt̃: etsi non
diuiderent̃ mares a feminis in tempore illo accideret mor
bus maribus ex spiritu resoluto a feminis: ⁊ illo tẽpore fe/
mine semꝑ peruagant̃ in circuitu currentes. Tale quid aũt
etiã accidit porcis ex simili egritudine ex vicinitate ad por
cas. Precipue aũt accidit hoc porcis regionis farkarim. ta
li enim spiritu clauso in matricibus ⁊ vuluis porcaruꝫ non
ambulant ad orientem vel occidentẽ: sed ad septentrioneꝫ
aut ad meridiem ⁊ quandocũqꝫ hoc accidit eis non dimit/
tunt aliquem sibi appropinquare quousqꝫ fugiant in locuꝫ
remotũ aut intrauerint mare ad se refrigeranduꝫ: ⁊ postqꝫ
in eis resederit huiusmodi spiritus exit ex eis quidã simile
ei qđ erit aliquando cũ embrionibus qđ vocat̃ hychome/
nẽ qđ interpretat̃ animal ingenij in nigromantia a grecis:
a latinis aũt medicis nigromanticis vocat̃ harpa ⁊ est fru
stum sicut buffo formatũ: ⁊ assimilat̃ stercori in substantia:
⁊ nigromantici querunt ipm̃ pre omnibus ad complenduꝫ
animos feminarũ. Tempore aũt coitus animalium vnum
applicat̃ alteri: ⁊ in descensu delectationis continue mouẽt
caudas ⁊ mutantur in hoc tempore sue voces: ex desiderio
enim plus vociferant ⁊ acutiori voce. A matricibus aũt fe
minarũ currũt humores similes spermati: sed est subtilior
humor spermate maris: sicut in oib⁹ sperma femine aquo/
sius est spermate maris. ⁊ quedam habent humorẽ decur/
rentem vocatum grece fomeroꝫ aut aquam spermaticam:
sed nõ eodem nomine vocant sperma femininũ qđ in par/
tum conuertitur: graue tamen est inuenire hoc: eo ꝙ femi/
ne talem humorem cũ vrina emingunt: sed humiditas hec
eo ꝙ desiderio coitus iam attracta est ad colluꝫ vulue ante
vrinã egredit̃. ¶ Vaccarũ aũt femine tempore coitus assi/
milantur maribus in hoc ꝙ saltant super alias vaccas ac
si sint mares: ⁊ discurrũt ac si sint syluestres: ita ꝙ quasi in/
domabiles sunt a pastoribus: nec in pascuis possunt conti/
neri. Manifestat̃ aũt desideriũ coitus earum per tumoreꝫ
inguinum ⁊ vuluarum ⁊ per frequentes mugitus quos tũc
emittũt. ante coitum enim quando sunt in desiderio coitus
mingunt vacce. saltant etiam tunc supra tauros prouocan/
tes eos ⁊ sequentes eos stant cũ eis. ¶ Equi autem femi/
nas secum pascentes cognoscunt ex odore ⁊ precipue quã/
do sunt in concupiscentia propter spirituꝫ qui tunc egredit̃
ex ipsis: ⁊ cuꝫ plures coniuncti sunt equus volens coire eij/
cit equam a comitatu equoꝝ ante coitum modico tempore
⁊ tũc eque sollicitantur ad equi concubitum. Adhuc auteꝫ
vnus equus lasciuiens stabit aliquando cum equabus plu
ribus cum quibus coire consueuit: etsi aliqua feminarum
suarũ adiungat̃ alij equo preliabitur primus cũ illo ⁊ effu/
gabit eum: etsi reuertatur iterum denuo preliabit̃ nec cessa
bit nisi eijciat eũ vel eijciatur ab ipso: q̄r primus equus do/
minum se reputat equarum sibi coniunctarum. Similiter
autem taurus qui ante tempus coitus solitarius pascit̃ ap
propinquante tempore coitus pascitur cũ vaccis ⁊ tunc pre
liabitur cum omnibus tauris appropinquantibus. Tauri
aũt qui pascuntur in syluestribus ⁊ syluestres sunt solitarij
pascuntur: ita ꝙ sepe latent per tres menses quando nõ est
tempus coitus ipsorum. Uniuersaliter autem omnes ma/
res illius generis qđ multarum est specierũ sicut est genus
bouis. sunt enim boues ⁊ bubali ⁊ vri ⁊ vuescendi ⁊ boues
barbari ⁊ alia plura genera habent hoc proprium ꝙ sepa/
rantur a feminis ⁊ pascũtur solitarij nisi tempore coitus: ⁊
multa sunt talia de quadrupedibus syluestribus ꝙ quãdo
mares veniunt ad etatem perfectam solitantur ⁊ pascunt̃
separati a feminis nisi quando volunt coire. Porce autem
quando multum desiderant coitum tunc mouentur intan/
tum ꝙ accedunt ad homines: ⁊ hoc etiaꝫ accidit alijs qui/
busdam feminis animaliũ: ⁊ hoc genus concupiscentie vo/
catur a nigromanticis kakaran qđ sonat noduꝫ aut vincu/
lum spiritus: ⁊ quando desiderium hoc multuꝫ inualescẽs
acuitur vehementer querunt coitum ⁊ exibit ab eis humi/
dum qđ prediximus hychomeneꝫ vocari ⁊ est humiditas
alba. ¶ Aliquando autẽ etiam huiusmodi feminis anima/
lium accidit menstruum. non tamen ſm modum qui acci/
dit mulieribus. Nulli enim omnino femine animalis acci/
dit redeunte preuentione aut coniunctione solis ⁊ lune nisi
mulieribus solis: sed oues ⁊ capre aliquando menstruant
ante coitum ⁊ eijciunt modicũ humidi menstrualis ⁊ dein
de cessant vsqꝫ ad partum: ⁊ tunc ante partum incipit appa
rere per qđ etiam pastores cognoscunt instare tempus par
tus earum. In partu etiam ipso a multo menstruo euacuã/
tur: ita ꝙ partus totus est sanguinosus: sed alijs tempori/
bus non apparet menstruum harum feminaruꝫ animaliũ.
Vacce autem ⁊ asine ⁊ eque multum euacuantur ex magni
tudine corporis sui: in desiderio tamen coitus exit aliquã/
do de vacca forte manus plena menstrui vel parum plus: ⁊
per hoc cognoscit̃ instare tempus sui coitus. partus autem
equarum melior est ⁊ facilior ⁊ mundior omnib⁹ partubus
animalium quadrupedum. Generaliter autem in omnib⁹
feminis superfluitates corporum sunt minus post partum
in eis qꝫ ante partum: lꝫ maxime per partum eque munden
tur. Sicut autem in talium animalium feminis paucuꝫ est
menstruum: eo ꝙ transit in magnitudinẽ corporis ⁊ pilos:
ita etiam in masculis propter easdeꝫ causas paucũ est sper/
ma respectu quantitatis corporum ipsoruꝫ: precipue tamẽ
in feminis vaccarum ⁊ equaruꝫ apparet menstruũ in qua/
drupedibus ⁊ redditus situs suus non est quolibet mense:
sed potius in quatuor aut sex mensibus ⁊ parum distillat: ⁊
ideo difficulter hoc scitur nisi a pastoribus continue obser/
uantibus tempore earum: ⁊ ideo etiaꝫ opinio vulgi est has
non menstruare feminas. ¶ Mule autem nõ menstruant
omnino: sed purgantur vrine sue spissitudine. Uniuersali/
ter enim superfluitas humida que vrina vocatur a vesica
quadrupedum descendens multo est spissior qꝫ sit superflui
tas humida vesice hominis ⁊ ideo purgantur plus per vri/
nam qꝫ homo. vrina vero asinarũ econtra subtilior est qꝫ vri/
na asinoruꝫ: ⁊ vrina vaccaruꝫ valde est acuta: ⁊ omne qua/
drupes habet vrinam spissiorem post partum qꝫ ante par/
tum ⁊ precipue si menstruet cuꝫ vrine emissione. Similiter
autem ⁊ lac primuꝫ quod est in principio coitus aut partus
est simile vrine. Elongatum autem aliquantulum a partu
est bonum. Adhuc autem capre ⁊ oues ⁊ vacce pinguiores
efficiuntur post impregnationem. ¶ Omne autem qua/
drupes vt in maiori parte desiderat coitum in vere: tamen
tempus coitus eorum diuersatur ſm diuersitatem locoruꝫ
⁊ pascuorũ: quoniam in nostra habitatione Gallie ⁊ Ger
manie tempus partus talium est ante ver ⁊ in principio ve
ris: ⁊ tempus coitus eorum est in autumno per contrariuꝫ
eius quod dictum est: sed in locis calidis in quibus tempe
rata est hyems coeunt in principio veris ⁊ pariunt in autũ/
no. Porci autem domestici per quatuor menses impregnã
tur ⁊ faciunt aliquando simul. zo. filios ad plus: sed quan/
do tot pariunt non poterunt omnes lactare. Lꝫ autem an/
tiquentur femine nichilominus pariunt simul multos: sed
tardatur tempus partus eorum plus qꝫ in iuuenibus ⁊ tar
dius appetunt coituꝫ: neqꝫ omnes filios pariunt ex vno coi
tu: sed potius mares sepe saliunt feminas: ⁊ post coituꝫ ali
quando exit ex appetitu quem kakaraꝫ vocauimus id qđ
vocatur animal ingenij. Occasio autem diminuens vel cor
rumpens fetuꝫ vocatur ab antiquis marthuoron quod est
vitium matricis: ⁊ hoc accidit in qualibet parte matricis.
Cum auteꝫ porca peperit primo nato filio dat mãmam pri/
maꝫ ⁊ sic de alijs filijs dat ordinate mãmas: aliquando ta
men hoc non accidit. ¶ Adhuc autem porca quando mul/
tum appetit coitum non dimittit saltare marem super eaꝫ
donec declinent auricule ei: quia tunc incipit affluere sper/
ma ⁊ tunc sufficit ei semiconcubitus ad conceptum: etsi por
ce forte nõ descendit semen ꝯcubitus in delectatione quã/
do descendit a masculo: motu corporis impedit descensuꝫ
spermatis masculi ⁊ retardat cõcubitum vt semina vtriusqꝫ
in concubitu coniungantur. Ordeum autem eo ꝙ est in/
flatiuum est bonus cibus masculo porci saltanti feminam.
Ordeum autem coctum est bonus cibus scrophis impre/
gnatis. ¶ Adhuc autem quedam porce bonos pariunt por
cos in iuuentute: quedam auteꝫ non tunc sed ineunte eta/
te perfecta. Quidam autem homines dicunt porcos mori
quando altero oculoruꝫ orbantur: ⁊ hoc frequenter ⁊ non
semper contingit. Uita autem porci vt frequentius est. z5.
annorum.

Mule nõ menstruant ſꝫ sue vrie spissitudine expurgant

¶Cap.2ᵐ De regimine coitus ⁊ impregnationis ⁊ partus animalium quadrupedum.

Sexto de nā aialiū cap, 19.

Animalium etiam quedam genera duces ⁊ rectores sibi datos sequuntur: quoniam pastores ouium in quolibet grege rectorem vnum aut plures ponūt quibus campanas alligāt: ⁊ cum pastor nominat hos rectores nominibus proprijs appropinquāt ei. Hec autem nomina ab infantia cōsueuerunt audire a pastoribus. Oues autem que sunt in partibus calidissimis prope Ethiopiaz viuunt per.13.annos aut.14.⁊ capre illarum regionū viuūt per.10.annos aut.11.oues autem ⁊ capre frequentant coitū per totam vitam: quia vita eorum non adeo prolongat̄ ꝙ exiccetur humidum seminale in ipsis aut ꝙ extinguat̄ mouens ad libidinem calidum.⁊ aliquādo pariunt gemellos si cibum habuerint conuenientē maxime si aries aut caper talis sit nature in abundantia spermatis ꝙ gemellos consueuerit generare: ⁊ si mater similiter hanc consuetudinem habuerit ex abundantia humiditatis ⁊ motus matricis in delectatione concubitus: quedam etiam ouium ⁊ capraruz gignunt mares ⁊ quedam feminas. Cōtingit eniz aliquādo ꝙ si impregnentur stantes contra impetum venti septētrionalis generabunt mares: ⁊ si vertantur in coitu contra meridionalem ventum generabunt feminas propter euaporationem caloris spermatis per poros coeuntium quos restringit aquilonis frigiditas. Quib⁹ autez illis qui duabus diuisis vicibus coeunt consueuerunt pastores industri posteriorare concubitum ⁊ retardare: eo ꝙ femine non expectant masculos in concubitu donec descendat semen masculi: sed statim vbi suum descenderit semen abijcit marez ⁊ ideo impediunt pastores feminas ne duabus vicibus in coitu masculus ⁊ femina emittant sed simul: tunc enim valebit concept⁹. Ex industria enim pastorum multuz variatur fetus ouium: ita ꝙ ille que consueuerunt facere mares faciunt feminas ⁊ econuerso: ⁊ fiunt fetus earum aliquando nigri: aliquando albi.⁊ hoc indicat̄ in coloribus venarum sub lingua arietis aut ouis existentium: quoniam si ille vene in parentibus sint albe: albos facient fetus: ⁊ si fuerint nigre nigros fetus efficiunt: ⁊ si fuerint varie varij fet⁹ efficiuntur: ⁊ si fuerint rubee facient fuluos ⁊ rubeos: oues etiam potantes aquam salsam anteriorant concubituz: sic igitur se habet de regimine ouium. Pastores autez capris duces ⁊ rectores non ponunt quoniam sunt naturaliter velocis ⁊ leuis discursus ⁊ non sequunt̄ vnum. ¶Dicunt aūt expertiores pastores ꝙ quando in aliquo anno oues antique determinato tempore frequenter mouentur ad coituz est significatio profectus ouium ⁊ anni fertilitatis: eo ꝙ nō incitarentur determinato tempore nisi vtiliter temperate se habentibus signatoribus eiusdem anni. Si autez in eodem tempore determinato moueantur ad coituz iuuenes ⁊ nō senes est significatio pestis super oues ⁊ super alia animalia: qꝛ intemperies signatorum anni caloreʒ complexionalem incendit ⁊ consumit humidum vel corrumpit ipsuz.

Sexto de nā aialiū cap.20.

¶Canes autem sunt valde multorum modoꝝ plus ꝙ̄ aliqua alia nota species animalis. Canis vō altus retro in lūbis strictus ⁊ magnus in pectore ante qui leporarius vocatur coire aliquando incipit octo mensium existens. Quidā autem canum coeunt quando crus ad mingendum eleuare incipiunt: ⁊ femina canum quidam frequenter concipit aliquem natorum ex vno saltu: catula etiam leporarij per 60.dies impregnatur qđ tempus est sexta pars anni solaris: ⁊ forte impregnat̄ vno aut duobus: aut tribus: aliquando plus aut minus dicto tempore: ⁊ filij eius non aperiunt oculos: sed quasi ceci sunt.12.diebus ⁊ incipiunt saltari femine secundo post partum sexto mense: ⁊ forte citius quādo abundat cibus eius conueniens. Quedam autem catularum.72.diebus impregnantur qđ est quinta pars anni: ⁊ filij istarum erunt quasi ceci per dies.14.quedam autē per tres menses impregnātur quod est quarta pars anni: ⁊ filij istarum quasi ceci stant diebus.17. Catule autem aliquando menstruant per reditum.7.dierum.⁊ huius signū est: ꝙ in tempore illo apostemant̄ ora exteriora matricum earū ⁊ tunc propter lesionem vuluarum non appetunt coituz: post partum autem catule eijciunt humiditatem grossaz multam flegmaticam: ⁊ ideo macrescunt post partum. Lac aūt inuenit̄ in canib⁹ ante partū per.5.dies ⁊ in quibusdā aliquando per.7.sed lac qđ est post partum earū est ꝯueniēs. Catule autem leporarij post coitus conceptum habent lac post.30.dies: qđ primo est valde spissuz ⁊ postea subtiliat̄. Lac autem canis generaliter est spissius omni lacte preter lac porcoꝝ ⁊ lepoꝝ. Signa autem pubertatis canum quando etatem habēt coeundi sunt determinata sicut signa hominis quoniam mamille catularum tunc tumescunt ⁊ inuenit̄ tunc apparens cartilago que est in inferiori pectoris earum: sed hoc difficile est cognoscere nisi ab eo qui exercitatur in talibus: quoniam hec significatio nō est valde manifesta visui. Hec aūt signa nō accidūt marib⁹: sed potius habent signū potentie coeundi qđ eleuāt plus crus in mingendo. Hoc aūt post sex aut octo menses vt in pluribus facere consueuerunt ⁊ vniuersaliter postꝙ̄ vigorescunt coeūdi potentiam. Omnes aūt femine omniū diuersitatū canū sedent hoc est ac si sedere velint se disponunt quando mingunt: quedā tamen catula visa est eleuare crus in mingendo: eo ꝙ multum habuit de calore masculo ⁊ siccitate. Canis aūt aliquando generat.12.filios: sed vt frequentius generat quinque vel sex. Ego tamē vidi catulam proferre simul.19.⁊ eadē alia vice protulit.18.⁊ tertia vice protulit.13.⁊ erat nigra magna corpore ⁊ erat de genere canuz qui mastini dicunt̄. Jam etiam sepe visum est ꝙ catula aliqua non peperit nisi vnuz solum: ⁊ hoc accidit paruis valde catellis qui sunt in finibus dominarū nutriti: qꝛ in vteris suis plures tenere nō possunt: ⁊ cum plures concipiunt frequenter moriuntur. Leporarie autem vt in pluribus ad plus octo parere consueuerunt. Dum viuunt autem huiusmodi canes semper quasi coitu vtunt̄. Proprium aūt habent leporarij masculi ꝙ magis possunt saltare feminas post laborē ꝙ̄ in quiete nisi sit labor immoderatus: ⁊ hoc ideo est quia corpora eorum sunt magna ⁊ humiditas eoruz dissoluitur ⁊ calefit per motum ⁊ tunc mouētur ad libidinem. Est aūt vita maris leporarij vt frequentius.10.anni ⁊ vita catule eius.12.anni propter hoc ꝙ minus laborat. Maior autem pars canum aliorum per quatuordecim viuit annos: inuenitur tamen aliquis viuere.20.annis.⁊ ideo bene dicunt Homerum dicere in hoc ꝙ cani dedit vite annos viginti. Quod autem mares leporariorum minus viuunt ꝙ̄ femine eoꝝ propter laborem est vt diximus: ⁊ hoc alijs canibus non accidit qui non ita exercitantur ad cursum post feras syluestres. in alijs enim nō ita assidue currentibus vltra vires mares plus viuūt ꝙ̄ femine. Canes etiaz non eijciunt dentes nisi illos qui canini vocant̄ ⁊ locū obtinent culmoꝝ. hos enim vno modo eijcisit ⁊ mas ⁊ femina post quatuordecim menses: ⁊ ideo qdam opinati sunt canes dentes nō eijcere. alij autem opinati sunt qđ eijciunt omnes: ⁊ neutri sunt veritatem opinati: qꝛ non eijciunt nisi culmares sicut diximus. Etas etiaz eoꝝ per dentes cognoscit̄: qꝛ iuuenes canes habent dentes albos sicut etiā in antehabitis libris diximus ⁊ sunt acuti valde dentes iuuenū. Senū aūt dentes sunt fusci ⁊ obtusi consumpti in ossib⁹ que rodere consueuerūt.

Quid se vidit se fateat̄ de catula.

Sexto de nā aialiū cap.21.

¶Amplius aūt in vno solo concubitu taurus implet vacce matricem: sed saltus eius super ipsaz est grauis: eo ꝙ oportet feminam incuruari.⁊ hoc maxime tauris accidit qui in etate sunt deficiēte. Femina autem vacce aliquādo per viginti dies continue desiderat coitū. Tauri aūt antiquati vna die super vnam vaccam non saltant multotiēs coeūtes nisi magna quiete iterposita. Juuenes aūt vna cū eadem vacca coeūt multotiens ⁊ aliquando cum pluribus coeūt vna die: aliquando etiam pugnant tauri pro vaccis ⁊ qui vicerit saltat feminam. Cum aūt debilitatus fuerit propter multitudinem coitus reditis qui prius victus fuerat ⁊ pugnat iterato contra victorem: ⁊ qui tunc iterato vicerit saltat iterato feminam. Tauri aūt ⁊ vacce coitu quidē vtuntur immaturo semine post vnum annuz vel forte post octo menses: sed tempus conueniens coitui eoruz ⁊ partui maturato iam semine est post bienniū aut etiam trienniū. Tempus autē impregnationis vacce est per.9.menses: ita ꝙ parit in decimo: propter qđ quidam opinant̄ vaccas impregnari per decem menses: etsi pariat ante hoc tēpus non viuet partus: eo ꝙ sue vngule non sufficienter indurant̄ et

complentur. In maiori autem parte vacca parit vnum aut
forte duos ⁊ raro tres: ⁊ vita vaccarum vt in pluribus est
15. anni: ⁊ ad eandem etatem etiam tauri nõ castrati perue/
niunt. Quando autem castrantur viuunt aliqui eorum per
viginti annos ⁊ plus si corpora habuerint fortia ⁊ non mul/
tum elaborata. Tauris autem ⁊ vniuersis boum armentis
a pastoribus ponuntur rectores sicut ⁊ ouibus: ⁊ illi quãdo
minantur a pastoribus viuunt diutius propter meliora pa/
scua que accipiunt. Taurus autem terminum habet sue iu/
uentutis quando est in etate quinque annorum: ⁊ tunc inci/
pit consiccari: ex hoc etiaʒ bene dixit Homerus taurum in
robore suo qnque annorum esse dicens. Mutat auteʒ den/
tes taurus post duos ãnos: sed nõ omnes eijcit simul sicut
nec equus: ⁊ quando accidit ei morbus in pedibus nõ eij/
cit vngulas sicut facit equus sed mutantur pedes in figura
vngularum valde. Vacca autem post partum aliquantulũ
habet lac bonum: sed ante partũ nõ habet lac nisi forte mo/
dicum. Adhuc autem cum primum lac qđ coniunctum est
partui coagulatur efficitur sicut lapis si cum aqua in coagu/
latione misceatur. Adhuc autem vacca puella vnius anni
nõ copulat se cum masculo ad concubitum nisi ƀm miracu/
lum qđ attendunt augures ⁊ aruspices: hoc enim nimiaʒ
futurorum figurat imutationem. Accidisse autem iam dici/
tur ꝙ due vacce etatis decẽ mensium cõiunxerunt se ambe
masculis ad concubitũ. Maior autem pars vaccarũ copu/
lare se consueuit in mense Augusto vel parum post in men/
se Septẽbri: quedam tamen etiam in autumno impregnã/
tur. Quedam autem plurime vaccarum impregnantur: et
omnes fecunde multos pariunt fetus: dicũt esse signũ hye/
mis future valde pluuiose: siccitas enim animalis nõ tam
vniuersaliter abundaret humore naturali nisi iam anni si/
gnatores pro maiori parte ⁊ maioribus virtutibus ad hu/
morem mouerent ⁊ huiusmodi: ⁊ diuinationem dicit Pto/
lomeus in centilogio a secundis stellis esse acceptam ⁊ cer/
tissimam esse. Taurus autem maturo semine incipit coire
post duos annos similiter vacca vt diximus: ⁊ ante hoc tẽ/
pus sunt filij eorum parui ⁊ pauci ⁊ debiles. Equus autem
rectorem non sustinet: sed post tres annos maturo semine
coire incipit: ⁊ in hac etate boni erunt filij sui semper vsque
ad viginti annos. Equus autem magnus queʒ iobar ara/
bes: nos dextrarium vocamus impregnatur per vndecim
mẽses ⁊ parit in duodecimo. Equus autem implet matri/
cem semine non determinatis diebus sed aliquando facit
hoc vno aliquando autem duobus ⁊ aliquãdo tribus aut
pluribus. Asinus autem saliens velocius eijcit sperma ꝙ̃
equus. Coitus etiam equorum non ledit equas sicut vac/
cas ledit coitus taurorũ: sed equi ⁊ eque plus alijs anima/
libus preter hominem diligunt coitum propter cibi abun/
dantiam ⁊ complexionis calorem ⁊ humorem: ⁊ coire inci/
pient equi iuuenes ante tempus determinatum si habue/
rint cibum bonum. Equus etiam in maiori parte hʒ vnuʒ
fetum: aliquando tamen generat aut duos equos aut du/
os mulos. Et de proprietatibus autẽ eque est vt dicit Aui.
pede aut cora aliquantulum recalcitrare quando est in de/
siderio coitus ⁊ illa calcitratione aperit vuluam ⁊ capit ven/
tum meridionalem aut septẽtrionalem intra vteruʒ: ⁊ de/
lectatur in illo forti delectatiõe: ita ꝙ veridicus senex in ter/
ra que dicitur arabice Dealtusa que est insula quedaʒ nar/
rauit Auicen. ꝙ equa arabica ibi concepto vento non ces/
sauit currere ex desiderio coitus donec peruenit ad fines ĩ/
sule ⁊ tunc cucurrerat per octo leucas. Dicit etiam Auicẽ.
ꝙ equarum luxuria minuitur quando preciduntur eis ca/
pilli quasi motus capillorum in cauda ⁊ iubis faciat eas lu/
dere ⁊ luxuriari. Ego autem vidi mulierem libidinosam q̃
mihi ore suo dixit ꝙ similiter se vento exhibuit ⁊ multũ de/
lectabatur in cõceptu venti intra vterum suum.

Nota quõ fecunditas imoderata vaccaꝝ est signuʒ pluuiose hyemis future.

Sexto de nã aialiũ cap. 22.

Aduerte ꝙ i sequẽdo ordinẽ Aristo. doctor ꝑtermittit hic. 15. capitula vsqȝ ad finem sexti.

¶ Cap. 3m. Et est digressio declarans causam omnium di/
uersitatum que sunt in generationibus animalium pre in/
ductorum.

AD omnium autem prehabitorum intelligen/
tiam faciemus hic inquisitionem de diuersita/
te generationum animalium preinductorum.
Dicimus autem ꝙ diuersitas preinducta est
ouantium ⁊ non ouantium que sibi similia ex
vtero generant. ¶ Ouantia aũt quedã sunt ex vtero ouan/
tia ⁊ in vtero oua concipientia: ⁊ quedaʒ sunt in vtero qui/
dem oua concipientia sed exterius animalia sibi similia pa/
rientia. Adhuc autem ouantia ex vtero ⁊ in vtero oua con/
cipientia duorũ modorum quoniam quedam faciunt oua
testea ⁊ quedã mollia in mẽbrana simplici: ⁊ testea quidẽ al/
bumen habent ⁊ croceuʒ. Mollia autem duplicem quideʒ
necesse est habere humorẽ: sed tamẽ in vtroqȝ est color vnꝰ
aqueus. Ouantiũ quidem oua mollia quatuor enumera/
te sunt diuersitates substãtiales: quoniã quedã ouant oua
per sperma masculorũ complebilia. Quedã aũt ouant oua
que vtrãqȝ in se habent virtutem masculi. vʒ. ⁊ femine sicut
grana seminalium plãtaꝝ. Quedã aũt ouãt oua ex sue sub/
stantie putrefactione ⁊ ex illis oriunt̃ aialia similia priorıbꝰ
spẽ ⁊ nã: ⁊ quedam ouant oua que videntur adeps esse pin/
guedinis sicut pisces onagri: hec eniʒ omnis diuersitas est
duorũ animalium inductoꝝ. Generãtium aũt aialia quan/
tum ad ipsam generationẽ nõ est magna diuersitas: omniũ
enim illorũ est ꝙ quedã formant̃ in vtero ⁊ pariunt̃. Que/
dam auteʒ violẽtia quã inferũt matri egrediũtur sicut par/
tus vipere ⁊ quorũdam aliorũ pre inductoꝝ. Ad omniũ aũt
horum intelligentiã oportet scire ꝙ nature opus est intelli/
gẽtie omnia preordinãtis opus que causa est ordinis ⁊ opti/
mi in quolibet: cũ igitur facit ambulãtia ⁊ natãtia ⁊ volãtia
facit ea in figuris motibus illis ordinatissime conuenienti/
bus. Ambulationis autem omnis ambulãtis virtus est in
cruribꝰ ⁊ pedibus posterioribꝰ precipue: ꝓpter qđ oportet
illa fortia ⁊ grossa esse vt ad vtrũqȝ latus totum corpus ve/
here possint ⁊ ordinate mouere. Hoc autem fieri nõ potest
nisi inferius circa renes ⁊ anchas dilatato corpore ad qua/
rum partium dilatationem vteri sequitur amplitudo: pro/
pter quod in vteris taliũ ⁊ formari ⁊ compleri possunt ani/
malia: ⁊ est hec melior ⁊ perfectior omnibus generationi/
bus que perfectissimis debetur animalibus. Est auteʒ hu/
iusmodi etiam alia ratio: quoniam talia animalia propter
grossitiem corporis multi sunt sanguinis: ⁊ generatio ipso/
rum ex multo est semine ⁊ sanguine propter quod nõ potest
in corpore congregari simul: sed oportet ꝙ affluat ad locum
generationis successiue ⁊ in vteris: ideo talia cõcipiunt ⁊ ꝑ
sanguinem successiue affluentem nutriunt conceptum ⁊ for/
mant ex eo supplementa membrorum. Volantia autem fi/
guram exigunt rotundam ⁊ strictam vt aereʒ penetrare ve/
lociter possint: quem lʒ etiam gressibilia penetrent: tamen
nõ subito violenter diuidunt eum: ⁊ ideo posteriora eorum
oportet stringi vt in via pectoris eorum transeant in vola/
tu: quia aliter facerent in volatu impedimentum ⁊ pectus
oportet esse rotundum vt in nullo angulo aeri diuidendo
obuiet. Ad stricturam autem posteriorum sequitur neces/
sario vteri artitudo: propter quam nõ possunt formari in
tali vtero complete animalia propter quod de ouis proui/
dit natura. In natatilibus autem hoc magis est necessariũ
eo ꝙ illa natãdo spissius diuidunt elementum: quapropter
etiam illa a capite infra quasi semper procedunt in acutum
quod etiam nec oua in se complere possunt: sed ƀm vteri lõ/
gitudinem ⁊ stricturam multa paruula concipiunt ⁊ incom/
pleta emittunt. Alia aũt causa ex materia sumpta est aues
quideʒ esse leuis substãtie ⁊ aeree: pisces autẽ plus aquee.
Propter quod humidum quod est in auibus leuius est ⁊
minus: ⁊ ideo facilius in vnum congregabile ex quo fiat ge/
neratio ⁊ in piscibus similiter: ⁊ ideo thesaurizatur in ouũ.
Duorum autem colorum ⁊ duarum substantiarum plerũ/
qȝ sunt auium oua eo ꝙ auis maioris diuersitatis est in cõ/
positione corporuʒ que omnis diuersitas ex substantia vno
modo se habente fieri non posset. Pisces autẽ fere omnes
vnius sunt generis in compositione corporuʒ: ⁊ ideo in hu/
moribus ouorum suorum non inuenitur nisi color vnus.
Quecunqȝ autem animalium media sunt inter ambulan/
tia ⁊ natantia hec per inductam rationem est necesse etiaʒ
esse stricta ⁊ dilatata vt vtrũqȝ motum habeant. Non autẽ
possunt esse subtus in renibus stricta; quia sic priuarentur
motu ambulationis: qui tamen talibus est principalis: ⁊ lõ/
hec supra in loco ꝯceptiõis sunt stricti vteri: ⁊ subtus in loco
partus ad quã cadũt embriones a matricibꝰ absoluti neceˉ
est eẽ dilatata ꝑꝑ qđ in loco ꝯceptiõis ꝯcipiũt ouũ ⁊ in loco

partus pariunt animal ꝛ frangitur ouum in loco in quem astricto ad amplum cadit embꝛio ꝛ ibi creatura incompleta per vmbilicum suggit de sanguine menstruo matricis. Reliqua autem natātia parientia animalia sicut delphin⁹ ꝛ balena sunt spirātia: ꝛ hec superioꝛem vterum necesse est habere amplum propter regionem spiritualium: qꝛ necesse est ibi esse pulmonem ꝛ coꝛ ꝛ tracheā ꝛ epar ex opposito coꝛdis quoꝛum positio magnā requirit latitudinem: ꝛ ideo cōuenientissimum est habere hec perfectum partuz in vtero formatum. Ouātium autem alie diuersitates causantur ex generātium imperfectione. Quecūqꝫ enim in participatione sensuum deficiunt ꝛ accedunt ad materiā plātarum: consequens est etiam in pꝛopꝛietate sensuum plantas imitari: ꝛ ideo oua illarum sunt sicut semina plātarum sine coitu cōcepta ꝛ sine spermate tangēte ea fecunda. Quecūqꝫ autem animalium sunt adeo imperfecta ꝙ ouoꝛum suoꝛum seminalis humiditas nō potest accipi de superfluo cibi vltimo digesti: sed potius attrahitur ipsa humiditas radicalis et que est ipsoꝛum subiectuz vite: moꝛiūtur hec omnia ouādo ꝛ ex coꝛruptione eoꝛū oua accipiunt fecūditatem. Est autez differentia istoꝛuz ad ea que simpliciter ex putrefactione generātur: qꝛ ista nō generātur ex putrefactione substātie putrescentis: sed potius ex ouis nō putridis ex substātiali humido substātie coꝛrupte formatis. Illa autem que simpliciter ex putrefactione nascūtur generātur ex humido ad superficiem exhalāte cuius viscosuz exteri⁹ frigiditate aeris induratur in pellem intra quā caloꝛ euapoꝛans ex putrescēte continetur qui spirare facit humidum intra pellem conclusum qḋ spirans spiritualiter pulsare incipit qui spiritus est vehiculum vite infuse illi substātie a stellis quarum virtus est in ipso. Quecūqꝫ autem ipsoꝛum aquosum habent nutrimentale humidum ꝛ aquosa sunt membꝛa digerentia ipsum necesse est oua eoꝛum pingula valde apparere q̄si sint partes adipis sicut onagroꝛum marinoꝛum: ex aquoso enim nutrimento ꝛ in aquosis digesto pinguedo generatur. Adhuc quoꝛuz humoꝛ multus est ꝛ de facili confluens ad locum generationis sicut piscium aquaticoꝛū: aquosum enim de facili confluit hec necesse est concipere multa oua etiam sine attractione seminis masculini: ꝛ ideo pisces non concipiunt oua ex coitu: sed potius in emissione se confricant et spermate complentur oua in egressu: pꝛopter quod etiam mollia ꝛ nō in testa cooperta necesse est ea formari: qꝛ per testam nō transit vis ꝛ substantia spermatis. Quecūqꝫ autem habent humoꝛes magis spirituales ꝛ aereos nō de facili confluentes hec necesse est oua ex spermate attrahente concipere sicut oua aues concipiunt: nec enim aues oua venti concipiunt sepe ꝛ quando concipiunt ea opoꝛtet aut nimium humidum superabundās esse in causa aut cōfricatione aliqua circa membꝛa genitalia sicut in pꝛehabitis istius sexti libꝛi diximus: hec igitur est causa diuersitatis generantium. Quoꝛumcūqꝫ autem oua calidum interius quod est formatiuum habent facile excitabile a caloꝛe loci aeris vel aque: hec non fouentur neqꝫ cubantur ab animalibus: quoniam feta nimis calefierent ꝛ spiritus vitalis qui est in eis incenderetur ꝛ oua poꝛtaret ex altera duarum causarum: quia. vz. nimis calidus est sicut dicuntur esse species ouoꝝ strutionis: aut quia paucus aut modicus est sicut in ouis piscium. Quoꝛumcūqꝫ autem ouoꝛum spiritus pꝛopoꝛtionati sunt: ꝛ nō facile exiccabilis est caloꝛ vitalis ꝛ formatiuus in ouis: hec necesse est fouere ꝛ cubare oua sua: ꝛ sunt etiam in his gradus: quia magis calidis paucioꝛes ꝛ subtilioꝛes spiritus habentibus opoꝛtet parare nidū parui caloꝛis vel nullius: ꝛ ideo quedam in terra: quedam autem in valde tenui nido ponunt oua sua. Quoꝛumcūqꝫ autem ouoꝛum sunt magis hebetes ꝛ frigidi spiritus ꝛ multi ꝛ spissi opoꝛtet nidum esse calidum ꝛ vndiqꝫ calidis circunseptum: sicut multas aues ex lanis ꝛ pilis calidis nidos vidēmus construere: ꝛ quedam ex stercoꝛe eo ꝙ caloꝛ stercoris aliqḋ habet in se virtutis vitalis: eo ꝙ ab anima ꝛ animato digestus est ꝛ egestus sicut facit vpupa. Et ex huiusmodi considerationibus facile est scire omnium diuersitatem pꝛeinductoꝛum.

¶ Explicit liber Sextus de animalibus.

¶ Incipit Liber Septimus animaliuz. Cuius pꝛimus Tractatus est de moꝛibus ꝛ vita animalium.

¶ Cap. pᵐ. Qualiter animalia per pꝛius ꝛ posterius eādem naturam participāt: ꝛ qualiter natura per gradus medios venit de extremo ad extremum.

NAtura quidē aīalium quātum ad cōpositionem membꝛoꝝ ꝛ genera eoꝛum de qua diximus est differens ƀm ꝙ determinauimus: sed qꝛ opera animalium nō procedunt a virtutibus naturalibus eoꝛū nō possumus cognoscere: naturam etiā cum virtute sua nisi sciamus cōmunes differentias operum eoꝛuz ꝛ māsionum: ꝛ de his loquimur anteqꝫ de hominis generatione determinemus. Diuersantur enim in operationibus ꝛ vita ꝛ moꝛibus animalia. Similiter autem ꝛ passiones eoꝛum valde sunt differentes. Passiones enim virtutuz anime in animalib⁹ inueniuntur multis: sed differentie passionuz illarū in homine valde sunt manifeste: eo ꝙ ipsa perfectioꝛi viuit anima que nobilioꝛes ꝛ magis differentes habet vires. Diuinam enim habet ꝛ animalem ꝛ intellectualem: ꝛ impꝛimit suas passiones in naturā coꝛpoꝛis: ꝛ aliquādo etiam passio causata a coꝛpoꝛe redundat in animā: ꝛ ideo passionum haruz differētia in homine est manifesta. Passiones autē dico sicut est timoꝛ audacia ꝛ ira libido luxurie: ꝛ in his etiā cetera animalia cōmunicāt. In quibusdā autez eoꝛū inuenitur etiā quedam vis que est sicut cogitatiua ꝛ compositiua siue collatiua in homine: ꝛ hec vocatur a quibusdaz cogitatiua sensibilis: a quibusdā aūt phantasia componēs ꝛ diuidens ab alijs vocatur estimatiua: ꝛ hoc nomen est ei magis conueniens sicut in his que de anima disputata sunt dictū est. Estimatio autē talis maxime inest apibus ꝓpter opera artificiosa que faciunt: ꝛ ꝓpter iconomicā ꝛ regnum qḋ custodiunt domestice ꝛ ciuiliter collaboꝛantes. Animalia autem alia ƀm magis ꝛ minus participationis ꝛ cōueniētie ad hominem habent differentias: sicut enim in homine inuenit̄ sapientia hoc est pꝛouidentia ꝛ cogitatio que est oꝛdinans opera: ita inueniūtur in alijs quibusdam animalibus alie quedam virtutes his pꝛopoꝛtionate: hoc autem manifestū est inspectis pueroꝛuz operibus: qui ƀm tempus infantilis etatis quantum ad vires anime nō vtuntur intellectu sicut nec bꝛuta. In his enim si quis attendat sepe apparent aptitudines moꝛū artificioꝛū ꝛ negocioꝛū: que postea in adulta ꝛ que intellectu vtitur etate perfectius ab eis exercebuntur quo ad vsum autem intellectus nō est differentia vt dixim⁹ inter animaz pueri ꝛ bꝛuti: pꝛopter quod etiā monuit Plato vt inspicerentur opera pueroꝛum: ꝛ ad hec in ciuitatib⁹ applicarentur affecti ad que se magis aptos exhibēt in pueritia: sic enim dixit perfectioꝛa in ciuitatibus haberi singula artificia ꝛ aptius oꝛdinari hominem a legislatoꝛe quādo ad id iungitur cuius aptitudinem habet in natura: nō aūt sine cogitatione vt diximus omnino sunt cetera ab homie animalia quantum qḋ accidit in eis postqꝫ creuerunt est sicut id qḋ accidit in pueris. Quidā aūt istoꝝ modoꝝ cōmuniter inueniūt̄ in multis aīalibus: pꝛopoꝛtionaliter collatione facta in eis ꝙ participāt vnum ƀm plus ꝛ minus: ꝛ ꝑ pꝛius ꝛ posterius: ꝛ ƀm qḋ participant vnū pꝛedicatum opꝫ ꝙ similiter participent naturā illius pꝛedicati: eo ꝙ illa natura ƀm participationē per pꝛius ꝛ posterius ꝛ ƀm maius ꝛ minus factā paulatim graditur in eis in comparatione ad aliquod vnum animal qḋ ꝑfectissime participat naturaz ꝛ pꝛedicatum illud: sic enim videm⁹ ꝙ ƀm participationē plurium virtutuz aut paucioꝛum natura paulatim per media multa graditur a nō animato ad animatū. Inter simplex. n. inanimatū est cōmixtuz multis mixtionib⁹ indigestū ꝛ coagulatum: ꝛ hmōi multa que oīa sunt gradus vicinantes ad aīati coꝛpoꝛis cōplexionē: lꝫ hoc nō ita appareat: ꝑꝑ ꝯtinuationē enim cōmixtionū ꝛ coagulationū nō sufficimus distinguere fines aīati ꝛ inaīati: ꝛ media q̄ sunt inter ea. Pꝛimū aūt ens aīatuz qḋ post inaīata inuenit̄ genus est plātaꝝ ƀm

In Aristotele. 8. de natura aīaliū capitulo pꝛimo.

Preceptum Platonis de instruēdis pueris.

ocm sui diuersitatē. Est enī in hoc genere plurima diuersitas: sed perfectius qđ est in ipso est qđ est magis durās in vita: sicut arbores: ⁊ quādo hoc cōpatū fuerit ad alia eiusdem generis aīata: sicut ad olus ⁊ herbā ⁊ fungū videbitur arbor magis aīata oībus illis: ⁊ videbit̄ ꝙ ipsa arbor sit cōtinua in gradu ꝓximo ad anial: ⁊ nō esse remotio inter ea. In nā tñ aīalitatis plurimi sunt gradus. In mari enī sunt quedā aīata de qbus dubiū est vtrū sint aīalia vel plāte: sicut enim plāte sunt ꝯtinua ⁊ radicata cū locis in qbus inueniunt̄: ⁊ si auferant̄ a locis illis corrūpunt̄: sicut id qđ vocatur solȳnos ⁊ id qđ vocat̄ kyuana grece: hec enim in xͤ nō possunt eradicari a locis suis: cū aīalibꝰ aūt cōueniūt in aliquo exiguo motu ꝯstrictionis in tactu nocētis: ⁊ dilatationis in actu cōuenietis: ⁊ silr in multis oē genꝰ cōchilioꝝ coriium testeū hñtium est simile plāte quādo cōparat̄ ad anial perfectū gressibile. Quedā enī ostreoꝝ sunt que oīno carēt sensu: ꝫ ꝙ sensus est virtꝰ aīe: ⁊ principiū notitie sensibilis: lꝫ hēat sensum ꝑm ꝙ est virtꝰ nālis ⁊ principiū nutrimēti: q̄dā sunt perfectiora his que sensuꝫ hñt debilē debilis cognitionis sensibiliū pricipiū: ⁊ quedā ex eis adhuc his ꝑfectiora sunt carnosa hñtia subiectū perfecti tactus nūtiātis anime cognitionē tāgibilium lꝫ deficiant in numero alioꝝ sensuū magis formaliū: sicut id qđ vocat̄ tycho q aperit ⁊ claudit choncā suā: ⁊ est bonus ad esum ꝓpter carnis sue tēperamentū. Spongia vͦo precipue in qbusdā de suis speciebꝰ assimilat̄ simplr plātis: ⁊ inter motꝰ istorū est parua differētia. Diuersant̄ enim q̄dā in motu dilatationis ⁊ cōstrictionis ꝑm magis ⁊ minꝰ. Inter plātas ergo ⁊ ista talia est q̄dā in operibꝰ cōicatio: perfecta. n. aīalis oꝑatio ⁊ que est eiꝰ qđ oīno est aīal nō apparet nisi in eo aīali qđ generat sibi simile per coitū aīal: ⁊ hāc plāte imitant̄ que ex seminibꝰ sine coitu generāt sibi similia: ⁊ quedā anialia imperfectā hñt operationē nisi illā que est plāte radicitus. vꝫ. pasci ⁊ sine coitu sibi simile generare: ⁊ ideo dicemꝰ tales operatiōes omnibus animatis sunt vniuersales.

¶ Cap. 2ᵐ. De differentia animalium penes māsiones eorum in aqua vel in terra.

Est autem preter hāc que dcā est animaliū diuersitas: quoniā hñtia sensum perfectiorem ⁊ cocūtia differūt multū in vsu coitus ⁊ delectationis: ⁊ per ꝯñs diuersant̄ in regiminibꝰ vite ⁊ ꝑticipatione filioꝝ: ⁊ nutritione eoꝝ. Quedā enim aīalia in toto simul cōplent generationeꝫ suā: ita ꝙ postea nihil sollicitātur de partu sicut plante: q̄dā incōpletū edunt partū: ⁊ ideo de educatiōe filioꝝ sollicitantur donec cōpleātur: ⁊ tūc dimittēt eos ⁊ vlteriꝰ oīo nō associabunt̄ cū eis: quedā aūt circa filios stabiliores hñt conceptus ⁊ estimationes ⁊ hñt magnā partem memorie ⁊ forte prudētie filioꝝ: ⁊ illa circa filios ēt diuersimode sollicitātur durius ⁊ tardius ⁊ prouide ⁊ minus prouide. Cibi etiā animaliū diuersant̄ ꝑm materias ex qbus est substātia corporis eoꝝ: qm̄ incrementū ⁊ nutrimentū omniū non est nisi ex cibo sue cōplexioni simili in quo delectat̄ nāliter. ¶ Tāles etiā diuersitates hñt alia ꝑm loca in qbus manēt: ⁊ ꝑm hoc q̄dā sunt gressibilia q̄ sup aerē ambulant: ⁊ quedā sunt marina natatilia. Marinum autem aut terrestre esse animal dicitur duobus modis: aliquādo enim dicit̄ terrestre gressibile qđ anhelitu ꝓhibetur habitare in aq̄: ⁊ cogitur habitare in terra ⁊ in aere. similiter autē aliquādo vocatur marinum siue aquaticum natatile qđ brāchis per modum inspirationis attrahit aquā ⁊ euomit ad pectoris refrigeriū: ⁊ hoc vocatur aquaticum siue māsio eius sit in aq̄ siue i terra. Quedā autem animalia in vtroqꝫ cōicāt: multa eni sunt que inspirāt aerem ⁊ habitāt in terra: ⁊ tñ cibus eorū ⁊ venatio cibi est in aq̄: ⁊ longo tempore in aq̄ bene manere possunt: ⁊ ideo hoc animal simul vocatur ⁊ gressibile ⁊ natatile sed nullū omnino taliū qđ recipit aquā ⁊ insuper ambulat in terra est qđ cibū venet̄ in terra: lꝫ econuerso sint que sūt spirātia ⁊ natatilia: que cibū venātur in aq̄ sicut diximus. quedā aūt sic sunt aq̄tica ꝙ in aq̄ manētia extra aquā viuere nō possunt: sicut torture aq̄tice ⁊ tenchee: que sunt de genere cocodrilli ⁊ equus aq̄ticus ⁊ ranarū marinarū genera lꝫ enim ista aliquādo egrediātur de aqua tamē māsionem habēt in aq̄: ⁊ sine ea nullatenus diu viuere possunt: moriūtur enim sepata ab aq̄. quedā etiā manēt in aqua que nūqꝫ egrediūtur ad terrā: quedā aūt sunt quidem aq̄tica ⁊ tamē pereūt: ⁊ creāt pullos suos in terra: quedā etiā absolute māsionem hñt in terra: ⁊ tñ cibum venātur in aq̄: sicut lutra castor ⁊ quedā alia. Delphinus aūt ⁊ sibi similia ⁊ id qđ vocatur kalane siue balena ⁊ cetꝰ: ⁊ vniuersaliter omnia aq̄tica hñtia cauernas per q̄s respirāt aerem: ⁊ cuꝫ hoc tñ manēs in aq̄ nō est facile determinare vtrū plus sequātur nām marinorū simpliciter aq̄ticoruꝫ aut plus sequātur nām ābulātium simpliciter terrestrium. Iā enim diximus ꝙ gressibile videtur esse āhelitus ⁊ marinū siue natatile esse videtur ꝙ aquā brāchis attrahit ⁊ euomit per modū respirationis ⁊ inspirationis: hec aūt que diximus cōicāt cū vtroqꝫ horuꝫ: hec enim recipiunt aliqđ aque per guttur: ⁊ recipiunt aerē in pulmonē: ꝓpter qđ ⁊ quādo aliquod hoꝝ animaliū ceciderit in rhete ⁊ aliquādiu iacuerit mortuū inuenitur ⁊ strāgulatū per aquā: ꝓpter hoc ꝙ in rheti aut in alio instrumēto venationis: sicut est gurgustiū aut hamus respirationeꝫ aeris nō potest hr̄e. Si aūt extra aquā ceciderit in laqueuꝫ aliquem venatorū poterit viuere longo tp̄e. ¶ Solutio autem huius dubitationis est ꝙ ponamus ista aīalia ⁊ marina ⁊ terrestria: sed rōnabilius esse videt̄ vt in genere natatilium ⁊ aq̄ticoꝝ esse ponātur. Dicimus enim: ꝙ oīa recipientia aquā brāchis per modū attractionis ⁊ expulsionis sub gutture nō faciūt hoc nisi ꝓpter eādem cām qua alia respirādo ⁊ inspirādo recipiūt aerem ad refrigeriū pectoris vꝫ. hec autē de qbus diximus aīalia aquā non nisi ꝓpter cibum recipiunt: cibus enim eoꝝ qui complexioni eoꝝ similis est in aq̄: q2 enim hec nō recipiūt cibū nisi in aq̄: necesse est vt recipiāt aquā in cibo suo: ⁊ q2 superfluū cum cibo recipiunt humiduꝫ necessarium est vt habeāt instrumentum per quod aquā superfluā eijciāt. Animalia auteꝫ aquatica recipientia aquā ⁊ euomentia loco anhelitus habent branchos: sed ista que superfluam recipiunt humiditatem propter cibum aquaticum habent cānales quosdam per quos aqua reijcitur: ⁊ eadem dispositio ⁊ ratio huius cānalis ⁊ cāne est in animalibus spirātibus sanguinem habentibus. malachie autem omnes modi: ⁊ modi mollis teste etiaꝫ recipiunt humiditatem aqueam cum cibo ⁊ sunt marina: sed alia quidē rōne qꝫ ea que attrahunt ⁊ euomunt aquā branchis: quinimo ideo q2 ex cōplexione corporis vitaꝫ ducunt in aqua maris. ¶ Adhuc aūt animal aliquod est marinum qđ recipit ⁊ euomit aquā per branchos ⁊ tamen sepe vadit ad terrā ⁊ in ea recipit cibum: sed huius generis aīal nō est visum nisi vnum specie ⁊ modo qđ dicit̄ a quibusdam codilos. ab alijs aūt sedoꝫ ⁊ modus iste non habet pulmoneꝫ sed branchos: ⁊ ascendit ad terrā ⁊ recipit cibum: eo ꝙ est quadrupes ⁊ gressibile siue āambuls. ⁊ natura istius est fere diuersa a naturis omnium aliorum animalium. ¶ Amplius aūt iter animalia est diuersitas ex hoc ꝙ mares quorūdam ⁊ femine quasi assimilantur in complexione cuꝫ tamen ratio suadeat oppositum: quoniā lꝫ genitalia sint mēbrum paruum respectu corporis: tamen magnam in corpore facit diuersitatem: quod manifestum est in ementulatis qui statim mutantur in complexione ad naturam femine. Hoc autē contingit ideo: q2 quodlibet membruꝫ principale aut principali deseruiens: quoniam in se habet cibū sufficienter digestum ⁊ congruentem corpori mittit alij mēbro vel toti corpori cibū talē ⁊ totū corpus acquiret cibum ꝑm illius membri destituti corruptā cōplexionē. ꝑm hunc enim modum epar corruptum aquaticum nutrimentū toti trāsmittit corpori ⁊ facit totum hydropicum: sic etiam mares sepe emolliuntur: ⁊ per ementulationem aut infrigidationem testiculorum mutantur ad naturam femine. si autem sit totum corpus immutatum ab vnico membro quod totum denominatur a complexione illius hydropicuꝫ aut femininum: multomagis complexio totius corporis huius nomen dat ⁊ rationem quod dicitur marinum. animal aut aquaticum lꝫ spiret ⁊ vadat ad terrā aliquando ex quo hoc facit diuersitas in membris paruis sicut dictuꝫ est: hoc igitur animal propter huiusmodi complexionem erit marinum: lꝫ sit aliquando ambulās ad terrā. Hec est enī causa propter quam accidit quedaꝫ animalia esse marina ⁊ quedam ambulantia ⁊ quedam vtroqꝫ modo se habere que in

Octauo de nā aīaliuꝫ cap. 2.

Propter qđ ementulati statiꝫ in nā femine mutant.

complexione cõueniunt cũ vtrisq3.esse enim aquaticum vel terrestre aut vtrũq3 simul est eis ꝯiunctũ cũ materia ex qua pmo complexionaliter creata sunt: ⁊ ideo querit̃ cibus eorũ ex ꝓportionatis materie prime sibi cõplexionali siue in terra siue in aqua: quoniã sicut dixim⁹ quodlibet animal diligit cibũ sue complexioni similẽ. Nõ enim diuidimus animal in ambulãs ⁊ natãs: nisi propter tres cãs. quarũ vna est ꝙ recipit ad refrigeriũ pectoris aerem vel aquã: secũda autem est similitudo complexionis ad aerem vel aquã: tertia aũt q2 in aqua aut in terra aut in aere querit nutrimentu3: regimen etiã vite animalis propter easdem cãs diuiditur ẜm eũdem modũ. Receptio eni cibi huius vel illius est ẜm diuersitatem cõplexionis corporis: propter quod etiã quedã sunt spirãtia recipiẽtia aerem ⁊ quedã ad refrigeriũ dũ recipiũt aquã. Adhuc autẽ etiã animalia imperfecta testea immobilia cibãt se ab aqua dulci: cum tamen tecta fere sit aq̃ spissa salsa que est in mari: sed hoc resudat a poris ãgustis corporũ eorum: ⁊ etiã colãt accipiẽdo eã: propter quod quedã huiusmodi ostreorum sub harena mersa colãt aquã que cibãtur: ⁊ hoc faciũt etiã colligẽtes huiusmodi ostrea: sepeliũt enim ea iuxta mare sub harena vt ibi aq̃ resiuente cibent̃ ⁊ per ãpullas tunc euomũt partem aque salse: ⁊ residuũ resudat aut trãsit in substãtiã conche quãdo est valde terrestre: cũ enim aq̃ salsa trãsit per subtiles poros ⁊ sepius sic collatũ efficitur subtilis in ꝑtibus ⁊ reuertitur ad primã dispositionẽ aque dulcis. Qd̃ aũt declarat in mari eẽ aquã dulcem est: ꝙ per arte3 potest extrahi ex aqua maris aqua dulcis: si enim acceperit quis terrã glutinosam ⁊ fecerit ex ea vas spissum concauũ vndiq3 clausum ⁊ imiserit in mari per spatiũ dierũ aliquot ⁊ noctiu3 attrahit ⁊ implebit̃ aqua dulci. Dicũt aute3 quidã hoc fieri in vase cereo: sed hoc nõ est expertũ in cera: qm̃ cera nimis indurat̃ aq̃ frigiditate ⁊ claudunt̃ pori ei⁹: his ergo de causis variat̃ aialium cibus.

Nõ tres cãs ꝑꝑ q̄s aial diuidit̃ in ãbulans ⁊ natãs.

Qualr artis bñficio aqua dl'cis ex aqua maris extrahi possit.

## Cap. 3^m. De differẽtia pisciũ penes cibum sue complexioni debitum ⁊ conuenientem.

Animal igitur vocatũ kalyca h3 cibũ sibi conuenictem cũ pisces parui multiplicãtur circa locũ ei⁹: ⁊ sic constat ꝙ venat̃ cibũ determinatũ sue complexioni congruẽtẽ. Os autem huius animalis ⁊ orificiũ qd̃ os suu3 circũstat: l3 in paruis sit occultũ tamen cognoscitur in magnis animalib⁹: ⁊ inuenit̃ in eis aliquãtulum extra viã per quã trahũt cibũ primũ: quoniã prima via est per quã fit colatio anteq̃3 ad os perueniat: ⁊ similiter inuenit̃ dispositu3 esse orificiũ super animal qd̃ dicit̃ anastura: hec aũt via super animal vocat̃ famulaky assimilatur carnose parti que inuenit̃ in mari eustaneon qd̃ est constãtinopolitanũ: ⁊ hec eadẽ dispositio est animalis qd̃ lensadon vocat̃. Adhuc autem probat̃ animalia determinatũ querere cibũ fere per omnia marina predãtia: quecũq3 enim illorũ circũmouentur venãdo ⁊ comedũt animalia fere omnia cibãtur a piscibus paruis quos vincere possunt: ⁊ sue congruũt complexioni: sicut barcora qui comedit quosdã pisces paruos. cuius signũ est: quoniã cum capit̃ ⁊ exencerant̃ eijciunt̃ de vẽtre eius pisces pui: sicut facit lucius apud nos. tortuca etiã marina comedit kacalos durum animal ⁊ testeũ quãdo orificiũ tortuce durius est ⁊ fortius omni orificio cuiuslib3 animalis: quoniã suo ore etiã lapidem acceptũ frãgit quod os ei nã nõ prepasset nisi dura aliq̃ masticare ⁊ frãgere in cibo debuisset. exit tamẽ ad ripã aliquãdo ⁊ pascit̃ herbis qbusdã: ⁊ ad aquã reuersa ascẽdit ad aque superficie3 ita natãs ꝙ etiã sole desiccat̃: non enim est ei salutare in aliq̃ hora: in toto sub aq̃ mergi q̃si aliquid cõe hẽat ta3 cũ aere q̃3 cũ aq̃: similiter aũt cõmunis est pastus eorũ qui dicũtur mollis teste: quoniã quodlibet istorũ comedit herbas ⁊ lapillos ⁊ pisces quos deprehẽdere potest: ita ꝙ cãcer fluuialis vt dicũt experti piscatores etiã in gurgustia vadit ad luciũ ⁊ rodit eũ. Cãcri enim lapidosi qui sub lapidib⁹ habitãt carnes comedunt intãtũ ꝙ iã vidim⁹ experimẽto: ꝙ carnib⁹ in danubio alligatis nauib⁹ ⁊ in aquã suspẽsis adheret magna cãcrorũ multitudo: karabo etiã vincit magnos pisces ⁊ comedit eos: multipes enim qui est polyp⁹ vincit in karabo ⁊ comedit ipsum: ꝓpter qd̃ ambo in vnũ rhete incidẽtes mortuus inuenit̃ karabo morsu multipedis vel timore ei⁹. Karabo aũt comedit id qd̃ vocat̃ ionacoros: eo ꝙ ꝓpter asperitatem forficum eius nõ potest euadere ab eo: l3 sit labile viscosum ꝙ difficulter teneri potest. Ionacoros aũt interi⁹ a karabo vincit multipedẽ siue polypũ ⁊ comedit eũ qui comedit ⁊ vincit karabo ꝓpter viscositatẽ tñ ei⁹ adheret inseꝑabiliter polypo: ⁊ nõ põt abstergi ab ipo donec vicerit ⁊ comederit eũ: similiter aũt oẽs modi malachie comedunt carnẽ. Karabo aũt comedit pisces paruos: ⁊ cũ fuerit in ꝓfundo maris etiã locis lapidosis accipit eos duob⁹ labijs man⁹ sue ⁊ ducit ad os suũ fractos in duas ptes sicut ẽt fac̃ cãcer: quãdo aũt nõ timet ãbulat caute nãliter ad anterius super pedes suos inclinãdo cornua sua longa ad latera ne impediãt ambulationẽ: ⁊ tũc venat̃ forfice man⁹: qñ aũt est in ãgusta retrocedit natãdo attractione ⁊ extẽsione caude. Karabo ẽt aliqñ pugnãt iter se sicut arietes feriẽtes cornibus se: ⁊ nõ tñ vn⁹ cũ alio: sed ẽt vna acies cõtra aliã. Iã. n. in tali pugna multi sunt visi karabo sicut grex in acieb⁹ ordinatis ad pugnã vt dicit Auic. hec igit̃ est nã ⁊ dispositio eorũ que mollis teste dicunt̃: silr enim id qd̃ vocat̃ theocydez est de genere mollis teste ⁊ vincit magnos pisces ⁊ comedit eos: multipes aũt q est polyp⁹ aliqñ ꝯgregat diuersa ostrea ꝯchilia: ⁊ ex testis extrahit carnes eorũ ⁊ comedit. Iudeorum aũt doctores talmotiste vocati mẽtiti sunt dicentes ꝙ galabe se intra se in sua spẽ comedũt: opinionẽ aũt acceperunt ex hoc ꝙ mortũ vident̃ qñ capiuntur: sed decepti sunt: qm̃ id qd̃ vocat̃ onyerex mordet eos: fere aũt oẽs pisces cibantur a pullis galabe qñ ꝑuenit tp̃s plurime pullificatiõis istorũ pisciũ. Quedã aũt aialiũ comedunt carnẽ sicut ea que vocant̃ celeti latine: aut dñr selachea ⁊ onagri ⁊ rachkhino ⁊ cheorboztynez quẽ qdã muricem esse interpretant̃ ⁊ cheã murane qd̃ nos murenã vocam⁹. Ea aũt que vocãtur tharyca cibãtur herbis paruis: celeka aũt cibat̃ stercore siue ceno ⁊ herbis ⁊ pascit̃ q̃si quolibet ⁊ solus tpe p escã vnechim siue stercoris deprehẽditur: oẽs aũt fere pisces comedũt se inuicẽ preter fatereos qui nõ comedũt carnẽ oĩno: ⁊ hoc viri piscatores dicunt de brabello: q2 hũc nullo modo carnem comedere fatent̃: ⁊ precipue se comedũt ãgore ⁊ kakales. fastorei aũt vident̃ nõ comedere carnẽ eo ꝙ nũq3 inueniũtur in ventrib⁹ eorũ hoĩes: ⁊ qui cibãt eos nõ nisi panẽ dant eis. fastorẽ aũt grece piscis qdã est qui mugilus latine vocatur. omne aũt gen⁹ fastorei siue mugili cibatur herbis ⁊ harena modica. Kakolo3 autẽ ꝙ a qbusdã hominib⁹ chylon vocat̃ ⁊ a latinis cibãdis habitat ꝓpe terrã: id aũt quod vocatur agreus karado3 nõ pascit̃ sed cibat̃ a sua ꝓpria viscositate mucilaginosa: que egredit̃ de corpore suo: humiditas eni3 extrinsec⁹ tãgens eũ ⁊ per corp⁹ resudãs viscosa efficitur ⁊ illa pascit̃: ⁊ ideo karado3 hoc est semper ieiunus vocat̃: hũc aũt pisce3 Auic. corrupte barkynual vocat. kakalo aũt cibatur harena cenulẽta: cuius signũ est ꝙ põderosius est ⁊ multum cenũ inuenit̃ in ipso quãdo exenceratur ⁊ nõ comedit pisces oĩno ⁊ sepe natat vt abluat natãdo lutu3 sue carnis. Nullũ aute3 animal marinũ comedit pullos suos: ⁊ id̃o multiplicant̃: s3 quãdo completi sunt ⁊ generãt aliquãdo comedunt̃ a parentibus: ⁊ aliquãdo ab alijs spẽi alterius existẽtibus: precipue tñ piscis qui vocatur baryo3 quem nos lucium vocam⁹: hic enim eos sue spẽi comedit. fastoroo3 aũt etiam comedit eos speciei sue: q2 magis gulosus est q̃3 alij pisces: precipue tamẽ modus qui vocatur balkane: ⁊ ideo etiã multum distendit stomachũ ad cibũ versus os suũ: ita ꝙ forte eijcit ipm̃. Malus aũt est hic piscis quãdo est ieiunus ⁊ cũ est in timore ⁊ angustia abscondit caput suũ intra corpus suum: ⁊ tunc comedit propriã carnem suã. Id aute3 quod thebardos vocatur malakye comedit. Sepe autem intrat ventrem suu3 piscis qui dicit habame: ⁊ eijcit ab eo alios pisces eo ꝙ venter eius sit quasi in ore eius: ⁊ non h3 stomachum qui extra os ostendatur sed in ore clausum tenet quod capit donec digeratur: propter quod veru3 est qd̃ dicitur de marinis ꝙ. v3. quedam marinorum comedunt carne3 sicut delphini cheodon haro3 quoniã latine torpedinem vel torpedientem vocãt. Similiter autem carnem comedunt cheba3 celedy ⁊ malachie: qdã aũt carnẽ qdem cibantur in maiori pte sed nõ in toto. Id autem quod vocatur koko3 aut koky ⁊ stacheon cibãtur quidem piscibus aliquãdo: sed tamẽ a materia crescente herbosi cibãtur. Kocy

Nota errore3 doctorũ iudeorum.

enim ⁊ pisces quidā in lapidibus manētes ⁊ id qđ vocatur
kakyn nō comedūt omnino carnē preter karidon: sepe etiā
videt̄ ꝙ magni pisces obuiā occurrerūt paruis ad hoc qđ
predent̄ eos ⁊ comedāt. bonyoꝛ aūt ⁊ labꝛooꝛ carnē qdem
comedūt: sed cibant̄ herbis quādo carnē habere non pn̄t:
piscis aūt catitegoꝛ comedit targula: ⁊ maxime quādo ca-
nat lutū: tunc enim comedit omne qđ iuenit in illo. Ille aūt
qui vocatur grece feroꝛ ⁊ latine scarus solus inter pisces ru
minat sicut quadrupes ⁊ natādo super ventrē venat̄ pisces
alios. celekbodꝫ aūt ⁊ barkoꝫdiꝫ ⁊ delphinus supinātur: ⁊
tunc deprehēdunt̄ quādo sua oꝛa tunc sunt subtus: ⁊ ꝓpter
hoc multi pisces euadūt ab oꝛe eoꝝ: ⁊ si ita nō fuisset multū
diminuerent̄ pisces ex preda eoꝝ: qꝛ magna sunt illa aialia
⁊ voꝛacia valde. delphinus enim mirabiliter multū come-
dit respectu quātitatis sue. habalō autem siue enchelyꝫ qđ
est anguilla cibatur a limo: ⁊ foꝛte cibant̄ a cibis que eis in
aquā eijciunt̄: ⁊ ego eū cibari vidi rana ⁊ vermib⁹ ⁊ pisciuꝫ
partib⁹ ⁊ capitur ad hamū ad escā talem: plurime aūt cibā-
tur in aqua dulci: ⁊ ideo quādo volūt cibare anguillas pre-
parāt aquā clarā vt in illa dent eis cibū ⁊ quādo volūt pisca
ri anguillā turbant aquā: tunc enim turbat̄ anguilla ⁊ con-
funditur ⁊ fugiendo aquā soꝛdidā incidit: ex aqua eniꝫ soꝛ
dida dicit̄ strangulari ꝓpter stricturā ⁊ paruitatē brancho
ruꝫ suoꝝ. Capitur aūt anguilla in maxima quātitate in lo-
co grecie: qui theotrochyō vocat̄: ⁊ sicut dicit Beda in q̄-
dam parte britānie que anguillarum terra vocatur in oꝛtu
cosmico plyaduꝫ: ⁊ hoc ē in 17^mo kalēdaꝝ Junij: qn̄ ēt thau
rus oꝛit̄ q tunc cosmice oꝛitur cū sole stellatio plyadum: eo
ꝙ tunc nullo loco īspissatur aqua cū luto ꝙ accidit a ventis
oppositis qui tunc de terra erūpunt circa primā partē veris
quādo iam terra aperiri ⁊ euocari ⁊ exaltari incipit. Habꝫ

Propriuꝫ hꝫ anguilla ꝙ cū moꝛit̄ nō natat sup aquā.

autē propꝛiū anguilla ꝙ cum moꝛitur nō natat super aquaꝫ
sicut alij pisces mortui: eo ꝙ venter eius est valde paruus:
⁊ parue ventositatis est in eo: ⁊ signatio huius est quoniā p
anathomiā probatur ꝙ multe anguille habēt paruissimos
ventres: ita ꝙ etiā quedā eaꝝ ventres ⁊ intestina nō vidē-
tur habere: ⁊ cū extrahitur ab humoꝛe in quo stat viuit foꝛ
te per quqꝫ dies. Si stat in loco vmbꝛoso frigido ⁊ precipue
si ponat̄ in gramine ⁊ nō impediat̄ a motu: ⁊ precipue si sit
in loco quē perflat vētus septētrionalis: in vento enim me-
ridionali parū viuit. quādo aūt exit a lacub⁹ in qbus gene-
ratur si estas fuerit moꝛiet̄: si autē hyems est ⁊ nō moꝛtifica
tum frigus sed temperatū viuit: in excellēti autem frigoꝛe
frequēter oēs anguille moꝛiunt̄. Adhuc aūt quādo cibum
accipit in aqua parua strāgulātur frequēter: ⁊ hoc etiā acci
dit alijs piscibus si semper fuerūt in vna aqua ⁊ eadeꝫ que
per influxū aliquem nō renouat̄: ꝓpter qđ etiam sub glacie
pisces sepe suffocant̄: accidit etiā hoc aliquādo inspirātib⁹
quādo fuerit aer paucus qui renouari nō pōt: cito eniꝫ in-
utilis reddit̄ ad refrigeriū coꝛdis: sicut ⁊ ille qui attractus
est in coꝛp⁹: ⁊ cuꝫ calefactus ⁊ fumosus est opꝫ ipsum expelli
a coꝛpoꝛe ⁊ a loco qui circa coꝛp⁹ est: ⁊ aliū sinceruꝫ attrahe-
re: ⁊ sic est de his que aquā attrahūt ⁊ euomunt: ⁊ maxime
anguille hec patiunt̄ ꝓpter stricturā suoꝝ brāchoꝝ: quedā
aūt anguille viuunt octo ānis aut septē. Adhuc aūt anguil-
le fluuiales comedūt radices ⁊ herbas ⁊ hoc qđ inueniunt
in luto: ⁊ pro maioꝛi parte pascūtur in nocte: in die autē ab-
sconduntur in ꝓfundo aque aut in antris: ⁊ qꝛ frigus mul
tum fugit: ⁊ aquā lentā clarā ⁊ calidā: ideo nō inuenitur in
danubio eo ꝙ ante fauces alpium ab occidēte in oꝛientem
fluit danubius: ⁊ maioꝛ pars aquarū que fluūt in ipsuꝫ ef-
fluit ex alpib⁹ ⁊ est suus fluxus ante alpes ex parte aquilona
ri. Hec ergo ⁊ talis est dispositio cibi piscium.

¶ Cap. 4^m. De diuersitate cibi auium ⁊ ouantium.

Octauo đ nā aialiuꝫ cap. 3. in pho.

Onsequens autem nūc est vt de cibo auium ⁊
ouātiū loquamur. ¶ Dicamus igit̄ ꝙ omnis
auis habens vncosos vngues cibat̄ a carnib⁹
⁊ cum datur eis caro comedūt libēter sicut ge-
nera aquilarū ⁊ oium miluoꝝ ⁊ accipitrum ⁊
falconū omniū. Accipiter maioꝛ qui grece co-
nocrokoꝫ latine astur vocatur: ⁊ accipiter minoꝛ qui latine
nisus ⁊ a qbusdā sperauerius vocatur carnē comedūt. Ista
enim que vncoꝛū sunt vngulum animalia maioꝛē adinui-
cem differētiam habent in quantitate ⁊ coloꝛe q̄ꝫ in figura
coꝛpoꝛis: apud tamē omne genus aquile ⁊ falconuꝫ melius
⁊ ferocius est qđ venit ab aqlone a regione suetie ⁊ liuonie
cuius latitudo est plus q̄ꝫ quinquaginta graduū ab equino
ctiali: ⁊ sunt aues feroces ⁊ libētius comedūt pisces q̄ꝫ car-
nes: ita ꝙ quidā astures ex illa terra ad nos deducti aues
quidem oēs capiūt sed libētius comedūt cancros q̄ꝫ aliquē
aliū cibum: ⁊ reputātur a falconarijs nostre terre isti astu-
res omnib⁹ alijs melioꝛes ⁊ nobilioꝛes: ⁊ sūt valde magni.
⁊ dixit mihi quidā multū expertus: ꝙ etiā in terra illa aqui
le pro maioꝛi parte cibantur piscib⁹: ita ꝙ in nidis earuꝫ ⁊
iuxta nidos īueniūtur anguille ⁊ pisces. Est ēt in terra no-
stra genus aquile paruū: ⁊ vocatur aquila piscium: eo ꝙ nō
venat̄ nisi pisces: ⁊ habet vnū pedem mēbꝛanalem sicut est
pes anseris ad natādum: aliū autē habet vnguium vncoꝛū
sicut est pes aquile ad capiēdum: hec tamen omnia genera
etiā comedunt carnem animaliū que venātur: carnes aūt
comedunt aquile que vocātur grece tharyagroꝛ que est in
quātitate milui nec inuenitur maioꝛis vel minoꝛis aliquā-
do quātitatis: similem aūt cibum habet maxima auis que
chym vocatur ⁊ aquila similr̄. Kym autem est maioꝛis coꝛ-
poꝛis q̄ꝫ vultur: ⁊ est cinerei coloꝛis ⁊ hoc genus aquile qui
dā grifen esse estimāt. Kym auteꝫ est duoꝛū geneꝝ: est enim
vnū genus magnū qđ est cinerei: ⁊ hoc nos vocamus vultu
rem griseū. Aliud autē est paruū ⁊ hoc est albū ⁊ sepe appa-
ret sedens in rupibus reni fluminis ⁊ danubij: ⁊ ab incolis
germanie vocatur vultur albus. ¶ Amplius aūt quedam
auiuꝫ nocte volātium sunt vncoꝛū vnguiū vt bubo noctua
halatrō grece vocatur ⁊ coꝛuus nocturnus qui grece dicit̄
kanen ⁊ est q̄ꝫtitatis turturis: ⁊ raro videt̄ ⁊ est nigra auis
⁊ apparet circa ruinosa edificia ⁊ circa tēpla: ⁊ vox eius est
chobo: ⁊ quādo volat reuoluit se in aere volādo: ⁊ est auis
infausta multū in augurijs. ⁊ in hac dispositione que hic de
scripta est ⁊ ego vidi duas ⁊ est debiliuꝫ pedū sicut fere oēs
aues nocturnales: ⁊ est bone ale ⁊ velocissimi volatus. De
his aūt auib⁹ nocturnis est etiā ea que vocatur aschyreon
in greco ⁊ assimilatur vulturi nec est minoꝛis quātitatis q̄ꝫ
vultur: adhuc aūt aquila kaleni ⁊ aquila agoliēs dicta assi
milatur multum aui illi: ⁊ hec auis nō est nota apud nos: ⁊
ābe iste dicūtur venari hoc qđ vocat̄ aschytabeꝫ: sꝫ in ocu-
lis eius qđ vocat̄ scopeꝫ est glaucitas modica: sed in alijs
apparet similis predictis tribus auibus: oēs enim ille tres
spēs auium sunt cōsimiliū oculoꝛū: hoc est croceoꝛū in loco
albuginis oculoꝛū ⁊ nigroꝛū in pupilla ⁊ oēs hmōi aues co
medūt carnes. ¶ Ampli⁹ aūt quedā aues carnes quidē co-
medunt: sed tn̄ vncoꝝ nō sunt vngulum: sicut hyrūdines ⁊
genus coꝛuinū ⁊ pice ⁊ coꝛnicule: adhuc aūt quedā vermes
ꝓ cibo accipiūt sicut theasside passer baradix haladi ⁊ apđ
nos sunt passeres philomena ⁊ parix ⁊ multa alia gn̄a par-
uaruꝫ auium: agomoloꝫ aūt etiā comedit vermes. Modi
aūt agomeloꝫ sunt tres quoꝛū vnus dr̄ thessidus qui assimi
latur theasside: ⁊ alius dicitur mōtanus: qm̄ manet in mō-
tibus ⁊ hꝫ valde longā caudā. Tertius autem modus assi-
milatur istis duobus: tn̄ est minoꝛis quātitatis. Eodē aūt
cibo vescit̄ cheokaloꝫ ⁊ maloncboroꝫ ⁊ foꝛocholoꝫ ⁊ amye-
the ⁊ genus milui quoddā ⁊ fehostas ⁊ tharanoꝫ ⁊ choꝛo-
trachoꝫ: ⁊ est auis que minoꝛis est quātitatis aliquātulum
locusta ⁊ est rubei coloꝛis quā Auic. dicit esse spēm passeris
⁊ hꝫ in capite galeā. Inuenitur etiā auis parua pulchꝛe figu
re bene coloꝛata in quātitate theasside ⁊ dr̄ arnoffidoꝛ que
fere in omnib⁹ assimilatur theassidi: ⁊ manet in montibus
⁊ alia auis pusissima que vocat̄ rex siue regulus: ⁊ alia que
vocatur cheachereuologoꝫ: he enim oēs aues ⁊ similes si-
bi in maioꝛi pte comedunt vermes: alie vō aues sicut ama
stoꝛochoꝫ ⁊ azamicoꝫ ⁊ similes ascendunt super spinas ⁊ pa
scuntur granulis adherētibus illis spinis. Inueniūtur etiā
alie aues que dicunt̄ cicomoga: ⁊ viuūt in maioꝛi pte ex ve
natione theachiller: sicut animalia que dicuntur kya ⁊ est
maius ⁊ minus. Illa autē que cadunt super spinas aut her
bas spinosas non comedunt vermes vel animatum aliqđ
⁊ sunt apud nos genera vinconum sicut aues ceycos dicte
apud nos: ⁊ sicut vinco cardui que auis distēboniche voca
tur apud nos ⁊ sicut vinco rubens in pectoꝛe ⁊ sicut auis q̄
gurse vocatur: omnes enim iste aues semina spinarum al-
barum ⁊ rosarum ⁊ herbarum comedunt ⁊ maxime semen
papaueris

papaueris ꝛ canapi ꝛ lappe ꝛ huiusmodi. Kyliā aūt in gre/
co est auis que apud nos vuarchengel vocatur: ꝛ habet ro/
strū non curuū: nec habet vncosos vngues: ꝛ est mai⁹ illius
generis in quantitate merule: ꝛ minus est in quātitate mi/
nori aliquantulū q̄ȝ sit sturnus: ꝛ vtrūqȝ genus est cinerei co
loris habēs nigras maculas duas iuxta oculos: ꝛ venātur
aues paruas capiūt eas rostro: kyliā tamen ſm quosdā est
genus piscis: qđ genus auis perforat arbores: ꝛ genera il/
lius auis in nutrimento assimilanť adinuicem: sed in colo/
re ꝛ quantitate magnam habent differentiam: omnes aūt
viuūt ex vermib⁹ qui in cortio lignoꝝ nascūtur: ꝛ teredines
vocanť quos vt qdam dicūt cheathytichez greci vocant: ſȝ
minor in genere picoꝝ est altioris vocis q̄ȝ maior: ꝛ sūt isti
pici cinerei coloris: ꝛ omnes querūt pastū prope ligna in te/
redinib⁹ lignoꝝ: ꝛ similiter facit modus pici qui merobs la
tine grece aūt kaloz vocať qui in q̄ȝtitate auis que dicit ta/
ringen: aliqñ aūt dicit qdam modus merobs braacya sicut
superi⁹ dixim⁹: ꝛ bene sciūt scindere ꝛ perforare ligna: ꝛ sua
vox est alta vocať a qbusdaȝ vuiddeuual: sed tamē hoc nō
est merobs: ꝛ est qdam modus speciei ei⁹ ꝛ garritū ei⁹ ꝛ vo
latū ei⁹ multū fere pre omnib⁹ auib⁹ non rapacib⁹ obseruāt
augures: hoc aūt animal abūdat in partib⁹ grecie qđ dicit
kalokanylieon: precipue apđ nos aūt inueniť in omnib⁹ syl/
uis: ꝛ tres modi ei⁹ sūt apđ nos differentes per q̄ȝtitatē ma
iorem ꝛ minorez. Est aūt adhuc alia auis que adologor vo
cať cui⁹ q̄ȝtitas est sicut quantitas fatalyȝ: ꝛ abscidit etiaȝ li
gna ꝛ est cinerei coloris ꝛ debilis vocis: picus aūt generali
nomine vocať apđ nos. alie aūt aues ab his viuunt ex fru/
ctib⁹ plantaꝝ sicut palūbi qui glandes ꝛ grana comedunt: ꝛ
sic faciunt turtures: ꝛ ille colūbe cauernales que febice gre/
ce vocanť: palūba aūt ꝛ febyca apparent semper: sed turtu
res non apparent nisi in estate: qm̄ nidos habent occultos
in qb⁹ abscondūtur in hyeme. auis aūt vocata ouem appa
ret in autūno ꝛ non plus: ꝛ auis est maior q̄ȝ colūba ꝛ minor
q̄ȝ kyloz siue kaloz: ꝛ plus ꝛ sepi⁹ deprehendiť quādo cauer/
nas facit iuxta aquam: eo ꝙ tūc ad loca illa venit cū pullis.
¶ Qđ aūt vniusr de cibo auiuȝ dici potest: hoc est ꝙ que/
dam aues viuūt ꝛ pascūtur in aq̄: ꝛ q̄dam viuūt ꝛ pascunť
in aqua ꝛ ripis aquaꝝ ꝛ lacuū: ꝛ q̄dam etiam cibanť in lit/
tore maris: que etiam inter digitos pedū habent coriū mē/
branale habent mansionem in aqua: ꝛ pastum querūt in ea
que habent digitos diuisos: aliquando qdem manent pro/
pe aquam: sed cibanť ex terra iuxta aquam existente: ꝛ iste
qdem carnem non comedūt nisi valde raro. Alba eni auis
que duoꝝ est geneꝝ maior ꝛ minor que volat super aquaȝ:
ꝛ aliquādo residet ꝛ natat in aq̄: ꝛ apđ nos mere vocať ca/
dauera comedit que in aq̄ natant: sed tamen venať pisces.
alie aūt carnem non comedūt sicut arydiez ꝛ lauicoz ꝛ dyoz:
ꝛ omnes isti modi auiū habent rostrū longū ꝛ amplū: vt in
aq̄ cibū ꝛ in terra inuenire possint: ꝛ lachaȝ ꝛ lares ꝛ hamye
loroȝ ꝛ latros est cinerei coloris: ꝛ omnes isti modi mouent
caudas: ꝛ sunt apđ nos quedam fortissimi volat⁹ ꝛ insuper
boni gressus ꝛ velociter currētes in ripis fluuioꝝ ꝛ maris.
Similr aūt est de aue que vocať cheafeudoz que auis est
multoꝝ coloꝝ: sed intensior in ea color est cinereus: auis est
que dicit seorabon creať in aq̄ ꝛ est duoꝝ modoꝝ: quorum
vnus semper stat super cānas ꝛ sibilat: alter aūt caret voce:
sed est maior corpore q̄ȝ alius ꝛ ambo habent cinereū colo/
rem: ꝛ pascūtur in ripa maris. Similiter aūt tharaglyon ꝛ
kydeloȝ: ꝛ animal qđ dicit karyme: ꝛ est illud qđ qdam vo
cant hachā cibanť iuxta mare ab extis ꝛ vermib⁹ q proijci/
unť in maris fluxu. Aues aūt coriū inter digitos habentes
sunt vocate grece hortoȝ ꝛ laroȝ tercon laradomoȝ: apđ nos
aūt sunt anser ꝛ anas mergus vari⁹: ꝛ merguli nigri ꝛ mer/
gus magnus niger qui a qbusdam carbo aquatic⁹ vocať: ꝛ
cygnus ꝛ auis magna quā qdam volinaꝝ vocant que hn̄t
saccum rubeum aut guttur ꝛ pect⁹ ꝛ alie aues hmōi. Que
aūt inter istas aues grauior est illa que morať iuxta flumi/
na ꝛ lacus: grauem enim carnem habet omnis auis aq̄ti/
ca: ꝛ quo fuerit maior corpore eo est caro ei⁹ grauior: ꝛ quo
fuerit loc⁹ mansionis ei⁹ frigidior eius caro est peior: ꝛ ideo
cū aq̄ salsa calidior sit q̄ȝ aq̄ fluuioꝝ ꝛ lacuū erant aues gra/
uiores iuxta fluuios ꝛ lac⁹ q̄ȝ iuxta mare: habitantes autez
iuxta fluuios ꝛ lac⁹ sūt vocate kokyoȝ ꝛ clariȝ ꝛ colonyȝ ꝛ ha
tichen: ꝛ hec auis assimilať adduxta: q̄ȝuis sit mai⁹ in quā/
titate ꝛ auis que dicit foracoȝ est quantitatis auis que di/
cit malargoȝ: sed crus ei⁹ est mai⁹ curuū: ꝛ habet inter digi/
tos corium: ꝛ est nigri coloris ꝛ nidificat sup arbores: ꝛ hāc
vocam⁹ nos carbonem aq̄ticū quē vulgariter scalueren vo
cant. Adhuc anseres magni ꝛ parui: quoꝝ q̄tuor genera sūt
apđ nos: magni. vȝ. cinerei: ꝛ parui cinerei: ꝛ anseres albi q
anseres grandinis siue niuis vocanť: ꝛ sūt quarti habētes
maculas nigras in vultu: ꝛ cinerei sūt qui anseres arboruȝ
vocanť: ꝛ omnes habent hoc ꝙ in grege volāt: ꝛ animal qđ
dicit malachoȝ ꝛ carmoloȝ manet in ripa maris: ꝛ transeūt
lac⁹ ꝛ pascūtur in eis. ¶ Plures aūt aues que qđlibet dictorū
comedūt carnes. vȝ. ꝛ vermes ꝛ grana ꝛ pisces: aues autem
habentes curuos vngues oīa animalia comedūt que vena
ri possunt ꝛ viuūt sanguine: sed nō comedūt se adinuicē sic
faciūt multi pisces. ¶ Pisces enim multi comedūt ea que sūt
sui generis ꝛ speciei: ꝛ alios diuersi generis sicut lucij faci/
unt: ꝛ alij pisces quos supra enumerauimus: vniusr autem
omne gen⁹ auiū habet hoc cōe ꝙ est pauci pot⁹ aque: aues
aūt vncosoꝝ vnguiū non potant aquam oīno exceptis val/
de paucis: ꝛ ille raro ꝛ valde paꝝ bibūt: sicut caboriȝ ꝛ anty
tonyȝ que raro potare videnť. ¶ Animalia autē squamosa

Octauo đ nā aialiū cap. 4.

ouantia sicut lacerta ꝛ serpens comedūt indifferēter carneȝ
ꝛ herbas: ita ꝙ serpens indifferēter desiderat vtrūqȝ: ꝛ sūt
pauci pot⁹ aque: paꝝ enim bibit omne qđ habet molleȝ pul
monem pauci sanguinis ꝛ ouās existens: serpens aūt valde
diligit vinū precipue: ꝛ ideo etiam qñ videnť serpentes in
aliquo loco per vinū possunt venari ꝛ capi: ꝛ aliqñ submer/
gūtur ꝛ moriunť multi in dolijs vini. Comedūt aūt carneȝ
suggendo humiditatem animalis cui⁹ carni applicanť: resi
duū aūt carnis qđ siccuȝ ꝛ terrestre est eijcit serpens ꝛ sepe
suggūt humiditatem totam ꝛ dimittūt residuū: hoc aūt si/
militer plura faciūt animalia sicut aranea: hec enim suggit
humiditatem muscaꝝ ꝛ alioꝝ que capit ꝛ dimittit residuū.
Tyrus aūt accipit cibū quēcūqȝ poterit inuenire. Intrat. n.
in nidos auium ascendendo per arbores ꝛ comedit pullos
auiū: ꝛ etiam frangit ꝛ suggit oua eoꝝ euomēdo ꝛ reijcien/
do testas: ꝛ quādo in os aliqđ accipit erigit caput ꝛ collū ꝛ
trāsglutit illud: deinde cōstringit ꝛ cōtrahit corpus suū cō/
primendo hoc qđ transglutit in vētrem inferi⁹: eo ꝙ ei⁹ sto
machus est longus strict⁹ ꝛ subtilis: ꝛ hic serpēs est qui eri/
giť a parte anteriori quādo incedit forte ad q̄ȝtitatē cubiti
vł plus serpit valde velociter ꝛ trāsilit magnas foueas. Ad
duct⁹ etiam fui aliqñ ad mōtes causa vidēdi serpētes a q/
busdam qui serpētes colligere cōsueuerūt: eo ꝙ carnes eo/
rū cōtra lepram valēt: ꝛ a pastorib⁹ adducti fuimus ad altā
nucem: in cui⁹ sūmitate erat nidus auis que pica latine vo/
cať. Tyrus auteȝ ascendit per arborem ꝛ venit caput ei⁹ in

Nō de carne tyri.

nidū ꝛ comedit pullos qui adhuc erant sine plumis: veniēs
aūt vna antiquaꝝ picaꝝ capta est ab ore tyri per coraȝ ꝛ tē/
ta fortiter: ad cui⁹ clamorem alia pica veniens audacter in
nidū intrauit: ꝛ ita diu ꝛ fortiter caput serpētis rostro per/
cussit donec perforauit cerebrū ei⁹: ꝛ ad nos in terram mor
tuus decidit: ꝛ narrauerūt nobis incole loci ꝙ hoc sepe cō/
tingeret tyro in nidis auiū. Gen⁹ aūt serpentū omniū: ꝛ silr
rutela diu viuere possunt sine cibo: ꝛ hoc sciri pōt in serpen
tib⁹ qui vēduntur in apothecis qui valde diu sine cibo ser/
uanť: ꝛ causa hui⁹ est frigiditas animalis illius ꝛ viscositas
humoꝝ: ꝛ spissitudo sue pellis per quā nihil euaporare po/
test de humido ipsi⁹: ꝛ ideo tēpore abstinētie calor paruus
naturalis diuidit viscositatem eius ꝛ digerit ipsaȝ: ꝛ ex illa
nutritur animal.

¶ Cap. 5m. De diuersitate cibi quadrupedum animaliū ge
nerantium sibi similia: ꝛ de cibis anulosorum.

Quadrupes aūt generans aīal sibi silē hȝ etiaȝ
cibum sibi pprīū ꝛ cōuenientem: quadrupes au
tem generās aīal simile syluestre habēs dētes
serrales comedit carnem sicut canis ꝛ lupus
ꝛ leo. Dicit tamē ꝙ lupi comedūt aliqđ terre
tenacis: sed dicit ꝙ terram tenacē que glis vo

Octauo đ nā aialiū cap. 5.

catur nō comedit vt querat nutrimētum ex ipsa: sed vt red
dat se grauis pōderis: qa postq̄ȝ comederit eā capit aīalia
fortia ꝛ magna sicut bouē vel ceruū vel equuȝ: vel forte eq/
ceruū insiliēs in facies eoꝝ ꝛ adherēs eis: qui si eēt leuis ci/

tius exenteret: ⁊ quando glitẽ super adimpletus est ponderat ⁊ amoueri ⁊ excuti nõ põt: ⁊ quãdo cadunt aīalia lassata interficit ea ab mordẽdo guttura ⁊ cãnas gutturis eoꝝ: hec eni consuetudo lupi est ꝙ infigit dentes gutturi aīaliū vt citius iterficiat: ⁊ tūc euomit glitẽ ⁊ saturaᷓ de carnibꝰ aīalis qđ deiecit. Lupus autẽ nūꝙ̃ comedit aliqđ de herbis nisi infirmeᷓ: qñ tunc comedit aliqđ herbe pro medicina: ⁊ vomitat sicut faciūt canes: ⁊ sic sananᷓ: aliquãdo aūt lupi comedūt hoīes: ⁊ precipue illi qui vadūt solitarij nõ in societate alioꝝ lupoꝝ: illi eni sūt maloꝝ moꝝ. Et aliđ aūt est animal ꝙ nos hyẽna vocamus ⁊ q̃titas eiꝰ est sicut q̃titas lupi: ⁊ habet iubas in collo sicut equus ⁊ hꝫ pilos fortes ꝫ lõgitudinem dorsi super oīa spõdilia sua: ⁊ illđ genꝰ aīalis est astutū valde ad mala: ⁊ aliqñ fingit voces humanas vt sic eludat pastores ⁊ alios hoīes: ⁊ sic accedit ad eos ⁊ predaᷓ ⁊ comedit. Imitaᷓ etiaꝫ voces canū ⁊ gultãdo ⁊ latrãdo sicut canis: ⁊ sic deludens canes capit ⁊ deuorat eos ⁊ predatur pecora: ⁊ aliqñ cauat bustas ⁊ sepulturas in quibꝰ noua sunt cadauera mortuoꝝ quando vult comedere carneꝫ hominis. Ursus aūt comedit indifferẽter qñ ascendit arbores comedit fructꝰ: ꝓpter humiditatem enim corporis sui fructꝰ desiderat: ⁊ aliquando frangit olineta ⁊ comedit fructū oliue: ⁊ comedit etiaꝫ cancros ⁊ formicas: ⁊ comedit ẽt carnes ⁊ capit predã aīaliū per eiꝰ magnaꝫ fortitudinẽ: nec preliabiᷓ cū ceruis solū: sed etiam cū porcis agrestibꝰ: ⁊ aliquãdo inijcit se super tauros cadẽs super dorsa eoꝝ: ⁊ cum taurus vult eū ferire cornibus apprehendit ⁊ tenet cornua manibꝰ suis ⁊ lacerat spatulas eiꝰ: ⁊ tunc ꝓsternit eū ad terram. aliqñ etiam pugnãs ambulat ⁊ stat erectꝰ super pedes posteriores ⁊ comedit oẽm carnem: postq̃ꝫ aliquantulū putrefecerit eã per calefactionẽ. Lupus autẽ comedit carnes recentes: sicut alia animalia que habẽt dẽtes serrales ⁊ comedendo trãsglutit multa sine masticatione ꝓpter voracitatem ipsiꝰ: ⁊ ideo abscondunt hamos multos in morsellis incisis ⁊ lupis expositis: ⁊ tūc trãsglutit hamos cū morsellis ⁊ moriunᷓ: manet aūt sine cibo aliqñ duobꝰ diebꝰ siue pluribus vt dicūt: eo ꝙ multū semper saturaᷓ vna comestione: ⁊ viuit modica aq̃ potata: ⁊ egerit duobꝰ aut tribꝰ diebꝰ saturitatem: ⁊ stercus eiꝰ est valde siccū nõ habẽs illam humiditatem quã hꝫ stercus multoꝝ aīaliū: ⁊ exit cū eo fortis vẽtositatis a parte ani: ⁊ vrina est acuta fetẽs: ⁊ ideo canes venatici olfaciūt arbores inuestigantes lupoꝝ aut canuꝫ micturam ad arbores vel lapides erectos factam: qñ lupi eleuant crus quãdo mingūt ad aliq̃ alta erecta: sicut ad arbores sepes vel lapides: ⁊ quãdo lupus aperit os suuꝫ exit ab eo fortis odor. ¶ Adhuc autẽ q̃drupedia quedam ⁊ aīalia agrestia cibanᷓ circa fluuios ⁊ paludes: sed nullum fere cibaᷓ in ripa maris nisi id qđ vocatū kaniky. Ea aūt que cibanᷓ in ripis fluuioꝝ ⁊ lacuuꝫ sunt sicut fastoꝫ kacheobeon fassuren anadriꝫ lamyekyꝫ: lamyakiꝫ auteꝫ est satiꝰ q̃ꝫ anadriꝫ: ⁊ habet fortes dentes: ⁊ apđ nos vocaᷓ castor: anadriꝫ aūt est quem nos luterẽ vocamus: fassuron autẽ est chebalus dictꝰ latine hirsutam ⁊ nigram habẽs pellem preciosaꝫ valde: qua vtunᷓ ante pallia varia: kachyneon auteꝫ est id qđ nos vocamus martaꝝ latine: ⁊ est animal fuluū album in gutture in quãtitate catti exigens: fastor aūt etiam genꝰ martari minꝰ ⁊ nigriꝰ dicto. Castor aūt habet dẽtes fortes valde ⁊ sepe exit nocte de caueis ripaꝝ ⁊ amputat ramos arboꝝ qui sunt circa fluuios ⁊ cõstruit sibi casas ex eis: q̃s facit cū solario in q̃ habitat qñ exaltaᷓ aq̃. ¶ Et narrauit mihi qđem vnus expertoꝝ circa castores ꝙ qñ venit castor peregrinus ad incolas alicuiꝰ loci castores: redigūt eū incole in seruitutem ⁊ faciūt de eo incole vehiculū: qñ abscisa ligna imponūt supra ventrem ipsiꝰ: ⁊ oportet ꝙ stringat ea pedibus anterioribꝰ ⁊ posterioribꝰ ne decidant: ⁊ tunc capientes incole caudam ipsiꝰ trahūt super eū ligna ad locū in quo casam cõstruūt: ⁊ ideo peregrini castores depilata habẽt dorsa: caudã aūt habet latam ⁊ squamosam: qa per illaꝫ natat insequendo pisces: ⁊ testes eiꝰ sūt id qđ vocaᷓ castoriū. Dẽtes aūt habet fortes ⁊ est aīal mordax: aliqñ mordẽs hoīes. ⁊ dicūt qđam morsum illū non sanari nisi lesus audiat fracturam ossiū castoris: ⁊ iste castor pilos habet duros fului coloris: ⁊ est coriū eiꝰ valde spissum ⁊ pellicia dicunᷓ valere paralyticis sicut ⁊ castoriū. Color aūt eiꝰ sicut dicit Arist. est

Nõ đ castori/bꝰ ꝑegrinis.

Nõ ꝫ palyſiꝫ.

inter pilos konnichy ⁊ ceruiᷓ: ⁊ hoc est qđ dixīmꝰ ꝙ fului sūt pili eiꝰ: ⁊ abūdant ista animalia valde in partibꝰ Alemanie qbusdam ⁊ in terris Sclauoruꝫ Polonie ⁊ Prussie ⁊ Russie. ¶ Omnia aūt animalia serraliter dentes comprimentia qñ potant lãbūt aquam lingua: ⁊ forte facit hoc aliđ animal etiam dentes serrales nõ habens sicut mus. Sed causa huiꝰ est ꝙ mus ꝫm totū genꝰ suū qđ multiplex est valde: habet dentes primos qui duales vocanᷓ ⁊ incisores lõgiores alijs ⁊ alte super mandibulam superiorem porrectos: ⁊ ideo suggere sicut etiaꝫ animalia serrales dentes habẽtia: non potant aquã ꝓpter dentiuꝫ inequalitatem: ⁊ ꝓpter hoc lambit aquam lingua: que aūt eq̃les dentes habent liguaꝫ intus ⁊ maxillas extra componūt ad dentiū diuisioneꝫ ⁊ inter mandibulas suggūt aquam ⁊ bibūt qđ non possunt serrales dentes habentia facere: qa dentiū inequalitas ligue ⁊ maxillaꝝ impedit aptationem. Suggẽtia aūt sūt sicut equꝰ ⁊ taurus ⁊ ouis ⁊ capra ⁊ hmōi: vrsus aūt bibit alio modo: aues aūt q̃si suggūt aquam ⁊ quecūq̃ꝫ ex eis habet longum collū bibit aquam: ⁊ cū hausit aque aliquantulū extollit colluꝫ sicut anser ⁊ gallina: ⁊ similiter facit kaorkaleon ⁊ omne animal tam syluestre q̃ꝫ domesticū non habens cornua ⁊ faciens serram dentibꝰ non comedit fructꝰ nisi habeat famẽ maximam preter id qđ vocaᷓ cenon: hoc eniꝫ non comedit fructꝰ ⁊ herbas. Porcus autẽ syluester plus comedit radices omnibꝰ alijs animalibꝰ: qñ additamentū nasi eius qđ est cartilaginosum conuenit effusioni radicū: ⁊ comedit fere omnes cibos alios animaliū: ita ꝙ etiam porcus comedit carnes porci lꝫ non interficiat eū: ⁊ hoc expertꝰ sum: propter qđ porci cū magna auiditate comederūt bachones et alias carnes porcoꝝ: ⁊ est animal cito impinguabile: ita ꝙ sex diebꝰ sensibilem accipit impinguationem: ita ꝙ custodes porcorū ex tempore mensurant pinguedinis q̃titatem acq̃site: ⁊ propter hoc sepe dimittūt porcū tribꝰ diebꝰ: ⁊ postea cibant eū: sic enim velociter diciᷓ impinguari. Sic aūt qđam hominū student impinguationi porcoꝝ: prima qđeꝫ die aquam dant eis: ⁊ in secūda subtrahūt eandeꝫ: ⁊ postea continue cibant eos duobus vel tribꝰ aut quatuor diebus: deinde dimittūt eos ⁊ faciunt hoc vsq̃ꝫ ad. 7. dies: hoc autẽ animal impinguaᷓ cū ordeo milio ⁊ palea furfuris siue siliquis: optimam tamẽ carneꝫ accipit ex glande ⁊ impinguaᷓ precipue cū gete: tūc enim delitiaᷓ: qa flegmaticū est ⁊ in qete calor hebetatus cõuertit nutrimentū circa locū digestionis: ⁊ non consumit aliqđ q̃si de ipso: sed statim pinguescit ⁊ coagulaᷓ in adipem. Frisones tamen student impinguationi porcoꝝ ⁊ boum per vnū ⁊ eūdem cibū: bouem enim alligant ad presepe ministrantes ei ordeū cū pilo duꝝ: qui qa dentes non habet non cõminuit ordeū: sed in ipso emolliᷓ ⁊ ex ipso molli trahit nutrimentū ⁊ alteꝝ q̃si integrū emittiᷓ cū stercore. Porcū igiᷓ alligare dicūᷓ caude bouis: ⁊ ille masticando grana ordei cuꝫ stercore emisso ex illis impinguaᷓ: tm̄ aūt de cibo transit in nutrimentū porci: qđ dicitur sexta pars cibi sui transire in pilos ⁊ sanguinem: ⁊ sibi similes partes porci. Pugnat aūt cū lupo: ⁊ lupus igeniose pugnat cū porcis accedens subito ⁊ recedens ⁊ attẽtans morsum gutturis eiꝰ: ita ꝙ qđam expertoꝝ dixit mihi ꝙ lupus eo vidente in ore accepit lignum ponderis. 30. vel. 40. libre in sylua: ⁊ cum eo didicit saltare super trūcum arboris abscise qui loco illo magnus ⁊ latus stans in terra fuerat relictus: ⁊ cum bene didicisset saltū ascondit se ⁊ veniente in locum illuꝫ ꝓpter auenam ibi seminatam porca syluestris cū multis porcis diuerse quantitatis vnius anni vel duorum subito prosilijt: ⁊ capiens vnum qui videbatur eiusdẽ ponderis cum ligno qđ ante in ore habens super trūcum saltauerat: ⁊ ibi porcum interfecit ⁊ comedit: ⁊ porcis syluestribus recedentibꝰ: ⁊ ipse post eos aliquãtulum recessit saturatus. porci aūt cuꝫ pariunt macrescunt sicut ⁊ alia fere oīa animalia. ¶ Tauri autem comedūt fructus granoꝝ ⁊ impinguanᷓ precipue a fructibꝰ generantibꝰ ventositatem sicut est ordeū orobū faba cõmolica ⁊ etiam fabe siliqs. Dicitur aūt ꝙ si scindiᷓ coriū tauri ⁊ insuffleᷓ inter coriū ⁊ carnem ⁊ dat ei predictos cibos citiꝰ impinguabiᷓ. Impinguaᷓ etiaꝫ cibis dulcibꝰ ⁊ ficubꝰ passis ⁊ vino. Cornua autem vacce cera calefacta in omnem parteꝫ flectūtur: ⁊ si inūgaᷓ vacca cera oleo ⁊ pice vnguento composito valet ei contra pedū dolorem

Octauo đ naͣ aialiū cap. 6.

De ipiguãdis porcis.

Octauo đ naͣ aialiū cap. 7.

forem ꝛ contra nocumentū qꝺ contrahūt in pedibus in ni/
ue: tauri etiam non ementulati multū impinguanť ſi pluri/
bus annis remāſerint ſine coitu: ꝛ in terra anſyros dicta cu
ſtodiunt tauros. 9. annis ne coeāt: ꝛ vocanť in illa terra ta/
les tauri aſſocoroz ꝛ non ſtudent ad hec niſi vt creſcant ꝛ cō
gregant in vnū gregem tales tauros quadringentos ꝛ iſti
viuere non poſſunt in alia terra: multi enim ſtuduerunt vt
crearent eos in alia terra ꝛ non poterant. ¶ Equus autem
ꝛ mulus ꝛ aſinus comedūt grana ꝛ paſcūtur herbis ꝛ ipin/
guātur aqua precipue in qua cocta eſt tortuca: ꝛ quāto plus
mulus potat ex aqua tanto cibꝰ plus proficit ei: ꝛ gazata fa/
cit pilos eoꝝ molles: ꝛ maxime ſi fuerūt femine impingua/
te. vacce aūt diligūt aquam bibere claram: equus vͦo dili/
git bibere turbidam ſicut ꝛ camelus: ꝛ ideo camelli non bi
būt aquam fluminis niſi prius turbent eam: ꝛ camelli pati/
unť aliqñ ſitim abſqꝫ aq̃ forte per. 10. dies: ꝛ poſt bibūt mul/
tuz. ¶ Elephas aūt comedit vna vice. 9. medyamos ꝛ me/
domicar que ſunt nomina menſuraꝝ quarūdam: ꝛ non po
teſt comedere plus vna vice: ꝛ ſūt q̄ſi ſextarij ordei aut aue/
ne: ꝛ etiaz iſta menſura eſt ei periculoſa ſi ſepe comedit eā:
ſed in maiori parte comedit. 6. vel. 7. metretas: comedit au
tem aliquando quinque alkataz qꝺ eſt menſura metrete: ꝛ
forte cum hoc ſex meurız ꝛ cocoleoz hoc eſt quantū amba/
bus manibus ſimul capi poteſt: vt dicūt quidam: ꝛ forte bi
bit elephas de aqua ſemel. 14. machandos: hoc eſt ampho
ras in mane: ꝛ poſt meridiē bibit amphoras octo. ¶ Plures
autem camelli viuunt. 30. annis ꝛ amplius: ꝛ forte viuit ali/
quis. 100. annis: elephas autez. 200. annis viuere perhibe/
tur: ꝛ quidam etiam dicūt ꝙ viuit annis. 300. ¶ Oues au/
tem ꝛ capre comedunt herbas: ꝛ oues quidem paſcūtur nō
multum diſcurrentes a locis paſcuorum: capre enim diſcur
runt multum late in paſcuis: ꝛ accipiunt extremitates her/
barum ꝛ arbuſtarum in paſcuis tñ: oues autez impinguā/
tur bibendo aquam ꝛ aquoſum faciendo nutrimentuz: ꝛ ꝓ
pter hoc quando impinguare eas volunt paſtores dant eis
in quibuſlibet quinque diebus vnū amandoroz hoc eſt me
tretam ſalis: ꝛ ex hoc erunt plus ſane: propter qꝺ etiam cuz
ſuis cibis ſalem admiſcent ꝛ ex ſale excitať eis ſitis: ꝛ tunc
plus potant ꝛ amplius impinguātur. In noſtra autem ter/
ra cōtra ventris ſolutionem dant ſal: ꝛ excitata ſiti dant eis
vinum rubeū: in autūno autem dantur eis cucurbite ad la
ctis abūdantiam: capri aūt poſtqꝫ moti ſunt poſt meridiez
plus potant de aqua: quādo autem eis ſal datur ante par/
tum: multū fluxum lactis habebunt a mamillis: oues autē
impinguantur lenticula ꝛ palea auene cum ſale: ꝛ ſi oues ab
ſtineant per tres dies: ꝛ poſtea cibenť multum impingua/
buntur: qa calor in eis lentus acuitur abſtinētia: ꝛ tūc abū/
dantius conuertit nutrimentum: ꝛ hoc eſt generale in oi/
bus frigidis ꝛ humidis animalibus ſicut eſt porcus ꝛ ſimi/
lia: ꝛ in eſtate valet ouibus aqua ſeptētrionalis frigida: et
in autūno meridionalis tepida iuuat eas plus paſtus in ſi/
ne diei ꝛ motus per itinera ꝛ exercitium moderatū qꝺ exic
cat calorem ꝛ non cōſumit humorem. Immoderatus autē
motus ꝛ labor cogit ad maciem: paſtores autem cognoſcūt
oues que poſſunt pati hyemem: quoniā ſuper quaſdam in/
uenitur glacies ꝛ ſuper quaſdā non: ꝛ que inter oues eſt de/
bilis non poteſt ex ſe excutere glaciem. ¶ Generalr autem
carnes omnium quadrupedū que paſcūtur in locis aquo/
ſis ſunt male: ꝛ que in locis altis montuoſis ſunt carniū bo/
narum: ꝛ quecunqꝫ habent ampliores ꝛ latiores caudas ex
ouibꝰ melius ſuſtinent frigus hyemis qꝫ habentes caudaz
longam ꝛ ſtrictam. Similiter autem quecūqꝫ habent pilos
multos melius ſuſtinent hyemem qꝫ habentes lanam pau
cam. Adhuc autem quecūqꝫ animalia habent pilos curtos
ꝛ criſpos hyemem grauiter patiūtur: eo ꝙ talia ſunt calida
ꝛ ſicca habentia poros in qbus frigus hyemis profundať:
econtra autem habentia pilos molles ꝛ multos ꝛ planos ꝓ
pter modum ſue complexioni oppoſitum. Adhuc autez la/
na ouium quas lupus comedit aut vulnerat: ꝛ ſimiliter la/
na que abſtrahitur a pellibus coriariorum qui coriuz faci/
unt ex pellibus ouium facit plures pediculos qꝫ alia lana.
¶ Amplius autem omne animal anuloſum habens dētes
multum comedit: qꝺ autem ex talibus non habet niſi lin/
guam tñ cibatur humiditate. Adhuc autez qꝺ ex iſtis co/
medit indifferēter ex omnibus cibať cibis ſicut apes que/
dam magne que lupi dicuntur: quedam autem ex eis cibā/
tur ſanguine ſicut muſca canina ꝛ cinomia que grece varu/
boz ꝛ eſtaroz dicuntur. quedam autem ex eis cibantur ſuc/
co arborum ꝛ plantarum: ſicut quedam apes crocee: ſole au
tem non cadunt ſuper rem fetidam niſi bonum ſaporez ha
beant: ꝛ apis etiam diligit aquas claras currētes. Iſta igi/
tur genera animalium cibis predictis vtuntur.

Octauo ꝺ nā aialiuz cap. 8.

Octauo ꝺ nā aialiū cap. 9.

Octauo ꝺ nā aialiū cap. 10.

Sīalr oſſes carnes q̄dru/pedū q̄ paſcūť in locis aq̄ſis ſunt male.

Octauo ꝺ nā aialiū cap. 11.

¶ Cap. 6m. De mutatione animalium de loco ad locum ꝓ/
pter aeris intemperiem: aut ꝓpter infirmitatez loci in quo
manere conſueuerunt.

Communicant autem multa animaliuz gene/
ra in ſuis operationibus ꝛ coitu ꝛ partu ꝛ acq
ſitione cibi ſm frigus loci ꝛ calorem ꝛ diuerſi/
tatem temporum. Omnia enim habent ſen/
ſum ꝛ perceptionem naturalem ad diuerſitatē
frigoris ꝛ caloris ſicut homo. Quidam eni ho
mines latent in hyeme in domibus ꝛ mutant loca in eſtate
ad loca frigida ꝛ in hyeme ad loca calida: ſimiliter autē fa/
ciunt reliqua animalia que de loco ad locum mutari poſ/
ſunt. Cauſa autem mutatiōis eſt ſicut diximus: aut cōbu/
rendo exiccans calor ſicut eſt aliquādo calor ſub duobꝰ tro/
picis: aut conſtringendo mortificans frigus ſicut eſt frigus
poli: hec tamen ſm diuerſitatem animalium ſunt relata ad
loca diuerſa: quoniam in vno frigore vnum animal poteſt
habitare in quo non poteſt habitare alterum: ꝛ eadem ra/
tio eſt de calore ꝛ frigus ꝛ calor ſalubria vni ſunt corruptiua
aliorum. ꝛ huius notitia ꝛ cauſa ſcitur ex his que tradidi/
mus in ſcientia de locis habitabilibus ꝛ locorum natura: ꝛ
hec eadem cauſa eſt ꝙ quedaz animalia recedunt ad loca
multa remota dimittentia loca generationis que poſt equi
noctium autūnale fugiendo ab hyeme veniente ꝛ reuertū/
tur poſt equinoctium vernale: nec mouet ea ad hoc niſi ti/
mor diuerſitatis aeris. ¶ Grues autez precipue faciūt hoc
in quibuſdam terris: ſicut in Grecia: volant enim a Gre/
cia verſus meridiem vltra Egyptum vbi fluit Nilus: ꝛ ibi
occurrunt animalibus brutis que quedam genera ſunt ſy/
miarū ꝛ dicūtur pigmei: qui cubitales homines vocanť eo
ꝙ ſunt ſimiles hominibus in figura: ꝛ incedūt erecti longi/
tudinem cubiti non excedentes in fine tertij anni generan/
tes: ꝛ in fine octaui aut parum minus morientes: habitant
autem iuxta Nili principia in meridie verſus occidentem
ꝛ aquilonem parum declinando: ꝛ pugnant cum gruibꝰ ad
eos venientibus ꝛ eſt rei veritas. Talia eniz animalia que
pigmei dicūtur multi viderunt: ꝛ habent etiaz equos val/
de paruos ſuper quos aſcendunt ꝛ equitant: ſed vſum ra/
tionis non habent: nec verecundiam: nec honeſtatem: nec
iuſtitiam colunt: neqꝫ iudicium reipublice exercent: ſed in
multis imitantur homines: ita etiam vt habeant loquelā
ꝛ ſermonem imperfectum tamen habent. Ea autē anima/
lia que recedunt: quedam recedunt ad loca alta querendo
in eis frigus temperatum: quedam autem recedunt ad lo/
ca cauernoſa calida querendo in eis calorem: ꝛ abſcondū/
tur in locis eiſdem in arborum concauitatibꝰ: aut ſub fron
dibus decidentibus: aut in cauernis querēdo calorez: que/
dam etiam non mutant locum apud nos: aut grues ſūt cō/
tinue ꝛ hyeme ꝛ eſtate: ꝛ tamē habitatio noſtra eſt valde fri
gida fere. 47. gradus latitudinis habens ab equinoctiali.
Auis autem que dicitur grece kalakanez etiam mouetur
de loco ad locum: ꝛ eſt ſpatium huius volatus huiuſmodi
auis a loco qui vocatur charemon vſqꝫ ad locum qui diciť
cimor: ꝛ ad locum qui dicitur athytyron: ꝛ ibi pullificant et
volant recedendo ꝛ reuertendo omnes ſimul: ꝛ primus in/
ter eos ꝛ rex ſtat poſtremus in acie. Ex his autem auibus
que ſunt apud nos expertus ſum ꝙ aues qui dicuntur an/
ſeres ſm omne genus ſuum ꝙ quadruplex eſſe diximus re
cedunt a terra noſtra que eſt latitudinis. 47. graduuz ꝛ ve/
niunt in ſclauiam ad loca humida harundinoſa ꝛ paludo/
ſa ꝛ ibi pullificant. In hyemis autem principio reuertūtur
ad nos propter paſcua ꝛ aerem magis temperatum: ꝛ tūc
volant in gregibus maximis: ita ꝙ milleni vel amplius vi/
dentur: ꝛ quando ventus eſt a ſeptentrione volant ad me/
ridiem: quando autem eſt a meridie: volant ad aquilonez:
ita ꝙ ſemper portātur flatu venti in volatu: ꝛ ideo vulgus

Octauo ꝺ nā aialiū cap. 12.

Nō ꝺ pigmeis ꝙ ꝛ ſi hoibꝰ aſſilanť: nō tñ rōnis ſunt pti cipes.

Quare vulg⁹ dicit volatũ anseris ventũ significare.

dicit ꝙ volatus anseris indicat ventum. ¶ Similiter autem dicit Auicen. ꝙ iam est expertus in terra sua: ꝙ aues quedam aquatice veniunt in vere ad mare mortuum qđ salsius ⁊ calidius est alio mari qđ magnum vocatur: ⁊ hoc mare apud Arabes vocatur themene: ⁊ abinde recedũt ad intus qui demore vocantur: ⁊ deinde pertranseunt Nilum ⁊ vadunt ad lacum dictum decantesme: ⁊ quedam etiã earum perueniunt ad lacum dictum deterrabestẽ: ⁊ quedam perueniunt ad lacus alios qui sunt in locis illis. Idem aũt obseruant pisces mouendo de loco ad locum: ⁊ querendo loca cauernosa versus hyemem: ita ꝙ expertus sum in villa mea super Danubium vbi sunt plurime cauerne in muris ⁊ lapidibus ꝙ omni anno post equinoctium autũni congregantur ibi pisces quos vulgus barbellos vocat: ⁊ in tãta conueniunt quantitate ꝙ manibus capiũtur: ita ꝙ tempore meo simul bene vsq; ad decem plaustra manib⁹ eiecerunt incole loci. Piscis enim ille frigus non sustinet: ideo semper languens in hyeme inuenitur. in estate autẽ est mũdus ⁊ sanus. Quidam autem piscium vadunt a profundo maris in hyeme propinquantes littori terre querendo calorem: quidam autem econtra fugiunt a littore ad profundum maris fugiendo calorem littoris. Similiter autem ⁊ aues debiles in hyeme fugiunt a frigido a montibus et ad valles querendo calorem. In estate autez redeunt ad summitates montium fugiendo calorem nimium: ⁊ cum debilitantur calore vel frigore secedunt in locum opposite qualitatis temperatum: propter qđ etiam in duobus temporibus contrarijs hoc est hyeme ⁊ estate frequentius mutantur: non vno autem tempore mutant loca sua: qa is qui vocatur chentomur recedit ante piscem vocatum cochera et arorez recedit ante latalis. ¶ Adhuc autem quedam aues mouentur in mense qui dicitur grece monodarauuen. hoc est in Septembri: quidam autem tardius in Octobre: qui dicitur persice manacraryon: ⁊ cum volunt recedere vociferant alte volando: ne aliqua earũ remaneat: ⁊ vt augmẽtetur societas recedentium: vt dicit Auicẽ. Ambro. autem adiungit his ꝙ etiam debiliores quasq; ⁊ tardiores fulciunt aduentatione alarum ⁊ expectando propter hoc ꝙ tũc patiuntur insidias ab auibus a quibus perirent nisi se mutuo ⁊ expectarent ⁊ iuuarent: ⁊ sic etiam apud romanos: ꝓpter hoc ciconia meruit pia auis vocari: sicut dicit Ambrosius. Inequaliter autem recedunt sicut diximus de piscib⁹: quoniam a nobis prius recedunt ciconie q̃ hyrundines: ⁊ hyrundines citius recedunt q̃ coturnices. Gugulus autez recedit ante omnes istas aues. Ficedula vͦ a quibusdam terris Germanie nunq̃ recedit. In Sueuia eni semper inuenitur: sed a Germania inferiori aglonari que multum est aquosa recedit in estate ⁊ redit in fine autũni. Similiter autez cornix varia que ex parte cinerea est: ⁊ in parte a Germania inferiori recedit in estate ⁊ reddit in autũno: ⁊ stat per hyemem: sed a superiori Germania versus meridiem nunq̃ recedit: ⁊ causa est quia in inferiori parte Germanie sunt loca aquosa ex quorũ vaporibus aer hyeme temperat̃. In superiori vͦ est aer purissimus ⁊ loca sũt alta valde: ⁊ ad illa veniunt in estate. Adhuc autem quandocũq; mutantur a calido ad frigidum impinguant̃: econtra autem mote macrescũt propter dissoluens ⁊ consumẽs calidũ: propter quod etiam pingues ante mutationem trahunt se a loco frigido ad calidum: vt viscositas earum dissoluatur ⁊ consumatur frigiditas. Debiles autem ⁊ macilente trahunt se ad loca frigida vt ex illis contineantur in eis spiritus ⁊ pinguescat humor: ⁊ hec est causa multis animalibus in mutatione locorum. In vere autez magis q̃ in alijs temporibus festinant coitum eo ꝙ tunc acuitur calidum ⁊ subtiliatur humidum eorum qđ est spermatis factiuum ⁊ generatiuum. Grues autem mouentur primum in extrema terrarum meridionalium: sicut diximus ꝓmuz volando vͦ opponunt se vento: ⁊ postea subijciunt se vento vt flatu venti ferantur: dũmodo ventus non contrariet̃ intentioni earũ. Et hoc quod dicitur ꝙ in stomacho habẽt lapidem: ⁊ ꝙ vomitant ipsum quando volant: ⁊ inuenitur aliquando cadere ex ipsis: ⁊ ꝙ lapis ille valet in experiẽdo aurum: falsum est: nec lapis cadens ex grege eorum cadit ab ore sed a pedibus: quia lapides aliquando in pedibus ducere consueuerunt quando incuruantur eis digiti pedũ: vt super lapidem dirigant: propter quod etiam inobseruate accipiũt quẽcũq; lapidem: ⁊ non lapidem generis vni⁹: sicut etiam inobseruate interponunt lapidem ouis quando cubant oua sicut diximus superius. Similiter autez pheytet ⁊ kaluadoz ⁊ turtures non hyemant in suis locis: sed columbe manent in locis suis: ⁊ similiter antogoz aliquando manet: ⁊ sepius mouetur de loco ad locum: turtures etiam sepe manent precipue quando montem habuerint contra boream: ⁊ ab alia parte locum liberum ⁊ patulum in quo se soli exhibeant ⁊ ipsa terra habitatiõis sit temperata: pheyta autem ⁊ turtures mouentes se de loco ad locum volant simul sicut greges: ⁊ inuento quidem puro frigido aquilonari cogit totus grex suum egobyat: hoc est stringunt cohortem vt coniuncte volantes vt vna quasi alis aliam percutiat: ⁊ videatur grex eminus quasi niger pãnus extensus in aerem. Cum vento autem meridionali fatigantur propter impuritatem ipsius: ⁊ calorem resoluentem spirit⁹ cuz calore motus earum: non enim in illo vento aues recedentes vniuersaliter bene possunt volare: quia humidus est ⁊ ponderosa ⁊ debilia ⁊ infirma reddit corpora: ⁊ hec vna est quedam causa cum suprahabitis ꝙ in volando multuz vociferant precipue grues ⁊ anseres: qa quasi gemunt ⁊ conqueruntur de corporum suorum fatigatione. Mirabile autem dictu videtur ꝙ cum grues redeũt ad regiones aquilonares nostras venientes a regione pigmeorum: nullum penitus inueniuntur habere rectorem: ⁊ quando mouentur a nostris regionibus ad illos rectores habent quos ponunt sibi. Causa autem huius est ꝙ timent pugnam auiuz ⁊ pigmeorum: redeuntes autem non timent. In recedendo autem dicũtur eis associari multa genera auiũ que nec defendere seipsa nec custodire sciũt: ⁊ cũ grues castrametantur non longe cubant a castris earũ sicut hakalokyrim que est coturnix: vt quidam dicunt quã aliqui guagiam vocãt: ⁊ ortygometra ⁊ orix que sunt genera quedam pullorum et auis que vocatur fababorioz: ⁊ iste est que de nocte versus diluculum clamat: ⁊ vocat aues. cuius signum est ꝙ aucupes istam auem de nocte clamare audientes pronuntiant aues a terra recedere. Est autem ortygometri alio nomine orthygia vocata genus pulli maximum habens anseris quãtitatẽ: ⁊ habet pẽnas in pectore hyacintinas: sed in dorso est cinerei coloris: ⁊ vocatur orhim ⁊ ab incolis alpiuz in quibus maxime abundat: ⁊ habitant super ipsa iuga montium: propter quod est glacie perpetua que ibi est aliquando deijcere vise sũt crystallos ⁊ parue crystallini berilli inueniuntur in papis earum. Orix autem etiam est gen⁹ pulli syluaticum excedens perdicis quantitatem habens nobilem ⁊ esibilem valde carnem ⁊ fere colorez perdicis: ⁊ vocatur a Germanis haselhun. Cuius interpretatio est pullus corili: eo ꝙ in arbore corili sedens frequentius inuenitur ⁊ cibatur longis granis corili que ante auellanas egrediuntur que fere figuram habent longi piperis. Fababonis autem est pullus quã vocamus pullum fybicis: que est arbor quã quidam nutricam vocant: eo ꝙ in hac insidens frequentius inuenitur ⁊ cantat gallus ei⁹ de nocte sicut gallus domesticus: ⁊ maxime quando vult recedere: phasian⁹ solus iuenitur in prima parte hyemis loca mutare ⁊ de sylua ad syluam: sed non mutat regionez apud nos: sed instabilis est vt diximus per syluas distantes discurrens: ⁊ in illo discursu aliquando quiescit in ortis hominum in villis ⁊ ciuitatib⁹: ita ꝙ iam pluries in ortu nostro in Colonia inter saluiam ⁊ rutbã gescens est inuent⁹ lassus ex volatu.

¶ Cap. 7m. De accidentibus que accidũt animalib⁹ ouantib⁹ ex diuersitate locoꝝ in quib⁹ sunt aues siue pisces.

Octauo đ nã aialiũ cap. 12.

Sunt autem ⁊ alie auium ouantium volatiliũ ⁊ natatiliũ proprietates naturales. Est enim quedam auis que est de genere picoruz dicta grece galachayz que est valde magne lingue: prominet enim sibi lingua multa prominẽtia non semper quidem: sed qa quando vult multum extendit eam extra rostrum eo ꝙ cũ illa extrahat vermes de profundo lignorum: ⁊ est ante quasi cornea acuta: ⁊ illud infigit in corpora vermiuz quando extrahit eos de lignis: apud nos autem vocatur picus linguosus: omnes quidem

dem enim aues de picorū genere habent longas linguas: sed iste in longitudie lingue vincit omnes alias: ⁊ raro inuenitur nisi in profundo magnarum ⁊ antiquarum syluarum vbi rara est frequentia hominum. Auis autem quem ortytoren siue ortor vocant: quidam antiquorum assimilatur aui que galenky vocatur: sed plumam lanuginosam et non fortem pēnam habet prope dorsum: ⁊ hanc quidaz bubonem vocant: eo ꝙ multum buboni est similis: ⁊ solet capi quando auceps mouetur ex opposito: hoc est ſm Auicē. quando directe contra auem se ponit: ⁊ laqueum sibi imponit: tunc enim auis imitans quicquid videt imponit etiaz sibi laqueum que recedit auceps ⁊ sic capitur: propter qđ etiam auis symia. Uniuersaliter autez dicitur ꝙ oēs aues vncorum vnguium sunt breuioris colli: eo ꝙ non capiūt cibum nisi de pedibus suis: ⁊ ad hoc sufficit inclinatio corporis cum breui collo. Sub terra autem vel sub luto accipientes cibum longa rostra habent ⁊ recta: ⁊ sub aqua venātes: sed non se sub aqua mergentes: necesse est longa colla ⁊ lōga crura habere nisi sint natantes vt cygnus: aliter eniz natura necessaria ⁊ conuenientia organa animalibus non largiretur. Auis etiaz breuis colli ⁊ vncosi vnguis est curui rostri ⁊ grosse lingue: ⁊ ideo voces hominis ⁊ alioruz animalium non imitatur. Est etiam auis parua de genere psitaci existens que grece astalalga vocatur: ⁊ hec habet linguam latam tenuem ⁊ flexibilem sicut est lingua hominis: ⁊ meliꝰ omnibus auibus exprimit voces humanas vel hominum: sed multum diligit coitum ⁊ libenter bibit vinum: ⁊ tūc magis efficitur garrula ⁊ magis luxuriosa. In sequentibus autem de psitaco prosequemur. Quedam enim aues volāt cōgregatim vt sturni ⁊ anseres parui albi: ⁊ hec quidem sunt de volatilium proprietatibus.

Octano đ nā / ialiū cap. 13.

¶ Pisces autez aliquando mouentur a profundo maris ad prope terram fugiendo calorem ⁊ frigus: ⁊ qui prope littus sunt meliores ⁊ pinguiores sunt: eo ꝙ prope terram melior est pastus ⁊ calidior locus: propter liberum enim accessum solis ad loca oriuntur ibi arbores ⁊ herbe: ⁊ maxime in ortis iuxta littus existentibus ⁊ cultura hominuz iuuatis: ⁊ forte oritur apud terraz herba que vocatur caper niger: quā libenter comedunt pisces: ⁊ hoc signant hi qui faciunt lacunas: hi enim aliquando remouent aquam ⁊ seminant fundum ordeo: qđ cū exortum fuerit inueniunt in eo pisces pastuz. Loca etiam prope ripam existētia magis sunt temperata: ⁊ ideo carnes pisciū istorum locorum sunt fortiores: carnes autem piscium qui sunt in profundo sunt humide ⁊ molliores: prope ripam autez magis inueniūtur pisces dicti cheydoon vbicator hortoz borosopoz fastoroz thariggia damalō calba homyoz comeuz: ⁊ hij sunt pisces sub his nominibus ignoti apđ nos: sed iuxta ripam nostri maris: in diuersis temporibus inueniuntur pisces in Flandria ⁊ in inferiori Germania dicti allec ⁊ pedinuz genera: ⁊ qui dicūtur lingue siue solee: ⁊ qui vocatur barderen qui latine molli vocantur: ⁊ qui vint vocantur: ⁊ multa alia genera: sicut muruca makarellus lepꝰ maris ⁊ parca maris ⁊ gemma maris: ⁊ hi qui vocanť bosemundus: ⁊ multa alia piscium genera que diuersis temporibus anni circa littora nostri maris inueniunť. Pisces autem lapidosi etiam in profundo grecorum maris existentes sunt qui dicuntur apud eos tharagon cebeby corogoro olliuiez barabamoz euocliz: hec est anguilla maris quaz apud nos congruum vocamus. Fegoroam ⁊ scorpius maris ⁊ asellus niger maris: ⁊ atysmorena ⁊ est murena marina ⁊ ekokoam faciunt vtrūq3. Aliquando enim sunt in profundo ⁊ aliquando in littore: apud nostra autem maria cognoscuntur pisces a mare profundi pelagi: eo ꝙ raro capiuntur: ⁊ illi sicut dicunt piscatores expertissimi sūt precipue boues marini ⁊ milites maris qui enses habent in fronte ⁊ galeas in capite ⁊ scuta sup dorsum: ⁊ isti sunt tortuca maris ⁊ pisces serpētini ⁊ cete: ⁊ multa alia gňa piscium. ¶ Differunt autem pisces plurimum ſm loca in quibus conuersanť: omnes enim lapidosi magis sunt pingues ⁊ saniores: sicut truta tymallus qui vocať vmbra: ⁊ lucius ⁊ id qđ dicitur morbomoz qđ dicitur eē in loco baracabit ⁊ hanicab est saporosum postq3 oritur arcofilor astru in ortu chosmico cum sole: hoc enim tempore dimittit coituz. In estate autem est malus propter coitum ⁊ ouationem quā tunc facit.

In pelago autem sunt multi pisces qui ſm loca magnas habent differentias sicut cely: nartice eroz taurigla ⁊ piscis q dicitur anna: ⁊ in mari qđ dicitur kabakaben sūt omnes dicti. In mari autem qđ dicitur gestonydi sunt multa alia genera piscium: ⁊ maxime animal vocatum kokyon qđ est vitulus marinus: ⁊ hoc nō itrat i mare hoc ē bossoroscharoz qđ nos mare bossoroz vocamꝰ: s3 manet in estate in loco q dicitur frostoycoz vbi pullificat: hyemant autez in loco qui dicitur agazo: hondez vo ⁊ qui lamadez ⁊ anna intrāt in locum dictum koykoz in vere ⁊ ibi estiuant; omnes autez greges sic locum mutantes habent rectorem. Motus tamen piscium ad mare koycoz hoc est bossoroz est propter cibuz: pastus enim est ibi bonus ⁊ vtilis propter dulcedineť aque: ⁊ quia magna animalia sicut cetus ⁊ balena: ⁊ huiusmodi sunt ibi rara que insidiantur dictis piscibus: ibi enim magni delphines non inueniuntur nec magni kaykoz hoc est cete grandia: sed parui pulli dictorum piscium: quia nō vadunt illuc nisi propter pastum ⁊ aque dulcedinem: superius autem dicti ibi pullificant: ⁊ post crementum pulloruz exeunt ⁊ reuertuntur illic vnde venerunt: quando in fine arietis ascendunt cum sole plyades. Genus autem dictoruz piscium tunc videtur latere ⁊ a mari se subtrahere intrās in flumina dulcia que fluunt in mare. Cum autem multū meridionalis fuerit hyems posterioratur aduentus eoruz: cū autem est multum septētrionalis tunc aduentus eorum et motus anteriorabitur: ⁊ hec est causa ꝙ mora eorū aliquādo elongatur in loco maris coyroz siue bossoroz: ⁊ deprehēduntur in mari kauseon. In his enim piscibus manifestuz est valde quando mouentur ad exitum vel introituz alicuius loci maris: pisces enim kariha vocati deprehenduntur in exitu a locis suis: ⁊ in introitu non ita simul videnť: quin post raro deprehenditur minus in ciuitate Borizeon: ⁊ tūc parant piscatores rhetia sua: eo ꝙ illo tempore istum piscē capere non consueuerunt: sed signat eis ille vnus ꝙ iam venire incipiūt. Causa autez quare in tempore illo in dicta ciuitate non capitur est: quoniā piscis solus non in grege manet in mari adrien: qđ est mare adriaticum: cuius signū est quoniam cū deprehenditur inueniť tendere versus adriaticum mare. In exitu autem a mari illo non deprehendiť. Piscis autem cothon qui latine tinnus vocatur declinat ad partem dextram quasi semper in itroitu ad mare ad qđ tenditur: in exitu autem suo frequenter declinat ad sinistrā sicut dicunt: eo ꝙ aspectus eius in parte dextra est acutior: q3uis naturaliter non sit acuti visus: rodez autem quem latine scombrum vocant natat de die ⁊ qescit de nocte: nisi nox fuerit lunaris: tunc eniz natat ⁊ non quiescit. Aliqui tamen experti marinorum dicunt hoc genus piscium in hyeme non moueri: sed qescere indifferēter in omni loco vbicūq3 deprehenderit eos hyems vsq3 ad equinoctium vernale. Piscis autem clono vocatus capitur in introitu suo ⁊ in exitu valde raro: ⁊ melior est in loco farachochiz qđ est iuxta mare bossoros quando capitur anteq3 pullificet. Est autez modus alius rodez hoc est scombri qui deprehenditur quando exit a mari bossoros ⁊ post melioratur recedēs ab eodem mari: ⁊ cuz venerit in introitu ad mare agon est valde pinguis ⁊ supra illum locum ascendens efficitur macer valde. Adhuc autem cum ventus meridionalis efficiť ⁊ aqua inspissatur: tunc exit ex mari ad ripā harnoz piscis: ⁊ theokymiro ⁊ venantur ipsum piscatores circa loca hortilia graminosa. ſm hunc modum igitur se habet qualitas piscium de vno loco ad alium natantium.

¶ Cap. 8m. De diuersitate animalium gressibilium penes mansiones locorum eorum: ⁊ de piscium latentia ⁊ apparitione in diuersis temporibus.

Animal autem syluestre simul inuenitur mutare loca ſm diuersitatem temporum: quoniā aliquod eorum in hyeme manet in cauernis: ⁊ exit ab illis in estate: ⁊ ideo quedam animalium quadrupedaliū preparant cauernas suas ſm hoc ꝙ sibi conueniunt contra priuationem temperantie caloris ⁊ frigoris in duobus temporibus oppositis que sunt estas ⁊ hyems: quorum excellunt temperantiam caliditatis ⁊ frigiditatis. Adhuc autem animaliū habitantium in cauels quedam manent in eodem loco: et

quedam mutant loca ⁊ regiones ſm diuerſitatez tempoꝝ.
Manentia autem in eodez loco in caueis ſunt ſicut kaka-
ra ⁊ cyrolyez. Apud nos autem animalia nota habentia ca
ueas ſunt ſicut mus montan⁹: vulpes ⁊ glis varius ⁊ taxus
⁊ plura animalia alia. Que autem intrant in caueas ⁊ ma-
nent in eis per tempus anni ſine cibo non vno tempore in-
trãt caueas: ſed potius caholea intrat cauernas in hyeme
⁊ hoc apud nos facit vrſus: karkara autem ⁊ kalikez in die
bus canicularibus in fine geminorum ⁊ in ortu cancri ⁊ ma
nent in eis.30.dies fere vſq₃ ad medium Auguſti: quando
declinat eſtus eſtatis: kakaniz autem etiam intrat caueas
in frigore magno hyemis: qa tunc frigus penetrat in poros
eius: ⁊ ſimiliter in diebus magni caloris eo ꝙ tunc extra ca
ueas reſoluerentur eius ſpiritus. ¶ Generaliter autez oia
anuloſa animalia manẽt in ſuis cauernis in hyeme niſi ſint
domeſtica: ⁊ quedam eorum manent diu: ⁊ quedam paruz
ſm diuerſitatem diſpoſitionis corporis eorum. Apes enim
ſm omnem ſui diuerſitatem manent in cauernis in diebus
magni frigoris: ⁊ tunc aut parum aut nihil comedent de ci
bo ſibi preparato. ⁊ huius ſignuz eſt: qa exeunte aliqua ape
de foramine in quo habitat paruum videtur foramen ⁊ q̃ſi
nihil profundatum ad cibi euacuationem: ⁊ nihil inuenit
de egeſtionibus eius in anteriori foraminis: manet autem
ab occaſu choſmico plyadum vſq₃ ad tempus vernum: ⁊
hoc eſt quando ſol eſt in libra in fine: tunc enim oriente ſo-
le ab oppoſito occidũt plyades q̃ ſũt in fine arietis. ¶ Am-
plius autem multa animalia habentia ſanguinem abſcon
dunt ſe ſicut ⁊ anuloſa: ſicut tyrus ⁊ genus cocodrilli qđ ha
riden vocatur ⁊ lacerta ⁊ tenchea que eſt cocodrilli ſpecies
mouens mandibulam ſuperiorez ⁊ eſt fluuialis beſtia. Alij
autem ſerpentes latent in terra ⁊ dracones qui latent ſub
lapidibus: manifeſtum etiam eſt multa genera piſcium la-
tere: ſicut fatoroz in Grecia ⁊ barbellus apud nos: ⁊ capi vix
poſſunt niſi temporibus determinatis. Aliquando etiaz la
tet zocoz ⁊ arygerim: piſces autem lapidoſi manent pares
mas cum femina ⁊ cum pullificant eſt quaſi chaygel: coco-
hon berica: chobio autem latet in hyeme in profundo ma-
ris: ⁊ poſt eius latentiam impinguatur valde: cuius cauſaz
inferius in hoc eodem libro explanabimus: primo autem
quando incipiunt ipſum venari piſcatores eſt poſt aſcẽſio-
nem plyadum quando cum ſole aſcendunt in vere vſq₃ ad
occaſum ſtelle: que dicitur arratharez in arabico ⁊ occidit
choſmice in equinoctio autũnali: ⁊ in alio tempore hyemis
eſt in quiete latens. Quidam etiaz piſces capiuntur in ſuis
cauernis: ⁊ precipue quando cauerna eſt locus calidus: hi
enim quaſi ſemper ſtant in cauernis niſi quando deſiderãt
cibum: tunc enim per modicum tempus exeunt ad paſcen-
dum ⁊ maxime apud complementum lune: quoniam tũc di
minuitur eorum nutrimentalis humiditas ⁊ tunc capiun-
tur. Piſcis autem qui dicitur vermediz latet in ceno: cui⁹
ſignum eſt: qa quando deprehenditur cenũ iacet ſupra dor
ſum eius: ⁊ ſupra alas eius: ⁊ in iſto tempore mouetur ad ꝓ
pe terram ad pullificandum: propter qđ ⁊ capiuntur impin
guati multis ouis: ⁊ tunc etiam boni ſunt ad comedendũ:
⁊ in autũno ⁊ in hyeme mali: raro aũt accipiuntur pulli iſto
rum piſcium dum paruuli ſunt: ſed frequẽti⁹ capiunt poſt-
q̃ creuerunt: quoniam tũc mouentur in deſiderio coitus.
Quidaz autem hoꝝ piſciuz parant ſibi cauernas in arena:
⁊ quidam in luto ⁊ extra illam non emittunt niſi os: vt purã
aquam frigidaz attrahant ⁊ omittunt per branchos: ⁊ oia
hec facit apud nos piſcis ſimilis anguille quem quappẽ vel
aſcurem quidam vocant Germanorum: fere autem ſimi-
le huic faciũt piſciculi parui quos loſtas vel loxas ſiue fun-
dulas vocant: ⁊ quidam cum magnis capitib⁹ parui piſces
exiſtentes ⁊ non latent hi piſces niſi in hyeme ꝓ maiori par
te: piſcis autem mollis teſte ⁊ qui manent in lapidib⁹ ſunt
ſicut barcora quem purpuram nos vocamus ⁊ cheley: hi
enim latent in cauernis diebus magni frigoris: cui⁹ ſignuz
eſt non poſſe tunc inueniri ad capiendum piſces huiuſmo-
di: quidam piſces econtra manent in cauernis in eſtate ſi-
cut is qui glaucus latine vocatur: hec enim in eſtate quaſi
per.40.dies: ⁊ ſimiliter onos qui latine vocatur aſinus: ⁊
akakea ⁊ offoroz. Signum aũt huius ꝙ iſti piſces ſoli ſtant
in cauernis longo tempore eſt ꝙ non inueniuntur in vena-
tione piſcatorum niſi poſt longum temp⁹. Qđ autez aliqui
piſces latent in eſtate ſignificatur per hoc qđ capiuntur in
apparitione quarũdam ſtellarum que in eſtate non appa-
rent: maxime autem poſt aſcenſum canis cum ſole in Au-
guſto: eo ꝙ tunc mare motum calore ſolis inſpiſſatur: hoc
autem ſm plurimũ manifeſtatur in loco maris vocati boſ-
phoros quoniam cenum eſt ſuper aquam illius maris: ⁊ ſu
per illud natant piſces: ⁊ quando mare inſpiſſatur ſepe de-
prehendũtur multi piſces ſimul vno tractu rhetis: ⁊ hec cõ
tingunt non ſemel ſicut ea que caſu accidunt: ſed multis vi-
cibus ſicut ea que habent cauſam finalem. ¶ Adhuc autez
tempore pluuie multe multa apparent animalia que ante
non videbantur: aut que non ſunt viſa longo tempore: ⁊ ſi-
militer accidit de manifeſtatione quarũdam auiũ: que. vz.
aliquando abſconduntur: ⁊ aliquando manifeſtantur. non
enim eſt verum qđ vulgus dicit: ꝙ omnes aues aliquãdo
tus in aialibus spirātibus nisi per inspiratum reciperet re-
staurationem. quecūq̄ aūt ex componentibus primis plu-
rimum sunt mollia ⁊ frigida talem non sunt sortita caloreꝫ
circa principiū vite sed minorem: ⁊ ideo refrigerās ipsum
non pōt per substātiā tangēs refrigeriū facere. extingueret
enim modicus calor tangente se frigido per substantiā: est
tamē necessariū refrigerās habere ne motu ad intus calor
incendat: ⁊ ideo frigidū est refrigerās talia per q̄litatis al-
terationē ⁊ nō per substātiā tāgens: sicut pisces brāchis aq̄
attrahētes ⁊ euomētes que nō pertingit per substantiā ad
principiū vite aerem nō potuerūt talia attrahere: eo ꝙ aer
ſm naturā calorē hꝫ: ⁊ frigidum qō hꝫ ſm actum nō est adu
natum ⁊ cito recedit: ⁊ ideo per medium nō satis alteraret
caloreꝫ: et si per essentiā tāgeret extingueret per sui immixtio-
nem ad spiritū vite qui est in corde. Sic igit due cōpositio-
nes facte sunt ⁊ due cōplexiones in genere: vna quidē ex du
ro terrestri indigens calore forti: ⁊ vna ex molli pinguescen
te ⁊ cōstante indigens calore debili. Et calor quidem fortis
indiguit refrigerante qō tangeret per substātiā. Calor aūt
debilis indiguit refrigerante per alterationem solū per me
dium factam: in quo medio elementi frigiditas excellens
cum calido temperatur ne caloreꝫ extingueret. ¶ Hec igit
est causa prime diuisionis animaliū inspirantium aerem ⁊
spirantiū aquā. ¶ Si aūt qs obijciat ꝙ calor debilis nō in-
diget refrigerāte: dicemus ꝙ hoc nō est verū: qm̄ ꝓpter cō
trarietatē cōpositionis ois calor actu agens cōsumit substā
tiā. est aūt calor digestiuus cordis actu agēs: ⁊ ideo nisi eēt
aliquid actionem ipsius mitigās cito substātiā cōsumeret.
Sic aūt diuisis aialibus necesse est ⁊ habitationes eoꝝ ⁊ ci
bos diuidi ſm eādem diuisionem. Spirantia enim necesse
est habitare in terra quā aer īspiratus attingit vt terra det
eis locus propter pondus. aer autem propter interiorē vite
spiritum. Quecūq̄ autem attrahunt aquā ⁊ euomunt pro-
pter pondus quidem substātie in terra resident: sed locꝰ ha
bitationis eorum erit vbi aqua terraꝫ attingit: ⁊ facta sunt
alia aquatica. alia aūt terrestria. Cibos auteꝫ actu molles
complexioni ipsoruꝫ congruentes necesse est habere aqua-
tica: qꝛ alios debilis calor nō digeret: nec aialia substātiam
mollem nutrirent. Debilis enim calor non influit vitā soli
do corpori: sed vincit ab ipso ⁊ retundit: ⁊ fortis calor pene
trat in durum terrestre: ⁊ liquat molle ⁊ humiduꝫ: propter
quā causam actu mollificata per quaꝫ facta sunt cibꝰ aqua-
ticorum: ⁊ constantia ⁊ dura facta sunt cibus terrestrium.
Hec igit in genere est cā diuerse habitationis ⁊ ciboꝝ di-
uersoꝝ animaliū ſm duo genera. ¶ Media vō iter hec ne-
cesse est fieri multis modis sicut iter quelibet extrema phy-
sica. media autem sunt multa: quoniam eius motus inter
media physica qui accipi vbiq̄ potest factum esse ⁊ motum
esse: ⁊ facit ibi medium tanq̄ extremum. Hoc autem pro-
batum est in physicis: propter qō etiam nā que per gradus
ꝓgredit ab vno ad alterū nullū oino relinquit mediorum
possibilium qō nō producit ad esse ⁊ ad speciem. aliter eniꝫ
non compleret ois potentia māe nec etiā compleret virtus
vniuersalis efficientis res nāles in nā. Lꝫ autem sic multa
sint media: tamen reducuntur ad tres modos vniuersales
mediorum. Quoꝝ vnus est ratio medij propinquioris ter
restribus: ⁊ alter est modus ⁊ ratio medij ꝓpinquioris aq̄-
ticis: ⁊ tertius est modus ⁊ ratio medij per equidistātiam
accepti inter vtrūq̄ extremorum complexionum. Est enim
complexio ad mollitiem complexionantiū magis accedēs:
sed in spiritu ⁊ calore digestiuo in aliquo durā habēte sub-
stantiam proportionata: ⁊ hec quidem calidū habebit spi-
ritum ⁊ substantiam mollem vel propinquam molli: ⁊ cali-
ditas spiritus ⁊ cordis datur ei propter duo. s. propter cibi
frigiditatem ⁊ viscositateꝫ: ⁊ propter corporis sui magnitu-
dinem qō debili calore nō sufficienter inspiraretur ⁊ pene-
traret ad vite operatiōes. Et tale mediū est delphinus ⁊ ce
te ⁊ balena ⁊ que omniū cibū ⁊ habitationē habēt in aqua.
⁊ similiter generationē ⁊ coitū ⁊ impregnationē: sed solam
respirationem habent in aere: sicut pꝫ per antedicta. Econ
tra aūt quecūq̄ sunt dure quideꝫ substātie sed frigide: sicut
aues aquatice necesse est habitare in terra: sed ꝓpter frigi
ditatē cōplexionis opꝫ cibū requirere in aquis ⁊ talia in ci-
bū accipere que frigida sunt ⁊ terrea: ⁊ ex aqs frigiditatem
ꝯceperint nāleꝫ: ꝓpter qō etiā melācholica ⁊ frigida hmōi
aialia ſm plurimū eē iudicant: ⁊ dure carnis ⁊ mali nutri-
mēti eē iudicant a peritioribꝰ medicis: ⁊ ꝑcipue illa q̄cunq̄
sunt maiora in terra: ⁊ sunt debilis caloris digestiui emit-
tētia cibū idigestū: ꝓpter qō ēt multū sunt vorātia ⁊ cibum
semp appetētia. Curā eni ipēdit eis nā vt cibꝰ eēt aq̄ticꝰ vt
aque lubricitate mobilis efficeret in subam ipsoꝝ cū calore

Nā que per gra-
dus progredit
ab vno ad al-
terū nullū re-
linqt medioꝝ
possibilium.

debili: alter enim inutilis esset ad nutrimentū ꝓpter qḋ ēt oīa hmōi omne fere qḋ sumūt in cibū aque permiscent. hec igit hoꝝ in genere cā est aialiū. Ea aūt que per equidistantiā media sunt valde pauca sunt: eo ꝙ cōtraria per equipotentiā vix ꝑmisceri possunt: sicut ostendimus in alijs. Non enim pōt esse ꝙ aliquid cōponat ex omni mō cōtrarijs ſm equalitatē: qꝛ tale aial vel cōpositū: nec locū haberet neqꝫ cibum inueniret. Sunt tamē quedā genera vrsoꝝ alboꝝ ⁊ q̄dam gn̄a canū ⁊ q̄dā genera lupoꝝ ⁊ similiū quoꝛūdā aialiū que venant ⁊ habitant tam in aqua q̄ȝ in terra ꝓpter similitudinē cōplexionis quā habēt in vtroqꝫ elemētoꝝ. Similis aūt cōpositionis vident esse lucius ⁊ castoꝛ: eo ꝙ venantur taȝ in aqua q̄ȝ in terra: sed pꝛo certo oīa hmōi aialia magis sunt terrestria q̄ȝ aquatica: lȝ cibū in aqua frequentius accipiāt. hoc enim accidit ꝓpter alterā duaruȝ causarū: aut scilicet ꝙ frigida sunt debilē habētia calorē digestiuū sicut diximus: aut qꝛ similitudinē ad hmōi aquatica habent ſm cōplexionē. Frigida enim aialia frigidis ⁊ aquaticis cibantur ⁊ delectant. Multi aūt iuxta dictos modos sunt modi medioꝝ quoꝝ rōnē ex dictis facile est inuenire: ⁊ ideo preterimus illa ad alia festināntes. ¶ Si qs aūt ꝯtra dicta obijciens dicat aues esse leuis substantie: ⁊ iō leuari in aerea: ⁊ ꝓpter hoc debere oēs in molli elemento qḋ est aqua querere nutrimentū. Soluemus dicentes ꝙ verū est ꝙ aues sunt leuis substātie. quedā enim sunt in quib⁹ vincit leuis substātia super terrestrē: ⁊ he sunt plurimarū pēnarū ⁊ velocis volatus: ⁊ talia sunt aquatica per modū aliquē. Quedā aūt sunt in quibus leuis substātia est pauca: ⁊ grauis ⁊ frigida multa: ⁊ talis est cōpositio aquaticarū auiū: ⁊ iō cibum accipiunt in aquis. Quedā aūt sunt aialia in qb⁹ leuis est pauca ⁊ tēperata terrestris multa: sicut genera pulloꝝ: ⁊ hec sūt mali volatus: sed cibū accipientia in terra ⁊ non in aqua: ⁊ hec sunt saniora inter aialia carnes habentia. Hec igit dicta sunt de aialium cōmuni diuisione ⁊ habitatione.

¶ Cap. 2m. Et est digressio declarans qualiter vnūquodqꝫ animalium venatur cibum sibi cōuenientem ⁊ qualiter natura parat ei ad hoc instrumenta.

Uia aūt cibus omnis animalis attribuit sibi ſm sue cōplexionis cōuenientiā: iō fit vt aialia venent ea que similioꝛa sunt sue complexioni vel cōpositioni. Ex eisdē eniȝ ſm nām generātur ⁊ nutriunt: ⁊ iō quedā venant pisces: ⁊ q̄dam herbas: ⁊ quedā semina: ⁊ quedam sunt suggentia ⁊ quedā masticantia cibū. Quoꝝcūqꝫ enim substantia est aquea cōstans ex terrestri aquoso pinguescēte nutriunt talib⁹: ⁊ he sunt aut pisces aut herbe aquose. Quorūcūqꝫ aūt substātia est aerea leuis ꝑmixta cuȝ terrestri: eo ꝙ terra sit maioꝛ pars mā̄e oīum corpoꝝ animatoꝝ: hec nutriunt seminib⁹ maxime que aereā ⁊ pinguedine olei infusam habēt nām: ⁊ ideo talia querūt ⁊ in talib⁹ delectant: sicut multa genera auiū. ¶ Quecūqꝫ aūt sunt terrestria calido ⁊ humido infusa ſm cōplexionē libentius hec carnē mādücant ⁊ carnes venant: ⁊ quoꝝcūqꝫ est complexio calida ⁊ sicca: hec etiā carneȝ calidam ⁊ siccā perquirunt: etsi querant alios cibos a dictis hoc erit ex necessitate famisquaȝ patiunt magna aialia ꝓpter longū cibi defectum. Hec aūt ratio ciboꝝ vniuersalis aptat particularib⁹ intātū ꝙ vnūquodqꝫ magis persequit ⁊ venat ꝙ sue complexioni est cōuenientius. Omnis enim nā desiderat simile sibi nisi sit oīno destituta ⁊ reducta ad inequalitatem ⁊ discrasiam. tunc enim desiderat cōtrariū: sicut febꝛicitans febꝛe calida ⁊ sicca desiderat frigidū ⁊ humidū: nō qdeȝ vt illo nutriat: sed potius vt cōtrarij passionē facientis reducat ⁊ repꝛimatur excessus. Scōm igit desiderium est ad simile complexioni ⁊ ad ꝯnaturalē cibū: ꝓpter qḋ etiā Empedocles dixit omne nutriri simile simili: ꝓpter qḋ vnū animaliū venat alteruȝ: eo ꝙ est cibus sibi magis conueniens: et si nutriat: eo ꝙ est opposite complexionis ab ipso opoꝛtet duoꝝ alterum accidere aut foꝛte vtrūqꝫ: ꝙ aut videlicet alteret in stomacho per digestionē ⁊ efficiat simile: ⁊ tūc comestio erit absqꝫ delectatione: aut opȝ paulatim alterari animal ⁊ esse simile cōplexioni sibi ⁊ infirmari: ⁊ destitui a pꝛimis complexionantibus: ⁊ eoꝝ complexiones: sicut multos sanguineoꝝ videmus flegmaticos: aut melancholicos fieri ex longo talium ciboꝝ vsu. Foꝛte aūt accidit vtrūqꝫ istoꝝ: qm̄ lȝ a pꝛincipio cibus qualitatem comedētis accipiat qn̄ sumit: tn̄ ꝓcedēte tēpoꝛe cū destituit caloꝛ nālis per etatem cibi relinquunt suas q̄litates ⁊ ad se alterāt coꝛpoꝛa cibatoꝝ: ſm aūt modū ⁊ locū ciboꝝ nā que nunqꝫ deficit in necessarijs parat aialibus oꝛgana cibū accipiētia: ⁊ his qdē que sub aqua iuxta ripam cibū venant longa crura fecit ⁊ longa colla ⁊ rostra vt per crura vadere ⁊ per colla ꝓfundare ⁊ per rostrū sublimio ⁊ luto querere possint cibū. His aūt que longius a terra in aqua venant pedes fecit latos ad remigandū cum eis. ⁊ rostra lata qbus ea capiant que in superficie aque inueniunt. Et alia qdē fecit submergētia. Alia aūt quoꝝ cib⁹ multuȝ est dispersus vel armata nō sunt longis crurib⁹ aptauit ad cursus velocitatē. Similiter aūt est in alijs intātū vt etiam dentiū aptauerit dispositionē ſm modū accipiendi cibum. Quoꝝ enim cibus indiget laceratione: eo ꝙ cōsertus est ⁊ multū cōiacentes habet partes: his fecit oꝛis rictū magnū ⁊ foꝛtē: ⁊ dentes serratiliter cōiunctos sicut canib⁹ ⁊ leonibus ⁊ cattis ⁊ hmōi. Quoꝝ aūt cib⁹ lȝ durus sit tn̄ est cōminuibilis magis q̄ȝ lacerabilis. his in vno quasi situ aptauit dentes anterioꝛes ad incidendū: ⁊ posterioꝛes ad conterēduȝ sicut fecit poꝛco ⁊ equo ⁊ hmōi. Quoꝝ aūt coꝛpoꝛa multum sunt similia: intātū etiā ꝙ ossa nō habēt: sed loco ossiū quasdā cartilagines: hec de humoꝛe ciboꝝ magis viuūt q̄ȝ de ipsa ciboꝝ substātia: ⁊ his nō fecit dētes: sed os aptauit qbusdā eoꝝ ad suggendum sicut murene ⁊ sanguisuge. Et qbusdā eoꝝ aptauit aculeū in oꝛe quo perfoꝛant pelles eoꝝ que suggunt. Quibusdaȝ aūt totum os fecit ⁊ foꝛmauit ad suggenduȝ. Culices enim ⁊ cinifes ⁊ apes ⁊ cynomia ⁊ huiusmodi suggunt per aculeum quē poꝛtāt in oꝛe. Murena aūt ⁊ sturio ⁊ qḋdā balene genus ⁊ huiusmodi toto oꝛe extrahunt humoꝛē eoꝝ que suggunt ad suū nutrimentuȝ. Et sic facile est videre in oībus aialibus tam marinis q̄ȝ agrestibus siue volent siue ambulent. Piscibus. n. quibusdam multum per totū os dentes aptauit quib⁹ cibum cito diuidant ne ab aqua occupent: ⁊ hec sunt quecunqꝫ stomachuȝ quasi in gutture habent: sicut lucius ⁊ quidam alij pisces. Hec enim aialia dentibus nō diuidunt cibum: sed vulnerant multis vulneribus aialia vt in stomachū traiecta motibus coꝛpoꝛ lesionē nō inferāt: ⁊ habent hec virtutē digestiuam magnā vt simul in stomacho cibum recipiat ⁊ diuisionem ⁊ alterationem ⁊ decoctionem. Ideo etiā omnibus auibus que aialia rostro venant pisces qui lubꝛici sunt ⁊ teneri plane nō possunt cōpꝛimere aptauit rostra dētosa sicut est falx messoꝛia vt per ipsum cibum retineant ⁊ cōstringāt tanqꝫ dentibus quibusdā. Quecūqꝫ aūt hoꝝ sub terra euertendo querūt vermiculos aut radices: his fecit aut rostra acuta foꝛtia: sicut auibus quibusdā: aut fecit additamenta cartilaginosa super exterius oꝛis ⁊ nasi sui sicut poꝛcis: aut fecit vngues ad euertendum terram: sicut gallinis ⁊ talpis ⁊ huiusmodi. Ex huiusmodi autem considerationibus facile est inuenire omnes causas ciboꝝ ⁊ mā̄sionū ⁊ instrumētoꝝ que ad cibos accipiendos natura foꝛmauit aialibus.

¶ Cap. 3m. Et est digressio declarās cām quare quedā aialia latent ad tēpus quedam autem mutant locum.

Ea vō que dicta sunt de mutatione locoꝝ aialium opȝ ad duos modos oꝛdinari ⁊ reduci. Quedā eni oīno latēt quasi doꝛmiētia ⁊ imobilia ⁊ nihil in cibū accipientia. Quedā aūt de loco trāseunt ad locū vt temperatioꝛē inueniant aerem: ⁊ hoꝝ vtroꝛūqꝫ opȝ scire cām. ¶ Dicamus igit ꝙ quecunqꝫ aialia frigida sunt ⁊ frigidis vtentia ⁊ cuȝ hoc valde sunt viscosa ⁊ voꝛacia sunt: eo ꝙ frigiditas inoꝛdinatū facit cibi appetitū: ⁊ hoc necesse est multos contrahere ex cibis humoꝛes superfluos viscosos circa locum digestionis: qm̄ caloꝛ debilis potēs est conuertere ⁊ non est potens sufficiēter alterare ⁊ digerere ⁊ superfluū cōsumere: ꝓpter qḋ flegmaticus circa intestina adheret multus ⁊ pinguis humoꝛ qui est materia boni sanguinis si eēt caloꝛ qui posset eum sufficienter terminare. Quecunqꝫ autem taliuȝ sunt hec consequenter necesse est etiā esse spisse ⁊ viscose pellis: qm̄ pellis eoꝝ ex tali pꝛocreat humido qḋ constat coagulatum in circuitu: ⁊ pꝛopter pellis huius spissitudinem ⁊ viscositatem frigiditas claudit poꝛos ⁊ compꝛimit partes

Scḋo ḋ generatione ⁊ coꝛruptione tex. cō. 50.

Iuxta illud Galeni tertio thegni calidioꝛa calidioꝛib⁹ indigēt adiutoꝛijs.

pellis: ita ꝙ nihil ex profundo vaporabiliter spirare potest per ipsam. Sed ⁊ si quid debili vapore ab interiori resolui-tur: reflecti rursus ad interiora a pelle clausa cuius pori op-pilati sunt: ⁊ conuertitur in humorem flegmaticum: sicut fu-mus eleuatus a fundo olle cooperte que est ad debilẽ ignẽ. hic enim a cooperculo reflexus cõuertitur in aquã: ⁊ recur-rit in ollam: ita etiam talis exaltatio rediens auget flegma ⁊ precipue tempore frigoris qđ ⁊ exterius magis constrin-git poros ⁊ imobilitat animalia ⁊ prohibet ab ambulatio-ne: ⁊ tunc inspissatᷣ humor ⁊ hebetatᷣ digestio ⁊ pigrescit de-sideriũ cibi: eo ꝙ meseraice plene sunt spisso nãli flegmate qđ calor cordis ⁊ epatis cõuertere ⁊ distribuere per corpus nõ possunt. Eadem etiam ratione vene stant plene tali hu-more: ⁊ similiter membra in quibus vltima celebratᷣ dige-stio: propter qđ vtrũqꝫ desideriũ ab aiali tunc presciditur: famis videlicet ⁊ sitis: ⁊ pigrities frigoris ⁊ pondus corpo-ris superimpleti facit desiderium quietis ⁊ absconsionis: ⁊ sic in latibula ingrediuntᷣ: ⁊ quiescunt plurima animalium: precipue tamẽ fit in his que fructus vel vermes aut ranas ⁊ alia repentia frigida ⁊ quatica comedunt: eo ꝙ talia nu-trimenta non cito conuertuntᷣ in sanguinem: sed potius in flegma: ⁊ postea per diutinam decoctionem vix redeunt ad sanguinem frigidum ⁊ quasi congelatum: ⁊ est non purpu-reus: sed flegmaticus sanguis: propter qđ pisces etiã plus latent ꝙ̃ aliq̃ alia animalia: ⁊ post hec aues: ⁊ post hec qua-drupedia reptilia: ⁊ reptilia serpẽtia: ⁊ post hec quadrupe-dia ambulantia ⁊ generantia sibi simile. Est autem adhuc aliquid multum cooperans: qđ videlicet sit animal vorax ⁊ parũ luxurians: sicut vrsus qui solus habet hec inter qua-drupedia generantia sibi similia proprium ꝙ multũ come-dit ⁊ parum coit. Et causa est quã diximus ꝙ superimple-tio hebetat calorem ꝙ per digestionem nõ separat purius qđ descinditᷣ in semen nec mouet in vaporem humidũ nu-trimentale quo extendantᷣ membra sicut extendũtur in de-siderio coitus: ⁊ propter hoc magis pinguescũt huiusmodi animalia. Tempus aũt est in fine autũni ⁊ in principio hye-mis quando maxime superimpleta sunt animalia talibus cibis flegmaticis quales diximus. Causa autẽ quietis est maxime pondus capitis: quoniam flegma frigiditate cere-bri generatum grauat caput: ⁊ claudit visum: ⁊ imobilitat organa sensus. Cuius signũ est ꝙ in primo ingressu per mẽ-sem huiusmodi animalia iacent imobilia: ⁊ postea parum mouent aliquando caput ⁊ pedes: ⁊ tandem omnia mem-bra laxantᷣ ad vigiliam ⁊ egrediuntᷣ. Abstinẽtia enim ⁊ fa-mes incendunt calorem hebetatũ: ⁊ hoc ex somno digeritᷣ ad interius ad locum digestionis ⁊ fit per eũ dissolutio hu-miditatis flegmatice ⁊ econuerso ad nutrimentũ natura-lis sanguinis: ⁊ ideo quedam ipsorum in quibus multa est huiusmodi flegmatica humiditas multum impinguantur in tempore illo sicut vrsus. Quedam aũt alia in quibus illa humiditas est pauca ⁊ calor acutior macerantᷣ sicut mace-ratᷣ homo ex lõgo somno quãdo sepe ⁊ diu dormit ieiunus. Quedã etiam ipsorꝫ sunt que in antris in fine sue quietis pariunt: ꝓpter qđ etiã ignoratᷣ locus partus vrsorꝫ. Conci-piens enim vrsa ex coitu propter frigiditatem complexio-nis ⁊ repletionẽ flegmatici humoris adeo vix format par-tum factum semen ꝙ expectatᷣ formatio eius perfecta vsqꝫ ad abstinentie tempus precipue cũ eadẽ frigiditate ⁊ reple-tione adeo constringantᷣ meatus per quos parere debet ꝙ illo tempore vix posset: ⁊ ideo tempore latentie sue emittit quãdo incipit euigilare. Et huius signũ est ꝙ etiã cũ toto hoc ꝙ sic expectatᷣ formatio partus ex semie generat quasi partũ informẽ: ita ꝙ quidã putauerunt poetarũ ꝙ frustrũ carnis pariat: ⁊ postea illud ipm spiritu ⁊ lingua formet in aialis figurã qđ tamen nullatenus est verum. Huiusmodi aũt cõpletionẽ ostẽdit huius vrsi dispositio qui latos habet pedes grossum corpus ⁊ vix mobile: spissam valde pellẽ di-ligens fructus in cibũ ⁊ de piscibus etiã qui latent satis su-perius dictũ est. ¶ De auibꝰ aũt pauce carnes comedentiũ latent excepto miluo qui in hyeme latet ad modicum tem-pus: ⁊ causa est qm̃ auis est pigra ⁊ frigida propter qđ nul-lius est audacie: ⁊ ideo cum carnes non inuenit venator lũ-bricos terre ⁊ ranas his ⁊ flegmatico superimpletᷣ humo-re: ⁊ opꝫ eũ aliquo tempore latere. Egredientia aũt de an-tris aialia precipue querunt in cibũ ea que aliquã habent acredinẽ que desiderium cibi excitent in stomacho sicut est herba guguli quã quidã allelitia vocant ⁊ alliũ ⁊ iaruspes. has enim herbas egrediens comedit vrsus. Hiritius aũt etiã latet ⁊ egrediens querit huiusmodi acida quedã pro-pter desiderij excitationẽ. Similiter aũt ⁊ mus varius quẽ quidã glirem vocant dormit: ita ꝙ in sylua fouee ꝓfunde fiant: ⁊ terra ⁊ palea ⁊ lignis superius cooperiantᷣ plene in-ueniuntᷣ in hyeme gliribus hmõi. ¶ Homines aũt qdam patiuntᷣ hocipsũ ⁊ ꝑcipue mulieres. Ita ꝙ ego vidi mulie-rem in Colonia que sepe sine cibo remansit per. 30. dies: et aliquando per. 20. Et vidi virũ melancholicũ qui custodi-tus ⁊ clausus saluis signaculis sine cibo per septẽ septima-nas: sed in die semel aut alternis diebus bibit haustũ vnũ aque limpide frigide: ⁊ alium potũ nõ accepit. Et hoc qui-dem ego vidi: ⁊ signacula quibus clausus fuit probaui dili-genter: ⁊ referebant mihi veridici de eo viro sepe per quin-que ⁊ per quatuor septimanas hoc facere ꝯsueuit. ¶ Latẽt aũt animalia differenter quedam diutius ⁊ quedã breuius ꝫm quãtitatẽ ⁊ viscositatẽ flegmatis digerendi ⁊ ꝫm acumẽ caloris digerentis. Cõmune aũt tempus latentie est in hye-me tempore generationis flegmatis ⁊ pigritie. Sunt tamẽ quedam que estate latent in locis frigidis sicut auis diome-dis. ⁊ huius causa est: q2 sunt caloris paucissimi ⁊ terrestris valde substantie: propter qđ in estate ⁊ temperato tempo-re dissoluerentᷣ omnino ⁊ morerentᷣ nisi fugerẽt latentia in frigidis locis. In hyeme aũt constante extrinsecus corpore colligitᷣ ⁊ adunatur calor interior: ⁊ tunc apparent paruo tñ tempore. Huiusmodi autem valde sunt pauca: ⁊ sunt bre-uis vite ⁊ generationis: ꝓpter qđ etiam non multũ multi-plicantᷣ. Hec est igitᷣ causa latitationis animaliũ. ¶ Ea aũt que de loco mouentᷣ ad locũ aliã sui motus habent causã: qm̃ illa aialia mutant locũ ꝓpter duplicẽ causam. Aut enĩ ꝓpter aeris mutationem: aut ꝓpter cibũ mutant locũ. ae-ris enim qualitas vna conuenit quibusdam animalibus ⁊ non alia: frequentius tamen a frigido constringente mutãt se ad calidũ temperatũ. hoc enĩ modo mutationis mutãt locũ grues ⁊ anseres: ⁊ cũ mutare volunt locũ altissime vo-lant vt flatu venti subuecte leuius moueantᷣ ⁊ diutius susti-neant volatũ. altior enim ventus subtilioris ⁊ minoris est flatus: ⁊ semper mittit super inferiores ventos diutius du-rando. Causas aũt clamorꝫ ipsarũ auiũ quãdo volãt supe-rius satis explanauimus: sunt aues que sic mutãt locũ ma-xime aquatice aut que iuxta aquas pascuntᷣ: ⁊ sunt melan-cholice ⁊ frigide quas ingens frigus minus constringeret nisi subtraherent se in principio hyemis. Quando aũt flat ventus austrinus aut appropinquat estas est tempus dissi-mile complexioni taliũ aialiũ: ⁊ ideo tũc retrahũt se versus aquilonem ⁊ ibi pullificant. cibũ aũt sequuntᷣ aialia q̃dam ⁊ cũ frigore mortificante subtrahitᷣ eis cibus in vna regio-ne trahũt se ad aliã sequendo cibũ: ⁊ ideo mutantᷣ de lacu in lacũ procedendo versus austrũ: ⁊ cũ mitigatᷣ frigus plus multiplicatᷣ cibus taliũ animaliũ ad aquilonem ꝙ̃ ad meri-diem: eo ꝙ siccitas destruit cibum in meridie ⁊ tunc reuer-tuntᷣ ad aquilonẽ. Eadem aũt omnino causa est quare mo-uentᷣ de vallibus ad montes ⁊ econuerso. Ex his ergo ⁊ si-millibus possunt conijci cause quare locum mutant ⁊ quare latent quodam tempore quedam animalium.

¶ Cap. 4m. Et est digressio declarãs causam renouationis animalium diuersorum.

QVedã aũt sicut superius dictũ est aialia vetu-statẽ abijciũt ⁊ renouantur per pellis vetuste aut pẽnarũ depositionẽ: ⁊ quedam remanẽt in antiq̃tate sue generatiõis. Et ea qdẽ que pel-lem abijciũt oĩa que nota sunt ex eis sunt que carẽt sanguine aut modicũ valde hñt sangui-nẽ: ⁊ sunt hñtia aut squamas in pelle nõ qdẽ sicut pisces: sꝫ eas que dicuntᷣ squame punicee que sũt q̃si nix: q̃dã alba re-soluta ex pellibus eorꝫ que squame sigillatim defluũt ab eis sicut ex pelle eiꝰ q patitᷣ siccã leprã: ⁊ talia sunt serpentes ⁊ la-certe ⁊ cocodrilli ⁊ stellionũ genera ⁊ hmõi: aut sũt habẽtia testã durã aut mollẽ sicut sunt cancrorꝫ ⁊ quedã ostreorꝫ ge-nera. Et illa qdẽ que pellis habẽt sq̃mositatẽ puniceã sunt viscose valde humiditatis: ⁊ humiditas illa est permixta

Nõ cãm dele-ctiõis appetitꝰ i aialibꝰ latẽ-tibꝰ tpe hye-mis.

Nõ qd de vi-ro melãcho-lico se vidisse [illegible]-teatur.

Nõ de partu vrse.

cum melancholia innaturali aliquantulum cõbusta: ⁊ pellez que magis distat a vite principio corrumpente: sicut accidit in mortificis maculis corrumpentibus pellem leprosi: propter quod corruptam pellem deponere est necessarium. Cum enim exiccauerit eam ⁊ eruperit melancholia in ipsa respersa cõtrahit̃: ⁊ a carne interiori soluit̃ ⁊ tũc ex recenti humore nutrimenti cõstante forinsecus alia subtus pellis generat̃: propter qđ soluit̃ exterior ⁊ deponit̃: ⁊ aïal renouatur. Precipue aũt renouationis huiusmodi tempus est in fine latentie taliũ aïaliũ: q: tunc calore famis exiccat̃ ⁊ humidum nutrimentale ad exteriora corporis missum quasi corruptam expellit ⁊ circunstans cõstat in aliam pellẽ. Modus aũt depositiõis est a capite incipiẽs: eo ꝙ ad caput ꝓpter spiritus ad loca sensuũ directos magis de materia punicea trahit̃: sicut etiã homo magis habet squamas puniceas in capite q̃ȝ in alio mẽbro. Solutio ergo incipit ibi per cõfricationem aut etiam artum transitũ. per foramen aut rimas totũ in breui spatio deponit̃ coriũ. Ea aũt que sunt testea siue duram aut mollem habeant testam nutrimẽtuȝ habent flegmaticũ quidẽ: sed multo terrestri incenso ⁊ adusto infectum qđ calor adunatus circunstante frigido aque adussit: ita ꝙ in naturã ossium ⁊ membroꝝ nõ est conuertibile: ⁊ ideo expellit̃ a virtute naturali interiori que nata est expellere superflua ⁊ corrupta ⁊ euadit extra circunstãdo: ⁊ exiccat̃ quidem primo ⁊ decoquit̃ a calido adurẽte quod adheret partibus materie. Secũdo aũt exiccat̃ etiã ⁊ indurat̃ a frigido circunstante reprimente ⁊ congelante: ⁊ cũ superflua sit exiccatio ipsius ab vtroqȝ exiccante ⁊ induratur superflue separat̃ ad interius veniẽte humido nutrimẽtali qđ nõ attrahit ipm nec ipm nutrimentale humidũ hẽt poros in ipso per quos ingrediat̃ ⁊ nutriat ipm: ⁊ sic interius circũuoluit̃ sub ipso ⁊ cõcrescit in testã aliã. Et primo quidem est sicut membrana que cum per se est terminata nihil de humido mittens teste exteriori paulatim exiccata soluit̃ testa exterior ⁊ cadit: ⁊ sic renouat̃ animal: sed q: in pedibꝰ hoꝝ aïaliũ que pedes habent sunt multi nodi in dorso ⁊ in illis nõ cadit testa a dorso simul tota: sed a pedibus per partes iuncturarũ: hec tamẽ animalia mutant aliquãdo organa corporis sicut manus ⁊ pedes cũ teste mutatione: ⁊ hoc nõ contingit nisi ex similitudine corporis eoꝝ. ex hac eni cõtingit ꝙ virtus radicalis humidi ⁊ radicaliũ membrorum sunt oĩo sicut humidũ nutrimentale ⁊ materia carnis eorum: ꝓpter qđ amputata recrescũt organa sicut ingreditur ⁊ egredit̃ caro materialis in eo ꝙ auget̃ ⁊ diminuit̃. Sed opȝ scire ꝙ talia aïalia raro renouant̃ in ventre: eo ꝙ in põte super quẽ mollia eoꝝ posita sunt infigunt̃ organa motus eoꝝ: ⁊ est vis motiua eoꝝ a membro qđ est in eis loco cerebri descendens in ponte illo: ⁊ ideo cum sit sedes nobiliorũ virtutũ remoueri sine virtute nõ poterit: propter qđ cauet natura ne ibi fiat renouatio. Causa aũt mutationis auiuȝ in pẽnis est ꝙ aues q̃dem leuis ⁊ aeree sunt substãtie: propter qđ etiã terrestre nutrimentum auiũ rarũ est: ⁊ per modum aeris distensum ⁊ diuaricatũ. tale aũt nutrimentũ plurimum habet motũ ad superficiẽ ⁊ p̃cipue ad superiora dorsi auiũ: ⁊ ideo iuuenes aues vltimo plumescũt in ventre et habent ibi pẽnas pauciores ⁊ molliores. Terrestre autem exibitũ aeris qualitatibus continue indurat̃: sicut patet in terrestri fumo qui cõuertit̃ in capillos. Cum aũt de tẽpore in tempus indurat̃ tandem infrigidat̃ ⁊ cõtrahit̃ porus in quo infigit̃: amplior efficit̃ q̃ȝ pẽna possit implere: ⁊ ipsa pẽna cõstringit̃: ita ꝙ humore nutrimẽtali nõ fomentat̃: ⁊ iõ aliud nutrimentũ in corpore auis in alas format̃ ⁊ cadunt antique. ⁊ signũ huius est ꝙ maxime cadũt in autũno post multũ auis nutrimentũ qđ accepit per estatem: ⁊ nõ cadũt nisi in antiquis auibus ⁊ que iam pullificauerũt vel ad etatem pullificationis peruenerunt. tunc enim durescunt pẽne ⁊ cõtrahunt̃ ⁊ excidũt a poris: ⁊ sic renouant̃ pẽne aïaliũ volatilium. Fert̃ aũt de quadaȝ aue que residet apud aquas: ⁊ habẽte pẽnas virides ⁊ apđ Germanos vocat̃ auis glaciei ꝙ mortua mutat pẽnas: qđ ego expertus sum falsuȝ eẽ in pluribus auibus illius generis per plures annos reseruatis. Signum aũt eoꝝ que dicta sunt est ꝙ aues sepius q̃ȝ aliqua aïalia prurtunt se rostro ⁊ vnguibus propter acutuȝ terrestrẽ vaporẽ ingredientẽ ad poros pẽnarum: sed ⁊ ipse pẽne quãdo sunt icomplete virus habẽt infertus in harũdine qđ tamẽ totũ in squamas puniceas conuertit̃ ⁊ adheret harundini pẽne per partes exiccatũ: ⁊ cadit aut per se exiccatũ aut disponit̃ rostro vel vngue auis. ¶ Hec igit̃ est cã mutationis ⁊ renouationis auiuȝ ꝫm pẽnas. In vnguibus aũt ⁊ rostro aues non renouantur: sed potius nimis excrescentes vngues ⁊ rostrum amputãt ⁊ aptant aut ad venandum aut ad cibum accipiendũ: de natura enim cornu sunt huiusmodi membra ⁊ generantur ex nutrimẽto aqueo qđ passum est a multo terreo sicco propter qđ etiam mollificãtur applicata ad ignem: ⁊ ideo rostrum auium iuuenũ versus caput deficit in quasdam prominentias labiorum croceas: quãdo videlicet humidum passum a sicco terreo deficit in humidum carnis. tunc enim terreũ combustum euolat ad superficiem ⁊ facit ibi croceitatem per moduȝ duorum labiorum. Omnino autem eadem causa que est renouationis auiũ ꝫm pẽnas est etiam causa renouationis animaliuȝ ꝫm pilos. Pilus enim ex sicco terreo fumo generatur ⁊ exiccatur ad aerem ⁊ tunc indurescit ⁊ constringitur ⁊ minoratur ⁊ in radice nõ capit nutrimentuȝ: ⁊ ideo defluit: ⁊ alij pili ex simili fumo generãtur. Aues etiam ⁊ pilosa habent accidens commune quod est horripilatio: ⁊ hoc frigido fit vapore vaporante per corpus ⁊ propellẽte a pelle corporis calidum naturale sicut propellitur in frigore ⁊ rigore febris tertiane vel quartane: ⁊ cum a pelle calor naturalis propellitur per frigus vaporis pellis contrahitur ⁊ pori cõstringuntur: ⁊ pẽne ⁊ pili qui in poris sunt eriguntur: ⁊ hoc vocatur horripilatio: ⁊ ideo excutiunt se aues ⁊ pilosa post horripilationem. Annulosa auteȝ renouantur sicut vespe et quedam alia per annulorum mutationem qui indurantur ⁊ soluuntur per eandem causam qua indurantur ⁊ soluuntur pelles ⁊ spolia serpentuȝ. Per hec igitur ⁊ huiusmodi cognoscet aliquis sufficienter de cã renouationis aïaliũ.

¶ Cap. vᵐ. Et est digressio declarans de causa profectus et defectus animalium ꝫm mutationem animaliuȝ que accidit ex locis.

Profectus ⁊ defectus animalium: similiter aũt ⁊ immutatio humoris naturalis eoruȝ ⁊ aliorum humorum causatur ex aere ⁊ cibis diuersarum terrarum ad quas aliquando mutantur: aut ꝫm ꝙ humor diutius remanet in corporibus eoruȝ vel minus diu. Aer enim pertingit in corporibus animalium per poros in medullas ossiuȝ ⁊ viscera ⁊ alia membrorum interiora: ⁊ quando fuerit in aere aliquid vaporabilis humoris inficit ad profectuȝ vel defectum corpora plus aliquando q̃ȝ cibus ⁊ potus vt dicit Gal. quoniam cibus ⁊ potus non transit vel pertingit ad interiora vitaliũ corporis nisi digestus ⁊ alteratus. aer aũt cum eo ꝙ vaporabiliter mixtum est ei pertingit ad interiora indigestus ⁊ alterat per qualitateȝ actualem vel propriã que est in ipso: propter qđ in quibusdam animalibus calidus ⁊ humidus: aer mouet interius humidũ ⁊ facit ipsum ex fundo moueri ⁊ non consumit: ⁊ cũ mouet̃ relaxat membra ⁊ distendit: ⁊ sic est causa pinguedinis animaliuȝ ⁊ precipue quando est cum vento leui austrino: q: motus venti facit ad fortiorem ingressum in corpora. Quãdo autem est calidus ⁊ siccus aer in quibusdam exiccat humiduȝ superfluuȝ: ⁊ tunc calor naturalis efficitur potens mouere humidum residuum qui ante a superfluo humido suffocabatur ⁊ sic calidus ⁊ siccus aer in talibus est causa pinguedinis et profectus per se: tamen in alijs que non sunt superflue humida causa est maciei. Frigidus auteȝ ⁊ siccus aer per hoc ꝙ est clausiuus pororum ad quos humor vaporans ab intus reflectitur ⁊ immutatus interiora irrorat ⁊ humectat etiam in quibusdam est causa pinguedinis ⁊ eisdem plus causa pinguedinis est frigidus ⁊ humidus. pinguibus aũt propter easdem causas aliquando sunt huiusmodi aeres causa somni ⁊ immobilitatis aut forte suffocationis: cõstrictis enim poris ⁊ extremitatibus venarum ex frigiditate ⁊ cumulato calore interius qui cooperare non potest reflectitur ad interiora ⁊ ante se propellicat sanguinem ⁊ humores qui sic moti cor obruũt ⁊ animal extinguũt. Per accidẽs aũt hmõi aeres sunt q̃busdaȝ causa maciei: quoꝝ videlicet parũ est humidũ ⁊ multuȝ calidũ. hoc enim conclusum incen-

dit ⁊ consumit humidũ: ⁊ sic inducit matiem ⁊ aliquando
defectuȝ mortis ex desiccatione: ⁊ hac de cã diuersa querit
aeris dispositio ab animalib⁹ quando se remouent de loco
ad locũ: hac etiã de cã fiet in ipsis mutatio humoris nutri-
mentalis aut naturalis ad diuersas dispositiones: qm̃ aial
venenosum ex aere acuente humorẽ vel infrigidãte aut ve-
nenosum vaporem in ipm̃ imittente efficit magis vel mi-
nus venenosũ: aut subtilioris: aut grossioris veneni: ⁊ sub-
tilius qdẽ venenũ pertingit ad interiora ⁊ citius necat: sed
etiã citius cõsumit in corpore ⁊ faciliorẽ recipit medicinã.
grossius aũt tardioris est penetrationis ⁊ magis difficilis
cure: ⁊ taliũ rationes ex ventis ⁊ aere facile est inuenire: ꝑ-
pter qđ in augusto venenosior dicit pũctura aranee: qꝛ tũc
calido ⁊ sicco aere multo immisso calido a domo solis vene-
num aranee fit acutius. idem aũt operatur ventus ⁊ clyma
quando ventus ⁊ locus induunt aeris caliditateȝ venenũ
dissoluentẽ. Fit aũt huiusmodi effect⁹ ex sola mora humo-
ris in corpore. sanguis enim frigidus ⁊ indigestus flegma-
tis naturalis habens colorem ⁊ qualitatẽ per morã in cor-
pore digerit ⁊ fit purpureus ⁊ bonus ⁊ calidus ẜm naturã:
⁊ hoc quidẽ fit tam in homine q̃ȝ in animalib⁹ in omni hu-
more qui generat ex cibo sicut ostendit sanguis generatus
ex lactucis qui per morã in corpore calidus ⁊ naturalis effi-
cit: ⁊ cũ minuit aliquis sepius cruduȝ ⁊ flegmaticũ emittit
sanguinẽ: ⁊ cũ sanus abstinet a minutiõe decoquit sanguis
⁊ purpureus efficit ⁊ redit ad calorem naturalẽ. Similiter
aũt fit in omni humore corporis siue sit semen siue venenuȝ
siue alius qcunq̧ humor: ⁊ ideo nimis coeuntes sunt steri-
les: ⁊ abstinentes a coitu semẽ habent fecundũ. Similiter
aũt lac ⁊ butyrũ generatũ ex primis herbis verni temporis
magis est vigorosum ex ipso cibo. venenũ aũt etiã aliquã-
do efficit subtilius ex mora in corpore: ⁊ ideo serpens sub-
tiliori inficit veneno ieiunus q̃ȝ pastus: ⁊ adhuc subtiliori
post latentiam q̃ȝ ante. Ex his ergo ⁊ simılib⁹ tales aialiuȝ
facile est ẜm cãm nãlem scire humoꝝ mutationes.

Propter qd nimis coeũtes sunt steriles.

## ¶ Incipit Liber Octauus qui est de moribus animalium. Cuius primus Tractatus est de moribus animaliũ ẜm quos pugnant adinuicem.

¶ Cap. pᵐ. De accidentibus anime animaliũ ẜm que principiant mores ⁊ pugne ipsoꝝ.

Nono de nã aialiũ cap. pᵒ. in pho.

HAbitis his que ad loca
⁊ mansiones ⁊ ꝑfectus ⁊ defectus ptinent
aialiũ de morib⁹ ipsoꝝ videt esse dicendũ.
Mores enim eoꝝ lȝ minus sint reducibi-
les ad cãm nãlẽ quã mãsiones ⁊ ꝑfectus ⁊
loca tamẽ nõ habẽt principiũ nisi per mo-
dum nãe: ꝑpter qđ ⁊ Joãnes damascenus
aialia magis agi a nã dicit q̃ȝ agentia aliquid ex libertate
anime aut imaginatione aut cogitatu: cuius signũ est ꝙ ea
que sunt vnius speciei aut similes habent mores aut paruȝ
valde differentes. In moribus ergo ẜm diuersitatẽ specie-
rum animaliũ: animalia valde diuersificant: sed minus co-
gnoscimus naturã que est principiũ operũ animalium par-
uoꝝ q̃ȝ magnoꝝ. parua enim rimari per anathomiam non
possunt ⁊ nõ habent tam longam vitam ꝙ vsu experimenti
habeat de ipsis cognitio: sed in magnis maiorẽ accipimus
cognitioneȝ operũ: eo ꝙ ⁊ per anathomiã scimus membra:
⁊ per membra cõiecturamus de officijs membroꝝ: ⁊ per lõ-
giorem vitã taliũ animaliũ opera ipsoꝝ vltra se offerũt ad
experimentũ. Sed hoc scimus ꝙ in quolibet animaliũ siue
sit paruũ siue magnũ virtutes naturales sunt quibus ⁊ ope-
ra ipsius ⁊ accidentia anime que passiones anime vocant
perficiunt. Hec aũt accidentia sunt que sunt sicut scientia
⁊ mores siue cõsuetudines bone vel male ⁊ timor vel auda-
cia ⁊ alie habitudines ⁊ passiones qbus aialia disponũtur
sicut cõcupiscentia ⁊ desideriũ ⁊ ira ⁊ hmõi. Ex quibus etiã
quedam illoꝝ alicuius doctrine sunt perceptibilia ab alijs
alterius speciei animalib⁹ ⁊ aliquãdo ab hominib⁹: que-
dam aũt nullius omnino sunt discipline perceptibilia. ma-
xime aũt disciplinã percipiunt quecũq̧ ipoꝝ habent audi-
tum ⁊ alios sensus perfectos cũ vigore memorie. Bonum
aũt auditũ dico qui percipit voces aliquo modo ẜm ꝙ sunt
signa vel nomina reruȝ: q̃ȝuis ex rebus nominatis nõ per-
tractent de vniuersali qđ est principiũ sciẽtie. Quecũq̧ eniȝ
talem habent auditum cognoscunt voces in habitudine ⁊
ratione signoꝝ rerum: ⁊ per sensus alios perfectos noscunt
res ipsas. ⁊ ideo vocibus ad res ipsas notas conuertunt et
agunt multa per hmõi disciplinaȝ. prima v̇o distinctio que
facit passionũ ⁊ accidentiũ anime differentiaȝ in omnibus
eiusdem speciei animalibus in quib⁹ est mas ⁊ femina est
distinctio quã facit natura inter masculũ ⁊ feminã. hoc aũt
in perfectiori animaliũ hoc est in homine magis est mani-
festũ q̃ȝ in alijs. Deinde etiã apparet id quadrupedib⁹ ge-
nerantib⁹ aialia sibi similia: ꝑpter qđ Pithagoras in alia
sistitia ⁊ ordine posuit masculinũ ⁊ in alia femininũ. Femi-
na enim oĩbus fere aialiũ generibus feminas habentibus
facilior est ad instruendũ ⁊ informãdũ siue creandũ q̃ȝ ma-
sculus. ⁊ in hoc manifestũ est in canibus ⁊ p̃cipue in his qui
leporarij a quibusdã ⁊ ab alijs veltres dicunt. femine eniȝ
hoꝝ canũ citius discũt ⁊ cõueniẽtiores sunt ad discendũ ve-
nari. Genera v̇o canũ venaticoꝝ quedã que dicunt esse in
Valachia que est regio quedam maioris Asie: nõ habẽt il-
lam differentiã q̃titatis ⁊ figure quã habẽt genera aliorũ
locoꝝ in quibus magna est differentia canum dictoꝝ. Ca-
nes aũt qui mastini vocant ⁊ sequunt oues propter custo-
diam: differunt quidam in quãtitate multũ: sed omnes ha-
bent consuetudinem sequẽdi lupum ⁊ capiẽdi. In qua ta-
men venatione excellit femina: ita ꝙ vidimus iam feminã
que etiã suos filios venari lupos docuit incitando ad cur-
sum ⁊ precurrendo: ⁊ cũ lupus videbat euadere tenuit lupũ
vsq̧ ad aduentũ filioꝝ: ⁊ tũc dimisit eum: ⁊ si lupus momor-
dit filios: non statim succurrebat eis volens prouocari fi-
lios contra lupũ. Hi tamẽ canes differunt in quãtitate: qm̃
quidam eoꝝ sunt valde magni maiores ⁊ fortiores lupis: ⁊
quidam sunt minores. Omnes tamen huiusmodi generis
canes maiores ⁊ rabiosiores sũt alijs canib⁹: vniuersaliter
aũt femine sunt debiliores maribus p̃ter vrsuȝ ⁊ leopardũ
in quadrupedibus: quoniaȝ opinio vulgaris est ꝙ femine
eoꝝ sunt fortiores ⁊ audaciores maribus. ⁊ hoc etiã quidã
dicunt de lupa. sed nõ est verũ. ¶ In auibus etiã femine ra-
paciũ auium omniũ que vncosos habẽt vngues fortiores
sunt ⁊ maiores corpore q̃ȝ mares. Causa aũt huius esse vi-
detur ꝙ talia animalia tam in quadrupedibus q̃ȝ in auib⁹
sicca sunt ⁊ calida preter vrsum. Et he qualitates mitigan-
tur ex seru femineo: ⁊ tunc plurium efficiunt spirituũ ⁊ plu-
ris sanguis: ⁊ ideo etiã fortiora sunt ⁊ audaciora. Ursa aũt
audaciam hȝ ex malis moribus que accidũt serui. Sed tñ
femina vrsi nõ ita diu perseuerat in pugna sicut vrsus. hoc
aũt accidit omnibus feminis aialiũ qđ tempore catuloruȝ
ferociores sunt maribus. ⁊ hoc facit affectus filioꝝ. Gene-
raliter aũt loquendo femine omniũ aialiũ sunt leuiores ad
instruendũ ⁊ astutiores quo ad hoc ꝙ citius capiunt. ⁊ hoc
ideo est: qꝛ sunt molliores ⁊ sunt magis auare ⁊ sollicite cir-
ca nutrimentũ filioꝝ. Mas aũt ecõtra est maioris ire ⁊ ma-
gis syluestris ⁊ minoris astutie. passiones aũt iste seruũ ma-
gis manifestant in homine q̃ȝ in alio aiali. homo enim in-
ter oĩa aialia magis attingit nãe perfectũ: ⁊ ideo etiam ma-
gis manifestat ꝙ in aliquo deflectit a perfecto ẜm naturã.
In hoc igit mulier facilius inclinat ad pietatem siue beni-
uolentiã q̃ȝ vir ⁊ citius lachrymat ⁊ magis est inuida ⁊ ma-
gis cõtentiosa ⁊ litigiosa: ⁊ rixosa: ⁊ diligit castigare siue cri-
minari: ⁊ nequitia aĩe maior est in femina q̃ȝ in viro: est ẽt
debilis spei siue fiducie ⁊ mendax magis q̃ȝ vir: ⁊ inuerecun-
da ⁊ facile decipit: eo ꝙ est mali indicij. ⁊ hẽt ex frigiditate
cõgelante aliquid fortis memorie in malis ⁊ ex frigido cõ-
primente: ⁊ qꝛ corpus eius nõ consumit neq̧ repellit a se su-
perfluum est pigra ⁊ segnis. His auteȝ addit Auicenna ꝙ
in rebus honestis ⁊ bonis ⁊ regimine sunt magis stulte et
magis recolentes res viles ⁊ sunt fraudulente ⁊ fraudes re-
cipientes ab alijs ⁊ magis parate ad malas cõsuetudines:
propter qđ etiam propriũ subiectum non habet in eis vir-
tus ⁊ honestas. femina enim vniuersaliter est grauis mo-
tus: ⁊ mas ecõtra mobilior ⁊ magis cõfidens ⁊ audax ⁊ ma-
ioris virilitatis: ⁊ huius signuȝ apparet in animalis gene-

re quod malachie vocatur. Istius enim generis quedã species est sepia que cum percutit tridente piscatorum mas iuuat feminam. Percusso autem mare femina fugit relinquens marem in periculo: et sic in pluribus est in omnium animalium maribus et feminis.

## Cap. 2m. De pugna animalium pro cibo et pullis.

*In pho ibidẽ cap. pmo.*

Quecunq3 autem animalium habitat frequenter aut semper in loco vno et eodez preliantur adinuicem: siue sint eiusdez speciei: siue diuersarũ: precipue tamen causam pugne continue habent si cibus paucus non omnibus sufficiens sit in loco habitationis eorũ: est etiam eis causa belli nidis: aut fouea quietis: aut etiam aliqñ timor et nocumentũ pullorũ. Sed causa belli continua non est nisi cibi defectus: propter qd etiam animal vocatum a quibusdam cocha: qd quidam murem montanũ esse arbitrantur continue pugnat et est audax inuadens aliquando canem: sed fugit leporem tanq3 abhorreat eũ: et pugnant ita continue q etiam feminam suam eijcit a fouea in hyeme quando pastũ sibi feni et alterius cibi aggregauit: quando tamẽ femina vt dicitur alio foramine fraudulenter facto vsq3 ad thesauros cibor abundantius per hyemem furto pascit q3 mas qui eam eiecerat. Aliquãdo autem ita dura est pugna pro cibo inter hec animalia q vnũ interficit alter: aut quousq3 eijcit ipsum a loco thesauror cibi cõgregati sicut diximus. Similem aũt pugnam et causam pugne habent cũ filijs postq3 adoleuerint et perfecti fuerint: q3diu enim filij indigent parentum prouisione: nunq3 impugnant a parentibus in aliquo genere animaliuz. Ea aũt animalia que carnem crudam comedũt quasi cum omnib9 pugnant animalib9: eo q omnia fere animalia sint cib9 eoruz preter ea que sunt eiusdem specie cum ipsis exceptis valde paucis aquaticis que comedunt indiuidua sue speciei sicut luci9. Aquila etiam aliquando vt dicit Auicẽna visa est deuorare aqlam: sed hoc non fecit nisi irata: quando. vz. diu luctant aqle pro preda aliqua quã cepit altera earum: tũc enim alteri contingit q vincens deuorat victaz quando non sufficit ei preda quã inuenit apud eam. Hec autem causa est q animalia aliquando inter se diuidũtur trinacies: et quedã sũt impugnantia alia vt deuorent ea. Quedam aũt congregãtur vt se mutuo iuuantia ab impugnantib9 defendãt quas acies dum frequenter vident inter animalia fieri augures dicũt significare prelia futura inter homines arguentes ex hoc q effect9 celestium citius apparent in his que sola agũtur natura q3 in hominibus quorum inclinationes nature sepe retinent rationis obice. Propter qd vt alibi dixim9: non ita faciliter ab homine percipiũtur effectus orbis sicut a brutis: per contrariũ autem hui9 quando vident animalia pacificata sequi se adinuicem pacem adinuicem futurã inter homines pronosticant. Cũ autem diminutio cibi vt dictũ est sit causa belli inter animalia: ꝯsequens est q quãdo cib9 eorum abũdat q mitescunt tũc: ac si sint domestica et tũc quiete cõmorantur in loco vno cõmuni. Hui9 aũt signũ est q in Egypto quecũq3 animalia herbis pascũtur simul viuũt: et mitia sunt adinuicem sicut domestica eo q talis cibi in Egypto est abũdantia: hac eadez de causa animal vocatum carocochiloz qd est quedam species cocodrilli: et animal qd dicitur bardon: qd est alia cocodrilli spẽs pacem et cohabitationem habent cum animali qd celthim vocat qd est aquaticuz quoddam quadrupes qd venatur animalia et cõmunicat venationem cũ prehabitis cocodrilli specieb9 et sic cogitare de ipsis videt et prouidere eis cibum. Qd autẽ hec sit causa pacis inter hec animalia et cohabitationis scimus ex contrarijs istor: quoniam aquila vt dicit Auicẽna pugnat cuz dracone vt comedat. Aristoteles tamẽ videtur dicere q vultur cum dracone pugnat: et hoc non est verum: nec etiam aquila omnis cum dracone pugnat. Sed qdaz genus est aquile paruum qd venatur quẽdaz serpentẽ qui draco generali vocabulo nũcupatur. Aquila etiam cuz tyro et dracone pugnat pro animalib9 que aliquando venat draco vel aqla: quando alter alteri predam auferre conat: vultur autez siue aquila qd verius est: et auis que dicit cyẽmon et auis que dicitur salangor pugnant adinuicem sicut apud nos pugnant cũ aqla cornix et pica et monedula et huiusmodi aues: et causa pugne est eis q aquila comedit eas. Vidimus enim aliquando cornices et picas deplumantes aqlam que residens in arbore patiẽter dissimulauit deplumationem: ppter quã dissimulationem cornicula qdam ppi9 accedens rapta est ab aquila et deuorata: hac eadez de causa animal vocatum habeninũ qd est animal habẽs foueas in campis pugnando venatur animal vocatum pelagoz qd Auicẽna videtur vocare murem cecũ quem nos talpam vocamus: et quodcũq3 vicerit alter deuorat ipsuz. Similr autem et auiuz genera que preliantur inter se sicut colidoz et forodonẽ et chicbo et glorior aliquã supradictarũ habent causarum quare pugnant adinuicem: et apud nos sunt sic gurgulus et auis musica que grasemusche vocat et aquila et cyconia et noctua et monedula et hmõi aues causam pugne habent hanc q vna comedit oua alteri9. Monedula aũt precipue inter alias aues pugnat cũ bubone de die: quoniam bubo est dbilis visus in clara luce: et ideo de die hoc coruinum genus qd est monedula rapit oua eius et comedit ea. Bubo autem et similiter noctua: quoniaz melius videt: q3 coruini generis animal qd est monedula rapit et comedit oua monedule. Coruini eni generis aues de die preualent buboni et noctue. Sed noctua et bubo preualẽt de nocte coruino generi: et pcipue monedule que minor est inter ea que sunt coruini generis. Alie etiaz aues de die volant in circuitu bubonis et noctue et nycticoracis de die et deplumãt eos: eo q in nocte iste aues infeste sunt ouis earũ: et etiam ipsis auib9 quãdo eas superare possunt et aucupes ligãdo bubonem vel noctuam iuxta rhetia deprehendũt cum eis alias aues multor generum que deplumandi causa accedũt ad eas. Auicẽna enim dicit se vidisse q pica accessit ad bubonem ligatũ et carnez quã ibi auceps posuerat per frustra proiecit cũ rostro versus bubonem: quã cum bubo accipere vellet retrorsum conuersa cauda regẽdo remouit a bubone frusta carnis: et per hoc dicit se cognouisse q pica ẽ auis derisiua: et q aliquando aues gratia derisionis accedunt et deplumãt aues inimicas sibi. Hec aũt que dicta sunt maxime faciũt aues cũ eo q basit Arabice: apud nos autez seneca vocat. auis etiam fethis et gali quor vtrunq3 est species quedam milui et coroni qd est coruus pugnant adinuicẽ eo q illa genera miluor comedũt per insidias oua corui et suos pullos: hanc etiam cãm pugnandi cũ coruo habent aleũ et linteuz et lartinoz que etiã sũt genera miluor. Acrinoz autem qd est paruũ genus milui qd vocatur apd nos miluus risus: non accipit oua vel pullos coruor: sed poti9 hoc q inuenit de cibo preparatũ a coruo rapit et comedit: et ideo pugnat cũ ipso. Fortiores eni habent vngues q3 coruus et ẽ velocioris volatus: he causat genera miluor lz dicta de causa pugnent cũ coruo: tamẽ alijs tẽporib9 venant principaliter lũbricos terre et mures et ranas et huiusmodi aialia. Ex omnib9 aũt dictis manifestũ est q cãm pugne habent animalia cibũ et mansionẽ et pullos: eadem aũt causa pugne est auibus et animalib9 marinis: pugnant enim adinuicez bathyoz qd est species merguli qd pisces venat: et auis que vocat latroz: et est auis alba et marina quam nos melbã vocamus: et est causa pugne preda pisciũ. Aliquando aũt eadem de cã pugnant frichachyz et coronoz qd est coruus aquatic9. Tyrus aũt aquaticum est animal vocatuz tribaur comedit vtrũq3 istor. Similiter aũt turtur inuenit pugnare cuz aue quadam rapace que cladem grece: latine autem glaro vocat: et est de genere milui parui: et est causa pugne q glaro nititur rapere pullos turturis de nido: tunc enim omnis auis quantũcũq3 debilis pugnat cũ quantũcũq3 forti. In tali itaq3 pugna glaro aliqñ interficit turturem antiquũ: hac etiaz eadem de cã coruus abka in pugna interficit miluũ q dicit grece cochyno: qa dũ parui sũt pulli coruor nitit eos rapere de nido miluus prenominat9. Coruus aũt superueniẽs interficit eũ vnguib9 et rostro. Dicit aũt coruus abka cõm9 cõis magnus qui deo Apollini fuit cõsecrat9: vt dicit Apuleius. In pugna consilr colyeuz qd est gen9 parui accipitris comedit auez que vocat balarcheon qd est qdam spẽs passeris: hũc aũt et alie aues vncor vnguiũ comedunt eo q est pigri volat9 et nulli9 defensionis et sepi9 q3 alie aues inuenit. Unde propter hũc passerẽ pugnant adinuicẽ aues rapaces quãdo plures cõuenerint ad rapiendũ eum: et auis vocata

*Non ita facile pcipiunt effectus orbis ab hoie sicut a brutis.*

*In quo dãnet Ar. et qũo sal uet dcm eius nota.*

*Quid d agla se vidisse testetur.*

*Quid Auic. d pica se vidisse testetur.*

*Cã pugne aialium ẽ ex cibo mãsiõe et pullis.*

ascolonitiz aliquando comedit abachiez: sicut ⁊ quando p̄ualet aduersus eum: sicut ⁊ apud nos aliquādo pica comedit passerem iuuenem ⁊ comedit coruus alaudam iuuenē. Horum enim vtrūq; per visum expertus sum. Similiter autem auis que hyckyppo vocatur pugnat cuz ea que arodycam grece dicitur. ⁊ causa pugne est: q̄a latenter hyckyppo rapit oua eius ⁊ pullos de nido ⁊ comedit eos: ⁊ auis ēt parua que achynoz grece: latine argicus dicitur: ⁊ est auis parua sicut passer aliquantulum ruboris habens super caput pugnat cum asino: ⁊ causa pugne est quia asinus quando transit per spinas confricat se ad spinas ⁊ deijcit oua de nido argyci: ⁊ ideo etiam auicula eadem retro insidet asino vbi vulneratus est ⁊ de pica sua siue rostro pungit asinū longius exagitans eum a loco spinarum. Argycus antē fugit quando rudit asinus: quia sonus nocet ei. Aliquando etiam vt dicit Auicēna causa pugne: quia deijcit fruct⁹ spine confricando se ad ipsam asinus: hic enim fructus est cibus argyci: ⁊ est ex spina magna quā quidam vocant spinā albam: ⁊ alij vocant spinam fagi que habent florem album ⁊ fructum rubeum paruū cum longo corilidone: hunc enim fructum plurime comedunt aues: propter qd̄ etiam aucupes congregant hūc fructum ⁊ per eum capiūt aues in hyeme. Cum autem sint tria genera hyrūdinum: vnum q̄dem qd̄ in domib⁹ interius vbi habitant homines nidificat: et insidiatur muscis ⁊ apib⁹. Aliud autem qd̄ in terra in foraminib⁹ riparum iuxta aquas nidificat ⁊ insidiatur bibionibus que volant super aquas: ⁊ tertiū qd̄ in parietibus murorum exterius nidificat ⁊ muscis est infestum hoc tertiuz genus pugnat cum passerib⁹ eo q̄ passer intrat domum ei⁹: ⁊ preoccupat eam in principio veris anteq̄ȝ veniant hyrundines: ⁊ hyrūdo nititur eum eijcere de domo sua siue nido. Et visuz est pluries in Colonia q̄ hyrūdo non valēs eijcere passerem conuocauit stridore ligurtij sui multas hyrundines: ⁊ simul venientes in īpetu luto qd̄ rostro singule portauerunt obstruxerunt foramen nidi subito: ⁊ clauserunt in nido passerem ⁊ suffocauerūt eum. Similiter autem ⁊ vrsus pugnat aliquando cum asino ⁊ tauro eo q̄ venatio vrsi est caro cruda: ⁊ ideo impugnat hec duo animalia quando ea comedere intendit. Similiter autem auis dicta yricoz ⁊ est genus aquile valde forte ⁊ magnum pugnat cum vulpe ⁊ lepore ⁊ cuniculo ⁊ huiusmodi animalib⁹: q̄a aq̄la illa comedit carnem crudam dictorum animalium: ⁊ ideo venatur ea: ⁊ aliquando eadem de causa pugnat cum capriolo. Coruus etiam ⁊ bos vt dicit Auicēna naturalem habent inimicitiam adinuicem ⁊ nititur coruus eruere oculos bouis ⁊ comedere: ⁊ hoc modo etiaz impugnat asinū aliquādo: hac etiam de causa vultur pugnat cū animali qd̄ grece arodyeuz: latine autem ardolatū vocatur: ⁊ quando impugnauit ipsum occidit ipsum ⁊ comedit. Similiter aūt aues quas ybos vel yrbes vocant greci ⁊ nos cyconias manēt in palustribus in marginib⁹ fluuiorum: ⁊ est color eius varius ex albo ⁊ nigro: ⁊ vita ipsarum est boni moris: manent eniz cum hominib⁹ ⁊ impugnāt ranas ⁊ mures ⁊ alia animalia palustria. Asinus etiam impugnat colotum hoc est rattū eo q̄ dormit in presepe eius: ⁊ mordendo nares eius vetat ip̄z comedere pabulum: ⁊ ipse rattus cum socij s suis tunc comedit pabulum ipsius. Est enim opinio vulgi q̄ auis vocata achelon pugnat contra quoddam genus coruinuz vocatum craton est contra auem que glorio quā glarum q̄daz vocant latinorum quā mendose quidam dicunt generari a flāma ignis: ⁊ causa pugne est quia cratoz coruinum comedit istarum auiū pullos: similiter autem psitaci auis ⁊ auis dicta prece troyloz quā trochylum dicūt latine vocari. Camulgū autem latine dicunt vocari psitaci grece: ⁊ hec due aues cum vulture pugnant: quoniā camulgus frangit oua vulturis ⁊ sorbet ea: ⁊ quia vultur sicut ⁊ alie aues rapaces comedit carnem crudam pugnat cū camulgo prouocat⁹ ex fractura ouorum ⁊ interficit ⁊ comedit eum. Est auis quedam quā Auicē. hyz: Aristo. autem yboz vocat ⁊ latine vocaẗ acōtis que sicut anser comedit gramina ⁊ est valde debilis visus: ⁊ habet vocem fere sicut hinitus equi ⁊ pugnat cum equo eo q̄ equus eijcit ip̄m a pascuis: pugnando autē vocat super equuz imitando hinnitū equi: ⁊ sic terendo stupefacit equum ⁊ fugat: ⁊ aliquando sic lassando equum interficit. Est autem color hui⁹ auis valde pulcher: ⁊ vita ei⁹ longa: ⁊ manet iuxta ripas fluminum: sed apud nos hoc genus auis est ignotū. Genera v̄o ardearum siue ardiolaruz quas greci arachyon vocant tria sunt: ⁊ primo quidem genus quidam grecorum vocant kalaboz: alij autem suasp. Secūdū autem quidam vocant lantoz: alij autem leugon. Tertium v̄o quidam vocant astariem ⁊ alij iapeleon. Apd̄ nos autem genera sunt quidem tria: quoruz duo sunt cinerei coloris: magnū. vz. ⁊ paruum: ⁊ tertium est album sicut nix maius vtroq; dictorum generum: ⁊ dicunẗ ardee ab arsura stercoris: q̄a arescit ⁊ exuriẗ ad siccitatem id super qd̄ cadit stercus ei⁹. Dicit autem Arist. q̄ vnum genus ardiolarum est qd̄ kalaboz vocat qd̄ coit difficulter. Ita q̄ femina vociferat quando recipit semen: ⁊ opinantur quidam lȝ non sit probabile q̄ etiam sanguis ab oculis eius exit in coitu: ⁊ quando femina ouat parit ouum valde granter. Adhuc aūt cuz vulpe pugnat mothyoz auis ⁊ auis dicta forodoz foratur oua predicte auis.

Quid in Colonia de hyrūdine sepe visū sit.

¶ Cap. 3m. De naturali amicitia ⁊ inimicitia quorūdā animalium adinuicem.

Tyrus etiam pugnat cuz galli siue edo ⁊ porco: quoniam frequenter simul sunt edus ⁊ porc⁹: ⁊ habent in hoc vnū cibū q̄ vtrūq; horum animaliū comedit serpentem qui tyrus vocatur. Auis etiam dicta latine aeselon cū vulpe pugnat ⁊ nocet vulpi q̄ȝtuz potest deplilando euz ⁊ interficiendi pullos ei⁹ eo q̄ est auis fortis vncosorū vnguiū. Coruus aūt niger est amicus vulpis ⁊ iuuat: ⁊ ideo īpugnat aeseloz agotylon aut quem nos caprimulgum vocamus impugnat auem que vocaẗ celeon: quā quidam latine trochylonē esse interpretaẗ: ⁊ ambe he aues nocent vulpi: he ambe aues sunt de genere aq̄larum ⁊ sunt vncosoruz vnguiū. Agolfyez aūt siue agotiloz quem caprimulgum vocamus pugnat cum vulture. Similiter aūt vermis serpentinus qui in herba latet pugnat cū alijs vermibus sui generis ⁊ comedit eos: plus enim omnib⁹ alijs animalibus comedit ea que sunt sui generis: ⁊ hic vermis etiam pugnat cū vulture ⁊ sepe vincit vulturem ⁊ interficit ipsum: quedā aūt animalium indeterminate pugnant adinuicem sic homo impugnat asinū: ⁊ alia animalia quando cogit ea domari ⁊ laborare. Asinus autem pugnat cū assonidē eo q̄ ambo hec animalia viuūt de spinis q̄busdam que de eringi sunt genere ⁊ scotacula a medicis vocatur. Asinus eniz hāc spinam libenter comedit quando est mollis: ⁊ ideo mouet et assachydoz pugnat etiam adinuicem causam pugne habētia ipsam spinam quaz diximus quā comedunt eo q̄ radix eius est valde dulcis ⁊ saporosa: ⁊ similiter stipes ⁊ folium: sed minus q̄ȝ radix. Similiter aūt habynoz ⁊ ydoz quez supra accurtim vocauimus pugnant adinuicem: tanta est inimicitia harum duaꝝ auium sicut q̄dam fingūt q̄ etiaz sanguis mortuaꝝ permisceri ⁊ coniūgi non potest. Sed vn⁹ retrahitur ab alio: ⁊ talis est horror inter pēnas aquile ⁊ anseris: q̄ vna aquile pēna coniūcta multis pennis anseris consumit eas: ⁊ hoc iam sum expertus in pennis alaruz: ⁊ forte similiter est in alijs pennis dictarum auium: ⁊ dicitur similiter sic esse inter pilos lupi ⁊ lanam ouis: sed hoc non sum expert⁹. Coruus autem ⁊ cocodrilli genus qd̄ hardeoz siue hardon greci vocant amicanẗ ⁊ cohabitant frequenter: fedeoz aūt qui sunt leopardi manet frequenter apud fluuios in locis consitis arborib⁹ ⁊ maxime iuxta arbores camphore: ⁊ dedoz serpens q̄dam manet in lapidib⁹ ⁊ montanijs ⁊ est amicus vulpis: sicut sit de genere eius. Leopardi autez manent simul propter amicitiam eoꝝ adinuicem: lȝ autem diximus coruū esse amicū vulpis: ⁊ q̄ vnus moraẗ cuz alio: hec non est amicitia vera: sed q̄a vulpes insidiaẗ prede coruorum: ⁊ ideo Apulegius narrat in fabula q̄ vulpes blandita coruo q̄ caneret cadentez de ore corui cātantis rapuit offam carnis: ⁊ ideo dicit Auicen. q̄ vidit qd̄ rex esceny de terra que Ula vocaẗ coniūxit in vnam caueam coruū ⁊ vulpem ⁊ pugnauerūt fortiter: ita q̄ vulpes mordendo sanguinare fecit caput corui: ⁊ coruus vnguib⁹ adeo strinxit labia vulpis q̄ non potuit ea aperire: ⁊ tūc fortiter pupugit vulpem cū rostro. Archy v̄o ⁊ archytynoz animalia amicanẗ: ⁊ similiter tyrus ⁊ vulpes; ita q̄ aliquādo cohabitant in vna

Talis ē inimicitia iter aq̄lā ⁊ anserē vt in eoꝝ pēnis cōmixtis appeat

terre

terre cauea. Similiter autem kolkynoꝛ ⁊ turtures sibiinui/
cem amicantur. Lupus autem pugnat cum animali qꝺ to/
boz vocatur eo ꝙ ambo comedunt carnem crudam: toboz
autem quidam estimant esse lincẽ. Cerui autem maxime
tempore coitus pugnant adinuicez forti pugna ⁊ percutiũt
se adinuicem culmis cornuum suoꝝ: ita ꝙ forte interficiunt
se adinuicem. Si aũt superuiuũt deuictus obediet victori
forti obedientia ac si sit herus eius ⁊ sequitur ipsum. Cer/
ui autem timent gannitum vulpium cerui etiam diuersan/
tur in audacia magna diuersitate. Quidam enim sunt qui
etiam per syluas transeuntes inuadũt homines ⁊ quidam
sunt qui fugiunt eos. Ceruus aũt vnus cum pluribus am/
bulat feminis sui generis: sꝫ raro plures cerui ambulãt si/
mul nisi sint iuuenes: quoꝝ plures aliquando vadunt cum
antiquo ceruo: ⁊ obediũt ei ⁊ non coeũt cũ feminis in pñ̃sen/
tia eiꝰ. Elephas aũt femina meliꝰ iuuat hominez in pugna
q̃ꝫ elephas masculus: lꝫ homo in vtroqꝫ sexu ad pugnã vta/
tur hoc genere animalis. Corpora enim feminaruz sũt mi/
nora q̃ꝫ marium: ⁊ cum hoc sunt etiaz minoris audacie: ha
bet aũt elephas culmos ad faciendũ opera fortia: proster/
nit eniꝫ cũ culmis suis magnos parietes ⁊ destruit domos
⁊ arbores. Sed cum promuscida colligit cibum ⁊ potum et
ponit in os suũ. Capitur autem in venatione ꝑm hunc mo
dum. ¶ Equitat aũt homo elephantem domesticum vt in
syluam querendo alios elephantes: ⁊ cum inuenerit sylue/
stres incitat domesticos contra syluestres vt percutiãt eos
pro muscidis: ⁊ cũ vicerint eos eo ꝙ fortiores sũt domestici
q̃ꝫ syluestres propter bonum ⁊ abũdantem pastum saltat su
per syluestrem rector elephantem ⁊ percutit euꝫ fortiter fla
grodius qꝺ est sicut peltem quidam composite: ⁊ tunc subi/
to quiescit q̃ꝫdiu super eum sedet rector: ⁊ cum descenderit
aliquando remanet domesticus ⁊ aliquando non. Et si nõ
obedit ligat pedes suos anteriores simul quousqꝫ domesti
catur. Auicẽna autem alium capture moduꝫ narrat dicẽs:
ꝙ narrauit ei fide dignus senex ꝙ Indi faciũt foueas in q̃s
decepti propter escam aliquam cadũt elephantes: ⁊ cũ ceci/
derit in foueam elephas venit homo vnus ⁊ flagro duriter
percutit elephantem: ⁊ cũ diu percussus est venit alius ho/
mo ⁊ ostendit se elephanti ⁊ q̃si cũ increpatione ⁊ violentia
eijcit ab elephante percussorem suũ: quo facto abscedit re/
licto in fouea elephante: ⁊ iterũ post modicũ redit percus/
sor ⁊ postq̃ꝫ percussit iterato elephantẽ: iterum redit is qui
prius eum remouerat: ⁊ iterum remouet eum sicut prius: ⁊
hoc fit sepius: ⁊ tandem incipit elephas gaudere ad cõspe/
ctum sui liberatoris: ⁊ tunc fodiendo fit ei via ad exeũdum
de fouea: ⁊ tunc sequitur suum liberatorem ⁊ obedit ei. Et
hoc idem narrauit mihi fide dignus qui in terra fuerat illa
addens ꝙ percussor elephantis horribili colore pingit ca/
put ⁊ faciem ⁊ transfigurat se ne postea cum domesticatus
est elephas possit cognosci: qa aliter elephas iterficeret eũ.
Hec igitur ⁊ talis est amicitia ⁊ inimicitia animalium ad/
inuicem: ⁊ precipue est causa cibi ⁊ vite sustentande per ci/
bum aut coitum aut pullos ⁊ nidum. Similiter autem ⁊ in
marinis quidam pisces diligunt se adinuicem ⁊ qdam non
se diligũt: ⁊ quedam femine piscium postq̃ꝫ impregnate sũt
sicut greges: quedam aũt non sic sꝫ post partũ ouoꝝ. Uni/
uersaliter aũt loquendo animalia que in mari congregant̃
sicut greges adinuicẽ sũt ista fenydoꝫ meydeꝫ bokydeꝫ ceo/
rion cheadoreth chorteꝫ tarigla qui sunt pisces parui: ala/
tylbo abacyno cerebydalino analideꝫ cãcho sconiy ⁊ culya:
⁊ hi sũt sic̃ in mari Anglico ⁊ Germanico ⁊ Sclauico: allec
⁊ spiringus: ⁊ id quod vint vocat̃ ⁊ hardeen vocat̃ qui sunt
mulli: ⁊ multa alia genera pisciũ qui diuersis mensibꝰ semi/
nantia congregant̃ sic̃ superius etiam dixisse nos memini/
mus. Quedam aũt istoꝝ non congregant̃ sic̃ greges tm̃: sed
congregant̃ etiam inter se partu pari mas cũ femina tanq̃ꝫ
sint coniugalia. Quedam aũt non inueniunt̃ nisi bina ⁊ bi/
na: ⁊ non sic̃ greges nisi in impregnatione ⁊ partu talem in
tempore labraor ⁊ fastoreoꝫ clamat se adinuicem: hoc enim
tali tẽpore congregant̃ sic̃ greges. Sepe etiam cõgregantur
sic̃ greges: non mõ aialia que sũt sub vno genere tm̃: sed ẽt
alia quoꝝ est cõsilis pastus in loco vbi abũdat pastus eorũ:
libraoꝫ aũt hꝫ hoc ꝙ cũ nõ inuenerit pastũ aliũ fortior come/
dit debilioré: ⁊ hoc apꝺ nos faciũt lucij qñ multi sũt simul.

De captu ele/
phanti duplex
modus.

¶ Tractatus Secundus Octaui Libri animalium in quo
agit̃ de modis animaliũ ꝑm prudentiã ⁊ stultitiam ipsoꝝ.
¶ Cap. pᵐ. De prudentia ⁊ stultitia diuersorum animaliuꝫ
⁊ potissime de discretione ceruorum.

Modo etiam alia aialia diuersificant̃ ꝑm mores qui modus est ꝑm
cognitionem ⁊ prudentiam vel aliquid si/
mile prudentie qꝺ regit animalia mouere
in opere. Quedam enim sunt domestica ⁊
quedam syluestria: ⁊ quedam audacia: et
quedam timida: ⁊ quedam aliquid simile
intelligentie habentia: ⁊ quedam non. Sed potiꝰ videntur
esse stolida ⁊ stulta. Dicit̃ aũt cõmuniter ꝙ in ouibꝰ ⁊ arie/
tibus ⁊ capris maior est priuatio intellectꝰ ⁊ prudentie q̃ꝫ in
alijs q̃drupedibꝰ eo ꝙ magis vadũt in vanuꝫ ⁊ inutiliter.
Ita ꝙ exeũt a locis cõmodis ad loca deserta ⁊ manent sub
pluuia: ꝓpter qꝺ etiam a locis suis incõmodis non mouẽ/
tur aliquando nisi pastor moueat ea preminando arietes.
Tũc enim sequũtur arietes propter qꝺ etiam repulse oues
ab igne quando ardent caule recurrũt in ignem: ⁊ similiter
faciũt equus ⁊ mulus: sed non tm̃ sicut oues. dicit̃ etiam ꝙ
quando caprarũ rapit̃ aliqua ab aliquo animali predante
subito erigũtur alie capre ⁊ aspiciũt eaꝫ aspectu stolido an/
tequã fugiant. Oues tamen magis sũt qete ⁊ magis pasto/
ribꝰ appropinquãtes q̃ꝫ capre ⁊ alijs hominibus similiter:
habet aũt hoc ouis ꝙ iocũde ambulat ⁊ meliꝰ pascit̃ ad au/
ditũ musicũ fistule: propter qꝺ etiam pastores modulantur
cũ fistula ⁊ cornu in pastura ouium. Ad auditũ autem toni/
trus magni oues impregnate aliquando abortiũt: precipue
si sole ⁊ non in grege sed sequestrate ambulant: qa tunc ma
gis terent̃. sequestrant̃ aũt oues abinuicem quando pastor
alijs rebꝰ familiaribꝰ domi occupat̃: tũc enim per se ambu/
lant non coadunate propter consuetudinem exitus earũ: et
tũc frequenter amittũtur: sicut ⁊ vacce ab armẽtis separa/
te. Sequestratũ enim animal patit̃ a bestijs insidias ⁊ de/
uorat̃ quando se solũ defendere non potest. Oues aũt ⁊ ca/
pre lꝫ sint diuersarũ specierũ: tamen pascũtur simul frequen
ter: ⁊ quando pascũtur vt frequentiꝰ adinuicem conuertũt
facies ⁊ non in oppositũ. Capre aũt minus pingues esse di/
cũtur omnibꝰ alijs pascualibꝰ animalibꝰ. ¶ In maiori autẽ
parte consuetudo est vaccarũ ꝙ quando vna errat ⁊ exit a
grege sequũtur eam alie: propter qꝺ etiam campane talibꝰ
vaccis a pastoribꝰ alligant̃: vt per sonũ campanaruꝫ in syl/
uis aberrantes audiant̃ ⁊ inueniant̃. Eque aũt pascũtur si/
mul in multitudine: ⁊ congregatio taliũ vocat̃ eq̃ciũ vel eq̃/
cia: ⁊ quando morit̃ vna equa ⁊ dimittit pullũ teneruꝫ: alia
equa accipit ipm̃ ⁊ nutrit tanq̃ꝫ suũ propriũ: propter qꝺ di/
citur ꝙ genꝰ equoꝝ nãliter diligit suam speciem: ⁊ huius si/
gnũ est ꝙ lꝫ quedam eque sint steriles ⁊ non pariant: tamen
accipiũt ad se ⁊ ducũt secũ pullos equaꝝ morientiũ: ⁊ si peũt
pulli illi non pereũt ex hoc ꝙ non impendant eis curã eque
ille. Sed ex hoc non habent lac ad nutriendũ pullos assum
ptos. ¶ Est autẽ opio de ceruo ꝙ sit discretior multis alijs
animalibꝰ. Obseruat enim ꝙ pariat in vmbrosis iuxta pu/
blicas vias existentibꝰ: eo ꝙ bestie nociue timentes transi/
tũ hominũ minꝰ sũt in locis illis. Cũ aũt femina cerui pepe
rit primo si potest comedit herbam que dragontea vocat̃:
vel aliam que similem virtutem habet contra venenũ secũ/
dine quã semper cerua ptã comedit: ⁊ tũc redit ad partũ: et
aliquando abscondit̃ cũ partu in loco vmbroso iuxta viam
vsqꝫ ad auroram quando incipit apparere lumen solis. Il/
lo enim tempore minꝰ mouent̃ nociue bestie: qꝛ tũc colligũ/
tur ad latibula sua: hoc ergo tempore cũ partu vadit cerua
ad loca latentia vbi sũt fissure ⁊ concauitates petraruꝫ aut
antra aliq̃ que non habent introitũ vnũ: in illis abscondit
partũ ⁊ stat ante antrũ: qa ibi potest oppugnando defende/
re partũ ab alijs animalibꝰ nociuis partui suo. Est etiaꝫ si/
gnũ discretionis cerui ꝙ ceruus mas quando se sentit pin/
guem latet ne venent̃ ipm̃ homines ⁊ bestie propter pigue/
dinem. Cerui etiam eijciũt cornua in locis in qbꝰ graue est
inuenire ea: propter qꝺ etiam prouerbiũ est dicere vade ad
locũ vbi cerui eijciũt cornua: ⁊ eiectis cornibꝰ abscondũtur

Nono de hy/
storijs aialiuꝫ
cap. 3.

Nono de nã
aialiũ cap. 4.

Nono de nã
aialiũ cap. 5.

nolētes apparere eo ꝙ carent armis ⁊ se defendere nō pos-sunt. Dicit aūt ꝙ nūꝗ nullū inuentū est cerui cornu sinistꝝ eiectū: hoc enim ceruus abscondit q̄si sciat in ipso esse aliqđ iuuamentū. Cū autem cerui sunt anniculi in fine primi anni non apparent cornua in capitibus eoꝝ nisi sicut capita quedam prominentia dura. In duobꝰ aūt annis crescunt ⁊ eleuant̄ q̄si ad q̄ntitatem vomeris: propter qđ etiaꝫ cornua bimi cerui vomeralia dicūt. In tertio aūt anno crescunt ramosa emittentia per duo capita culmos. In quarto autem magis ingrossant̄ ⁊ addūt vtrinqꝫ duos culmos: ⁊ sic deinceps singulis annis addūtur culmi ramoꝝ in cornibꝰ cerui vsqꝫ ad sex annos: ⁊ tūc magis q̄ꝫ prius efficiūt̄ ramosa: ꝓpter qđ etiam non potest cognosci etas ceruoꝝ per numeꝝ ramoꝝ nisi vsqꝫ ad sex annos. Antiq aūt ⁊ senio cōfecti cerui cognoscunt̄ duobꝰ: aliq enim ceruoꝝ in tempore senectutis dentes nō habent: aut si dentes habēt: habēt ꝑuos valde ⁊ consumptos: ⁊ illi nō habēt illos culmos cornuū interiores qui vocant̄ amouetrox: hoc est pūgitiui: ⁊ sunt culmi inferiores qui dircē ad anteriꝰ versus frontem in rectū porrigūtur ⁊ nō erigunt̄ sicut alij: per hos eni culmos pugnat: sed per alios qui sūt in cornibꝰ ventilat. Senex autē ceruus hos culmos nō habet eo ꝙ ista directe anteriꝰ crescūt ⁊ virtus deficit in semine tales culmos formandi. Eijciūt autem cerui cornua in primo mense veris q est Martiꝰ: ⁊ tūc per diē latent in locis nemorosis: ⁊ condensis multaꝝ arboꝝ ⁊ terra tectoꝝ in qbꝰ multe sūt herbe pascuales: eo ꝙ tunc timent lupos: ⁊ per tp̄s illđ nocte pascunt̄ quousqꝫ creuerint cornua eoꝝ: ⁊ cū exeūt eis cornua stant ad solem ⁊ querunt calorem solis vt arescant eis cornua eoꝝ ⁊ maturescant per calorem solis: ⁊ cū cornua dura sunt ⁊ recessit dolor ⁊ sensus ab eis recedūt a locis illis ⁊ vadūt ad arbores ⁊ confricant cornua ad eas vt auferat̄ pellis a cornibꝰ: ⁊ tūc exeūt securi q̄si habēt arma. Fert̄ aūt in antiquo tēpore captū eē ceruū sup cuiꝰ cornua creuit aliqđ edere ⁊ cucurbite syluestris: ⁊ hoc non accidit: nisi qa cornua cerui primo mollia conceperūt radices aut semina illarū herbaꝝ interiꝰ in cōcauitate sui vbi maior fuit humor ex quo cornu nutriebat̄ q̄n ceruꝰ iacebat in herba: ⁊ postea pullulauerūt herbe anteq̄ꝫ induratū esset cornu: ⁊ postea indurato cornu indurate sūt herbe nutrite ab interiori humore cornu sicͭ eedē etiā herbe aliquādo crescūt in arboribꝰ ⁊ lapidibꝰ. ¶ Adhuc aūt q̄ꝫdo nocet ceruo superfluitas cōgregata in ipso venenosa que fexda vocat̄: aut quando forte mordet̄ a serpente: aut ab alio venenoso congregat cancros ⁊ comedit eos pro medicina: ⁊ ideo opinant̄ qdam cancros esse medicinaꝫ contra venenū: lꝫ nō conueniant aliquādo. ¶ Ampliꝰ aūt quando parit cerua subito comedit secūdinam anteq̄ꝫ cadat super terraꝫ cū adhuc adheret partui: ⁊ est opinio quorūdā ꝙ secūdina sit venenosa ꝓpter qđ comedit dragonteam. ¶ Adhuc aūt quidam modus venatiōis ceruoꝝ ⁊ maxime caprioloꝝ est ſꝫ hūc modū: vadūt nāqꝫ homines duo vel plures aut vnꝰ solus: ⁊ folio sub lingua posito sibilat imitando vocem pulli: ⁊ ad hūc sonū prodit ceruus ⁊ precipue capriolus ⁊ sequitur sonū illū: qa delectat̄ in ipso: ⁊ tūc traijcit illū sagitta aut venabulo. Dupliciter aūt prodit de latibulo. Si eniꝫ ꝓdit erectis auribꝰ ⁊ porrectis anteriꝰ fortiter audit: ⁊ iā dephendit eē insidias ⁊ q̄rit fugere: si aūt retrorsuꝫ conuertit auriculas ⁊ dimittit absqꝫ dubio sono delectat̄ ⁊ imitat̄ eū: ⁊ tūc facile decipit̄. Quādo aūt lupos fugiūt cerue partꝰ suos secum ferūt: ⁊ si venatoꝝ aliqs deprehenderit ceruas currētes fugere lupos nati saltant super herbas ⁊ arbores ⁊ latent ibi: qa tūc lupi fugiūt a presentia venatoꝝ. Cū autē cū partu iaꝫ perfecto exeūt de cauernis: primo comedunt aliquam de dragōteis herbis diu masticantes vt dentes per masticationem faciant acutos ⁊ incidentes.

Nota đ ꝓuerbio sumpto a ceruo.

De mō venatiōis ceruoꝝ.

¶ Cap. zᵐ. De prouidentia animaliuꝫ in prouisione medicaminum contra infirmitatem.

Nono đ hystorijs aialiū. c. 6

SUnt aūt qđ mirabilius videt̄ animalia industriam quādam de medicaminibꝰ hūtia ⁊ ecōtra q̄dam nulla sua nocumēta abstergūt ꝑ medicinā. Capri enim mōtani qui sunt in Crete insule mōtibꝰ ⁊ in alpibus altissimis Germanie qui ꝓprio nomine ybices vocant̄ quādo sagittis venatoꝝ percutiunt̄: ⁊ ferrū remanet in vulnere querunt (vt dicit Arist.) polegiū ceruinū siue agreste qđ Auf. leluon Arabice vocat: ⁊ applicāt illđ plage ⁊ tūc exit ferrum de corpore ipsoꝝ. Arist. tamē dicit ꝙ comedunt ipsum ⁊ per virtutē herbe in corpore diffusam ferrū exit. ¶ Silr̄ aūt et canes ſꝫ diuersas infirmitates suas comedūt radices herbaꝝ: ⁊ herbas diuersas notas ab ipsis contra infirmitates suas. Herba aūt quā sepiꝰ comedere videnᵗ est gramē. Aliquando tamē comedūt radices prouocantes vomitū vt facile eijciant humorem: ⁊ ideo etiam ante vomitū superadimplent se cibo si habēt: vt humor putrescens in stomacho inuiscet̄ cibo ⁊ cū ipso faciliꝰ euomat̄. Eodem etiam modo animal qđ grece ferdalie qđ Auicē. latine nominat leopardū quando comederit herbaꝫ venenosam que fridalydon grece: latine strangulator leopardi vocat̄: ⁊ cū incipit degulari ⁊ suffocari querit stercꝰ hominis ⁊ comestione illiꝰ liberat̄ a veneno herbe. Stercꝰ enim hominis precipue quādo recens est ⁊ nō euaporauit ab ipso virtꝰ stomachi ⁊ intestinoꝝ habet tyriace virtutem. ¶ Eadeꝫ aūt hec herba dicit̄ interficere ⁊ degulare lupos ⁊ leones: propter qđ venatores leonū vasa plena stercore squibalico hominis ponūt sub arboribꝰ: ⁊ occultantes se non longe rapiūt vel interficiūt leones qui ad vasa illa gratia medicine accedūt: ⁊ similiter faciūt lupis propter medicinam illuc venientibꝰ. Dicūt autē ꝙ leopardi eodem rapiunt̄ artificio. Simili autē ⁊ non eodem artificio vtunt̄ qdam ad capiendos ceruos ponendo vꝫ. medicamē cognitū in loco aliquo: ad qđ cuꝫ ad curandas infirmitates cerui veniūt capiunt̄. Dicit aūt Auicē. ꝙ leopardi venant̄ a lupis: ⁊ qa vnus lupus nō preualet leopardo cōgregant̄ plures ⁊ insequunt̄ eū: lꝫ enim velocior sit leopardus lupo: non tamē diu continuare potest cursuꝫ velocem ⁊ cū lassat̄ capit̄ ab ipso: ⁊ ideo q̄si semper leopardus ambulat in abscondito quasi latens: ⁊ ideo leopardus domesticus nō diu insequit̄ feras quas venat̄. ¶ Adhuc auis egyptiaca que grece anschycomon: latine aūt ybis vocat̄ et est ciconia tota nigra in dorso ⁊ inuenit̄ grisea: quando videt serpentem alatū qui grece vocat̄ hasyoz: ⁊ hanc auē vocat Auicē. thyamon. Solinus aūt vocat ibidem sicut aū dixmus: hec igit̄ auis quando predictū videt serpentem clamat voce aues alias sui generis aduocando in auxilium: ⁊ tūc omnes simul ponūt se in luto: ⁊ postea in terra puluerulenta ⁊ arenosa vt adhereat viscositati luti: ⁊ tūc intrant in aquam vt vndiqꝫ ad corpora eaꝝ affluat eis lutum: ⁊ sic armate congrediunt̄ cū serpente alte volantes ad eū in aera: sicut dicit Solinus. ¶ Tenchea aūt que est species q̄dā cocodrilli cuꝫ superfluitates cenosas sentit multiplicari circa dentes aperit os magno hyatu: ita ꝙ dentes eiꝰ apparent: ⁊ tūc in os eiꝰ descendūt aues qui latine strophilus siue strophili dicunt̄: ⁊ est auis similis pice varia aq̄tica habens rostrū: sicͭ est rostrū anatis: ⁊ intrantes mūdificant ei dentes: ⁊ qa tenchea sentit ex hoc iuuamentū non nocet eis: ⁊ cum vult eas eijcere ex ore mouet collū q̄si gargarizando ⁊ tunc euolant. Dicit tamen Auic. ꝙ aliq̄n deuorat eas q̄n famescit. ¶ Adhuc aūt ⁊ tortuca q̄ de genere reptiliū esse videt̄ ⁊ minꝰ habere nobiliū virtutū anime: tamen sagacitate naturali postq̄ꝫ comederit viperam comedit origanuꝫ agreste: vt calore herbe frigiditatem vincat veneni. Expertꝰ est eiꝫ aliqs tempore Aristo. ꝙ tortuca non iuit comedere viperā nisi in loco vbi copia fuit agrestis origani. Et cū aliquando eradicatū fuit origanū ⁊ tortuca rediens comesta vipera q̄reret origanū ⁊ non inueniret radicem origani mortua fuit ex virtute veneni. Narrat etiam Auicē. ꝙ qdam senex multū expertꝰ in venatiōibꝰ ⁊ fide dignus retulit ei ꝙ vidit auē tardam que mali est volatꝰ pugnantem cū vipera ⁊ sepiꝰ cū vulneraret̄ a serpente auis secessit retrorsum ⁊ comedit de quadam herba: ⁊ ea gustata rediuit ad pugnam: senex aūt qui latebat in abscondito euulsit herbam: ⁊ cū auis vulnerata rediret: ⁊ herbam non inueniret fecit strepitū magnuꝫ ⁊ vocem emisit querulam ⁊ mortua cecidit: ⁊ cū describeret colorem herbe ⁊ figuram estimabat̄ ab Auicen. esse lactuca agrestis. ¶ Adhuc aūt auis vocata eptieches quādo cū vipera pugnat comedit ruthā eo ꝙ vipera fugit odorem ruthe sicut fere omnia alia venenosa: ⁊ caper agrestis montanus tempore fructuū quando in eo superabūdāt humores crudi medicat̄ sibi per comestionem herbaꝝ amararū vbi

Nō ꝙ i trāslatiōe Theodori stat loco pulegij agrestis diptamus.

Nō de hominis stercore.

dissoluatur

dissoluatur viscositas que est in ipsis: ⁊ canes quando mul-
tũ habẽt in ventre ex torsionibꝰ vel humoribꝰ pũgitiuis acu
tis comedunt spicas tritici vt lenificenẽ ex illis ⁊ animalia
que halachalie Arabice vocaẽ: ⁊ sunt apȯ nos cerui ⁊ equi-
cerui vulneribꝰ suis medicanẽ comestione origani monta-
ni: ⁊ hoc sepiꝰ visu experti sũt venatores. Gali etiaꝫ ꝙ nos
vulpem vocamus: aliquando cũ aliquo pugnat serpente: ⁊
tũc comedit rutham eo ꝙ sicut diximꝰ odor ruthe serpenti
contrariaẽ. Draco etiam cũ infirmaẽ comedit fructũ plan-
te que thayrharscon grece vocaẽ. Similiter aũt ladach et
alie aues quando pugnando adinuicem vulneranẽ appli-
cant vulneribꝰ suis origanũ agreste ⁊ etiam comedũt ipm ⁊
curanẽ ex ipso. Gali aũt ꝙ est vulpes non soluꝫ habet astu-
tiam in medicamine sui nocumenti: sed etiam in capiendo
aues quando iacendo fingit se mortuam: ⁊ cũ aues insidẽt
ei degulat eas sicut degulanẽ lupi ⁊ arietes quando abscin-
dunẽ cãne gutturis eoꝝ: hoc aũt genus animalis lꝫ cũ qui-
busdam serpentibꝰ pugnet: tamen maxime pugnat cũ ser-
pente qui comedit mures: eo ꝙ etiam vulpes mures come
dit: ⁊ hec pugna multotiens sensibiliter apparuit venatori-
bus. Est autem ⁊ alia animalium sagacitas in presentien-
do nocumento qȯ fit ex aeris ⁊ elementorum imutatiõe: si-
cut hiritij presentire dicunẽ ventos aqlonares ⁊ austrinos:
quoniam ante hos ingrediunẽ cauernas ⁊ obstruũt os ca-
uerne versus partem vnde venit ventꝰ timentes ledi a vẽ-
to. Cuiꝰ signũ est ꝙ qdam ciuiũ Constantinopolinatorum
ferẽ habuisse hiritiũ. Cuiꝰ absconsiones ⁊ proditiões ex ca
uerna ipse solus intellexit: alij autẽ non intellexerũt: ⁊ per il
lum predixit ventos nautis ⁊ factꝰ est diues: est aũt animal
aliud qȯ ankatinos greci vocant qȯ Auicen. katyꝫ appellat
⁊ est apud nos pullos comedens ⁊ inimicũ pullis qȯ gallice
fissau vocaẽ. Germanici aũt illibezzum vocãt: ⁊ est animal
longi corporis sicut leporariꝰ quãdo est catulus: ⁊ membra
eiꝰ inferiora sũt valde dura ⁊ color faciei eiꝰ: ⁊ qȯ est sub gu
la ⁊ ventre prefert ruborem: sed in dorso est subnigruꝫ ⁊ in
astutia simile est vulpi: ⁊ est libenter habitãs in domibꝰ ho
minũ: eo ꝙ cibꝰ eiꝰ est in domibꝰ eoꝝ: diligit eniꝫ mel ⁊ ideo
corrũpit aluearia ⁊ odit gallinas: ⁊ ideo degulat eas: ⁊ non
comedit ex gallinis: nisi priꝰ omnes aut multas ex eis degu
lauerit: ⁊ hec ingenia etiaꝫ habet vulpes: ⁊ animal qȯ dicẽ
feyton a qbusdam: ⁊ est q̃dam alia species katiꝫ de quo di-
ximus. Dicũt autem ꝙ virga maris hoꝝ animaliuꝫ est os-
sea dura valde sicut os: sicut etiam dicẽ de virga vulpis: ⁊
est opinio quorũdam ꝙ rasura virge illius in potu data me
dicina est contra venenum: ⁊ sicut dicit Auicẽ. valet eiusdẽ
virge rasura contra scurriam.

## ¶ Cap. 3m. De astutia maiori que in operibus paruoꝝ ani malium esse deprehenditur.

Nono de nã aialiũ cap. 7.

In alijs autem astutijs quibus viuunt ⁊ regũ-
tur in moribꝰ animalia magis astuta deprehẽ-
dunẽ esse parua animalia q̃ꝫ magna. Impius
eni multũ est astutie que etiam aliqd natura-
le intellectui esse videẽ frequentiꝰ in operibus
esse cognosciẽ: hoc aũt maxime apparet in hy-
rundinibus quas qdam grecoꝝ galy hoc est vulpes vocant
propter astutie quãdã similitudinẽ. ¶ Cũ enim sint hyrũdi
num plura genera sic superius diximus duo genera illaruꝫ
tã artificiosos nidos cõstruũt ꝙ in architectura aliquid ar
tis ⁊ intellectꝰ videnẽ ostendere: cõmiscent enim lutũ cũ pa
leis ⁊ conterũt nidos grauia inferiora ⁊ leuia superiora po
nendo ⁊ erigendo parietes per artem vel aliqd arti simile:
⁊ componunt nidos sub tecto aliquo: ⁊ cum lutũ non habẽt
intrant in aquã ⁊ demum in puluerem: vt faciãt lutum per
qȯ domos construãt ⁊ foramen in nido relinquẽtes per qȯ
intrant interiora nidi faciunt mollia ⁊ calida imponentes
pilos ⁊ plumas. Et ille quidẽ hyrũdines que in muris ⁊ la
pidibus nidificãt concludunt luto nidũ vsqꝫ ad artum fora
men per qȯ intrant ⁊ exeunt: ⁊ si passer intrauerit ⁊ non cito
exierit vocat alias sui generis hyrũdines in auxilium ⁊ si-
mul venientes cũ luto concludũt passerem in nidum ⁊ suf-
focant ibidem: ⁊ tũc reparato foramine eijcit passereꝫ mor-
tuum ⁊ resumit nidũ: ⁊ cũ habent oua alternatis vicibꝰ fo-
uent ea ⁊ masculus ⁊ femina: ⁊ sunt multum diligentes vbi
alternatim pascãt pullos suos. ⁊ emundãt niduꝫ cũ rostro:
efferentes stercus pulloꝝ: ⁊ docent pullos tempore egestio-
nis posteriora ani extra nidum vertere vt stercus cadat ex-
tra nidum: ⁊ hoc visu oculoꝝ quilibet experiri potest. Ideꝫ
autem genus industrie in columbarum generibꝰ videẽ que
debilem primo faciũt nidum eo ꝙ calida habent corpora ⁊
non multum indigent calore nidi: habẽt autem hoc ꝓpriuꝫ
genus ꝙ mas ⁊ femina cõiuncti non de facili separant vin-
culum qȯ est inter eas: qa nec femina dimittit marem nec
mas etiã feminã: postq̃ꝫ simul coluerũt: sed anq̃ꝫ coeãt ma-
res non habentes vxores nitũtur alijs preripere vel abstra
here feminas: ⁊ ideo pugnãt adinuicem fortissima pugna.

Quid Auicẽna se vidisse d̃ colũbis testeẽ.

¶ Dicit Auic. se vidisse duos columbos pugnasse pro vna
femina: ⁊ femina accessit ad victorem qui in prima vicit pu
gna: ⁊ cum refiguratus fuisset colũbus victus rediuit ⁊ pu-
gnauit iterato cum eo a quo antea victus fuerat: ⁊ deuicit
eum: ⁊ tũc femina rediuit ad eum a quo prius recesserat et
dimisit alium. Est aũt columbi consuetudo quando solutꝰ
est statim vt videt columbã solutã coire cũ ea ⁊ perfecto coi
tu statim columba sequitur colũbum ⁊ obedit ei: cum autẽ
columba non cito accedit ad nidum masculus percutit eaꝫ
alis: ⁊ cum iuuenes sunt pulli ⁊ parui venit mas ⁊ accipit ro
strum pulloꝝ in rostrum suum ⁊ aperit ⁊ infundit in eos ter
restrem substãtiã salsam vt ex acumine salis aperiãtur pa-
pe pullorum ⁊ excitetur eis appetitus: ⁊ tunc vicissim alter-
natis vicibꝰ cibãt pullos pater ⁊ mater. Sedent auteꝫ in ni-
do pulli quousqꝫ colũba alia oua fecerit in nido nisi habeãt
alium nidum columbe antique: ⁊ tũc expellit pater pullos a
nido: per hoc ꝙ ascendit super eos ac si velit coire cũ ipsis.
Quãdo autem habent alium niduꝫ tũc diutius manẽt pul-
li in nido suo in quo nati fuerunt. Quãdo autem plures co-
lumbe habent nidos sibi ꝓpinquos adinuicem est iter eos
pugna pro nidis ⁊ vxoribus tota die. ¶ Colũbe autem ge-
nera ⁊ palũbi ⁊ turtures: hñt hoc cõmune ꝙ vno tractu po-
tant demisso capite ⁊ non erigunt in potu sepe capita sicut
alie aues: ⁊ hoc ideo est: qa collum earuꝫ est breue ⁊ amplũ
⁊ simul multũ capit de aqua: ⁊ hoc nõ est ita in alijs auibꝰ: ⁊
ideo sepius erigunt caput quãdo potant vt aq̃ liberum ha-
beat ingressum erecto ⁊ directo collo. Turtur auteꝫ magis
amat castitatem inter alia genera colũborum: ⁊ ideo nõ so
ciatur nisi vni mari sui generis ⁊ illo viuente ⁊ fecũdãte eaꝫ
non sociaẽ alteri. Et qdam dicũt ꝙ etiam post mortem il-
lius non coniũgit se alteri coniugi: sed hoc nõ est probabile
neqꝫ est expertũ. Genus autẽ colũbe que pheyca vocaẽ lon
go tẽpore viuit: ⁊ terminus cõmunis vite eiꝰ est. 25. vel etiã
30. anni: ⁊ iã visa est pheyca vixisse. 40. annis: ⁊ quando se-
nescit multũ eloganẽ sibi pẽne alaꝝ ⁊ caude ⁊ q̃si totiꝰ cor-
poris: ⁊ ideo hoies qui habẽt eas ꝑcidunt eis pẽnas: ⁊ hoc
est accñs senectuti phoychaꝝ. Turtures aũt ⁊ columbe fre-
quenter solent viuere. 15. annis: ⁊ toto illo tẽpore pullificãt.
Adhuc aũt turtures ⁊ id qȯ vocaẽ caner qȯ est palũbus fa
ciũt nidos suos in vno tm̃ loco. Colũba autem hꝫ nidos in
locis duobꝰ: aut etiam in pluribꝰ: vt in pluribꝰ aũt masculi
auiũ solent diutiꝰ viuere q̃ꝫ femine ꝑter masculos turturis
⁊ palũbi: de qbꝰ etiã dicẽ ꝙ minꝰ viuũt q̃ꝫ femie eoꝝ: ⁊ hoc
sciẽ ex his que domestice sunt ⁊ nascunẽ in domibꝰ. Dicẽ
etiã ꝙ mares auiũ que passeres vocanẽ minus viuũt q̃ꝫ fe-
mine. Dicũt eni ꝙ mares huiꝰ auis nõ viuũt a tẽpore coitꝰ
qȯ est principiũ secũdi anni nisi vno anno: ⁊ huiꝰ signũ est ꝙ
in vere secũdi anni nõ inueniunẽ passeres nigraꝝ maculaꝝ
circa rostrum ⁊ ille sũt mares: femine autem passeꝝ viuunt
diutius qȯ apparet ex multa duritie rostroꝝ suoꝝ que acci
dit ex vetustate eaꝝ: econtra aũt animal dictũ cheathyre in
estate mutaẽ ad loca calida ⁊ in hyeme ad loca frigida. Si
militer aũt astutie qȯdam indiciuꝫ est ꝙ turtures in estate
mutãtur ad loca frigida: ⁊ forte causa huius est ꝙ hoc aial
est flegmaticũ valde ⁊ in estate in locis calidis dissolutionẽ
⁊ euaporationem querit sui flegmatis propter sanitateꝫ: in
hyeme autem propter cõstrictionem ⁊ spissitudinem pellis
nõ sentit vllum frigus: ⁊ ideo querit locũ frigidum. Adhuc
autem astutie signuꝫ est ꝙ aues grauis volatꝰ sicut ortiges
⁊ coturnices non hñt nidos in arboribus. Et similiter cu-
beth qȯ est species pulli. Idem aũt de phasianis ⁊ alijs gra
uibꝰ auium est intelligendũ: hec enim vadũt ad loca plana
mollia in qua est aliqd stipularuꝫ: ⁊ sunt deuexa ⁊ fossa ⁊ ibi

faciunt sibi mãsionem: ⁊ aliquãdo muniũt eaȝ spinis ꝓpter
accipitrem ⁊ aquilas: vt sit etiã aliquãdo eis cõtra ventos:
⁊ ibi cubãt oua sua vsqȝ ad exituȝ pulloꝝ. Demuȝ qa parē-
tes sunt grauis volatus ⁊ non potentes circũquaqȝ afferre
cibũ pullis contulit natura pullis ꝙ statim exeũtes de ouis
per se circa se accipiũt cibuȝ: ⁊ ꝙ sunt boni motus in ambu-
lando: aues eniȝ huiusmodi magis confidũt in ambulãdo
q̃ȝ in volando: ⁊ ideo statim parentes pullos eijciunt de ni-
do ⁊ circũducunt eos in querendo cibum ⁊ gratãdo effodi-
unt ipsum de puluere sicut galline ⁊ ortiges ⁊ ꝑdices ⁊ ana-
tes ⁊ anseres. Et oẽs fere huiusmodi aues adunant de no-
cte pullos suos sub se sicut galline: sed in hoc differũt a gal-
lina: qa non habent nidũ certum ⁊ stabilem per annos mul-
tos sicut gallina: sed vno anno ouãt in loco vno ⁊ in alio lo-
co in alio: ⁊ hoc ideo faciũt ne venator cognoscat nidũ eiꝰ:
⁊ si quãdoqȝ inueniãtur pulli parui a venatore: mater fingit
se nõ posse volare ⁊ volitãdo cespitat circa venatorem: do-
nec fugiant pulli: ⁊ tũc fugit ⁊ ipsa: ⁊ cuȝ recessit venator cla-
mat conuocãdo pullos ⁊ circũducit eos ad cibum queren-
dum sicut prius: ⁊ hoc faciũt fere omnes aues quãdo pulli
earum inueniũtur a venatore. Hoc auteȝ genꝰ pulli qđ ru-
beth vocat̃: nõ minus ouat q̃ȝ .10. oua: ⁊ aliquãdo ouat .16.
⁊ sicut in precedẽtibus diximus ista auis in multis est mali
moris ⁊ astuta valde ⁊ in hyeme gregatim volat: tamen in
tẽpore veris vna segregatur ab alia ⁊ cõbinantur mas ⁊ fe-
mina: ⁊ tũc pugnãt pro nidis ⁊ coitu mares inter se donec
quilibet mas acceperit feminã suã ⁊ ipsam seqtur coeundo
sepius cum ipsa: hec enim auis diligit coitum: ⁊ ideo etiaȝ
quãdo mas inuenit feminã super oua coit cum ea ⁊ frangit
oua nisi femina sit sollicita circa oua cubãda: ⁊ ideo femīa
abscõdit oua a masculo: ⁊ si aliqs homo appropiquat ouis
circũuolat q̃si non potens volare hominẽ illum donec per-
trahat euȝ ab ouis: ⁊ tũc redit ad oua. Et dicit̃ ꝙ hec auis
habet hoc ꝓprium ꝙ mas eius pugnat cum mare fortiter ⁊
victus obedit victori: ⁊ victor ascendit super victum ⁊ coit
cũ eo sicut cũ femina: ⁊ si contingat ꝙ victor aliquãdo in se-
cũda pugna vincatur ab eo quem prius vicit: tũc ille qui su-
stinuerat coitum viceuersa ascendit ⁊ coit cuȝ ipso: sed hoc
non semper fit sed tm̃ vno tẽpore anni qđ est principiuȝ ve-
ris: quãdo hec auis multuȝ desiderat. Similr̃ autem acci-
dit ortigijs siue ortigometris. ¶ Galli etiã faciũt hoc in lo-
cis vt dicit̃ qui sunt in regiõe que vocat̃ leylychynie. In lo-
cis eni illis oẽs galli iuuenes nõ vetusti appropinquant sibi
⁊ pugnãt ⁊ victor nititur coire cũ victo quãdo sunt sine gal-
linis. ¶ Adhuc aũt cubeth agrestis coit cuȝ domesticꝰ coit
cũ agresti ⁊ vociferat ad eũ ⁊ cognoscit euȝ: ⁊ ideo venato-
res volẽtes capere cubeth incarcerãt in cauea feminã ⁊ ha-
bet cauea maculas per q̃s videt̃ amare: ⁊ habet receptacu-
lum in qđ põt intrare in vna parte: ⁊ tũc cubeth mas agre-
stis intrat ad eã ⁊ capit̃: ⁊ aliquãdo intrãt plures per hunc
modũ. Sed hec auis hȝ hoc ꝙ hȝ rectoreȝ qui antecedit: si-
cut ⁊ facit grex perdicũ: ⁊ cũ ille intrat primus: tũc post eum
intrãt alij. Aliqñ autẽ vidẽs feminã vadit ad eã cum silen-
tio ne alij audiãt vt solus coeat cum ipsa: ⁊ tũc aliquãdo so-
lus capit̃. Similr̃ aũt femina agrestis cubãs oua audiens
venientem marem occurrit ei recedẽs ab ouis ⁊ sustinet coi-
tum eiꝰ ne frãgat oua: ⁊ hoc idẽ facit femina pauonis ⁊ fe-
mina ortigometraꝝ. Intãtũ enim iste aues diligũt feminas
ꝙ aliquãdo absorte delitijs cadunt in manus venatoꝝ qñ
sunt cũ feminis in coitu: hec enim accidunt cubeth ⁊ dictis
auibꝰ post coituȝ: ⁊ tales sunt mores eaꝝ in coeundo ⁊ fouẽ-
do ⁊ ouando ⁊ pullificando. ¶ Adhuc aũt quarũdã auium
nidi sunt super arbores ⁊ quarũdam super terraȝ: ⁊ quarũ-
dã sunt in lapidibꝰ excelsis in montibꝰ: ⁊ quarũdam in mu-
ris. Nidi eniȝ arroeȝ ⁊ anatis ⁊ anseris ⁊ gruis ⁊ huiusmo-
di generꝫ auium male volãtiũ nidi sunt in terra. Nõ eniȝ so-
lum auium male volãtium nidi sunt in terra: sed etiã qua-
rũdam que sunt boni volatus. Omnis eni auis cuiꝰ pullus
bene ambulat anteq̃ȝ cõplete sit pẽnatus: ⁊ per se querũt ci-
bum: ita ꝙ parẽtes nõ dant eis cibũ in rostrũ: sed circũdu-
cunt pullos per locoꝝ diuersitatẽ in qbus inuenit̃ cibꝰ: nidũ
oportet facere in terra: qa aliter pulli precipitarent̃ quando
querũt cibũ: ⁊ hac de causa aues que dicunt̃ grece kocoroȝ
⁊ scolopozoȝ ⁊ artogoȝ nõ nidificãt neqȝ stant cũ pullis suis
super arbores sed sup terrã. Ecõtra aũt aues que vocãtur
dure: ⁊ kolokyteȝ qui sunt apud nos sicut picus ⁊ merobs ⁊
huiusmodi aues nõ stãt cũ nidis suis super terrã sed sup ar-
bores. Pulli eni huiꝰ auis nõ statim ante pẽnationẽ sũt bo-
ni pedis: ⁊ cibꝰ quo cibãt pullos est in ipsis corticibꝰ ⁊ ramis
arboꝝ: ꝓpter qđ etiã abscidũt arbores ꝓpter vermes que
sunt in eis ⁊ ꝓpter alia aialia que sunt in arboribꝰ: sicut sũt
formice ⁊ cetera genera vermiũ que colligunt̃ in ramis ar-
boꝝ a generibꝰ picoꝝ. Cũ enim pulli hmõi auium exeũt ab
ouis accipiũt talia minuta aialia cuȝ lingua ⁊ comedũt ea:
qm̃ sicut in antecedẽtibꝰ diximus: he aues hñt linguã lõgaȝ
⁊ latam ⁊ scãsione valde veloci trãseũt per stipites ⁊ ramos
arborum: ⁊ hñt vngues fortiores ⁊ acutiores q̃ȝ sint vngues
taleõ que est auis terrestris: ⁊ tales vngues dedit eis nã vt
habeat eos ꝓ principio ⁊ cã instrumẽtali huiꝰ scãsiõis ⁊ trã-
situs per arbores: qa tales vngues bene ĩfiguntur in lignis
arboꝝ: ⁊ tenẽt auem scãdentẽ ligna erecta: ꝓpter qđ ẽt ali-
quãdo subtiles ramos ⁊ cortices arboꝝ perforãt cũ vngui-
bus suis. ¶ Inuenit̃ aũt vnũ genus dura siue pici: qđ voca-
tur kodurõ grece qđ quidã vocãt kafrabeos cyboleth: sub
quo ⁊ cõprehendit̃ aliud genus qđ vocat̃ ruboȝ qđ visibilr̃
perforat ligna: ⁊ hec sunt apud nos tria genera picoꝝ vario-
rum maiora ⁊ minora: ⁊ aliđ genus pici maius isto qđ apđ
nos motol vocat̃: ⁊ hoc efficacius est in perforãdo cuiꝰ gar-
ritum ⁊ volatũ obseruant augures. Tertium autẽ est apud
nos nigruȝ maiꝰ omnibꝰ ꝑdictis ⁊ est modicũ minꝰ q̃ȝ galli-
na: ⁊ hoc semper nidificat sup arbores ⁊ precipue super oli-
uas in terris vbi crescũt oliue. In terris aũt nostris omnia
hec genera nidificãt in arboꝝ cõcauitatibꝰ: ⁊ picus qdẽ oĩs
capit formicas ⁊ vmes qui sunt in lignis ⁊ corticibꝰ arboruȝ
⁊ in capiẽdo perforat arbores fortiter: ita ꝙ exiccat ramos
eaꝝ: intãtũ ꝙ Auic. dicit ꝙ picus niger aliqñ ad vnũ ictum
exiccat ramũ arboris: tãtũ eniȝ duritiei hȝ in rostro ꝙ nuceȝ
amigdali positã in foramine arboris perforat cũ sit durissi-
ma ⁊ comedit nucleum: ⁊ hoc sepiꝰ experti sumus in ponen-
do nucẽ amigdali in foramine qđ fecit: redijt eni ⁊ perfora-
uit eã nobis videntibꝰ: ⁊ confregit cito ⁊ comedit nucleum:
cũ tamẽ nõ querat nuces amigdali in cibũ: sed cuȝ obstruit̃
foramen qđ fecit redit ⁊ in auiditate querendi vermes de-
uorat nucleum amigdali: ⁊ sub ipso querit vermes.

¶ Cap. 3m. De astutia auium magnaruȝ in ordine excubia-
rum ⁊ sagacitate venandi cibum ⁊ eligendi locum mansio-
num suarum.

Est aũt adhuc aliud in quo deprehendit̃ natu-
ralis quorũdã animalium astutia. Grues eni
quodam genere ordinatissime sapientie vtũ-
tur in volãdo quãdo se trãsferũt de locis in q-
bus sunt lõgo volatu ad loca remota: tũc eniȝ
ꝓpter continuũ volatũ lassant̃ multum ⁊ dor-
miũt ꝓfundo somno: ita ꝙ de facili capi possent nisi per sa-
piẽtiã ordinarent excubias vigiliũ ⁊ alia opera ordinarẽt sa-
piẽter. In volatu igit̃ ascendũt altissime vt videant loca ad
que tendũt: ⁊ ad ipsa dirigãt volatũ sine errore ⁊ per cõpen-
diũ: ⁊ si obuiã hñt nebulas vel nubes obscuras ⁊ pluuias ĩ-
pediẽtes ne seinuicẽ possint aspicere vociferãt ⁊ percutiunt
aerẽ alis fortiter: vt ex auditu vna se dirigat ad alteram: et
que magis regit alias posteriorat se: vt facilius ab oibꝰ po-
stremis audiat̃. Et quãdo cadũt lassate sup terrã rector nõ
dormit cooperto capite sub alis sicut alie plicãt caput ⁊ dor-
sum ⁊ caput sub pẽnis alaꝝ abscõdũt: sed potius dormit dẽ-
tecto capite ⁊ erecto vt faciliꝰ audiat insidiãtes: ⁊ si lõge vi-
derit vel audierit hominem vel aliđ nociuuȝ vociferabit ⁊
nũtiabit alijs excitãdo eas. Alie eni totã sollicitudinem ex-
cubiaꝝ cõmittẽtes rectori: dormiũt reflexo capite sub alis:
⁊ dormiũt cõtinue stãtes super vnũ pedeȝ vt alter reqescat.
Arte aũt ista grues non vtunt̃ quãdo sunt in locis mansio-
nuȝ suaꝝ: qa tũc non ita laborãt: neqȝ ita ꝓfunde dormiũt.
¶ Est aũt aliud genus aq̃ticaꝝ auiũ qđ Aristo. vocat fala-
kynez. Auicẽ. aũt appellat balazub: ⁊ hec hȝ astutiã nãlẽ de-
prehẽdendi ꝙ corpꝰ aliquod siue ostrei nõ facile separat̃ a testa
crudũ: sed decoctuȝ separat̃ eo ꝙ tunc in se ꝫhit̃ ⁊ trãsglutit
ipsum primũ cum testa: ⁊ postq̃ȝ calore epatis sui fuerit dẽco-
ctum euomit ipm̃: ⁊ tũc rostro separat ipsam carneȝ a testa
⁊ comedit eã dimittẽdo testã eo ꝙ illa nõ nutrit. Ostreum
aũt illđ

Nono de nã aialiũ cap. 9.

Nono de nã aialiũ cap. 10.

Nono de nã aialiũ cap. ii.

aũt illõ vocat Arist. cõchos qđ sonat idẽ ꝙ zcha: ⁊ est ostreũ
valde magnum ⁊ mollem habẽs carnẽ. ¶ Ex industria au
tem nãli quedã aues agrestes mutãt loca mãsionum suarũ
ꝓpter diuersitatem suã que indiget diuersitate loci: ꝓpter
caloris ⁊ frigoris ⁊ siccitatis ⁊ humoris diuersitatẽ ⁊ ꝓpter
diuersitatem cibi: ⁊ ꝓpter educationem pulloꝝ qui aliquã-
do iuuenes in vno loco viuere nõ possũt: ⁊ quãdo antiquã-
tur fortiores sunt ad sustinẽdũ aliuz in quo sunt qualitates
asperiores q̃s in tenella etate sustinere non possunt. ¶ Ad-
huc aũt ex industria naturali est ꝙ quedã aues sollicitãtur
de pullis suis in nido fouendis ⁊ cibãdis: ⁊ quedã sunt que
ecõuerso faciũt: qa q̃zcito cõfortãtur pulli vicem reddũt pa
rentibꝰ eo ꝙ parẽtes in senectute destituunꝰ: ⁊ dic̃ Ambro.
ꝙ ciconie inter alas deferũt antiquos parẽtes ⁊ defendunt
ab auibus vulnerãtibus eas ⁊ dant eis cibũ: ꝓpter qđ etiã
ab antiquis Romanis ciconia pia auis appellabaꝰ. Simi-
liter autem ⁊ in alijs quedã hñt subtilitatem ⁊ industriam
in viuendo: quedã autẽ non habent aut in paucis habent.
Hinc est etiã ꝙ prouidẽt sibi diuersa loca ad habitãdum:
quoniã quedã manent in lacubꝰ: quedã autem in fissuris ⁊
concauitatibꝰ ⁊ antris lapidum in montanis altis sic̃ auis
quedã quã koradyriẽ vocãt antiqui greci: ⁊ est q̃dã species
noctue: est aũt auis mali coloris aliquãdo apparens de no-
cte ⁊ fugiens ⁊ latẽs de die: hec eni ex nãli industria in fissu-
ris habitat ne ab alijs auibꝰ deplumeꝰ. ¶ Ex hmõi ẽt indu
stria est ꝙ accipiter ponit nidum suuz sicut ⁊ falco in altissi-
mis montibꝰ in concauitatibꝰ lapidũ ne de facili pulli aufe-
rãtur: quoniã pullis eiꝰ ponunꝰ isidie magis q̃z pullis alia-
ruz auiũ: eo ꝙ cũ ipsis homines venãtur alias aues. hec ge
nera etiã auium carnẽ crudam comedũt: ⁊ qa cor nõ infir-
maꝰ in aliquo animali viuo: qđ suas potest exercere actio-
nes vel operatiões diligunt in cibũ: ⁊ illud libentius come-
dunt ex industria nãli cognoscentes ipm esse sibi cibũ sanio
rem. Hec aũt earum sagacitas aliã facit in eis diuersitatẽ:
qm̃ q̃dã eaꝝ aliã p̃dã capiũt i estate ⁊ aliã i hyeme: eo ꝙ q̃-
rũdã aialiũ melior ⁊ sanior ẽ caro i estate: ⁊ alioꝝ melior ⁊
sanior ẽ caro i hyeme. Ex hmõi ãt subtilitatibꝰ aliqñ vehe-
mẽter abscõdunt nidos ⁊ pullos: ita ꝙ quidã dicũt nullum
vnq̃z vidisse nidũ aridã: hoc est vulturis ⁊ aliaꝝ quarũdaz
aquilaꝝ: aut pullos eiꝰ. Et ideo dicũt dixisse sophistã chay-
somes vocatũ ꝙ aradã venit a terra remota sic̃ in antece-
dentibꝰ diximus: sed falsum est exp̃sse qđ dixit in nostra ter
ra in qua abũdanter nidi ⁊ pulli vulturum ⁊ aliaꝝ inueniũ-
tur aquilaꝝ: veꝝ tamẽ est ꝙ lõge volant pro cibo: ⁊ aliquã-
do iuxta cadauera inueniunꝰ mixte simul: ⁊ ꝙ nidificant et
pullificãt in mõtanis que vix aliqs potest ascendere. ⁊ pulli-
ficãt vnum pulluz vel duos: qm̃ plures nutrire nõ pñt. Ad-
huc aũt ꝓpter similem industriam etiam quedaz alie aues
manent in montibꝰ sicut illa que grece vocaꝰ kokoz ⁊ ea que
vocaꝰ bromos que est auis rapax bone vite ⁊ lõge ⁊ dulcis
⁊ musici sibili siue garritꝰ: ⁊ hec est ignota in terris nostris.
Ex eadẽ etiam sollertia ea que grece vocatur cokoyloz hec
est merula manet in locis spissis consitis arboribꝰ ⁊ spine-
tis ⁊ in fissuris lapidũ. Similiter autẽ auis dicta dereolirz
quã latine trochilũ vocant ex cautela naturali fugit aliqñ: ⁊
aliquãdo remanet p̃m diuersitatem tẽporis ⁊ sui cibi abun
dantiã: ⁊ ex sagacitate regiminis sue vite vocaꝰ a quibus-
dam artifex ⁊ a qbusdam senex propter sapientiam: ⁊ a qui
busdã etiam rex nominaꝰ: ⁊ ideo etiam lz auis sit multo de-
bilior q̃z vultur vel aqla: tamen ex artis sagacitate pugnat

Nono de nã aialiũ cap. 12.

cum eis ⁊ nocet eis frequenter. ¶ Adhuc aũt quedaz auiũ
maritimaꝝ ꝓpter astutiam suam raro dep̃hẽdunꝰ: sicut ea
quã chikyloz greci: nos autem melbam magnã vocamus:
hec eni valde cauet rhetia aucupis: s3 postq̃z capta est opti-
me domesticaꝰ eo ꝙ multe discipline perceptibilis. ¶ Am-
plius aũt omnes aues que hñt corium inter digitos habẽt
natandi industriam: ⁊ manent in ripis maris ⁊ fluminuz ⁊
lacuũ. Natura enim vnicuiq̃z dat id qđ sibi conuenit: mul-
te autem que sunt fissoꝝ digitorum habẽt conuenientiaz ad
tenendos ramos arboꝝ: ⁊ ideo manent in locis nemorosis
multoꝝ arboꝝ: ⁊ quedam illarum aliquãdo etiam venanꝰ
in aquis nõ natando sed peditando sicut ardea: ⁊ quedam
alie sicut auis que anton a grecis vocaꝰ: hec enim manent
iuxta fluuios: est autem auis hec pulchri coloris ⁊ bone vi-
te: ⁊ similr̃ ea auis quã vocãt arathary3 grece que mergus
magnus vocaꝰ latine manet in littore maris: ⁊ submergit
se in aqua: ⁊ manet tunc tẽporis sub aqua quantum hõ põt
ire per miliare: ambulãdo equali passu inter velocem ⁊ tar
dum: ⁊ quãtitas huius auis minor est quãtitate accipitris
⁊ in mergẽdo habet magnã venãdorum piscium industriã.
¶ Cygnus etiã quem chokuz antiqui grecorum vocabant
est de genere illarum auium que coriũ hñt inter digitos et
manet in ripis lacuum vbi etiã arboꝝ sunt vmbre ⁊ mãsue
te vite ⁊ bone nature in moribꝰ ⁊ pullificat bonos pullos ad
esum hoium humiles ⁊ viuit diu: ita ꝙ efficiꝰ magne sene-
ctutis: ⁊ h3 hoc ꝓpriũ quoniã si aliq̃ auiũ rapacium sic̃ vul-
tur vel aqla inceperit pugnã cum eis defendunt se fortiter:
sed non incipiũt pugnam cũ talibus auibꝰ. Ita ꝙ aliquãdo
vincunt ⁊ aliquãdo vincũtur. Tẽporibꝰ eniz nostris multis
videntibꝰ ex nostris socijs pugnauit aquila cũ cygno ⁊ ele-
uabanꝰ tã cygnus q̃z aquila ita in altũ ꝙ inuisibiles facti fue
runt nobis: ⁊ nobis iã contẽplãtibus quasi post spatiũ dua-
rum horaꝝ deciderũt: ⁊ aquila fuit super cygnum ⁊ vicerat
eũ ⁊ proiecit in terraz ⁊ stetit super eũ: ⁊ accurrens famulus
noster cepit cygnũ ⁊ aquila fugit. Est aũt hec auis musici ⁊
dulcis sibili: sed raro cantat nisi in obitu alicuiꝰ eoꝝ: tũc eni
musicas voces ita alte leuãt ꝙ ad distantes audiũtur ma-
ris ⁊ fluuioꝝ extremitates. ¶ Hoc eni iã tẽpore Arist. exp-
tum est ꝙ quidã homines iuxta mare voces dolorosas hu
iusmodi audierũt auiũ: ⁊ post modicum quasdã illaꝝ mori
viderunt. Ego aũt expertus sum ꝙ hmõi voces dant in q̃-
libet tribulatiõe existẽtes. ¶ Auis ãt quã conydez vocãt ra-
ro valde videꝰ. Est aũt auis manens in montanis ⁊ deser
tis locis nigri coloris: ⁊ habet fere quãtitatem accipitris: ⁊
est quedã alia que fabymekon vocaꝰ que est sĩl'is illi sed nõ
eadẽ: ⁊ sunt iste aues lõge ⁊ graciles respectu aliaꝝ auium:
aliqui aũt hominũ vocãt manidẽ eã quã nos konidẽ voca-
uimus. Homerus aũt vocat eã bakydaz: vulgariter tñ vo-
caꝰ conidẽ. Et alia adhuc istiꝰ generis inueniꝰ que oblirux
vocaꝰ: ⁊ quidã dicũt hanc esse sĩlem alij quã cokyz vocant:
⁊ hec non apparet de die: cum tñ acuti visus sit sic̃ ⁊ vultur:
venaꝰ autẽ de nocte ⁊ pugnat cuz vulture ⁊ bubone: ⁊ aliqñ
tã acriter sibi coherent ꝙ leuanꝰ a pastoribꝰ que vident eas
pugnare nocte: cõueniunt aũt cum magnis auibꝰ rapacibꝰ
in hoc ꝙ non ouat nisi duo ad plus oua: ⁊ ꝙ nidificat in la-
dus solidus: ⁊ sufficiēter clarus adunatas: ⁊ stantes ministrat formas super q̄s bona potest esse conuersio cognitiōis animalis: ⁊ quecūqȝ participant hoꝝ cōtraria male in parte vel in toto sunt imaginationis. Tertiū autē est via a sensib⁹ ⁊ sensu cōmuni bene libera ⁊ nō infirma neqȝ mala proportionata. Sepe enim in via aut corrūpit̄ aut variat̄ forma imaginabilis: ⁊ nō ex ipsi⁹ vitio imaginatiōis. Quartū autē bona dispositio mēbroꝝ organi imaginatiōis deseruientiū: ⁊ p̄cipue cordis ⁊ stomachi: quoniā calidū nimis cor continue turbabit formas ⁊ cōticescet ⁊ in audaciā quādaȝ ⁊ iracūdiam trahit ⁊ terrorē ea que apparent ⁊ frigidū cōtrahit ⁊ ad timorem declinat: imaginata enī multū sequūtur affectus cordis ⁊ passiones. Silr autem oīno disturbāt imaginata fumi qui ꝓcedunt ex stomacho. ¶ Diuersitas igit̄ istoꝝ in animalib⁹ brutis ⁊ hominib⁹ diuersam ⁊ variā valde facit imaginationē: sicut etiaȝ in phātasia quedā reddunt diuersitatē phantasie. Si enī imaginata cōponi debeant ⁊ diuidi ad eliciēdū terribile vel delectabile quecūqȝ habent cōpositionē bonā ad formas efficiūt hec bonā faciunt phātasiam. Cōpositio aūt est qd̄ vnū confertur alijs ḃm inesse vel nō inesse: calidum igit̄ conueniēter vnū ad aliō mouens qd̄ est calidū virtutis celestis: sicut in antehabitis libris ꝓbatū est ⁊ claꝝ in spiritu bene ostendente qd̄ cui iesse debeat: ⁊ qualiter ⁊ ad hoc siccum aliquātulum bene tenēs: donec compleatur iudicium hec bona faciunt phātasiam: ⁊ cōtraria aut omniū hoꝝ aut quorūdam corrumpere vidētur eādem. ¶ Phātasia enī duab⁹ celestibus virtutib⁹ ꝑficitur ⁊ vna elementali cōplexionata. Calido eniȝ celesti qd̄ per naturam circuli vnum ꝓpellit ad aliud ⁊ claro luminis celestis perficit̄ ⁊ sicco organi cōplexionali: qd̄ tamē non extra crasim sicci fit: sed sic tenēs donec perficiat̄ ad id qd̄ est in phantasia cōuersio anime ⁊ iudicium cōpositionis ⁊ diuisionis. ¶ Eodē autē modo ⁊ de estimatione sentiendū nisi ꝙ hec estimatio precipue duob⁹ optima efficit̄: ⁊ tertiū presupponit in p̄cedente phātasia. Vnū aūt est ꝙ vult hr̄e subtilem valde ⁊ clarissimū spiritū in quo per modū cuiusdam abstractiōis resultet aliqd qd̄ nō in sensu: sed cū sensibili ꝑceptum est: ⁊ hoc est cōferens vel nociuū in operabilib⁹ per nos in arte vel morib⁹ vel etiā de conferentib⁹ ad esse nālis cōseruationem. Scdm̄ autē est organi bonitas in quo tales intentiones formaꝝ depingunt. Hec enī sua opacitate: aut frigiditate: aut caliditate: aut humiditate: aut etiaȝ nimia siccitate: aut obscuraret: aut ꝯtraheret: aut cōmisceret alia in ipsas intētiōes eleuādo: aut etiā supfluitate sua distraheret: aut duritia imobilitaret itētōes formaꝝ. Tertiū aūt qd̄ suppositū est bona ⁊ optima compositio ⁊ diuisio formarū a qua tēpore intētiones eliciunt̄: aut de mala ⁊ etiaȝ falsa aut etiā absurda compositione vel diuisione non conuenientes eliciunt̄ intētiones. ¶ Omni aūt eodē modo ad bonitateȝ quādam ⁊ nobilitatē bonis conditionib⁹ adunatur memoria. Hec enī sicco competēti tenet ⁊ lucido spiritu bene digesto ⁊ subtili ea que reseruat reostēdit: ⁊ cōtrarijs hoꝝ ⁊ maxime frigido ⁊ humido destruit̄: ⁊ q̄si annihilat̄ qd̄ non est frigidū constringit porū spiritus ⁊ humidū flegmaticuȝ qd̄ nō est nutriens: sed extrinsecus operiens mēbra oblitterat formas ⁊ delet si que sunt impresse: ꝓpter qd̄ senes omnes ⁊ flegmaticos male videmus eē memorie. Hec igitur sunt que in aīalibus diuersos gradus ex parte sensibilis anime faciūt apprehensionis diuersitatē. ¶ Adhuc aūt est vnū qd̄ omnib⁹ predictis plus est attēdendū: ⁊ hec est qualitas cōplexionis ⁊ recessus ab excellētia cōtrarioꝝ que est in cōplexionātibus ⁊ accessus ad celi equalitatē: q̄m lȝ anima nec sit armonia complexionātiū: neqȝ aliqua forma corporalis armoniā cōsequēs: tamē qa perfectio est corporis: ⁊ habet potentiā vite organicā multū cooperatur nobilitas cōplexionis nobilib⁹ operationib⁹ ipsius. Est autem quedā nobilissima operatio ipsius que cognoscere ⁊ iudicare de sensibilibus acceptis: ⁊ illa simplicior ⁊ formalior est in nobiliori cōplexiōe: ⁊ ignobilior ⁊ particularior ⁊ materialior in ea que est minus nobilis: ꝓpter qd̄ contingit ꝙ frigida flegmatica sicut aquatica minus habēt de nobiliorib⁹ operationib⁹. Leuiores autē humores hn̄tia ⁊ magis aereos sicut aues habent plus de nobiliorib⁹ virtutibus ⁊ operationib⁹. Secūduȝ igitur dicta facile est de supra inductis determinare: q̄m quecūqȝ animalia sunt perfectorum sensuum: habēt ⁊ consequēter sensibilium aliquam compositioneȝ ⁊ iudiciū: quecūqȝ autem habent auditum ḃm ꝙ voces sunt signa rerum: ⁊ cum hoc memoriā talium signorum ⁊ intētioneȝ hec recipiūt disciplinam de signis ⁊ rebus. Ex his etiam pȝ animalia ꝙ quedam lȝ numerum sensuum participent equaliter: ⁊ similiter vires medias sensibiles ⁊ extremas: non tamen equali modo participant. ¶ De speculatione auteȝ et speculatiuis omnino nihil participant eo ꝙ illa fit ḃm omnimodam vniuersalium a sensibilibus abstractionē: et hec abstractio non fit sine ratione ⁊ intellectu. Conferentia autem fiunt vel ḃm comparationem forme ad rem particularem: ⁊ hanc melius possunt participare: tamen ea que sunt conferentia dupliciter considerantur. Vno quidem modo prout exeunt a regulis ⁊ principijs iuris vniuersalib⁹: ⁊ hoc modo non participantur a brutis. Alio modo prout sunt in ipsis particulariter conuenientibus: ⁊ hoc modo nō cognoscuntur nisi per nature conuenientiam. Conuenientia eniȝ nature ⁊ sibi conuenientia cognoscunt omnia animalia: et hoc modo iudicantur a brutis. Iudicio tamen differēti sicut dictum est. Nec attendunt cōmunitatem prout est communitas in se accepta: sed potius prout est similitudo quedam accepta in singulis: ⁊ sic custodiunt eaȝ ⁊ defendunt: ⁊ hoc modo quandam imitantur ciuilitatem: cōmunitates auteȝ in statu cōmuni reipublice: prout cōmunitas in milito quidem. Sed est status toti ⁊ non parti huic vel illi conueniens custodit solus homo intellectum habens: nec ꝓpter hoc participat aliquid experimenti si noscunt herbas conferentes sibi ad sanitatem: quoniam experimentum dupliciter consideratur. Vno quidem modo prout est vna quedam acceptio post plura inducta: ⁊ hoc modo experimentalem cognitionem non habet nisi homo. Alio autem modo consideratur prout est consideratio conferentis ex forma que est in hac herba vel illa: ⁊ hoc modo queritur a brutis. Per hoc igitur ⁊ his similia: omnes inductas ⁊ similes facile est soluere dubitationes.

¶ Cap. 2m. Et est digressio de causa liberalium ⁊ mechanicarum operationum quas habent bruta animalia.

Est autem adhuc multis dubium ⁊ mirabile videtur: quoniam cum due sint hominū operationes. Quarum vna est finis hominis: q̄uis non alium habeat effectum sicut cantare viellare ⁊ ceteras huiusmodi liberales actiones agere de quibus ethicus considerat. Alie autem sunt artis operationes in quibus nō ipsa operatio: sed effectus alius intēditur sicut est fabricare dolare seminare ⁊ cetere tales operationes mechanice: ex quibus operatum aliquod intenditur sicut cultellus vel domus vel seges vel aliquid huiusmodi. ¶ Admirabitur igitur fortasse aliquis vtrum ne bruta vtrāqȝ istarum agant operationum: quoniaȝ videmus philomenas ⁊ alias quasdā aues cantare: ⁊ nihil aliud intendere nisi cantum: ⁊ videmus ꝙ comportant paleas: ⁊ lutum: ⁊ ligna: ⁊ intendunt niduȝ qui construitur ex illis ⁊ valde mirabile videtur. Si liberales ⁊ mechanicas participant operationes ante. Preter sensibilium habentes cognitionem: huius enim rei gratia vnā in omnibus viuentibus dixit inesse animam Democrit⁹: sed in vno magis liberaȝ q̄ȝ in alio: sed de hoc alibi est disputatum. ¶ Adhuc autem operationes liberales nō semper exercent: sed aliquando sicut aues tempore coitus cantant ⁊ non alia vice: ⁊ de hoc ipso mirabitur vtiqȝ aliqs que sit tunc causa magis exercendi tales operationes q̄ȝ alio tēpore. ¶ Similiter autem operationes arti similes nō semper exercent: sed tempore generationis filioruȝ sicut nidos facere: ⁊ de hoc queret aliquis quare non semper ad niduȝ reuertuntur propter quietem ⁊ cōmodum propriuȝ sicut faciunt tempore generationis filiorum. ¶ Adhuc auteȝ opera prouidentie inueniuntur in quibusdam sicut formice et apes thesaurizant cibos: ⁊ hoc nō videtur posse fieri nisi cū premeditatione ⁊ sollicitudine futurorum defectuum: ⁊ cōstat ꝙ talis premeditatio nō est sine aliquo rationis lumine: q̄ s. precedentia bruta non habent. Videtur autem ⁊ valde difficile de his inuenire rationes: quoniam cuius est actus ⁊ operatio: illius est potentia eiusdeȝ actus ⁊ operationis:

Phātasia duplici v̄tute ꝑficitur.

Estimatio tribus ꝑficitur.

Quib⁹ memoria ꝑficiatur.

Nō documentū pulchrum.

Collatio rerū ꝯferētiū 2r fieri potest.

Experimentū dupliciter.

tionis: ⁊ cū operationes insint videbit difficile esse reddere
modū q̄re nō insunt brutis potentie operationū illaꝝ. ⁊ ꝓ-
pter hoc forte ⁊ his similia Pithagoras omnibus vnā siue
vnius rationis animam dicit inesse: ⁊ vnius rationis ani-
mam esse bouis ⁊ hominis ⁊ alioꝝ animalium. ¶ Hec aūt
omnia facile ex antehabitis determinant. Omnes eni hu-
iusmodi operationes agunt bruta natura agente ⁊ ex visis
imaginatis. ⁊ ideo cantus ipsarum aut sūt clamores femi-
narum suarum: eo ꝙ sic vocant feminas: aut sunt affectus
delectationū magis cōceptus aliquos significantes. ⁊ ideo
que libere sunt actiones in hominibus in ratione liberaliū
non exercentur a brutis: sed potius vt effectus coitus aut
alterius desiderij vel delectationis demonstrantes. Que
aūt sunt artiū operationes nō exercent ab ipsis cuʒ aliqua
ratione: sed a natura sicut iam in antehabitis istius scien-
tie determinatum est: ⁊ hic repetere non oportet. ¶ Quod
aūt non habent casas nisi pro pullis verū est in auib⁹: quo-
niam calor nidi noceret plumis que solidantur in aere libe-
ro. Alia autem animalia pilosa domos habent ad que fre-
quenter tempore frigoris reuertuntur. quādo autem sere-
num est liberum appetunt aerem: eo ꝙ corpora pilosa coo-
perta citius in flegma putridum conuertunt sicut superius
diximus vbi assignauim⁹ causam canitiei capillorū. Pro-
uidentie autem opera quedam eoꝝ participant sine omni
premeditatione futurorum: sed nature instinctu: ⁊ quando
congregant nō cōiecturant futurū temporis defectū: sed ex
auiditate cibi presentis: propter qd̄ etiam quedaʒ anima-
lia sicut apes plus multo cōgregant q̄ȝ sufficiat ad nutrimē-
tum per vnam hyemem. ⁊ hoc faciunt: vt dictum est ex cibi
presentis auiditate sine futuri coniecturatione.

Solo p̄dictorum.

## ¶ Incipit Liber Nonus de animalibus qui est de pricipijs ⁊ origine generationis hois.

## ¶ Tractat⁹ primus de origie que est ex parte maturi seminis vel spermatis.

### ¶ Cap. p̄ᵐ. De signis pubertatis quādo primū incipit descendere semen ad inguina.

Septimo de nā aialiū capitulo primo in p̄ho.

Rursuʒ aūt reuertētes ad principiū generationis hois sicut supe-
rius ꝓmisimus de principio generatiōis
dicemus eius tā in mare q̄ȝ in muliere: et
de principio eius ⁊ vltimo ſm tēpus hoc
est qn̄ pōt ip̄regnari mulier ⁊ impregnare
vir vsq̄ȝ ad quātā etatē ꝑseuerat hec vir-
tus in eis. Dicemus etiam de oībus rebus accidentibus
cōmuniter hois generi siue in se siue in loco ⁊ mō ⁊ cā gene
rationis accidant. ¶ Supius aūt iam quedā dicta sunt de
differentia maris ⁊ femine: ⁊ de diuersitate membroꝝ per-
tinentiū ad generationem: qn̄ mas est generās in alio sue
speciei ex semine ꝓprio formāte ⁊ distinguente creaturam.
Femina aūt est generās in se ex virtute seminis maris: cu-
ius semen cibus ⁊ mā est generari: ⁊ membra generatonis
maris sunt semen maturantia sicut testiculi ⁊ semen ad lo-
cum matricis ꝓpriū effundentia sicut virga. Membra aūt
generationis mulieris sunt qdē semē suggētia sicut vulua
⁊ matrix ⁊ mām ꝯuenietē ad cibū adducentia sicut testiculi
mulieris ⁊ vene suis orificijs sanguinē ministrātes matri-
ci: ⁊ ipsa substātia matricis que cōplicata super semē fouet
ip̄ʒ donec cōpleat. ¶ Incipiētes igit de his primo tractare
dicemus ꝙ principiū tēporis ex quo homo generare pōt vt
in pluribus est apud cōplementū duoꝝ septennioꝝ: ⁊ hmōi
signū est: ꝙ in hoc tēpore incipiūt pili oriri in pectine q fiunt
ex humore ⁊ calore in membris illis augmētatis: ⁊ tūc inci-
pit etiā sperma exire ab hoie: ⁊ hoc est sicut videmus in ar-
borib⁹: ꝙ qn̄ debēt exire semina apparēt circa loca illa folia
⁊ flores: ⁊ hec sunt sicut pili in hoie circa verēda: sicut bene
dixit Phs altirnenō chorintiēsis. Et in isto qdeʒ tēpore in
cipit mutari vox generantiū ⁊ efficit tūc vox inequalis aspe
ritatis difformis. Ita ꝙ neq̄ȝ acuta est sicut vox pueri: neq̄ȝ
grauis est sicut vox virilis: ⁊ hoc p̄cipue signū est in his qui
illo tēpore vtunt coitu: q2 ab illis erit humor liniens cānaʒ
siue arteriā vocalē: ⁊ iō tūc erit vox eoꝝ sicut sonus cithare
duarū chordarū: quarū vna nimis est tensa: ⁊ altera nimis
est laxa: siue ꝙ vna sit declinās ad mollitiē ⁊ altera faciat q̄si
sonū grauē: ⁊ fit vox soni interrupti sicut est vox caprarum.
¶ Cuius causa est qm̄ in vocali arteria ⁊ in musculis epi-
gloti: ⁊ in ipso epigloto est principiū maturatiōis ⁊ est ante
maturationis perfectionē: ⁊ ideo sunt quedā partes matu
re ⁊ quedā imature ⁊ quedā humido subtili destitute: pro-
pter hoc ꝙ descendit in spermate. quedaʒ aūt humido illo
adhuc sunt īfuse: ⁊ cū ille partes sint organa vocalia opʒ ꝙ
in cantu nō sūt cōsone partes ille: ⁊ faciūt vocē nō armoni-
cā ⁊ inequalē quasi sit interrupta. hoc accidens magis inue
nit in his qui incipiūt vti coitu: ⁊ ideo qui volūt diu serua-
re voces abstinēt a coitu. Aut etiā ementulant. hoc etiā tē-
pus est eleuationis mamillarū: qm̄ humor menstrui āscen
dit sursum ⁊ incipiunt intumescere poma mamillarū pro-
pter cōmunicantiā cōmunis vene que est inter mamillas ⁊
matricem. Poma aūt ꝯtinue intumescūt quousq̄ȝ suo pō-
dere cadunt. ⁊ tunc subacte fiunt māme depēdentes: plene
quidem ⁊ tumentes impregnātibus. laxe aūt ⁊ vacue in nō
pregnantib⁹: eo ꝙ in pregnātibus clausa matrice pars san-
guinis menstrui in mamillas dirigit: ⁊ facit lac propter qd̄
tumescunt iplete māme. In alijs aūt aperta matrice descen
dit in menstruis: ⁊ ideo vacua ⁊ laxa efficit caro māmarū.
¶ Accidit etiā tunc mutatio inguinum tam in maribus q̄ȝ
in feminis: sed in maribus non solū mutat quātitas vere-
tri: sed etiā figura quando oriunt pili circa ip̄m ⁊ inuenitur
sperma inspissatū durū in fouea que est post caput veretri ⁊
incipit ibi esse fissura ex qua forte exit sanguis inter pellem
⁊ substantiam virge: ex hoc ꝙ virge quantitas tumes scin
dit se ante a pelle: ⁊ exit vsq̄ȝ ad valleʒ que est post caput ei⁹
querens liberū esse vt ibi pertingant ad interius vulue ori
ficium. Incipiunt etiam illo tempore frequenter esse titilla
tiones in capite veretri quasi debeat sequi emissio seminis
cum tamen non effundat: ⁊ post retentionem est quidē do-
lor: eo ꝙ tunc vasa seminis impleri incipiunt: ⁊ extendunt
cānales eoꝝ grauati concepto semine: ⁊ ista titillatio ⁊ con-
sequens dolor frequenter veniunt vsq̄ȝ ad pollutionem coi
tus: que quidem accidit citius in illo qui coit propter con-
fricationeʒ. tardius aūt in illo qui nullā facit in inguine cō-
fricationem: ⁊ cum emittunt sperma sustinent arsurā quā-
dam cum delectatione propter feruorē libidis. ¶ In femi-
nis autem vulua quidē puellaris habet apertam fissuram
ad modicam genuum diuaricationem: ⁊ hoc accidit ꝓpter
siccitatem eius cartilaginis que est in inguine. hanc eni sic-
cam esse necesse est propter nutrimentum qd̄ tendit sursuʒ
calore iuuentutis. cuius etiam signū est ꝙ posteriora ⁊ na-
tes puellarū in annis illis sunt parue fere sicut nates iuue-
num masculoꝝ. Circa quartūdecimū aūt annū ꝓpter men
strui ⁊ humoris spermatici descensuʒ ⁊ nates incipiunt in-
spissari: ⁊ fissura vulue incipit claudi ⁊ labia vulue ingrossa
ri ⁊ mollificari: ⁊ pili germinare incipiunt in circuitu eius:
⁊ hec sunt que vocant signa pubertatis. Incipit etiam tunc
puella desiderare coitū: sed in desiderio non emittit: ⁊ quā-
to plus coit aut etiam manu se cōfricat tanto plus appetit:
eo ꝙ per talem confricationem humor attrahitur: sed non
emittit: ⁊ cum humore attrahit calor: ⁊ cum muliebre cor-
pus sit frigidum: ⁊ clausuram patiens poroꝝ non cito emit
tit semen coit⁹. Et hec est causa ꝙ quedam puelle circa an
nū quartūdecimū non possunt de coitu satiari: ⁊ si tunc nō
habent virū: tamē mente pertractant coitū virilem: ⁊ sepe
imaginant veretrum viroꝝ ⁊ forte sepe confricant digitis
vel alijs instrumentis quousq̄ȝ laxatis vijs per calorē con-
fricationis ⁊ coitus exit humor spermaticus cum quo exit
calor: ⁊ tunc temperant ipsarū inguina. ⁊ tunc efficiunt ca-
stiores: tunc etiam accidit fluxus menstrui: ⁊ multiplicant
pollutiones tā in somnis q̄ȝ in vigilia: ⁊ tunc se comprimūt
crura plicando vnum crus super alterum: vt sic vna partiū
vulue scalpat aliā: q2 ex hoc orit delectatio ⁊ pollutio. San-
guis aūt menstruus qui in rubore sanguinis primo distillat
a vuluis puellarum: est quasi sanguis arietum iugulatorū.
Sed ante tempus illud aliquādo distillat ab eis menstruū
album precipue si vtunt cibo frigido ⁊ humido sicut lacte ⁊
cucurbitis: ⁊ huiusmodi: qd̄ ego vidi etiaʒ accidere mulie-

Nō cām permutatiōis vocis in coire īcipientibus.

ribus que diu caste fuerant in senectute: quādo ex dieta infrigidata sunt corpora eorum: ⁊ quando hec accidit tūc male nutriunť corpora earum ⁊ efficiunť macilente. In pluribꝰ aūt feminis tempore quo poma mamillarū intumuerūt ad duos digitos mēstruuз incipit apparere nisi forte puella sit meretrix: que plurimoꝝ viroꝝ plurimo abutať coitu. In illa enim tm̄ per confricationem euaporādo ⁊ fluēdo exit humoris qđ diu retardať mamillarū tumor: ⁊ diu etiā retrabitur humor sanguinis menstrui: tunc etiam incipiunt voces puellaruз mutari que lз sint semper acute ⁊ quasi voces infirmantium propter debilem follem tamen incipiunt tūc plus graues esse q̄ȝ ante propter causam quā supra diximꝰ. Manent aūt acutiores q̄ȝ viroꝝ intātū ꝙ etiā similiter in eadem cāna vel cornu aut fistula sufflet cū viro: tamen acutior erit sonus sufflationis mulieris q̄ȝ viri: vniuersaliter igiť acutior est vox mulierū q̄ȝ viroꝝ: ⁊ acutior est vox puellarum q̄ȝ vetularum: ⁊ q̄ȝ pueroꝝ: ⁊ acutior est vox puerorū q̄ȝ viroꝝ: ⁊ hoꝝ causa patet ex predictis. ¶ In hoc enim tēpore pubertatis multe in inguine distillant humiditates tā femine q̄ȝ viri ⁊ mouenť multum ad querenduз coitū: ⁊ vt in pluribus si vtanť coitu moderato in illo tēpore: velocius corpora eoꝝ accipiunt incrementum q̄ȝ prius: ⁊ aliquando etiam ex vsu coitus in illo tempore torpescunt ⁊ marcescūt ⁊ deficiunt corpora eoꝝ: cuius cā profecto est: q: illi in quoꝝ corporibus multe sunt ⁊ grosse humiditates: ex ipsis eisdeз impediť calor augens corpus non pōt ipm̄ vincere ⁊ dissoluere ⁊ cum exit in parte per cōfricationem coitus ex remanente melius augeť ⁊ nutriť corpus tam in maribus q̄ȝ in feminis. In his aūt que paucā ⁊ subtilē habent humiditatem accidit contrarium quoniā quādo per coitū illa subtrabitur destituitur ⁊ marcescit corpus. Quidam tamen sunt precipue mares quibus propter calorem ⁊ siccitatē non accidit spermatizare in illo tempore: ⁊ in processu etatis virilis quando tepescit calor ⁊ humectatur humore senectutis complexio incipit in eis desiderium coitus: ⁊ potentia feruens coeundi. est aūt in quibusdā feminis. similiter ⁊ quidam sunt quibus ex frigiditate ⁊ siccitate complexionis in annis pubertatis nō accidit semen: sed illis nunq̄ȝ redibit potentia coeundi in aliqua etate: sed potius ex frigiditate impotentes erunt in eternum: ⁊ in feminis quibusdā est similiter: sed est valde rarum. In ista etiā etate ex coitu ipso excitatur desideriū amplius coeundi precipue in puellis: fit etiā tamē in maribꝰ nisi custodianť: ⁊ a feminis separenť: qm̄ ex calore cōfricationis extenduť vie ⁊ efficiunť ample ⁊ impleť humore. Et etiā rememoratio coitus excitat tūc appetitū qm̄ accidens anime multuз variat corpus sicut in alijs libris phicis determinatū est: quibusdam tamen accidit nunq̄ȝ pollui in somnis vel emittere sperma coitus propter dispositionem aliquā complexionis sicut diximus iam ante: ⁊ hoc accidit plus mulieribus q̄ȝ viris: eo ꝙ earū corpora sunt minus porosa ⁊ non egrediť ex eis semen coitus nisi per longā cōfricationē: ⁊ ideo quādo puelle caste sunt ⁊ auertunt animū stant vsq̄ȝ ad antiquitatē vltimaз ꝙ nunq̄ȝ polluunť neq̄ȝ experiunť coitꝰ delectationē: ⁊ hoc fit etiā in maribus: sed perraro. Quedā aūt hn̄t hoc: sed ex vitio complexionis sicut ante diximus ⁊ ille non generant. ¶ In isto etiā tēpore mutanť multū qualitates corporuз ⁊ ꝙ quedam persone sananť ⁊ quedā infirmanť tam in maribus q̄ȝ in feminis: qm̄ aliquando in isto tēpore auferť epilepsia: qm̄ videlicet humor malus ⁊ superfluus distillat qui prius fumando oppilabat in cerebro vias motus ⁊ sensus. Aliquādo etiā sanať corpus alia sanitate quādo subduciť humor malus superfluus qui sanitatem impediuit. Aliquādo aūt incipit īfirmari ꝓpter subtilis ⁊ necessarij humidi ablationē: ⁊ similr aliqn̄ ad maiorē aut minorē aut ad bonitatē cremēti aut ad malitiā: ⁊ aliqn̄ a macie ad pinguedinē aut ecōuerso: quoꝝ oīum cā pз ex p̄dictis: ⁊ hec oīa fiūt postq̄ȝ peruenerint ad somniū polluēs: vel ad vsum coitꝰ: ⁊ q̄busdā accidūt oīa hoꝝ ꝯtraria: ⁊ iste eedē mutatiōes accidūt in virginibꝰ: qm̄ alique quandiu sunt puelle virgines: ⁊ habuerint in corpe multas supfluitates emittūt ipsas per pollutioneз in somno factā vel per coitū factā: ⁊ emittūt etiā menstruū: ⁊ tūc purgatis corporibus efficiunť tūc maioris sanitatis ⁊ melioris augmēti ꝓpter exitū superfluitatis que prohibebat sanitatē ⁊ incremētū. Quibusdā aūt accidit totū cōtrariuз: qm̄ post pollutionē somni vel coitus efficiunť macriores ⁊ debiliores: eo ꝙ tūc fit exitus superfluitatis illius que est bona ⁊ necessaria corpori sicut illa que remansit in corpore. quedā aūt istarū humiditatū exeunt cū spermate ⁊ quedā cū menstruo. ¶ Adhuc aūt differens est in annis pubertatis eleuatio ⁊ tumor mamillarū in puellis: qm̄ quedā earum acquirūt mamillas magnas valde: ⁊ quedā paruas: ⁊ pauce inueniunť que ēt nullas habēt nisi sicut viri. talis. n. est inēta femina apud nos in ciuitate Vangionū que nūc Varmatia vocať que tn̄ plures enixa est infantes: ⁊ aliqn̄ tres simul enixa est gemellos. In quarūcūq̄ȝ enim corporibus sunt humiditates superflue multe ⁊ illis ꝛm quātitatē illarū superfluitatū ad substātiā māmarū directarū fit eleuatio māmarū quousq̄ȝ perueniāt ad quātitatē dispositionis ⁊ longitudinis in qua franguť ⁊ subiguť ⁊ dimittuntur dependentes inferius: post illud enim stat equaliter eleuata mamilla: ⁊ remanebūt post hoc mamille semp in vna dispositione. Que aūt pauciores habent humiditates pariores etiā habēt māmas: ⁊ que ex aliqua occasione venaз habēt obstructā ⁊ ceteras vias clausas per quas humiditates redundant ad māmas: ⁊ inferiores vulue vias multū habēt amplas per q̄s multus velociter effluat forte nullius aut parue quātitatis habent mamillas. Similr aūt lзnā tm̄ est etiā in corporibꝰ mariū. quorūdā. n. sunt mamille valde tumētes ⁊ apparētes ꝓpter multū humidū qđ est in corporibꝰ eoꝝ: ⁊ hoꝝ corpora frequēter sunt lenia ⁊ mollia ⁊ vene occulte ꝓpter frigiditatē corporis eoꝝ: ⁊ sūt mamille eoꝝ valde similes mamillis puellarū quarum poma mamillarū iam tumescere incipiūt: ⁊ hoc accidit aliquādo pinguibus magis q̄ȝ alijs: qm̄ in talibus est humiditas terrena grossa que ad mamillas deriuatur.

Qꝫ pubescentes si moderato vtanť coitu velocius crescunt.

¶ Cap. zm. De principio generationis qđ est sperma maturum circa vigesimūprimū annū generantiū.

Septimo de nā aialiū capitulo p̄mo versus finem.

Sperma vō ꝯueniēs filioꝝ generationis est illud qđ est sufficiēter decoctū: ⁊ hoc est qđ in tertio distillat septēnio hoc est in anno vigesimo, primo a natiuitate generantis. ante hoc enim tēpꝰ vt in pluribꝰ nō est sperma cōplete habēs virtutē generādi pfectū aliqd in genere humano: q: q̄ȝuis in minori etate parētū generеť forte ex spmate eoꝝ: tn̄ id qđ generať fit debile ⁊ infirmū nō cōplēs periodū humane vite. tēpus aūt determinatū maturi seminis accidit tā viris q̄ȝ mulieribꝰ: sicut ⁊ alijs pluribꝰ aīalibꝰ. oibꝰ. n. accidit que pfecta ꝛm statū corporis ⁊ aīe sūt aīalia. In tali aūt etate aut ēt ante talē etatē citiꝰ īpregnanť iuuēcule parue spisse que grossoꝝ sunt renū ⁊ multū turgēt in mamillis q̄ȝ alie lōgiores ⁊ macriores siue tenuiores: sed cū īpregnantur dolēt in partu dolore magno plus q̄ȝ alie mulieres: qm̄ in partu inguen habēt spisse ⁊ multe carnis: ⁊ talis caro nō est laxabilis: sed est ꝯstricta ⁊ clausa ⁊ ꝯserta vehemēter: et lō frequēter tales laceranť in partu. Si aūt ante tēpus vigesimiprimi anni cōcipiūt sicut frequētissime euenire solet tūc maior accidit dolor ex corporis incōpletiōe: qm̄ nec matricem habēt cōpletā ad cōtinēdū nec vulue fissurā cōpletā ad emittēdum partū: ⁊ ideo vehemēter in partu crucianť. Similiter aūt mares multū coeūtes citius senescunt: eo ꝙ subtile ⁊ calidum per coitum exit ab eis humidum ⁊ remanet viscosum frigidum humectās ⁊ nō augens ⁊ illud est cā canitiei ⁊ senectutis. Similiter aūt ⁊ mulieres multos portantes infantes citius antiquanť ⁊ moriunť: ꝓpter humoris nālis multā in partu emissionem. Est aūt opinio quedam quorūdā de hoc ꝙ mulier nō augeť in longitudinem amplius postq̄ȝ peperit tres infantes ꝓpter humidi qđ in augmētū verti debuerat deperditionē. hec etiā est causa ꝙ mulieres que in annis pubertatis ardebāt multo coitꝰ desiderio: amittūt desideriū coeūdi postq̄ȝ plures infantes pepererunt. In partu nāq̄ȝ sicut diximus exit humor plurimꝰ cuз quo exhalat calor ⁊ humore ⁊ calore naturalibus destitutum corpus non habent desideriū coeūdi vt in pluribus autē mulieres post tria septennia cōuenientes efficiuntur ad partū: eo ꝙ corpora earuз mollia in tanto tēpore maturantur ꝙ tunc est quantitas spatij coniunctionis Iouis ⁊ Saturni ⁊ vnius anni solaris: q: in q̄titate tēporis con

iunctionis duarũ superioꝝ stellarũ infundit ꝑfectio corpo/ rib⁹ indiuiduoꝝ perfectoꝝ: ⁊ hec ꝑfecta virtus infusa per vim solis per circulũ signoꝝ circuituꝫ reducit ad agendũ ⁊ adunat virtus eius vt sit efficacior: qm̃ ꝫ forte aliqs natus nõ nascat in ꝯiũctione Jouis ⁊ Saturni ⁊ ideo annus .20. nõ terminet ad iteratã earũdẽ stellarũ ꝯiunctionẽ: tamẽ in tãto tẽpore quãtitatẽ cursus vnus ꝯiunctionis ꝑficiunt sup generata: ⁊ ideo tunc sunt perfecta: de istis tñ in astronomi cis est reddenda rõ. Sed hoc dixisse sufficit ad ꝑsens ꝙ in vigesimoprimo anno perfecto: matura est ad concipiendũ mulier: ⁊ que ante cõcipit imature cõcipit ante tẽpus vide/ licet maturi seminis. Uiri aũt idigent maiori tẽpore ꝙ̃ sit istud: qm̃ corpora eoruꝫ sunt calori magis resistentia ⁊ ante tẽpus illud quo ꝑfecte matura sunt corpora viroꝝ est sper/ ma eoꝝ subtile ⁊ aquosum: ⁊ tale sperma nõ est aptũ gene/ rationi perfecti in genere humano. Sed opꝫ ꝙ sperma sit glandulosum ⁊ grandinosum quãdo tangit ꝙ sit quasi cõ/ positũ ex glandulis ⁊ partibus grandinis mollibus: q² tunc in spissitudine eius põt cõtineri fortis ⁊ multus spiritus cũ virtute formãte perfectũ ⁊ vigorosuꝫ partũ: qui spiritus cũ virtute sua neqꝫ est in subtili spermate ⁊ si esset euaporaret. tale aũt sperma grandinosuꝫ nõ est in corpore viri nisi sit iã desiccatũ calore iuuẽtutis ⁊ ꝯfortatũ ⁊ inspissatũ ⁊ exiccatũ iã in seipso ab humore puerili etatis iuuenilis. Signũ aũt eius quod dictũ est: qm̃ sperma subtile nõ multũ filosuꝫ est principiũ generationis feminarũ. sperma aũt grandinosuꝫ filosum est ex quo generant mares. Jn isto enim tempore oriunt in viro pili barbe: sed de ortu barbe in viro iã in an/ habitis istius sciẽtie libris dedim⁹ rationes. ¶ Menstruũ etiã mulierũ maturũ est in isto tẽpore ꝙ vt in pluribus ꝭm fortitudinẽ fluxus fluit in finẽ mẽsis lunaris quãdo sol ⁊ lu/ na sunt in cõiunctione. tunc enim humiditates corpoꝝ mo net virtute cõiuncta: ⁊ ideo in humidis corporibus magis fluũt: in quibusdã tamẽ magis fluit mẽstruũ in medio men se lunari: qm̃ luna tũc est quasi alter sol plena lumine: ⁊ mo/ uet fortiter corpoꝝ humiditates. luna enim humores infe rioꝝ mouere habet sicut determinatũ est in libro nostro de causis ⁊ proprietatibus elementoꝝ ⁊ planetarũ. Quarũdaꝫ aũt menstrua fluunt vtroqꝫ tẽpore que multas in corporib⁹ habent humiditates: ⁊ similiter etiã eisdeꝫ tẽporibus tam viri ꝙ̃ mulieres patiunt fluxus hemorroidaꝝ: ⁊ q² luna sic mouet menstruos fluxus in feminis: ideo quidaꝫ de falso nomine sapiẽtie celestiũ inaniter gloriantes. Dixerunt lu/ nam esse feminã: eo ꝙ cũ sua diminutione mulieribus ac/ cidit menstruuꝫ in quolibet. Est aũt luna in veritate qua/ litatis feminee in effectu: qm̃ est frigida ⁊ humida. Sed in sexu neqꝫ vir est neqꝫ mulier: sed de his determinare alte/ rius est negocij. Sunt tñ q̃dã mulieres sicci corporis quib⁹ vno accidit mense: ⁊ alio nõ: ⁊ quasdã ego vidi virgines ca stas ieiunijs ⁊ vigilijs macerãtes corpora quib⁹ nunq̃ꝫ ac/ cidit menstruũ in pluribus mensibus per multos annos: ⁊ ex hoc nõ infirmabant. Dicit etiã Aristo. ꝙ quibusdã non accidit nisi post tres mẽses. Mulieres aũt quibus accidit omni mense mẽstruũ cito purgant post duos videlicet aut post tres dies. quibus aũt accidit menstruũ post longũ tem pus difficile purgant ab eo: ⁊ in diebus quibus distillat mẽ struũ sunt valde dolentes: qm̃ in distillatione corrupti hu/ moris languet corpus: ⁊ q² vias habẽt artas replet eas cor ruptus humor destituunt in corpore. Mulier aũt que sepe hꝫ menstruũ cito recedit ⁊ alleuiat corpus earũ post ei⁹ re/ cessum. quibus anteꝫ medio modo accidit: hoc est alternis mensibus etiã media velocitate purgant. quibus aũt im/ pedit ⁊ abscidit fluxus menstruoꝝ: aliquando suffocant ex euaporatione ipsius que sursum eleuat matricẽ: ita ꝙ pre/ mit spiritualia ⁊ inducit suffocationẽ. Corpora v̊o omniuꝫ mulierũ concepto grauantur menstruo quousqꝫ mundent: ita ꝙ plures mulieres quãdo appropinquant ad exitũ mẽ/ strui patiunt matricis suffocationẽ ex ventositate eleuante eã donec exit sanguis mẽstruus aperta matrice. Causa aũt menstrui in corpore mulieris est paruitas caloris cõsumen tis humidũ digestũ: qđ cuꝫ incorporari ⁊ mẽbris assimilari per vltimã non põt digestionẽ suo pondere ꝓpellit ad exitũ resudãs ex orificijs venarum in matricẽ propter vtilitates quas fert cõceptui ⁊ refusum extra per os vulue. vtilitates

Septimo de nã aialiũ capitulo. 2.

aũt eius in matrice sũt cibatio embrionis tẽpore ꝯceptus: q² in embrione vltima digestione digerit ⁊ assimilat per ca lorẽ qui est in embrione. ¶ Tp̃s aũt naturalissimuꝫ impre/ gnationis quãdo facilius impregnat mulier: postq̃ꝫ emun/ data est a mẽstruo. Si tunc statim sustineat coituꝫ viri: qm̃ que tunc nõ possunt ip̃regnari: signũ est ꝙ nunq̃ꝫ alio tẽpore possint ip̃regnari: ⁊ ideo vt frequẽter erũt sine ꝓle. que eniꝫ nõ impregnant post menstrui mundationẽ habẽt ꝓculdu/ bio cõstrictã matricẽ in interiori orificio: ⁊ iõ semẽ viri aut raro aut nunq̃ꝫ recipiũt. Jmpregnate aũt tẽpore impregna/ tionis nõ accidit mẽstruũ naturaliter: qm̃ necessariũ est ad nutrimentũ embrionis. Si aũt aliqñ accidit nisi parũ sit et cito quiescat inducet debilitatẽ ⁊ forte mortẽ conceptui aut forte sua lubricitate inducit aborsuꝫ. Mulieribus etiã hu/ mores viscosos habentibus in lateribus matricis semper matrix est lenis ⁊ lubrica: ⁊ ideo nõ tenent conceptũ semẽ ⁊ efficiunt steriles. Si aũt nullũ eoꝝ que diximus accidat ei qui mẽstruat tẽpore ip̃regnationis faciet tñ cõceptũ debilẽ ⁊ breui tẽpore viuẽtẽ. Plures aũt sũt mulieres que multo vtunt coitu: ⁊ desiderãt ip̃m vehemẽter: ⁊ illis matrices pẽ dent inferius versus locũ quo attingit veretrũ secũ coeun/ tis: ⁊ ille sepe mẽstrua habent: qm̃ vie ad matricẽ in eis sũt laxe: ⁊ calor coitus ꝯtinue adducit hũores. Mulier ẽt plus oibus alijs feminis aialiũ hꝫ mẽstruũ ꝓpter humiditateꝫ ⁊ mollitiẽ maiorẽ sui corporis: ⁊ q² delicatiori ⁊ pluri ⁊ citi⁹ ꝯuertibili vtit nutrimẽto: ⁊ q² lene nõ pilosuꝫ hꝫ corp⁹. Fe minis aũt magnoꝝ aialiũ sibi simile generantib⁹ nõ accidit hoc: quoniã humor quẽ habẽt trãsit in corporis quãtitatẽ: ⁊ in q̃busdã alijs transit in pilos aut in pẽnas aut in squa/ mas aut alias quasdã partes que nõ sunt in mulieris cor/ pore. Homo eni solus inter aialia est oino lenis corporis: ⁊ maxie mulier. Trãsit etiã in alijs quadrupedib⁹ in vrinã qm̃ quadrupedia multo habẽt spissiorẽ ꝙ̃ mulier aut vir: qm̃ turbidũ qđ inspissat vrinã in q̃drupeduꝫ feminis eijcit in muliere per mẽstruũ. Uir ãt huiusmodi substãtiã eijcit cũ substãtia spermatis: qm̃ homo eijcit valde multũ sper/ ma respectu sui corporis plus ꝙ̃ aliqđ alioꝝ aialiũ: ⁊ iõ etiã plus alijs aialib⁹ ꝯsiderat coitũ. Uiri aũt qui plus sperma/ tizant sunt qui nõ sunt multũ carnosi vel pingues: qm̃ in il/ lis trãsit sperma in nutrimentũ corporis qui etiaꝫ in colore sunt albi ꝓpter humiditatẽ habẽt mãm spermatis: ꝫ vir/ tutẽ sperma facientẽ ⁊ impellentẽ habeant paucã: ⁊ ideo ẽt nõ est improbabile ꝙ nigri nõ multũ carnosi neqꝫ multum macri multũ habent sperma: quoniã in oibus plus operat virtus fortis quãdo hꝫ mãm ꝙ̃ debilis. Cũ aũt caro mul/ tiplicat in viro: tũc illa humiditas que materia spermatis est superfluitas: trãsit in mãm carnis. Similiter aũt mulie res albe pallẽtes aliquãtulũ magis trahũt ⁊ suggũt vuluis suis sperma ꝙ̃ alie: ita ꝙ quasi exuggũt ⁊ exiccãt ⁊ debili/ tant viros: ⁊ huiusmodi quidẽ cã est aptitudo ip̃regnatio/ nis taliũ: qm̃ albedo significat mollitiẽ in eis. pallor aũt de/ stitutionem a sanguine menstruo superfluo: ⁊ tunc matrix emũdata trahit sp̃ma de veretro sicut vẽtosa. Hec igit sũt principia ip̃regnationis ⁊ generationis in viro ⁊ muliere.

¶ Cap. 3m. De signis impregnationis iaꝫ facte ⁊ formatio/ ne conceptus.

Septimo de nã aialiũ capitulo. 3.

Signa v̊o impregnationis iam facte sunt hec: ꝑmũ quidẽ signũ est vt sit orificiũ vulue exte rius versus anũ sicut statim post coitũ. hoc eni signũ est ꝙ matrix attraxit sperma ⁊ clausuꝫ est orificiũ eius interius ⁊ nihil exiuit de sperma/ te. ¶ Adhuc aũt si labia vulue post coitũ sũt te nuia est signũ ꝯcepti seminis. hoc. n. significat clausurã ma/ tricis ⁊ exaltationẽ sui cũ sp̃mate ꝯcepto: ⁊ iõ secũ trahit la/ bia vulue ⁊ tenuia reddit ea: ⁊ claudit fissura vulue. q. sensi bil᷑ sicut filis q̃busdã labia vulue ꝫhant ad interius matri cis. Si ãt post coitũ labia vulue sint lubrica ⁊ humida: hoc est signũ ꝙ exiẽs de matrice sperma lubricauit ea: ⁊ si fuerit pinguia lenia ac si sint vncta. signũ est ꝙ sp̃ma in ꝑmo exi bit: eo ꝙ hũor ei⁹ subtilior iã exiuit q̃ piguia ⁊ vncta reddit labia vulue. Qñcũqꝫ. n. lenia sꝭ duo labia vulue: ẽt postq̃ꝫ iã p aliquot dies semẽ ꝯceptũ est signũ ꝙ creatura excedet: q² iã icipit aperiri matrix ⁊ amittere ꝙ subtili⁹ erat seminis: pp qđ mulieres expte in talib⁹ volẽtes retinere semẽ cõce/

ptū vngūt labia vulue primo oleo pinus qđ est liquida pix:
eo ꝙ matrix fugit odorē fetiduꝫ picis: ⁊ exaltat̄ ab ipsa: ⁊ in
exaltatione sua cōtrahit̄ ⁊ claudit̄ orificiū oris ipsi⁹: sed hoc
nō est faciendū nisi postꝙ̄ iam semē ꝯceptū est per quinque
vel sex vel septē dies. Post vnctionē aūt picis liq̄de vngūt
olibano ⁊ absinthio ⁊ cerusa i oleo oliue dissolutis: eo ꝙ oīa
hec sicca sunt valde ⁊ sua siccitate operant̄ matricis clausu-
rā. Si aūt post septē dies sperma remanserit in matrice per
tale studiū: tūc manifestū est qm̄ impregnabit. occasiōes. n.
⁊ signa predeterminata infra septem dies manifestant̄. Si
aūt id qđ ꝯceptū est disponit se vt fiat femina: purgatio se-
minis per digestionē factā erit in triginta diebus: ⁊ si dispo
nit se ad marē faciēdū purgabit̄ vsqꝫ ad formationē cōple-
tam vsqꝫ ad quadraginta dies. Citius enim purgabit̄ se-
men cōceptus femine ꝙ̄ maris ꝓpter hoc ꝙ est mollius et
citius separat̄ ab ipō impurū: tardus tamē format̄ sperma
de quo fit femina ꝙ̄ de quo fit mas: eo ꝙ tenue ⁊ molle ma
gis difficulter retinet figuras ꝙ̄ spissum. Signū aūt impre-
gnationis preter oīa que dicta sunt est: q2 impregnate non
emittunt sanguinem menstruū sicut ante fecerunt: ⁊ hoc cō
tingit ꝓpter matricis clausurā ⁊ deriuationem mēstrui ad
alia loca. Diuidit̄ eni tūc in tres partes: ⁊ vna quedā pars
ipsius suggit̄ a concepto ad nutrimentū: ⁊ hec est pars sub-
tilior. alia aūt post hoc subtilior trahit̄ sursuꝫ ad mamillas:
⁊ alia pars que est impurior stat in matrice vsqꝫ ad tempus
partus: ⁊ tūc emittit̄ cū puero. Lac aūt est in mamillis ipre-
gnatarum primo quidē paucū ⁊ tenue est aquosum ⁊ subti-
le: eo ꝙ parū adhuc sursum deriuat̄: q2 multū de subtili at-
trahit̄ informationē ⁊ incrementū fetus. Postea aūt quā-
do creuit: ⁊ cōpletus est fetus nō attrahit̄ de menstruo nisi
nutrimentū eius: ⁊ tunc multū de ipso redundat ad mamil
las: ⁊ ad hoc cooperat̄ ꝙ semen conceptū primo quasi nihil
trahit de corpore matris ad mamillas. Postꝙ̄ āt iaꝫ habꝫ
sensum ⁊ motū trahit per vmbilicum sicut per ventosam: ⁊
tunc multū attrahit̄ de sanguine qui superfluit nutrimento
conceptus ⁊ redundat vbertim ad mamillas ⁊ implet ad
eas. hec aūt redundantia lactis ad mamillas magis appa-
ret in mulieribus macilentis: q2 ille amplas habent venas
per quas est transitus lactis. Apparet aūt hoc etiā in puer-
peris que a virginitate conceperunt: q2 illarū mamille ma-
gis sunt vacue: ⁊ citius in vacuo apparet īfusio ꝙ̄ in pleno.
Dicunt aūt ꝙ hoc etiā apparet in vnguibus: qm̄ attracto
sanguine ad matricē ⁊ ad mamillas pallescūt vngues sicut
in patiente frigus tertiane. ¶ Si autē impregnetur mulier
de masculo frequentius erit maior impulsus lactis ad ma
millam dextram ⁊ sentit̄ aliquātulū moueri infra. 40. dies
motus lactis ad mamillam per aliquā titillationeꝫ mamil
le dextre: ⁊ per exuberantiam lactis quā incipit habere sup
sinistraꝫ. Si autē impregnata est de femina sentiet̄ motus
lactis ad mamillam sinistram infra nonaginta dies ꝓpter
debilitatem virtutis femine in attrahendo sanguine men-
struo. Hec causa ipsa mot⁹ ⁊ tractus lactis nō omnino sunt
determinata in impregnatione femine ⁊ masculi: sed dictū
est prout frequentius contingit. Sepe etiā cōtingit ꝙ in ma
trice concepta est femina: ⁊ tamē motus lactis sentit̄ in ma
milla dextra: ⁊ econuerso in matrice forte ꝯceptus est mas:
⁊ tamen sentit̄ cursus lactis primo ad mamillam sinistraꝫ:
⁊ hoc precipue contingit quādo multū quidē est sperma: et
tamen qualitate aut occasione format̄ in feminam. tunc enī
multitudine sua facit impulsum ad mamillam dextrā: ecō-
tra aūt quādo paucū est sperma ⁊ qualitate caloris sui for-
matur in marem. tunc enim paucitate sua decurrit ad sini-
stram. tales enim plures diuersitates facit sperma cōceptū
ꝺm magis ⁊ minus. ¶ Signū aūt conceptus est vehemens
pondus inguinis. hoc enim necesse est accidere ex suspēsio-
ne fetus in matrice. Est autem inter omnia vehementius
signuꝫ si in matrice incipiat fieri collectio ⁊ attractio sicut in
apostemate preter calorem febrilem ⁊ incipiat turbari ap-
petitus. hoc enim significat attrahi ⁊ colligi sanguinē men-
struum de corpore ad fetū in matricem ⁊ ex retentione ipsi⁹
appetitum turbari. In istis autem diebus quādo sanguis
sic colligit̄ ⁊ ad mamillas deriuat̄ ꝺm antiquos peripathe-
ticos incipit figurari embrio: qm̄ ante hoc tempus post cō-
uersionem ⁊ separationē spermatis est quasi frustuꝫ carnis

Nō de signo impregnatio-nis respectu fe mine ⁊ maris

informe ⁊ īfiguratū. Humiditates eniꝫ que post impregna
tionem vsqꝫ ad septem dies descendunt si contingat matri
cem aperiri vocant̄ corruptiones: eo ꝙ spermata tunc cor-
rupta sunt: sed nō ad similitudinē sanguinis vel carnis cō-
uersa. ¶ Si aūt post septē dies in tēpore quadragita dieꝝ
aperit̄ matrix ⁊ exit conceptum vocat̄ illud qđ sic descendit
a vulua aborsus: qm̄ in illo tēpore ꝯsueuit aborsus frequen
tius fieri eius qđ natura iam orsa fuit formare ⁊ distingue
re in speciem humanā. Si eni fetus mas fuerit: ⁊ per abor
sum in die. 40. excidat cum humore super terram a vulua
exiens dissoluet̄ sua teneritudine ⁊ non inuenit̄ propter sui
paruitatem. Si autem aborsus fuerit super aquā frigidam
bene claram inueniet̄ per colamentum creatura: ⁊ habebit
quantitatē magne formice: ⁊ hec substantia inuenit̄ in tela
quadā que cum scindit̄: inuenit̄ in quātitate magne formi
ce sicut diximus: cui⁹ caput ⁊ omnia membra formata sūt
⁊ distincta: ⁊ aliquando quando recenter cecidit inuenitur
habens motum dilatationis ⁊ constrictionis quando acu
pungitur ꝓpter quod pro certo scitur creatura illa esse ani
mata: ⁊ inenitur ꝙ veretrum eius ⁊ oculi eius magna sunt
respectu sue quantitatis: eo ꝙ adhuc non sunt completa ⁊
adunata. Sed in mā fluida resultant forma ⁊ figura mem-
brorum: ⁊ hoc similiter accidit in alijs animalibus in ocu-
lis ⁊ membro generationis ante completionem vltimam:
ante illam eniꝫ semper hec membra magnā respectu alio-
rum membrorum habent quantitatem. Si auteꝫ fuerit id
quod conceptum est femina: ⁊ a vulua per aborsum cecide
rit ante tres menses qui sunt. 90. dies: inuenietur aborsus
non figuratus: ⁊ si intrauerit quartum mensem vel tres cō
pleuerit: tunc inuenit̄ femina formata: ⁊ postꝙ̄ formata est
velociter completur ad vltimam formationem in qua na-
scitur: quoniā humidum postꝙ̄ constare incipit citius figu
ratur ⁊ completur ꝙ̄ siccū spissum. ¶ Sic igit̄ patet ꝙ pri-
mum complementum femine quod est in prima figuratio-
ne ⁊ distinctione membrorum ex semine concepto intra ma
tricem est post tempus completionis masculi: eo ꝙ in qua-
dragesimo masculus. In nonagesimo autem die femina fi-
gurata inuenitur. Ultima autem completiōe qua partus
perficitur in quantitate quedā femine concepte non cōplē-
tur vsqꝫ ad quinque menses: ⁊ nascuntur forte in septimo
mense vel post ipsum. ¶ Sed postꝙ̄ nate sunt femine citi⁹
crescunt ⁊ maturantur ꝙ̄ masculi: eo ꝙ calori maturanti et
facienti incrementū minus resistit caro laxa ⁊ mollis ꝙ̄ ca-
ro dura ⁊ sicca: sicut est caro masculi. Et hec est ēt causa ꝙ
citius vetule efficiuntur femine ꝙ̄ viri: q2 humidū cito fri-
gescit in eis ⁊ efficitur flegmaticum: ⁊ tunc canescunt ⁊ ani
les accipiunt rugas ⁊ dispositiones. pre ceteris autem vete
rascunt que multum coitu vtuntur. ¶ Adhuc auteꝫ quādo
matrix concepit semen orificium eius constringitur subito
vsqꝫ ad septeꝫ menses: ⁊ aliquando in ipso mense septimo
aut in octauo incipit aperiri orificium ipsius quando fetus
incipit descendere. Cum enim embrio ex artitudine vteri
qui iam nimis artus est: aut etiam ex defectu nutrimenti
quod iam magnus effectus abundantius requirit ꝙ̄ mini
stretur ei per sanguinem menstruum: ⁊ his duabus de cau
sis non amplius pati poterit suaꝫ remansionē in vtero pro-
pter quod incipit descendere inferius. 7. vel. 8. vel. 9. mēse:
⁊ in descensu suo exprimunt̄ labia vulue ⁊ fissure vulue: in-
cipiunt stare aperta ⁊ frequēter sunt labia vulue humida.
Si aūt quātitate sui quidem propter materni vteri necessi
tatem non patitur remanentiam: sed tamen habet quan-
dam naturam remanendi: que quideꝫ nature est immobi-
litas ⁊ frigiditas conceptus: tunc stat ⁊ non descendit infe-
rius: ⁊ tunc orificium matricis non aperitur nec incipit fis-
sura vulue aperiri mense octauo vel nono: neqꝫ embrio re-
uolutione sua conatur descendere deorsum. hoc enim signi
ficat ꝙ aut mortuus sit aut adeo debilis ꝙ in ipso nō sit ali
qua spes vite. Signa etiam cōmmunia impregnatis sunt
ꝙ mulieres post impregnationeꝫ efficiuntur graues ⁊ effi-
citur super oculos earum quasi quedam obscuritas ⁊ glau
cedo ex redundantia retenti mēstrui: ⁊ hoc apparet in qui-
busdaꝫ valde cito: ita ꝙ infra. 10. dies hoc sentit̄. In qbus-
dam aūt corpora magis tenuia habētib⁹ magis retardat̄:
⁊ huiusmodi acceleratio ⁊ retardatio accidit eis ꝺm quāti-

Masculus in q̄dragesimo die femina āt in. 90. figurat̄

tatem humiditatis superflue in corporibꝰ earū: qm̄ in quibusdā sunt multe: ⁊ in illis citius apparēt signa: ⁊ in qbusdā sunt pauce: ⁊ in illis tardius apparent signa predicta.

Septimo de nā aialiū capitulo. 4.

¶ Cap. 4m. De his que frequentius accidunt impregnatis siue sint impregnate de masculo siue de femina.

PLuribus etiā mulierū impregnatarū accidit tempore impregnationis vomitus: ⁊ hoc differenter: qm̄ vt in pluribꝰ marime accidit tempore quo recidit menstruū. Sed nōdū adhuc redundat ad mamillas. quibusdaz aūt accidit tempore quo pili incipiunt oriri in concepto. ⁊ causa quidē eius ꝙ vomitus accidit tēpore recisionis mēstruoꝝ anteꝗ͂ deriuet ad mamillas est ꝙ tūc nō nisi subtile attrahit ꝯceptui: aut etiā forte nihil: qꝛ in prima mutatiōe ⁊ alteratione spermatū nihil attrahit de menstruo sicut inferius ostendemus: ⁊ tūc sanguis corruptus retentus intra venas redūdat ad villos stomachi ⁊ ad epar ⁊ nauseaz ꝓuocat ⁊ abominationē ⁊ desideriū stultarū rerū ⁊ inanium sicut ꝙ comedat limus cōbustus vel aliud vile qd. Qñ aūt oriunt pili in creatura tūc fumi resoluunt ex humido cōcepti embrionis ⁊ diffundit in venis matricis ⁊ redundāt ad stomachū ⁊ epar ⁊ icludit nauseam ⁊ abominationē: postꝗ͂ autē sanguis menstruus ad mamillas vbertim manere incipit liberat stomachus ⁊ epar ab eo: ⁊ tunc redit appetitus naturalis: ⁊ etiā aliud accidens qđ multis accidit impregnatis: ꝙ videlicet in fine impregnationis quando iam magnus factus est fetus accidit eis angustia ex ꝯstrictione emittendi vrinā ex hoc ꝙ matrix cōstringit collū vesice per qđ vrina emitti hꝫ. Accidēs aūt mulierū impregnatarū de masculis est ꝙ cito ⁊ de facili quiescit in eis dolor ptus ꝓpter virtutē pueri qui iuuat matrē vt citius liberet: ⁊ ꝗ͂diu ꝑgnātes sunt in maiori parte sunt boni coloris: ꝓpter calorem ⁊ species qui sunt in ꝯcepto ꝑcipue qñ est bene vigorosus. parientibꝰ aūt feminas accidit ꝯtrariū huius. sunt eni turpis ⁊ cinerei coloris ⁊ pigri motꝰ: ⁊ accidit eis aliqñ apostema in crure: ita tumescit caro earū ex indigesto humido qđ resudat a ꝯcepto feminino qbusdā tamē accidit totū cōtrariū eoꝝ que diximus. Sunt eniꝫ boni coloris ⁊ leues cū īpregnant aliqñ de femina: ⁊ cōtrario modo forte se habēt qñ impregnant de masculo: ⁊ huius cā superius assignata est: qñ videlicet concipit femina ex multo semine viri: que etiā nata erit virago multos gestus viriles habens nisi magnā violentiā faciat cōplexioni per cōsuetudinē ꝯtrariam. ¶ Impꝑgnate etiā post retentionē mēstruoꝝ semper desiderant res diuersas: qđ desideriū qdā antiquoꝝ grecoꝝ chirikeon appellauerūt. ⁊ cā huius desiderij vt in premissis ostēsa est. Quedā etiā mulierū istud desideriū icurrūt velocíꝰ post impregnationē ꝗ͂ alie: ⁊ citius aufert a qbusdā earum ⁊ tardius ab alijs. quibusdā aūt rarissime accidit ꝙ impregnatione quacūꝗ͂ melioret dispositio corporis aut coloris earū: qñ videlicet habēt corpora sicca arida: aut nō in se habent nisi humores subtiles. qñ eniꝫ illi attrahunt ad nutrimentū creature ꝯcepte tūc destituit ⁊ lāguet corpus ⁊ color efficit turpis. que aūt ecōuerso disposita habent corpora: illis etiā rōnabile est ꝯ͂riuꝫ in ipregnatione ꝯtingere. ¶ Debilitas aūt appetitus sicut iam ante diximus in maiori parte accidit mulieribus pregnantibꝰ qñ fetui incipiunt oriri pili in capite: aliquando etiam accidit ꝙ impregnatis mulieribus fluūt pili capitis quos habent a prima generatione: ⁊ multiplicant pili in membris in quibus sunt pili ex cōcupiscentia ⁊ humore coitus sicut in inguine ⁊ ascellis: ⁊ huiusmodi. causa ē: qꝛ humor qui est materia piloꝝ retrahit a superiori ⁊ ex calore inguinis multiplicat inferius: ⁊ tunc superiores deficiente materia cadunt ⁊ multiplicātur inferiores multiplicata materia: ⁊ ideo calue fiunt quedā mulieres ex calore sui inguinis: quoniam medulla cerebri aliquātulū distat a testa capitis anterius ⁊ cum humore vaporoso non irrigat inducit caluicies. Accidit aūt ⁊ hoc impregnatis ꝙ masculus conceptus vt in pluribus in corpore facit maiorem motuꝫ ꝗ͂ femina: ⁊ paritur citius ꝗ͂ femina: ⁊ vtriusꝗ͂ horum causa est calor ⁊ vigor masculi super feminam. Similiter autem dolor qui accidit in impregnatione ⁊ parturitione concepto femine ⁊ continuus ⁊ tardius habes nō acutus ⁊ in conceptis maribus est acutus ⁊ fortis: sed non cōtinuus: sed breuis. cuius causa scitur ex antedictis. ¶ Adhuc aūt quando ante tempus proximuꝫ pariendi vir coit cum muliere impregnata: ex hoc festinabit partus ⁊ parturitio propter motum matricis in confricatione coitus: ⁊ propter agitationem capitis fetus: ⁊ hec duo aliquando sunt in causa ꝙ mulieres aliquando putāt sibi iaꝫ instare tempus parturitionis: cum tamen in veritate forte non instet: sed embrio mouet ⁊ vertit caput suuꝫ tm̄ ⁊ iterū post hoc qescet. ¶ Est auteꝫ ⁊ hoc de proprijs accidentibꝰ homini ꝙ femine omnium alioꝝ animalium habent vnuꝫ determinatum terminuꝫ temporis in quo pariūt. Mulier autem sola habet terminos diuersos valde sicut nos in sequentibus ostendemus. Causa autem qꝛ alia animalia similes propter cibi similitudinem habent complexiones et modos viuēdi ⁊ aie accītia. hec āt oia valde dīa ⁊ dissimilia hꝫ hō: ⁊ iō ēt variant oia ea que cōplexionem ⁊ modū viuendi ⁊ anime accidentia ꝯsequunt. Diuersitas auteꝫ terminorum partus hominis probatur ex hoc ꝙ quidam pariuntur mense septimo. In maiori autem parte pariuntur mense nono: ⁊ quidam intrant in. xi. anteꝗ͂ nascantur: ⁊ dicitur de aliquo ꝙ natus fuit post mensem. 14. ¶ Generaliter autem nullus natorum ante septimū mensem: hoc est qui sexto mēse natus est viuit: sed cito moritur. Quidā aūt ex eis qui pariunt in septimo mense si pariunt in principio mensis sunt debiles ⁊ habēt gracilia membra ⁊ sunt parui: ⁊ ideo statim cū nascunt ꝑcipiunt ab obstetricibus inuolui pannis lane mollis aliquantulū vnctis butyro vel arungia non salsa: ⁊ plures istoꝝ habent poros manifestos qui sunt vie sensuum: aut exitus superfluitatū valde paruas: ⁊ precipue auriculas ⁊ nares: ⁊ cum post ortū inuoluti steterint ampliabunt magis. Aliquando aūt accidit ꝙ quidam nati in octauo mense supramiuunt: sed raro. Nati eni in octauo proculdubio ad exitum mouent in septimo: sed qꝛ debiles sunt post motum quiescunt: ⁊ in octauo viribus non recuperatis descendunt ⁊ nascuntur: ⁊ ideo raro viuunt: sed si remanerent in vtero per circulum vnum lune reciperent vires ⁊ iuuarentur ad exitum in nono: ⁊ tunc superuiuere possent. Dicūt tamen aliqui ꝙ in partibꝰ Egypti que sunt partes calide ⁊ humide: ⁊ multuꝫ sunt ibi mulieres viragines ⁊ vigorose multi in octauo mēse pariunt: ⁊ superuiuūt: ⁊ hoc rarum ⁊ mirabile est valde: ibi enim pariūt mulieres ad octo menses: ⁊ viuunt filij. Dicitur etiam ꝙ in partibꝰ regionis quā vocant adekil: saluant nati in octauo mense. Cōtingit etiam ꝙ aliquis credit nasci ⁊ saluari in octauo mense qđ in veritate non est verum: sed propter malitiam regiminis ⁊ computationis mulieris impregnate: opinat ꝙ sit filius octo mensiuꝫ ⁊ transit nouem mensiū: eo ꝙ ante concepit ꝗ͂ dixerat. mulieres enim non bene custodiunt et obseruant tempora prime impregnationis. Multis enim mulieribus accidit dolere dolore parturitionis in octauo mense: ⁊ in mense quarto precipue si perueniat febris: ⁊ sepissime moriuntur mortuo embrione: propter nimiam debilitatem fluxus sanguinis qui sequitur talem partum qui innaturaliter ab vtero abrūpit: ⁊ ideo non solum nō viuūt nati mense octauo: sed etiam matres talium natorum moriuntur. Et similiter est de natis in quarto: quoniā illi adhuc fortissime coherent vtero: ⁊ in abruptione multus sanguis exiens ex corpore matris nō finit eam viuere. Imperfectio aūt infantis ⁊ modicus sanguis qui fluit ex vmbilico eius occidit conceptum. Si aūt pariatur natus post mēsem decimum dicitur ꝙ mulieres errauerunt in computatione prime impregnationis. Ego aūt vidi puerperam honestam ⁊ fidedignam cuius cum mirarer quātitatem filij quem protulit: qꝛ enormis erat quātitatis asseruit constanter ꝙ natū. x. mensibus ⁊ amplius in vtero gestauerat. Error tamen sepe accidit in computatione mulierum ex multis causis: quarū vna est ꝙ sepe ex semie ꝓprio vel viri inutili semine recepto vel alia cā accidit in matrice tumor ventositatis alicuius ⁊ credūt se tūc concepisse: ⁊ ab illo tempore cōputāt ⁊ postea per aliquot dies coeūt: ⁊ vere cōcipiūt: ⁊ tūc qꝛ cōputant a primo vētris tumore decipiunt. qñ eniꝫ mulier recipit sperma viri ⁊ illi spermati nō coniungit sperma ꝓpriū tūc vanū est sperma viri: ⁊ ꝯuertit in vētositatē ⁊ eleuat matricē: ⁊ forte vapor eius ascendit caput ⁊ inducit

Gnāaliter nullus natꝰ ante septimū mensem viuit.

Nedū nati in octauo mense moriunt verū etiā ⁊ matres eorum.

Propter qđ mulieres errāt de tpe impregnationis.

vertiginē aut etiā epilepsiam: ⁊ in eleuatione matricis decipiunt femine credentes se cōcepisse cū nō cōceperint. Similiter aliqñ mulier coit cū viro: qui aut nō emittit semē aut valde tarde post longissimā confricationē coitus emittit: ⁊ in illo coitu mulier emittit sperma ꝓpriū intra matricē ꝓpriā ⁊ nō sperma viri ⁊ claudit matrix super sperma ꝓpriū: ⁊ tūc etiā illud semen est inutile: ⁊ conuertit in vaporem vētositatis: ⁊ eleuat matricē: ⁊ facit opinionē ⁊ similitudinē cōceptus: ⁊ si postea mulier vere concipit ex alio coitu viri facit errorem in computando: alia etiā que claudunt matricem aut abscindunt menstruū faciūt aliqñ errorem: sed nō sicut ea que dicta sunt.

¶ Cap. 5m. De geminis ⁊ de his que recipiūt vnam impregnationem super aliam: ⁊ de his que hoc non faciunt.

In pho. 7. de nā aialiū capitulo. 4.

Considerandū aūt est preter omnia que dicta sunt de principijs generationis hominis ꝙ q̄dam aialia pariūt fetū vnicū. q̄dam aūt plurimos simul sicut mus ⁊ canis ⁊ leo ⁊ hmōi aialia. homo aūt ꝯuenit cū vtrisqꝫ. ¶ In omnibꝰ tamen locis habitationis humane mulieres in maiore parte pariūt fetū: sed in qbusdā paucis locis frequenter pariunt geminos ꝓpter multitudinē humoris seminalis qui nascit in corporibꝰ hominum in locis illis sicut fit in Egypto ꝓpter qḋ etiā luxuriosam necesse est esse gentem egyptiam. In hac eniꝫ terra mulieres sepe pariūt tres ⁊ sepe q̄tuor. ¶ Maior autem numerus ad quē aliquotiēs perueniūt nati est qnque. hoc enim iam visuꝫ est in multis mulieribꝰ. Ita ꝙ q̄daꝫ mulier in Egypto peperit q̄tuor vicibus. 20. filios: q̄libet vice quinque ⁊ superuixerūt plures eoꝝ: ⁊ narratū est mihi a medico ⁊ experto medico ꝙ q̄daꝫ nobilis mulier in Germania peperit. 60. filios q̄libet vice qnque ⁊ nullus eoꝝ venit ad etateꝫ dimidij anni: ⁊ nos inferius reuertemur ⁊ narrabimus mirabilia de multitudine geminoꝝ que ad nos deuenerūt. Auicen. narrat de quadam que aborsum fecit de vigintiduobꝰ figuratis: ⁊ de q̄dam que aborsum fecit de. 70. figuratis in temporibꝰ suis. ¶ Et narrauit mihi medicꝰ de quo supra fecimꝰ mentionē ꝙ ipse vocatus fuit ad curā cuiusdaꝫ mulieris nobilis que fecit aborsum de centū ⁊ qnquaginta simul ⁊ putabat se vermes emisisse de matrice: ⁊ cum aperirent tele inuenti sunt pueri figurati habentes q̄ꝫtitatem sicut est auricularis digitus hominis: ⁊ plures eoꝝ habebant motū ⁊ dilatationis ⁊ contractionis: ⁊ plura alia signa vite: ⁊ in pelui omnes iacebāt ante oculos eius: ⁊ erant oculi eoꝝ incompleti: ⁊ digiti manus quasi capillares ⁊ similiter digiti pedum. De causa aūt geminoꝝ nos postea loquemur. Qḋ auteꝫ mirabile videt est ꝙ si in alioꝝ animalium gemellis fetibus: qdam est mas ⁊ qdam femina superuiuēt ⁊ euadent a morte vsqꝫ ad completionem periodi que debet sue speciei. In hominibꝰ aūt rarissime euadūt gemelli qui sunt diuersi sexus aliquotiens tamen superuiuunt: ⁊ huius cā est delicatio complexionis humane ⁊ teneritudo materie que distemperationē diuersarū q̄litatū distinctionem sexus facientium sustinere in vigore vix potest nisi in mulieribus valde paucis ⁊ fortibus. Adhuc aūt nulla omnino femina alioꝝ animalium ab hoīe recipit aut sustinet coitū post impregnationē. ¶ Mulier aūt post impregnationem non solū sustinet coitum: sed etiam desiderat tunc coire plus ⁊ sepius q̄ꝫ fecerat quando non fuit impregnata: precipue si est impregnata de femina. Sperma enim in impregnatis infundit se neruis ⁊ scalpendo excitat delectationem: ⁊ tūc querūt confricationem coitus mulieres: ⁊ tempore impregnationis plus delectantur in coitu q̄ꝫ alio tempore propter humoris ad inguina attractionem. Alia autē animalia non abundant ita humore: et hoc qḋ est totum trahit ad conceptū: ⁊ remanet corpus destitutū: ⁊ ideo precidit ab eis coitus desideriū. Equa etiaꝫ sola excipit ex alijs animalibꝰ que etiam sustinet aliquādo coitum post impregnationem precipue quando abūdat cibo ⁊ humore subtili multo seminario. Alie aūt omnes note nobis femine animaliū postq̄ꝫ recipiūt semen impregnationis fugiunt subito ⁊ non supponūt se amplius masculis ad coituꝫ. Fugiunt aūt precipue illa que carent proprietate recipiendi per plures impregnationes successiue: quarum vna fit per coitum anteriorem ⁊ alia per coitū posteriorem.

Propter qd rarissime in spē hūana gemelli diuersi sexus euadūt a morte.

Equa tamen lꝫ sustineat coitū post impregnationem nō de facili recipit vnam impregnationem super aliaꝫ: sed effluit semen secūdi coitus. ⁊ huius signū est ꝙ equa raro proijcit plus q̄ꝫ vnū fetū. ¶ Mulieribus aūt accidit aliqñ impregnari vna impregnatione post aliā: ⁊ retinēt aliqñ īpregnationeꝫ vtrāqꝫ. Nisi secūda impregnatio sit spatio magno tēporis post primā. tūc enim secūda inducit dolores mulieri: ⁊ qꝛ nō fuit completa adhuc anteq̄ꝫ ad partū veniret prima īpregnatio descendit fetus primo conceptus ⁊ deprauat impregnationem secūdam: ita ꝙ formari non poterit: ⁊ aliqñ cū corruptione secūde impregnationis: damnat ⁊ corrumpit etiam prima. Aliqñ aūt qñ secūda impregnatio ⁊ conceptio seminis est valde parū ante partū: ita ꝙ iam descendit partus primus saluat partus primus: ⁊ spermata secunde impregnationis īueniunt iam nato esse circunfusa sicut viscositas q̄daꝫ linita super ipm corpus ipsius: qñ vo vna impregnatio cito sequit aliam: concipiunt ambo semina sicut accidit mulieri que primo peperit vnum filium qui similis erat marito: ⁊ post aliquot paucos tamē dies peperit scḋꝫ qui similis erat amasio: ⁊ aliquando nascunt duo successiue interiectis paucis diebꝰ aut septimanis: aut mense vno: qꝛ q̄dam mulieres fortissimas habent matrices: ⁊ retinent semen prius conceptū quāuis aperta sint adhuc orificia earū forte vsqꝫ ad duas menstruationes que fiunt in vno eodem mense: alia quidem in principio: ⁊ alia in fine mensis eiusdem. Iam etiam dicit Aristo. aborcisse quandam mulierem duodecim filios quoꝝ impregnatio fuit successiua. non enim tātū numerū conceptuū nutrire potuit aut portare tātū pondus: ⁊ ideo descendens matrix aperuit portam ⁊ emisit conceptus omnes. Mulieres autē que impregnātur duabus aut pluribꝰ impregnationibꝰ: ita ꝙ pauci dies sunt interiecti inter primam ⁊ alias impregnationes saluāt conceptus suos in matrice eadem virtute qua saluātur gemini. Fertur autem ꝙ hoc accidit ei que dicebatur akichbeleos vxori eius qui vocabatur abrakyleos. Hoc enim erat multis manifestum: ⁊ fertur ꝙ quedam mulier adulterata est ⁊ impregnabatur post viri sui impregnationem: ⁊ peperit successiue duos filios: quorum vnus similis erat coniugi: ⁊ alter adultero sicut diximus pauloante supius. ¶ Accidit etiam aliquando tempore Aristo. cuidam mulieri ꝙ ex vno concubitu impregnata fuit duobus gemellis: ⁊ postea diu fuit impregnata de tertio: ⁊ primo partu peperit gemellos saluatos: ⁊ postea quinto mense peperit tertium viuuꝫ: sed subito mortuus fuit: eo ꝙ fratres sui gemini ante eum confortati fuerunt nutrimentum: ita ꝙ ad ipsum nutriendum non sufficienter deriuabatur: ⁊ ideo moriebatur cito. Aliquando etiam dicit Aristo. accidisse ꝙ quedam mulier filiū peperit septimo mense ab impregnatione sua quo saluato nono mense completo cum complebatur tempus totius impregnationis peperit duos geminos: quoruꝫ vnus vixit ⁊ alter mortuus fuit: ⁊ qui vixit augebatur ⁊ cōualuit qḋ non potuit esse nisi ea de causa: qꝛ impregnata fuit de geminis post impregnationis tempus quo concepit illū vnuꝫ quem septimo mense peperit. ¶ Amplius autem sepius accidit ꝙ quedam mulieres simul abortiunt ⁊ concipiunt: ita ꝙ in vno concubitu vnus exit per aborsuꝫ ⁊ alter intrat per conceptum: ⁊ hoc frequenter accidit in his que multuꝫ delectantur in coitu: qꝛ dum matrix earum mouetur ex desiderio excutit a radicibus ⁊ cotilidonibus conceptū: ⁊ dum multum concupiscit aperitur autem semen effusum in coitu: ⁊ tunc euomit excussum cōceptum quem excussit per motum ⁊ suggit effusum semen ad iteratum conceptum. Sepe etiam contingit ꝙ quando vir coit cum muliere pregnāte post octauum mensem completum quando iam pondere fetus matrix incipit aperiri. postea tamen pariet mulier profert fetum quasi indutum viscositate ex semine fuso per coitum: ⁊ huius causam iam in prehabitis huius capituli assignauimus. ¶ Contingit etiā aliquando ꝙ mulier pregnans effundit partum sordidum indutum superfluitatibus quorūdam ciborum que desiderantur comedit: eo ꝙ matrix indigens nutrimento fetus quando vacua est aliquando calefacta multum attrahit: ⁊ tunc trahit succū cibi indigestum sicut faciunt renes qñ sunt fortiter calefacti: ⁊ tunc ille succus: qꝛ cibare infantem non potest: adheret ei

Propter qd mulier qñqꝫ effundit ptuꝫ sordidū ⁊ superfluitatibus ciboꝝ īfectuꝫ.

vt sordicies extrinsecus adherēs: quedā etiā qñ īpregnan-tur vtunt̄ multo sale ⁊ acutis calidis propter acumen chole re que dominat̄ in ipsis: ⁊ ꝓpter acumen nutrimēti qđ exin de procreat̄ genuerūt filios sine vnguibus: qm̄ nutrimentū salsum sua caliditate ꝯsumpsit fumos terrestres: ⁊ suo acu mie expellabat̄ ad extremitates ⁊ corrosit radices vnguiū. Simil̄r aūt in lacte qđ est ante septē menses. nullū omnino est iuuamentū vel vtilitas: qm̄ est tenue sanguinolentū: cū ad partū perueniūt: tūc lac melioratur: ⁊ lac qdem primū est salsum ⁊ saniosuz propter humores saniosos quos inuenit in vijs venarū ⁊ hos ante se propellit ad exeundū: ⁊ sic etiā accidit in ouibus ⁊ vaccis ⁊ alijs animalibꝰ: quedam etiaz mulieres postq̄ impregnant̄ multū abhorrent vinū ⁊ debi litant̄ ex potu ipsiꝰ: eo ꝙ ipm̄ impedit neruos ⁊ caput: ⁊ ma las materias eleuat in origines neruoꝝ pueri ⁊ matris. Ex omnibꝰ enim preinductis patet ꝙ principiuz generationis que est potentia generandi est in mare: tūc qñ primū potest proijcere sperma ⁊ pricipiū generationis est in femina: hoc est qñ habet potentiam concipiendi qñ primū emittit men struū. Sed tamen in isto tempore nō statim pariūt nisi mo-dicū: ⁊ quos generant sunt debiles non cōplentes periodū humane vite. Jam enim superius diximꝰ que etates sunt conuenientes tam in mare q̄ in femina ad perfectū princi-pium generationis.

¶ Cap. 6m. De varietate potentie generādi ꝛm etates ⁊ cō iunctiones ⁊ alias dispositiones coeuntiū.

Septimo de nā aialiū capi tulo. 5. ⁊. 6.

Menstruū aūt cessat in pluribus mulieribꝰ. q. post. 45. annos: ⁊ in qbusdam vsq̄ ad. 50. an-nos ⁊ tūc desinūt fieri muliebria: ⁊ cessat potē tia generandi. Jn viris aūt luribꝰ efficax est semen vsq̄ ad. 60. annos: ⁊ in qbusdā paucis vsq̄ ad. 70. ⁊ tūc desinit in viris potētia gene randi: visi sunt enim qdam viri genuisse in. 70. anno. ¶ Cō tingit etiā aliqñ ꝙ vir aliqs ⁊ mulier aliq̄ nō generant insi-mul: ⁊ qñ diuidunt̄ abinuicē mulier generat ex alio viro: et vir generat per aliā mulierē: ⁊ hoc ꝯtingit ex multis causis. quarū vna est: q͛ semina eoꝝ nō sunt ꝓportionata: sed forte vnū corrūpit reliquū. Aut ꝯtigit hoc: q͛ mēbra generatio-nis nō habēt ꝓportionata: ⁊ nō suscipit̄ semē in loco vnde attrahi pōt. aut ꝯtingit etiā q͛ vir ⁊ mulier semper ineq̄li-ter emittūt: sicut si vir velocis semper est emissionis: ⁊ mu-lier semper tarde aut econuerso: ⁊ plures tales possunt esse cause: propter qđ lex romana fuit quā sūmus confirmauit Juppiter: ꝙ vxor nō fecūdata ab vno viro nuberet alteri: ⁊ hac licentia Martia ad tp̄s sepata fuit a Catone ⁊ nupsit alteri: sed cū nec ab illo susciperet cōceptū redijt ad Cato-nem. ¶ Amplius aūt sepissime accidit a coitu quorūdaz vi roꝝ quoꝝ sperma est calidū ⁊ spissum plurimos nasci filios ⁊ nullas aut paucissimas filias ex aliqbus mulieribus: ⁊ ex coitu quorūdam generant̄ ex aliqbꝰ mulieribꝰ plurime fe-mine absq̄ filijs quoꝝ sperma oppositas habet q̄litates: ⁊ quādo separant̄ ab illis mulieribꝰ aut non generant eūdez sexū quem genuerūt prius: ⁊ huius cā est in ꝓmptu. Adhuc aūt aliqs vir ex aliq̄ muliere generat in vna etate aliquem sexū: ⁊ in alia etate aliū: sicut in iuuentute forte filios: ⁊ in se nectute filias aut econuerso: propter diuersas spermatis ex etate mutationes que note sunt ex predictis. Adhuc qdam homines non generant in iuuentute: ⁊ postea incipiūt gene rare: ⁊ qdam faciūt econuerso: ⁊ primi qdem sunt calidi et sicci: que q̄litates cū temperate fuerint beneficio etatis tem perabit̄ sperma ⁊ accipit virtutem generandi. Alij aūt op-posito modo sunt dispositi. ¶ Amplius aūt q̄daz mulieres raro ⁊ difficulter recipiūt semen: ⁊ cū recipiūt cito reijciūt: ⁊ q̄dam impregnant̄ de facili: ⁊ retinent semen conceptum. ⁊ huius accidentis sunt plurime cause. aut debilis est matrix aut forte multū mouet̄ matrix in delectatione coitꝰ: aut for te infusa humore corrupto aut alia est hm̄ōi causa. ¶ Ad-huc aūt aliq coniuncti non generant nisi mares ⁊ aliqui nō generant nisi feminas: sicut comici cantant de viro qui vo-cabat̄ Diabrakaleos qui ex pluribus vxoribus sibi coniun ctis genuit. 70. filios: inter quos non fuit nisi vna sola filia. Accidit etiaz pluribus viris hoc habere primo in iuuentu te magnam potestatem generandi: ⁊ postea omnino defice re ⁊ non generare ⁊ interiecto aliquāto tempore reuertunt̄: ⁊ hoc non fit nisi per interpositionem alicuiꝰ infirmitatis: aut exiccantis aut corrūpentis humidū seminale: aut forte intendentis aut remittentis caloreʒ nālē. ¶ Adhuc aūt fre quentissime accidit ꝙ occasiones parētū resultant in natis aut eque fortes: aut forte fortiores sicut podagricus gene-rat podagricū ⁊ leprosus leprosuz: aut aliqñ cancrosus aut melancholicus de melancholia corrupta generat leprosuz. vniuersaliter enim loquendo res innaturales parentū cō-municant̄ aliqñ toti generationi per generationē succeden tem sibi. Macule enim parentū non tm̄ in filijs: sed etiam in filioꝝ filijs: ⁊ pronepotibꝰ per totam successioneʒ. Aliqñ aūt hoc nō fit ita: qm̄ fert̄ de quodaz habente maculā mor-fee nigre in bracchio cuius filius caruit macula eadē: pro-pter qđ etiam pater pūtauit illū non esse filiū suū ⁊ fuit dece ptus. Talis enim successus macularū in totam posteritateʒ non nisi raro accidit quādo videlicet semen habentis ma-culam semper vincit super semen mulieris: ⁊ super sangui-nem menstruū: ⁊ format ad totā similitudinē primi generā tis. Adhuc aūt sunt nati in eadem quātitate cū patre qñ cō-plent̄: ⁊ aliqñ sunt in diuersa propter multas varietates se-minis: ⁊ propter multos modos vteri magni in magnitu-dine aut paruitate vteri consideratos. ¶ Jn talibꝰ enī simi litudinibꝰ aut dissimilitudinibꝰ nihil manifestū sensui: aut certū ꝛm rationem tradi potest: nisi ꝙ vt in pluribꝰ nati si-milant̄ parētibꝰ aut auis aut proauis eoꝝ: sicut fert̄ de mu liere alba que ex nigro mauro suscepit filiam albam: sed fi-lia illa postea ex albo genuit filiam nigrā sicut fuerat pater eius. Hoc autē cōmuniter dici pōt ꝙ femie nate in maiori parte assimilant̄ matribꝰ ⁊ masculi in maiori pte patribꝰ: tamen frequenter accidit cōtrariuz: eo ꝙ forte sperma viri suis q̄litatibꝰ nō vincit semen mulieris nisi in solo loco ⁊ cā sexus ⁊ in omnibꝰ aut in pluribꝰ alijs membris vincūt q̄li-tates spermatis mulieris: ⁊ tūc erit filiꝰ similis matri: ⁊ qñ-q̄ accidit per oppositū modū ꝙ filia similis erit patri. Mul totiens etiā accidit ꝙ nati assimilant̄ ⁊ patri ⁊ matri in par tibus diuersis sui corporis. Similiter etiā accidit aliqñ na sci geminos dissimiles: eo ꝙ in vno vincūt q̄litates vnius parentis: ⁊ in alio alterius. Jn maiori tamē parte gemini: qm̄ sunt ex vno concubitu similes sunt. visi enim sunt a no-bis in Germania duo gemini fratres: ita similes ꝙ nullus nostrū vnū recognoscere potuit ab altero: sꝫ quēcūq̄ ipsoꝝ vidimus confusi fuimus in nomine: eo ꝙ nesciremus vter esset duoꝝ: ⁊ loquebant̄ similiter ⁊ cantabant q̄si voce vna: ⁊ se tātū diligebāt ꝙ vnus sine alio diu esse nō potuit. Hec aūt similitudo non tm̄ accidit in geminis qui sūt ex sperma te vno ⁊ vnius concubitus: sed aliqñ inuenit̄ in fratribꝰ nō geminis sicut refert Aristo. de muliere q̄dā que ꝓtulit filiū ⁊ ex concubitu eiusdem viri protulit scđm in omnibꝰ similē priori: ⁊ huius cā est vna habitudo in victu parentuz ⁊ mō viuendi ⁊ accidentibꝰ anime: q͛ illa multū variant corpus. ¶ Adhuc aūt q̄dā mulieres filias semper proferūt in simi-litudinem suam: ⁊ filios semper in similitudinem patris: ⁊ hoc accidens dicit̄ de q̄dam equa que erat in ciuitate Asie farceolon vocata que est regionis alidin. sic enim vocabat̄ antiquitꝰ: ⁊ huius causa est ꝙ sperma matris vincit in fi-lia: ⁊ sperma patris in filio.

¶ Cap. 7m. De modo exitus spermatis in matricē ⁊ de cō positionis embrionum animaliū in matrice matrū suarū: ⁊ de factura vmbilici.

Septimo de nā aialiū capi tulo. 7. ⁊. 8.

Est aūt preter omnia dicta aduertēdū: ꝙ etiā differentia magna est animaliū ab homine: ⁊ hominū inter se in emissione spermatis ⁊ dis-positione embrionis in matrice. Jn multis. n. hominibus ⁊ alijs animalibꝰ exitū spermatis precedit quedā vētositas exiens que resoluit̄ ex ipso semine. ⁊ signū huiꝰ est ꝙ eijcit̄ ventositas cōtinue. Sperma aūt vomitādo eijcit̄ sicut habeat qđdā ꝯtrariū re tinēs partes eius: opꝫ tamē nō ignorare ꝙ cū omni sperma tis electione est interclusa vētositas. ⁊ iđ electio eius fit per vices: q͛ vētositas primo eijcit partē vnā ⁊ postea aliā: ⁊ est quasi vomitus impulsus ex vi eius qđ vomit̄ ⁊ ꝛm numeꝝ illaꝝ vomitationū est nūerus delectationū in coitu. ¶ Ad-huc aūt considerandū est ꝙ quādo sperma durauit in ma-trice tēpore lōgo ⁊ impregnat tunc continet ipꝫ tela quedā.

sperma enim cadens in matricem anteq̄ȝ figureẜ simile est
humiditati oui in tela contente ⁊ contexte ex filis: ⁊ cum te
la exterior aufertur apparet filosum. Ac si fit plenum venis
q̄busdā. Oia aīalia siue sint volatilia siue gressibilia ouan-
tia per illū modū existēte generanẜ: sed aīalia que ex vtero
generant aīalia sibi similia habent vmbilicū adherentē ma
trici sicut declarabimus inferius: ⁊ per illū suggūt a matri-
ce. Quedā etiā eoꝝ que ouant: ⁊ postea generāt ex vtero ha
bent etiā vmbilicū ꝓpe corticem ouoꝝ per quē postea sug
gūt a matrice: q̄si in vteris maternis de testa egrediuntur.
quedaȝ aūt habent vtroq̄ȝ istoꝝ modoꝝ vmbilicū sicut ha-
bent quedam genera pisciū que intus ouant ⁊ extra pariūt.
¶ Adhuc aūt animaliū eoꝝ que formanẜ in matrice: q̄daȝ
sunt in tela quadam ⁊ quedam in secundina: ⁊ voco telam
simplicē pellem. Secūdina aūt est que per venas ⁊ arterias
cōtinuaẜ ex matrice ad vmbilicū ⁊ fert per vmbilicum em
brioni spirituȝ ⁊ nutrimentū ex corpore matris: propter q̄d
etiā secūdina vocaẜ: q: est q̄si secunda pellis embrionis ad
quā producīẜ cōtextio neruoꝝ ⁊ venarū embrionis. animal
enim primo fit in secūdina: ⁊ extra secūdinā etiam continet
ip̄m tela ⁊ plures partes illius tele continuantur: ⁊ adhe-
rent matrici per cotilidones. residuuȝ aūt q̄d inuoluit em-
brionē est separatū a matrice. Inter telā aūt ⁊ secundinam
est humiditas aquosa que resudat ex fetu ⁊ ex redūdantia
vrine ipsius sicut inferius declarabimus: ⁊ hanc humidita
tem obstetrices vocant grece stalsaron. Omne aūt animal
habens vmbilicuȝ cibaẜ per ip̄m: ⁊ si matrix habuit cotili-
dones venarū ⁊ arteriarū erit vmbilicus adherens illis si-
cut sit continus cū ipsis. Si aūt lenis est matrix plane supfi-
ciei intrinsecus: tūc vmbilicus continuabiẜ superficiei ma-
tricis ⁊ sugget ex ip̄a. ¶ Adhuc aūt omne animal q̄drupes
poniẜ extensum in matrice propter matricis longitudineȝ.
animal aūt carens pedibꝰ iacet in matrice super latus suū:
sicut est videre in delphino ⁊ ceto ⁊ alijs piscibus ex vtero
animalia sibi similia generātibus. Animal aūt bipes stat in
matrice incuruatū: sicut aues stant in ouo ⁊ homo in matri
ce. hec enim incurnata stant in matrice: ita ꝙ nasus homi-
nis est inter genua sua: ⁊ oculi eoꝝ super genua sua: ⁊ aures
extra genua sua. hoc tamen melius distinguemus in sequē
tibus istius libri. Adhuc aūt oīa animalia siue quadrupe-
dia siue bipedia: siue pedibus carentia. primo ante comple
tam q̄ntitatem tenent capita sua superius in matrice: ⁊ cuȝ
completa fuerint ⁊ instat tempus partus tūc vertūt per se-
ipsa capita inferius ad exitum se preparantia: eo ꝙ partus
nālis est hoc modo: ꝙ caput primo exeat de vulua. ¶ Am-
plius aūt innatis quorūdam q̄drupedū: postq̄ȝ cōpleti sunt
ad exitū ex vtero inueniunẜ superfluitates stercorū: ⁊ aliq̄n
inueniunẜ ille superfluitates in intestino secūdo q̄d vocant
monoculū: ⁊ aliq̄n inueniunẜ in vltimo intestino q̄d lōgao-
nem superius in anathomia appellauimus. Et cā huiꝰ est
impuritas menstrui sanguinis queȝ suggūt ex matrice qui
cātur ex crudo ⁊ terrestri malo nutrimento animaliū istoꝝ:
nec diu stat in talibꝰ fetibus talis superfluitas sed parū: et
est nigra sicut corruptus sanguis quādo eijciẜ ex ipsis: ⁊ hec
superfluitas non inueniẜ in bipedibus. Similiter aūt sup-
fluitas humida que est vrina aliq̄n inueniẜ in vesica fetus:
⁊ aliq̄n habet receptaculū ꝓpriū in matrice in quo recipiẜ
sicut in homine ⁊ fetus qui habent ipsam in vesica ꝓpria
parū habēt ⁊ nō diu tenent anteq̄ȝ nascanẜ: sed in alijs diu
teneẜ in tela q̄dam cuius dispositionem nos in sequentibꝰ
istius libri declarabimus. ¶ Amplius in matricibꝰ in q̄bꝰ
per cotilidones suggit embrio: q̄ꝫto magis crescit partꝰ tā-
to trahunẜ ⁊ diminuunẜ cotilidones: eo ꝙ totꝰ humor sug-
giẜ ad corpus fetus: per eūdem modū quo arescunt cotili-
dones fructuū auctis ⁊ maturatis fructibꝰ ⁊ in fine abrum-
puntur a matrice sicut fructuuȝ cotilidones abrumpuntur
a poro arboris: ⁊ tunc cadit fetus sicut cadit fructus. Fa-
ctura autē vmbilici est sicut fit inuolutio tele alicuius circa
venas que veniunt ex gibbo epatis fetus ad secundinaȝ: ⁊
per eam adherent matrici ⁊ suggūt ex ipsa q̄d redundat ad
gibbū epatis infantis. In pluribꝰ aūt embrionū animaliū
generantiū sibi similia inueniunẜ quatuor vene sicut in vac
cis porcis ceruis ⁊ huiusmodi animalibꝰ magnis. In par-
uis autem animalibus sicut in lepore ⁊ glire inueniunẜ due

vene in vmbilico. In minimis vō sicut in auibus inueniẜ
vnica. Iste aūt vene que suggūt nutrimentū extendunẜ in
corporibꝰ embrionū ad omnem partem ferentes nutrimen
tum: ⁊ quedam earū transeūt inferius per epatis symmaȝ
iuxta venam que porta epatis appellaẜ: ⁊ quedam vadunt
ad venam magnam que est inter epar ⁊ cor. quedam auteȝ
sparguntẜ iuxta venam quā abhar arabes vocāt. Diuidiẜ
aūt ibi vena abhac vocata in duo: ⁊ q̄dlibet illius paris cō
tinet ⁊ inuoluit vnuȝ par tele q̄d est ibi iuxta radicem ven-
tris ⁊ factura vmbilici est super istas quasi coopertoriuȝ sit
ipsarū: ⁊ quādo embrio compleẜ cadūt iste vene a matrice:
⁊ quādo magis vigorem accipit embrio descendit ad loca
profunda matricis inferius ⁊ ibi incipit ostendere motus
suos: ⁊ cōuertunt se tūc partus siue embriones ad loca que
sunt circa inguina ⁊ gestiunt ad exitum.

¶ Cap. 8[m]. De partu ⁊ exitu embrionis ⁊ de accidentibus pariter in partu animalium ⁊ de emendatione post partū: ⁊ de lactatione pueri.

Septimo de nā aialiū capitulo. 9.

A Pud partū aūt augmentanẜ dolores in plu-
ribus. plures enim habēt dolorem tūc in vna
coxarū: eo ꝙ fetus in illa matricis parte iacet
⁊ cōprimit os coxe: aut musculos aut neruos.
quecūq̄ȝ aūt dolores sentiūt inferius circa vē
trem acutos citius pariunt. habentes aūt do
lorem in pariete qui est supra matriceȝ ⁊ ancharon siue dia
phragma vocaẜ nō cito pariunt. ¶ Adhuc aūt si fetus fue-
rit mas prius ante exitū pueri descendit humor violentus
citrinus. Si aūt fuerit femina descendit humiditas aquea
sanguinea. In quibusdam autem aliquando forte non cō-
tingūt ista que diximus neq̄ȝ eueniūt dolores magni in tē-
pore partus alijs feminis animaliū preter mulierem. Ma
nifestū enim est ꝙ partus talia animalia nō valde grauat:
sȝ mulieribꝰ ꝓprie accidit dolor fortis: ⁊ p̄cipue mulieribꝰ
que nō habent costas amplas ⁊ magnas: eo ꝙ ille propter
plenitudinem arti vteri nō bene possunt tenere anhelitus
ne respirent q̄d maxime confert ad enitendum ⁊ exprimen
dum partum ex vtero. Has eniȝ partus multuȝ grauat: eo
ꝙ intra pariendum anhelant propter grauitatem ⁊ angu-
stiam spiritus quā patiunẜ: ⁊ tūc in respiratione illa quādo
afferunt ⁊ emittunt spiritū matrix sursum attrahiẜ: ⁊ impe
dit exitū partus. ¶ Est aūt signū ꝙ partus d̄scēdit iferius:
q: precedit eū humiditas sicut diximus superius: ⁊ tunc fin
dunẜ tele: ⁊ post hoc exit embrio. transponit aūt se in matri
ce: q̄si in matrice hȝ vultū ⁊ pectus versus dorsum matris
sue: ⁊ tūc transponit se incuruādo caput inferius: ita ꝙ in-
trinsecus suū hoc q̄d erat versus intrinsecū matricis efficiẜ
extrinsecū ⁊ ecōuerso: q: vultus eius erit de vulua conuer-
sus ad superius vulue versus ventrē matris: ⁊ dorsum eiꝰ
conuersum est ad inferius vulue matris sue: ⁊ tūc his com
pletis vodare primo ⁊ postea debet abscidere vmbilicum
obstetrix. Hec aūt scientia obstetricādi idiget magno exer
citio: eo ꝙ de facili in partu periclitanẜ ⁊ mater ⁊ partꝰ: nisi
vterq̄ȝ valde caueaẜ. Obstetrix aūt prudēs ⁊ exercitata pōt

Septimo de nā aialiū capitulo. 10.

alleuiare ⁊ adiuuare in partus alleuiatione. opȝ aūt ipsam
non solū esse instructā in adiutorio parientis: sed in omni-
bus alijs que consueuere accidere in partu ⁊ circūstare par
tus ⁊ precipue in ligatione vmbilici ⁊ vt cadat secūdina taȝ
ex vtero matris q̄ȝ ex vmbilico: ⁊ filo laneo debȝ ligare vm
bilicū liceo q̄d vocaẜ affaron propter tale vmbilici colliga-
tioneȝ que sic vocaẜ. Abscisio aūt vmbilici debet esse primo
superius satis supra ventrem forte ad triū digitoꝝ q̄ntitatē
⁊ in abscisione vna partiū vmbilici que est inferior cadit cū
secūdina: ⁊ altera consolidaẜ ⁊ arescit: donec decidit in loco
ligationis licij a ventre infantis. Si vō filū dissoluaẜ ante
consolidationem vmbilici exibit sanguis de epate ⁊ corde
infantis: ⁊ tūc morieẜ ifans. ¶ In exitu aūt nāli caput em-
brionis declinat ad interius ⁊ manus embrionis huma-
ni ſm exitū nālem sunt extēse super coxas: ⁊ quādo embrio
iam partus est subito vadit manibus ad os suū eleuando
manus: ⁊ q̄dam etiam embrionū post partū egerunt: ⁊ fere
omnes egerūt post modicū tempꝰ: ita ꝙ in prima die partꝰ
exit ab eis stercus nigrū: ⁊ illa superfluitas exiens est mul-
ta respectu embrionis: ⁊ quidam grecoꝝ vocant superflui-
tatem illam michameon: ⁊ color eius est similis colori san-
guineo

guineo aut magis niger sicut diximus: hoc est fere sicut color picis. Deinde postq̄ lactauerit habebit colorem lacteū stercus ipsius. Infans autem non habet vocem aliquaʒ anͭ partum quantūcūq̄ grauis sit partus nisi valde raro: quidam auditi sunt modico tempore flentes intra viscera matris: ⁊ dicitur esse signum infortunij futuri. Sepe enim est ita grauis partus ꝙ caput est extra ⁊ totum residuū intra: ⁊ tamen tunc nō auditur: quādo autem embrio exit super pedes: hoc est ꝙ pedes eius versi sunt inferius ⁊ extra ⁊ caput superius ⁊ ad anterius vteri materni: tūc valde aggrauat partum: ⁊ tūc vix restringitur ⁊ abscinditur fluxus sanguinis qui multū debilitat matreʒ. ¶ Adhuc aūt mulieres que nō mūdantur a fluxu sanguinis per partū vsq̄ ad. 40. dies humide sunt valde: ⁊ ideo multam seminis habēt materiam: ꝓpter qđ etiam citius impregnantur. Similiter autem a partu vsq̄ ad. 40. dies vix accidit flere cum emissiōe lachrymarum aut vere ridere paruulū vigilando: sed forte nocte quādo dormiunt faciunt vtrūq̄ istorū: plures eniʒ paruuli in somnis sentiūt motum phantasmatum: ⁊ ꝓpter humorem ⁊ magnitudinem capitis multū ⁊ longo tempore dormiunt: ⁊ quando maiores efficiuntur ⁊ creuerint: tūc magis vigilant ꝓpter capitis aliquaʒ exiccationē. somniāt autem tūc infantes: ⁊ hoc cognoscit̄ ex motib⁹ corporuʒ eorum in finibus dierum illorum post quos oculos incipiunt tenere apertos. ¶ Amplius autem post partuʒ omnia ossa in figura ⁊ cōnexione sunt perfecta in omnib⁹ animalibus. Non eniʒ est in hoc diuersitas aliqua hominis ad alia animalia: q̄uis caput puerorum hominis sit molle ⁊ nō durescat vsq̄ in quoddā tempus: quedam etiam animalia pariūtur cum dentibus ⁊ quedam sine dentib⁹. Dentes eniʒ puerorum hominis incipiunt oriri quasi septimo mēse post partum: oriūtur autem vt in pluribus primo dentes qui q̄druplici vocātur. In quibusdam tamē primo oriūtur dupli superiores: ⁊ in quibusdam paucis primo nascuntur dupli inferiores: ⁊ quando lac qđ lactant est calidum citius oriūtur dentes in ipsis. ¶ Multiplicatur autē lac mulierū post partum ⁊ mūdificationem fluxus sanguinis: qa tūc redundat ad mamillas: abūdant autem quedam mulieres tātuʒ in lacte: ꝙ forte non habēt ipsuʒ solūmodo in conis mamillarum. Sed etiam emittūt iuxta conos in alijs partib⁹ mamillarum: ⁊ forte habēt ipsum aliquādo in subascellarib⁹: ⁊ quādo lac nō bene exigit̄ aliquādo in mamilla coagulat̄ ⁊ durescit quādo caro mamille est mollis subā ⁊ laxa ⁊ spongiosa: ⁊ si forte in mamillā perueniat aliquis pilus: tūc accidit infirmitas mamille ⁊ apostematio: nec qescet infirmitas nisi exp̄mat̄ pilus cū lacte: aut quousq̄ putrefiat ⁊ exeat cum sanie. ¶ Adhuc autem cum lac exit abūdāter non multum inuenitur mēstruum: eo ꝙ in lac conuertitur. quedam tamē lactantes mēstruant: sed sanguis est valde humidus ⁊ aquosus: ⁊ tūc exit a pluribus locis venarum matricis sicut accidit in emissione sanguinis qui fluit in hemorroidis ⁊ repurgatio taliū mulierum est tarda ⁊ turpis: qm̄ sanguis eius aquosus est sicut sit saniosus ⁊ diu fluit. Hic autē sanguis mēstruus in qbusdā mulierib⁹ aliquando forte vadit a dorso ad anchas anteq̄ perueniat ad matriceʒ: ⁊ grauat tunc membra illa. ¶ Unū aūt qđ pluries accidit pueris recenter natis ꝓpter plenitudinem eoruʒ est spasmus: ꝓpter qđ maxime accidit his qui bene cibantur ⁊ lactātur sepe lacte grosso: sicut est vaccinum: ⁊ quando nutrices fuerint fertiles ⁊ bene plene lacte corporis. In spasmo enim nocet multitudo lactis. Nutricib⁹ aūt que lactant pueros est obseruāda dieta: quoniā vinū nigrum bibitum a nutrice plus nocet q̄ album: similiter autē nocet albuʒ vinū si nō est aquosum: ⁊ similiter cibi inflatiui ⁊ constipatiui nocent lactanti. Cauendū eniʒ valde est pueris: qa plures pueri in spasmo moriūtur ante septimum diem ab inceptiōe infirmitatis: ⁊ si transierint diem septimū euadūt in maiori parte: qa tunc diminuitur humor superfluus in eis. In hac aūt infirmitate puero nocumentū aggrauat̄ in augmento lune: qa tunc crescūt ⁊ ebulliunt humiditates in corporibus inferiorum. Spasmus aūt qui pueris accidit valde periculosus est qn̄ incipit a parte dorsi: ⁊ sic prolongatur. Hec igitur sunt que a veteribus Peripatheticis accepimus de principijs ⁊ accidentibus generationis hominum ⁊ aliorum animaliuʒ.

Septimo de nā aialiū. c. ii.

Septio de nā aialiū cap. 12.

Nos autem redibimus ⁊ ponemus contradictiones quorūdā contra ea que dicta sunt: ⁊ inuestigabimus alias aliorꝝ opiniones: ⁊ postea conferemus istas opiniones vt videamus que sit verior inter eas vt illā accipiam⁹ ⁊ dimittam⁹ residuas. Sic eni facilior ⁊ lucidior ⁊ pfectior erit doctrina.

¶ Tractatus Secūdus Noni Libri de animalibus qui totus est de disputatione Galeni ⁊ Aristo. de principijs generationis hominis.

¶ Cap. p̄m. Et est digressio determinans verbis ⁊ rationibus Gal. circa preceptū ⁊ p̄ncipia generatiōis hominis.

Accipimus igit̄ q̄cūq̄ de ista mā dixisse videntur Hippocrates ⁊ Galenus: ⁊ cōferamus cum his que dixit Aristo. ⁊ videamus quid sit verius ex eis. ¶ Dixit autem Gal. ꝙ quicunq̄ dixit ꝙ sperma non moratur in matrice sed exit ex ipsa: non bene dixit: eo ꝙ appetitus matricis nō est ad sperma reijciendum ꝑm naturam: sed potius ad retinēdū ip̄m. Et huic consentit Hippocrates qui retulit de muliere que ex coitu impregnari nolebat: ⁊ videns matricē recepisse sperma dedit saltus magnos vt efflueret: qđ ⁊ fecisset nisi matrix fortissima fuisset in retinēdo ip̄m: ex quo patet ꝙ matrix desiderat retinere sperma. Eadeʒ aūt mulier postea emittēs partū circa partū ipsum: vt dicit Gal. emisit quasi telā ꝓpter digestionē spermatis factaʒ in matrice. De rōne eni calidi digerentis ⁊ decoquētis est ꝙ in humido viscoso decoquit: faciat p̄mo venire corticem terrestreʒ durum sicut cōtingit in pane quādo decoquit̄ in clibano in pinguedine aliq̄: aut quādo in pinguedine frigit̄ in patella: qđ enim in tali decoctione est ꝓpe furnū aut patellā vertitur in corticē: ⁊ qđ est remotus ab illo erit mollius ⁊ humidius. Dicit etiā Gal. qđ ꝓpter hoc matrices sūt aspere facte interius vt nō veniat lene sperma super lenē superficieʒ matricis: qa tūc vnuʒ nō retineretur ab alio: sed asperitas mr̄icis iō est vt sit retētiua spermatis. ¶ Dicit insup Gal. ꝙ si sperma eēt tm̄ fluidū album subtile non possent ex ipso creari nerui ⁊ ossa ⁊ vene. Opʒ igit̄ ꝙ sit viscosum non multum fluidū sed subtile: ꝓpter magnam sanguinis subtilitatem ex quo factū est. ¶ Si aūt aliqs vt inqt Gal. diceret ꝙ sanguis mēstruus alteraret̄ alteratione recta ⁊ verteret̄: et hec mēbra que diximus fieri ex spermate: tūc non esset sperma necessariū viri ⁊ mulieris qđ est incōueniens: ex sanguine enim fieri nō possunt cū sanguis sit fluidus nō viscosus: sed subtilis ⁊ nō retētibilis in matricē. Ex spermate igitur fiūt qui est cōicans venis ⁊ neruis ⁊ ossib⁹ per modū predictū: ⁊ hanc cōicationē nō hʒ sanguis cū membris radicalibus ꝑm mām. Sperma eniʒ est mā per oīa habilis recipere porositatē amplā in vijs corporis vt ista cōueniētia f. aut ex eis vene ⁊ arterie ⁊ vie sensuū superfluitatū: ⁊ qa est materia ⁊ subā viscosa: ⁊ hoc habilitatē habens vt ex ea fiāt nerui ⁊ ligamēta ⁊ chorde. In sanguine aūt nō est ista qualitas neq̄ talis est subā. Sāguis igit̄ ꝑm cōuenientiam rōnis nō erit istorꝝ mēbrorꝝ mā. ¶ Adhuc autē qualiter posset hoc eē ꝙ sperma qđ appetit̄ nāliter a matrice proijceret̄ a matrice ⁊ sanguis quē cōtinue videmus proijci a matrice ad substātiandū mēbra duriora cōceptus: ⁊ hoc totū est dcm̄ contra Aristo. ⁊ Peripatheticos qui dixerūt oium horꝝ membrorꝝ mām esse mēstruū sanguinem ⁊ sperma nō esse nisi formans ⁊ operās ista per virtutē formāteʒ que est in spermate viri. Gal. aūt sperma mulieris dicit eē mām que hʒ aliquid virtutis informātis. Sʒ opʒ ꝙ exiccet̄ per sperma viri: ⁊ ea que idurimus de rōne Gal. de spermate mulieris dicūt ꝙ vult solū esse mām cōuenientē mēbrorꝝ in cōceptu: ⁊ de hoc spermate nō facit mentionē Aristo. sed ad gn̄ationem dic̄ sufficere sanguinē mēstruū ꝑ mā: ⁊ sperma viri ꝑ efficiēte ⁊ formante. ¶ Ulteri⁹ autē querit Gal. ad qđ sint facti testiculi mulieris ⁊ vasa spermatis: si nō ꝓprie māe generatiōis deseruiētia. ¶ Preterea vt dicit Gal. sepe ꝑ anathomiā inuēta sunt vasa spermatis in muliere plena humiditate alba viscosa: que ꝓculdubio est humiditas spermatica neq̄ differētia istius ad sperma viri ꝑm visuʒ ⁊ tactuʒ: nisi qa sperma mulieris est magis humidū spermate viri.

¶ Adhuc aũt dicit Gal. ꝙ iã vidimus experimẽtũ mulie-
rez patiẽtem suffocationem matricis: propter hoc ꝙ absti-
nuit a coitu viri: ⁊ post aliqđ tempus euacuabat a spmate
multo: ⁊ in euacuatiõe habuit delectationẽ similez delecta-
tioni coitus: ⁊ sanata fuit a suffocatiõe. Constat ergo ꝙ re-
tentio lõga illius spermatis per euaporationem fecit suffo-
cationem illã: cuius signum est qa inspissatũ fuit sperma il-
lud. ¶ Ampli9 autẽ mulier sepe somniat se pati coituz viri:
⁊ tunc eijcit sperma. Adhuc aũt si mẽbra generata essent ex
sanguine sicut ex mã cũ sanguis sit ꝓpria mã carnis: oporte
ret ꝙ nerui ⁊ vene ⁊ ossa essent caro: qm̃ quoꝝ nõ differunt
materie ꝓprie: hoꝝ etiã nõ differunt forme. Adhuc autem
quecũqз fiũt ex sanguie hec restaurant abscisa. Si ergo os-
sa ⁊ nerui ⁊ vene essent ex sanguine mẽstruo: vt videt Aris.
Oporteret ꝙ restaurarent abscisa hec mẽbra: ⁊ hoc non est
veꝝ inuẽtũ per expta: q̃uis eni forte quedã vene ⁊ nerui ca-
pitis aliqñ redire ad cõtinuitatẽ possent videri post absci-
sionem pp sui mollitiez: tñ de ossib9 capitis duris hoc vide-
ri nõ potest. ¶ Amplius aũt obijcit Galenus dicẽs qđ ve-
ne ⁊ arterie reuolute sũt ⁊ perplexe in vasis spermatis: ⁊ he
reuolute sunt in eis vt stet in eis sanguis quousqз ꝯcoquat
in sperma: ⁊ si reuolutio talis qualis est in vasis dictis esset
in toto corpore gñaretur sperma in toto corpore gñaret san
guinem in nutrimẽtũ carnis. Cũ igitur talis reuolutio ve-
naꝝ sit in vasis spermatis multis ad gñationẽ spermatis: ⁊
etiã carnis erit sperma mulieris mã cõceptus ⁊ nõ sanguis
mẽstruus. ¶ Adhuc aũt inqt Gal. id qđ significat ꝙ in mu
liere sit sperma operãs ad formã ⁊ figurã ⁊ agens ⁊ non tm̃
in viro est silitudo nati cũ matre: aut eni silitudo ista perfi-
cit a sanguie mẽstruo: aut a spermate viri: aut a spermate
mulieris. Si aũt est a sanguine mẽstruo: tũc cũ vir non ha-
beat sanguinẽ mẽstruũ nõ erit vnq̃з cõcept9 similis patri sed
semp matri. Si aũt est a spermate agẽte: ⁊ hoc cõcedat nõ
esse mulieris: sequet ꝙ nunq̃з erit fet9 silis matri sed semp
patri: nihil eni erit femininũ illi9 silitudinis in cõceptu. Cũ
igit inueniamus cõceptũ aliquãdo silez esse patri: ⁊ aliquã-
do silez matri: nõ põt eẽ causa nisi ꝙ sperma matris faciẽs
⁊ operãs sit cõceptũ in silitudinem matris. Sperma aũt pa
tris sit faciẽs ⁊ formãs cõceptũ in silitudinez patris: ⁊ sic tã
in muliere q̃з in viro est sperma nõ solũ mãle sed ẽt formãs
operãs. Et hac rõne inuẽta multũ exultauit Gal. eo ꝙ re-
putauit eã valde fortẽ esse cõtra phõs qui Aristo. acceperãt
opinionẽ: nõ enim vt sibi videbat põt esse aliqs effect9 cõis
patri ⁊ matri nisi cã cõis vtrisqз. Silitudo aũt nati est cõis
patri ⁊ matri: fiet igit illa per cãm vtriqз cõem: nõ autez est
cõis causa mẽstruus sed sperma: igit tam in matre q̃з in pa
tre erit sperma nõ solũ vt mã se hñs ad cõceptũ: sed etiã in
se hñs virtutem formatiuaz: ⁊ sic in spermate mulieris erit
virtus gñatiua actiua sic̃ in spermate viri. ¶ Oib9 aũt his
rõnibus ⁊ silib9 multis positis a Gal. obijcit ipse sibi pvnã
rõnẽ dicens: ꝙ qa sperma viri fortius est: ⁊ hз magis virtu
tem formantẽ q̃з sperma mulieris. videret ꝙ nat9 semp de-
beret declinare ad silitudinẽ patris: ⁊ nunq̃з ad silitudinez
matris. ¶ Soluit aũt istã rõcinationem dicẽs: ꝙ lз sperma
mulieris sit debilioris virtutis in formãdo q̃з sperma viri:
tñ qa cibat ⁊ sustẽtat se sanguine mẽstruo continue vigorat
⁊ aliqñ inualescit in virtute assimilãdi sup sperma viri. Di
cit ẽt ꝙ sperma mulieris supponit se spermati viri ⁊ fac̃ se
cibũ sibi excitat a spermate viri ad formãdũ ⁊ distinguẽdũ
mẽbra cõceptus. Redit ergo dcm̃ Gal. ad hoc qđ duo sint
spermata que sunt pñcipia generatiõis aialium. Unũ qdẽ
maris qđ per seipm̃ est faciens ⁊ formãs ꝓpter multũ spiri-
tum qui intra viscositatẽ eius cõtinet: ⁊ hoc ideo dicit ha-
bere virtutẽ formatiuã. Alteꝝ autẽ qđ est sperma mulieris
agens ⁊ formãs est sicut organũ motũ ab alio ⁊ excitatuz: ⁊
ideo nõ formatiuam: sed informatiuã dicit habere virtu-
tem. Tertium autem est sanguis menstruus ex quo non su
mitur nisi caro fetus que supplet vacuitates que sunt in-
ter membra radicalia. Primum igitur istorum principio-
rum est mouens tm̃ ⁊ formans. Secundum autem est mo
uens ⁊ motum: ⁊ tertium est motum ⁊ formatum tm̃. Hec
igitur est sententia Galeni.

¶ Cap. 2m. Et est digressio declarans infirmitatem dicto-
rum Gal. ⁊ rationis eius.

Hec aũt dicta scientibus bene sciam nãlez fm
Peripatheticoꝝ doctrinã multuz sunt ifirma
⁊ paruz habẽtia veritatis. Qđ enim dicit ma
tricẽ non appetere aliqđ ⁊ reijcere ipsum ha-
bet multas instãtias: quoniam nos videmus
ꝙ multa mẽbra appetunt ⁊ attrahũt aliqđ qđ
postea peracta vtilitate ꝓpter quã illa attraxerũt stati rei-
ciunt: sicut epar ⁊ vene cũ cibo trahũt humorem aquosum
quẽ statim reijciũt quando cib9 mediante ipso cucurrit per
vias epatis: ⁊ sicut mẽbra attrahũt materias medicinaꝝ:
vt in eis per tales medicinas dissoluant male materie ipe-
dientes ipsoꝝ operationẽ: qua peracta vtilitate statim rei
ciũt mẽbra medicinas quas attraxerũt: ⁊ sic possemus dice
re ꝙ nõ esset inconueniens ꝙ matrix attraheret sperma ad
dissolutionẽ ⁊ distõnez sanguinis mẽstrui: ⁊ hac peracta vti
litate etiã reijceret ipsuz: nihil enim est incõueniẽs vt dixi-
mus: vt idẽ mẽbrum qđ appetit ⁊ attrahit aliqđ fm natu-
ram illđ ipsum reijciat peracta vtilitate ꝓpter quã appetijt
⁊ attraxit ipm̃. Nõ eniz matrix fm seipsam attrahit spma:
sed potius ꝓpter vtilitatez generatiõis. ¶ Adhuc etiam si
cõcederetur ꝙ matrix diligit sperma ꝓpter se: ⁊ appetit ipz
nõ sequeret ꝙ ipsuz semper retineret ⁊ nõ reijceret nisi sper
ma in matrice semper in tali cõplexione permaneret ꝓpter
quã matrix diligit. Corrũpitur autẽ frequẽter in ipsa ⁊ le-
dit matricẽ ⁊ totã mulierem: nõ est ergo incõueniens ꝙ ma
trix eadẽ tunc reijciat ipz sicut prius dilexit ⁊ attraxit. ¶ Et
mirũ videt esse ꝙ hec duo simul dixit Gal. supponit enim
matricẽ diligere sperma ⁊ nõ reijcere: ⁊ cuz hoc dicit ꝙ sper
ma est humiditas pma radicalium mẽbroꝝ cõceptus: post
vtilitatez enim hãc postq̃з cõpleta est sperma reijcit ⁊ nõ re-
tinet matrix. Dicere aũt ꝙ tela que inuoluit cõceptũ sit fa-
cta ab assatione matricis est stultissimũ: qa oium eoꝝ que
fiũt in conceptu causa est virt9 que est in spermate nisi dica
mus ꝙ nature opus est a motore extrinseco sibi. Sicut igit
virtus formatiua que est in semine facit carnẽ ⁊ ossa ⁊ ner-
uos ⁊ venas: ita facit etiã pellem inuoluentem totuz illud.
¶ Adhuc aũt q̃uis concederemus matricem esse calidissi-
mã: ꝙ tamẽ non est verũ: tamẽ scimus eã esse iterius mollẽ
⁊ humidã multo humore: taliũ aũt vasoꝝ nõ est assare con
tenta sicut assantur res in furno aut in patella. ¶ Ampli9 si
omnia agentia per calorẽ in humida que cõtinẽtur in ipsis
in superiorib9 inducunt corticẽ aut pellem: tũc stomachus ⁊
epar que agunt per calorẽ in cibi massam humidã in supio
ri parte cibi debẽt inducere pellem aut corticẽ duruz: ⁊ hoc
experimẽto ꝓbatur eẽ falsuz. ¶ Adhuc aũt si ꝯcedat Gal.
in spermate eẽ virtutẽ formatiuã ossium: opз ipm̃ concede-
re ꝙ in eodẽ sit virtus formãs pellem: qm̃ oia naturalia sic
se hñt ꝙ in quocũqз est virtus faciendi maius in eodem est
virtus faciendi minus qđ est eiusdẽ generis. ¶ Adhuc au
tez est melius ista attribuere virtuti intrinsece q̃з extrinse-
ce: qm̃ lз aliquando conueniãt cause intrinsece ⁊ extrinsece
in vnã operationem: tñ naturalia magis pẽdent ad causaz
intrinsecã q̃з extrinsecã. ¶ Adhuc aũt qđ iducit Gal. de cõ
uenientia spermatis ad formas mẽbroꝝ radicaliuz: ⁊ dicit
has in sanguine mẽstruo nõ esse nõ videt eẽ bene dcm̃ mul
tis rõnibus. Possem9 eni dicere ꝙ lз sanguis mẽstruus nõ
est vt sit generatum ex materia omnium generatorum que est illa quã diximus: calidum. vꝫ. ⁊ frigiduꝫ ⁊ cetera elemẽta. Si autem celum generatum est ex tali causa que est materia: dignũ est etiam vt attribuatur tali cause quã dixim⁹ hoc est finali magis ꝗ̃ animalia: ⁊ attribuatur tali aie que est principium animatorum: ⁊ tunc nõ erit sicut dixit Empedocles qui dixit celum generari: ⁊ tamẽ esse casu: ⁊ per se sine causa formali ⁊ finali. Omne eniꝫ laudabile ⁊ ordinatum magis apparet cõuenire celestib⁹ ꝗ̃ nobis: qꝺ autẽ est in aliquo tempore ⁊ in aliquo nõ: ⁊ vno sic ⁊ alio modo aliter: ⁊ est sicut euenit. euentus magis apparet accidere in rebus corruptibilibus ꝗ̃ in celo in quo nihil est inordinatuꝫ: ⁊ de his etiam disputatum est in secũdo physicoꝝ. Non autem dicimus ꝙ id vocamus ꝓpter quid ⁊ finem est in oib⁹ rebus: ⁊ in omni loco: hoc est in omni loco rerum in quib⁹ ostenditur ꝙ complementum est ⁊ finis: ⁊ ꝙ motus est ad ipsum si nihil sit impediens ipsum. In rebus enim mobilibus est finis ⁊ nõ in rebus imobilibus. Et ex omnibus manifestum est ꝙ natura forme est aliud: non enim erit generatio huius ex qualibet scientia: hoc enim ẜm formam est ex hoc semine ⁊ non alio: sicut ex semine hominis hõ semꝑ aut frequenter: ⁊ hoc est determinatum a nobis ⁊ cognituꝫ per probationem manifestã: hoc est corpus a quo exit ⁊ deciditur semen est primum ꝑ̃ncipium illius seminis qꝺ exit ab eo: ⁊ ipsum per formam quã dat semini est artifex ei⁹ qꝺ fit ex semine. Res enim generate ex semine oriuntur ⁊ sunt ex natura forme que sicut artifex est in semine: illud enim a quo deciditur sperma sicut homo generans est causa anterior ꝗ̃ sperma. Sperma enim est formalis generatio actiua ⁊ complementum actiuum: ⁊ substantia actiua per virtutem formatiuam que est in ipso: omnia enim dicta facit sperma in generato: generationem. vꝫ. ⁊ complementum ⁊ substãtiaꝫ: sed omnibus que sunt in spermate est causa anterior generans ille a quo exit ⁊ descinditur semen. Semen enim dicitur duobus modis per comparationem: quoniaꝫ est semen eius a quo est per decisioneꝫ: ⁊ est semen generãde rei sicut illius propter qꝺ est: sicut sperma equi qꝺ attribuitur ei a quo exit primo: ⁊ sicut semen qꝺ est granum qꝺ attribuitur plante ex qua exiuit: ⁊ cum non sit duoꝝ in vno modo: sed potius vnius per vnum modũ quẽ narrauimus ⁊ alterius per alium: nec tñ est vt forma ⁊ artifex semẽ: sed etiam est potentia generati: sed non dico hoc in potentia eẽ nisi id qꝺ principia formalia que habet in se tendit ad actũ sine motore alio extrinseco: ⁊ hoc est illud in quo iam est forma vt artifex. ¶ Manifestum est igitur ꝙ omnes res tales habẽt duas causas. s. ꝓpter quid: ⁊ necessitatem materie: que necessaria est supposito fine sicut iã sepe diximus: multe enim res sunt ex tali necessitate sicut ex causa: oia eniꝫ generabilia ex talib⁹ causis procedunt que valde sunt multa. ¶ Dubitabit autẽ aliquis de inductis modis necessitatis hic ⁊ in physicis: quoniã forte nõ sunt sufficientes: sed oportet adhuc alium modũ preter dictos inuenire. Dicet enim fortasse aliqs ꝙ in ꝓposito vbi debemus querere nõ tñ causas generationis aĩalium: sed etiã causas figure mẽbroruꝫ ipsoꝝ dicit̃ ⁊ inuenit̃ vnus modus necessitatis qui non põt dici vno illoꝝ duoꝝ modoꝝ quos diximus: ẜm quoꝝ vnuꝫ est necessitas simpl̃r que est in disciplinis: ẜm aliũ dr̃ necessitas suppõnis in physicis gñatiõib⁹. ¶ Sed opꝫ ponere adhuc tertiũ moduꝫ ex illis modis qui determinati sunt in 5° pħie prime ꝙ vt melius intelligat̃ breuiter tangamus modos ibi positos: ⁊ sunt q̃tuor. Quoꝝ vnus ⁊ ꝑmus est ꝙ necessariũ est sine quo nõ cõtingit esse vel fieri rem: sicut id qꝺ est cõcausale ad esse vel fieri: sicut spirare ⁊ cibus necessaria sunt aĩali: eo ꝙ sine his non est aĩal: ⁊ hoc mõ est necessitas suppõnis quã diximus esse in gñatione physicoꝝ. Scꝺo mõ dicitur necessariũ sine qbus bonũ esse qꝺ intẽdit̃ nõ contingit: ⁊ sine qbus non contingit malum expellere: sicut bibere pharmacũ est necessariũ vt qs nõ infirmet̃: ⁊ sicut nauigare ad ciuitatem vocatã Eginã vbi pecuniaꝫ accipiat: ⁊ hoc modo dicto necessario adhuc idigemus si debeamus reddere cãm finalem figure mẽbroꝝ aĩalium. Tertio mõ dicit̃ necessariũ qꝺ est vim faciẽs: sicut coactus dicitur ex necessitate facere qꝺ facit: ⁊ hoc necessario non indigemus nisi in scientia morali ⁊ nõ in physicis. Quartum necessariũ est qꝺ non contingit aliter se habere: sicut ꝓpter necessitatem premissarum necessaria est conclusio: ad qꝺ etiam necessarium alia reducuntur: eo ꝙ modum istius necessarij alia imitãtur: ⁊ hoc est necessarium in disciplinis: ⁊ idigemus ipso in disciplina pħica si syllogizare debeamus. Sed hoc in p̃senti indigemus apponere necessarium secũdo modo dictuꝫ: qꝺ qdem etiam est necessarium suppositionis sicut ⁊ ꝑmuꝫ: sed primum est ad esse ⁊ concausalia ad esse: scꝺm auteꝫ ad vtile ⁊ bonum ⁊ concausalia ad bonum ⁊ vtile: sicut si vtilitas operationum mẽbrorum organicoruꝫ debeat prouenire in animali necessarium est membra esse talis figure vt si ambulatio debeat esse necessarium est talis figure esse pedes. ¶ Reuertentes igitur ad ꝓposituꝫ dicamus ꝙ hoc dicitur necessarium tertio modo preter duos in 2° physicoruꝫ inductos: ⁊ hoc necessarium est etiam in rebus que habent principium generationis: sicut ⁊ illud qꝺ superius dixim⁹: ⁊ possumus dicere ꝙ hec est necessitas dicta vno illoruꝫ modorum quos narrauimus in hoc ꝙ primus ⁊ secũdus modus cõmunicant in genere: qa vterqꝫ habet necessitatẽ suppositionis. verbi gratia. qa cibus non dicitur eẽ necessari⁹ vno istorum modorum quos in physicis diximus: quoniaꝫ nõ est de animalis generatione sicut prius ad formam inducendum: sed potius est ad bonum ⁊ vtile obtinenduꝫ. Non igitur est necessariuꝫ illo modo quo diximus ꝙ animal nõ potest esse aut generari nisi sit materia talis ⁊ talis: sed potius sicut diximus: supponendo ꝙ securis debeat scindere ligna: ⁊ tunc necessario oportet ꝙ sit dura: ⁊ si sit dura sufficiens scissioni lignoruꝫ: oportet ꝙ sit de ferro aut ere: aliter enim non ꝓuenient vtilitates intente per eam. ¶ Et similiter dicimus in corpore sicut organicum instrumẽtale: qm̃ quodlibet membrum est ꝓpter quid operationis alicuius que non prouenient nisi talis figure ⁊ talis materie: ⁊ similiter est de toto corpore: ergo hoc modo dictũ habet necessitatem: ⁊ hoc modo generatio est per necessitateꝫ sic factũ. s. ꝙ est hoc sic figuratuꝫ: ⁊ ꝓpter hoc ꝙ est vtilitas operationis eius ꝓpter quaꝫ est. Per istos igitur duos modos modorum cause generationis erit causa finalis ꝓpter quã erit generatio rerum naturalium ꝓprie: ⁊ sine his non foret generatio sicut narrauimus in antedictis. ¶ Manifestuꝫ autem est ex dictis ꝙ declarandũ est eos in natura rectũ ⁊ verum non dicere: de quibus fecimus mentionem: qui nõ ponunt nisi materiam: dicentes dignius in natura esse materiam. ẜm hoc eniꝫ nulla esset necessitas in natura: qa necessitas suppositionis nõ erit quãdo priuatur ⁊ tollit̃ id ex cui⁹ suppositione totum aliud efficitur necessarium: ⁊ ipsuꝫ aũt Empedoclẽ qui formã esse negauit ⁊ finem ipsa veritas necessario inducit in pluribus locis: ⁊ cogit ad dicendum causam istã quã vocamus formam ⁊ finem. Propter qꝺ ẽt dic̃ alicubi ꝙ substantia ⁊ forma rei sũt diffinitio ⁊ qdditas rei que dat rem ⁊ rationem: sicut facit aliquis volens diffinire os: nõ enim dicet materiam solum que est vnuꝫ elementorum: aut duo: aut tria: aut poti⁹ dicet ꝙ os est mixtio ex elementis talis vel talis: ⁊ sic nititur tangere formam: sil̃r autẽ faciet volẽs diffinire carnẽ ⁊ volẽs diffinire qꝺlibet membrũ. Causa aũt que ꝓhibuit antiquos ꝙ nõ subtil̃r studuerunt in cõsideratiõe eius cause quã diximus est: qa ipsi non diffinierũt recte nãm generatoꝝ: neqꝫ recte dixerunt qd generet generatio. Sed inter antiquos Democrit⁹ dicit̃ fuisse primus qui aliquo mõ appropinquauit subtilitati istius cause: neqꝫ fecit hoc ꝓpter hoc ꝙ imitatus fuerit dicta naturalium pħoꝝ qui fuerunt ante eũ: sed potius ipsa rei veritas ad cõsiderationẽ hanc adducit eũ necessario. Sed cũ Democrit⁹ putauit eãdem esse formam substãtialem ⁊ accidentalem figurã: ⁊ dixit ꝙ generatio eẽt alteratio. Cõualuit autẽ hec opinio de causa formali tẽpore Socratis: ⁊ fecit quiescere in eas inquirendi cognitiones nature que gescere non poterant in sola cognitione materie: ⁊ tunc acgenerunt Pħi naturales: ⁊ posuerunt se ad inquirenduꝫ veritatem que sola est iuuans ad videndum verum: ⁊ sola est que regit in cognitione corporis naturalis. Nos igitur etiã nostrum philosophicũ sermonẽ debemus formare ẜm hãc dispositioneꝫ: dicendo ꝙ in animalib⁹ anima est causa que vocatur ꝓpter quã siue finalis: ⁊ hoc est qꝺ est physicuꝫ corpus ⁊ membruꝫ est necessario ꝓpter res istas quas dixim⁹

Tex.cõ.z.

z°.phy.t.c.5.

terrũ nãlis re... aĩa dicẽ de... tal.

5° meta. cap. ꝑme ꝺ necio.

que sunt forma ⁊ finis: ⁊ id qđ vocamus necessitatē in physicis ostendit ⁊ significat ꝙ hoc qđ est in physicis non est nisi ꝓpter quid: qa aliter nullam omnino haberet necessitatē. Illud igitur ꝓpter quid erit id qđ fit in physicis est vltimū complementuꝫ ⁊ finis. Hoc igitur modo dicendo necessario erunt iste res naturales sicut sunt in figuris suis ⁊ materijs: ⁊ oportet ꝙ sint ſm illam vltimam naturam finalem ⁊ formalem qua naturate sunt vbi sint tales. Forma eniꝫ naturat omne qđ naturatur in physicis: quando forma ⁊ actꝰ que vltimo intendūtur priores sunt potentia materie: non solum ratione ⁊ substātia: sed etiam tempore sicut predictū est: ⁊ illo supposito necessitate suppositionis erit necessariū omne qđ est in physicis. Sic ergo necessario in esse quorūdam animalium intrabit calor ⁊ exibit: ⁊ introitus nō erit oppositus ad exitum supposita forma vltima que talem introitum ⁊ exitum exigit: ⁊ ſm hunc modum via aeris ⁊ introitus eius ad interius in anhelituꝫ quorūdam animaliū indiget eadem necessitate: eo ꝙ quietat calorem qui est in interiori cordis. Et ideo indiget ꝙ aer qui intrat ⁊ calefactus est exeat: ⁊ ꝙ introeat aer frigidus qui est extra: quia aliter animal in complemento sui esse non saluat̄. Hoc igitur est ingenium summe ⁊ capitularis cognitionis rerū naturalium: ⁊ ſm hoc licebit accipere causas omnes rei naturalis quando aliquid naturalium acquisiuerit per nāꝫ aliquid qđ ad complementum est necessarium.

¶ Tractatus Secūdus Undecimi Libri animaliuꝫ in quo querit̄ que forma sit finis aialiuꝫ ⁊ membroꝝ ipsorum.

Primo đ pti/ bꝰ aialiū ca. 2.

Amplius autē ꝑter oia que induximus adhuc iquiri opꝫ qualiter differētie reꝝ que sunt vltime forme ⁊ vltimi fines accipiant̄. ¶ Quidā eni hoies inter Phos quālibet rem siue spēm accipiētes siue genus aialium diuidūt illđ per duas differētias: ⁊ volunt ꝙ ille due differentie ab eis dicūtur esse due vltime forme duaꝝ specierū specificaꝝ: ⁊ hoc non est graue per vnū moduꝫ diuidendo per affirmationē ⁊ negationem: per alium autē modū est ipossibile quādo non potest aliter terminari potestas gnis. Constat eni ꝙ quarūdam reꝝ que sunt spēs specifice vltima differentia vna est tm̄: hec est cōuertibilis sicut ꝓbat̄ in 7° prime phie: ⁊ quecunq; alie assignātur differētie sunt superfluitates in plus existētes ꝗ̄ ipsa spēs cōstituta per differētias: ⁊ tales superfluitates sunt quibus nō indiget̄ ad spēruꝫ cōstitutionē. vbi grā. Si dicat̄ hois differentia esse bipes aut fissi pedis: ita ꝙ diuidat̄ aial per bipes ⁊ nō bipes: ⁊ per habens fissum pedē ⁊ nō fissum pedeꝫ hñs. He eni nō sūt differētie cōuertibiles cū speciebꝰ que accipiende sunt per diuisionē: sed sunt ꝓpria que aut non sunt differentie: aut sūt cooperte ⁊ occulte: eo ꝙ in ꝓprio intelligitur spēs ⁊ in specie occulta accipitur differentia que est forma vltima: eo ꝙ in specie nō intelligit̄ differētia nisi sicut prius itelligitur in suo posteriori. Si autē detur ꝯ̄rium: ⁊ dicat aliqs ꝙ non est sicut diximus: tūc necessario in diīōne vna cadet ideꝫ multotiens: ⁊ multotiens redibimus in eundem sermoneꝫ: qm̄ in diffinitione fissum pedem habentis cadit subiectum qđ est animal: ⁊ si etiam bipes ⁊ fissum pedem habens cadit in diffinitione sui subiecti: eo ꝙ ponitur esse differentia: tunc redit idem sermo circulariter ⁊ idē dicetur multotiēs. Sicut si dicaꝫ ꝙ homo est animal bipes ⁊ bipes est homo duos pedes habens: erit homo aial bipes homo duos pedes habens: sicut satis probatum est in sexto topicoruꝫ. vbi ostēditur ꝙ peccant hoc peccato qui diffiniunt per propriuꝫ eo ꝙ species cadit in diffinitione proprij: ⁊ si tunc propriuꝫ cadit in diffinitione speciei erit circulus in diffiniendo: ⁊ ideꝫ dicetur multotiens: quoniam in ratione proprij qđ ponitur in diffinitione speciei iterum cadit species: ⁊ iterū quotiēscunq; ponitur: ⁊ ibitur in infinitum idem multotiens dicendo. ¶ Amplius omne proprium manat de genere accidentium: id autem qđ de natura est accidentis non potest esse finis ⁊ forma substantie animalium ⁊ membrorum ipsorū. ¶ Amplius non est rectum diuidere quēlibet moduꝫ generum animalium per differentias diuisiuas que cum eodeꝫ

7. met. t.c. 43

cōstituant species: quoniam aliqui modi sunt in figura tm̄ conuenientes ⁊ differentes. Similiter autem animalis ratio ſm vnumquodq; est altera: sicut diximꝰ in libro de aia. Et ideo si alique forme differentiaꝝ per diuisionem exeūt ab vno genere. Genus illud ſm omne coniunctum vni est alterius rationis ꝗ̄ sit ſm esse coniunctum alteri: quoniaꝫ potentia rationem habet per analogiam ad formam: ⁊ nō est vna ⁊ eadem analogia ad vnam formam ⁊ ad alteram: ⁊ impediente tali equiuocatione non est conueniens diuidere modos quoscūq; auium: ⁊ ponere per diuisionē quasdam in cursu vno: siue in vna forme conuenientia ⁊ quasdā in alia: sicut si diceremus ꝙ auiū alia est aquosa ⁊ alia agrestis: quoniam hoc cōmune qđ est auis si ſm esse accipiatur non erit vnius rationis in dicta diuisione: sicut nō valet diuisio si diuidam genus auium depictaꝝ. Accidit eni diuidi auem que non habet nomē auis: nisi ratione figure ⁊ forme exterioris: dicendo ꝙ auium dictarum quedam est aquosa ⁊ quedam syluestris. Auis enim figurata non dicitur auis nisi per similitudinem figure tm̄ ⁊ talium auiū sunt due differentie in quas diuidi possunt: sicut si dicam ꝙ auiuꝫ quedam carent sanguine: ⁊ quedam habēt sanguineꝫ: ⁊ adhuc alie sunt differentie carētes nominibus: ⁊ vt vniuersaliter dicatur in nullis oīno differentijs erit omnino ⁊ ſm omne genus vniuocum. Si ergo nō est rectum diuidere equiuocum aliqđ: nisi saltez prius determinetur sua equiuocatio: tunc manifestum est ꝙ per diuisionē formas naturales que sunt vltimi fines nititur accipere errat ⁊ ociatur. ¶ Adhuc autem hoc idem ostēditur etiam ex parte diuidētium differētiarū: quoniā diuiso animali multipede ſm genus in animal aquosuꝫ ⁊ in animal syluestre: quedaꝫ inueniūtur multipedia que sunt ordinata cum vtrisq;: quoniā sunt aliquādo aquosa ⁊ aliquādo syluestria. ¶ Oportet igitur ꝙ si differentia diuidēs bene distinguat ꝙ hec accipiantur per priuationem separātem ab vtraq; differētiarum prioꝝ: ⁊ tunc erit vna priuatio separans ea ab aquosis multipedibus: et alia ab agrestibꝰ: quoniā cū talia animalia media sunt inter duo: ⁊ si sunt media per comparationem: eo ꝙ ex duobꝰ animalibus nunq; componit̄ tertiuꝫ: oportet ꝙ sint media per priuationem ⁊ abnegationem vtriusq; extremoruꝫ: ⁊ sic hec animalia sunt cōstituta ⁊ formata per duas priuatiōes: sed inter duas priuationes non est differentia aliqua neq; forma: eo ꝙ id qđ non est non habet formas specieꝝ ⁊ differentias. Si enim dicam priuationem vnam que est non habere pedes: ⁊ aliam que est nō habere plumas: necessariuꝫ est vt iste due priuationes nullam oīno differētiam habeāt habentis pedes ⁊ habentis plumas: quoniam al's contradictoria vera essent de eodem: ⁊ sic priuatio non erit differentia: quoniam differentia omnis que est diuisiua hꝫ formas ⁊ species: eo ꝙ partes diffinitionis sunt in plus ⁊ totū in eque: sicut dicitur in topicis. Si enim differentia nō haberet species ⁊ formas sub se non attribueretur toti qđ est cōmune diuisuꝫ: sed attribueretur singulari alicui qđ est icōmunicabile ⁊ indiuisibile: qđ enim exit per diuisioneꝫ de potestate generis cōmunicabile est multis sicut ⁊ ipsuꝫ genus. ¶ Si autem dicat̄ ꝙ quedam differentie sunt habentes sub se alias differentias ⁊ species: ⁊ quedam sicut diximus aues alatas habere formas ⁊ differentias: eo ꝙ quedam habent alas membranales non fissas: quedam auteꝫ alas habent pēnatas fissas: ⁊ sic dicimus ꝙ animalium bipedum quedam habent pedem fissum per modum quo diuiditur pes habētis vngulam in duo fissam: ⁊ quedam nō habent pedem fissum: sed habēt integrum sicut animal qđ habet vngulam nō fissam: sed habet soleā vnam: tunc difficile est per diuisionem accipere formas animaliū. Si enim sic accipi debent per diuisionem sicut quidam dicūt: manifestuꝫ ꝙ quodlibet animal in specie debet cadere in aliqua differētiarum acceptarum per diuisionem: ⁊ nullum idē in specie debet cadere in pluribus differētijs: eo ꝙ omne animal est alicuius forme qua differt ab alijs ⁊ nullum hꝫ formas duas: sicut si diuidam animal in aial alatum ⁊ in aial carens alis: ⁊ constat ꝙ non bene posita est diuisio; quoniā inuenitur vnum in specie animal qđ est sub vtraq; differentia sicut formica: quedam enim volat: ⁊ quedam nō volat: ⁊ vna ab alia non differt specie sed etate: ⁊ sil'r nocliluca vna

volat

volat ⁊ aliā nō etate tamē differentes. Idem autē erit si aliter ponantur differentie: ⁊ ideo difficile erit sic accipere formas proprias animalium que sunt finales ipsoꝝ: ⁊ diuisio eorum que carēt sanguine difficillima est omnibus diuisionib⁹. Et forte rectius dicitur ꝙ impossibile est accipere per diuisionem formas specierum animalium: quoniam quecunq; differentia accipiatur per diuisionem hoc per diuersum modum multis videbit̃ cōuenire: ⁊ sic in ipso singulari qd̓ proprium est ⁊ vni conuenit speciei videbitur eē differentia: sicut si dicam carens sanguine esse differentiaz ⁊ habens sanguinem: carens sanguine tot habet modos etiam in vna specie: qa ipsa species non erit sine differētijs: precipue cum nos in physicis differentias per esse accipiam⁹ fm quem modum diuersificātur valde: ⁊ magis ⁊ minus recipiūt: ⁊ prius ⁊ posterius: ⁊ sequetur vlterius ꝙ vnum qd̓ est sub vna differentia: sit etiam sub differentia cōtraria illi: sicut habēs sanguinem fm aliquid est nō habens sanguinez fm aliud membrum: sicut patet in multis animalibus superius inductis que fm aliquid habēt sanguinez: ⁊ fm aliqd̓ non habēt. Patet igitur ꝙ formas ⁊ differētias aialiuz impossibile est sic accipere. Forma enim est que simpliciter p̄dicatur de eo cuius est forma: ⁊ cuius partes virtuales oēs perficiūt partes materie que sunt membra aialis. ¶ Si autem aliquis dicat ꝙ nulla forma substātialis est vna ⁊ indiuisibilis: tūc oportet ꝙ omnis forma diuidatur in tres differētias vlteriores habētes: ⁊ nulla earum carebit differentijs per quas est diuisibilis: sed ibit diuisio semper per differētias substātiales qualis est differentia inter aues ⁊ homines: tūc sequetur priuatiuas differētias nullas omnino differētias habere: qa omnis diuisiua est etiā alicui⁹ constitutiua differētia. Priuatio autē nihil cōstituit: ꝓpter qd̓ ēt priuatiōis neq; differētia est: neq; species: neq; forma: ⁊ sic carēs pedibus in animali nullas omnino habet differētias: qd̓ tamē est incōueniens: quoniaz lz priuatio nihil de se ponit: tamē fm ꝙ est cōsequens negatio cuiusdam positionis ⁊ fundata in cōtrario potest habere species ⁊ differentias: sed nos hoc mō nō loquimur hic: qa hic nō itēdimus nisi vtrum finales forme aialium per diuisionem generꝝ accipi possunt: sicut dixerūt Platonici: dicētes oēm formam esse cōem ⁊ habere differētias: ideo ꝙ forma semper remanet cōmunis nisi sit aliqd eam appropriāns: qd̓ aūt appropriat eam nō est aliquid forme: ⁊ sic de se semper erit cōis: multa autem que sunt sub illo cōmuni nō separātur nisi per differētias: ⁊ sic relinquitur oēm formam fm istas in differentias diuidi: ⁊ nulla fm hoc erit vltima: quoniam si diuidatur animal in habēs sanguinem ⁊ in carēs sanguie. in habēte sanguinem erūt vlteriores differētie: quoniam habere sanguinem est quedam forma ⁊ differētia substantialis nō appropriata: si autem hec ita se habēt: tunc priuatio que nō est forma aliqua non habebit differentias ⁊ species sine formas. Sed cum differētia sit causa diuisionis erit id qd̓ per priuationem accipitur nō habens differentiam ⁊ īdiuisibile: qd̓ autem tale est equiualet indiuiduo: ergo priuatiue differētie sunt indiuidue: eo ꝙ indiuidua nō diuidūtur: ⁊ nulla priuatiuaꝝ differētiarum est cōmunis sicut dixim⁹. ¶ Si autē forte aliqs dicat ꝙ aliqua differētia est qdez cōmunis: ⁊ tamē nō diuidatur sed sit indiuisibilis hoc nō potest esse. Si enim est cōis manifestū est ꝙ nō habet illaz cōmunitatē nisi per aliquā nām cōem ⁊ p̄ncipiuz qd̓ inest illis rebus quibus ipsa est cōis: illa autē aialia qb⁹ inest illa natura cōis hn̄t numerum ⁊ diuersitatē inter se: ⁊ cuz diuersitas sit a forma: opz ꝙ sint diuersa in forma ab alijs eiusdez nature animalibus. Igit̃ manifestum est nō esse vnaz vltimam formā aliquam cōem cum indiuiduis inter se differētiam hn̄tib⁹. Si aūt sicut dictum est nō erit vna natura vltima cōis: opz ꝙ sint alie ⁊ alie differentie ⁊ forme numerꝝ ⁊ differētiam sub cōi natura faciētes: ⁊ ille vt partes diuidētes attribuent̃ eidē cōi differētie: nō autē dz idē indiuiduū eē vt subiectū attributū diuersis differētijs ⁊ oppositis que sunt de numero differētiaꝝ de qbus diximus ꝙ ille sūt forme sub͠ales. ¶ Manifestū est igit̃ ꝙ nulla oīno forma cōis est inuēta que nō diuidat̃ per eūdem modū diuisiōis illoꝝ qui p̄mo in genere aialia diuidūt in duo per oppositas differētias imediatas: ⁊ sic falsuz dicūt differētiam ⁊ formā eē cōem quidem ⁊ tn̄ non diuidi. Ex dictis eni istoꝝ sequitur necessario ꝙ omnia genera aialium que non diuidunt̃ fm formam sunt in fine differētiaruz in quibus fm eos stat diuisio. ¶ Dicūt enim ꝙ quando aliqd̓ genus animalis ex illis generibus per naturam cōissimam sunt principia differentiarum ⁊ diuisionis diuiditur per modos differentiaꝝ: sicut si diuideretur albedo ⁊ quilibet modus diuidens diuideretur vlterius in alios modos ⁊ differentias: ⁊ ille iterum in alios: ⁊ sic quousq; perueniatur ad ea que nō diuidūtur. Tales autē vltime differētie in qbus stat diuisio forte sunt quatuor vel plures etiā partes habētes: que tamen ex vno primo cōmuni genere per diuisionem duplicantur: quoniā diuisio bona est bimēbris ⁊ per opposita: ⁊ tunc forme specifice vltime erunt in tanta multitudine sicut est numerus differētiarū: opz autē ꝙ ille due vltime forme ⁊ differentie sunt in mā ꝓpria. Nullum eniz membrū animalis sine mā: neq; aliquod membruz est materia tm̄: neq; etiam omnis membroruz cōgregatio que corpus vocatur erit animal siue forma sicut multotiens dictum est. Sic igitur accepte forme sunt in materijs suis: ⁊ per diuisionem accipi nō possunt: nisi veniatur ad vltima que per esse qd̓ est materia sunt appropriata: ⁊ hoc est difficile ⁊ forte impossibile: precipue in priuatiuis differētijs sicut diximus. ¶ Ampli⁹ autē si forma substātialis per diuisionē accipienda nō dz esse diuisio per accidens: sicut est diuisio subiecti in accidētia. vbi gratia. si quis voluerit diuidere figuras in formas substantiales figurarū: peccabit si diuidat sic dicēdo ꝙ figuraꝝ q̄dam hz angulos duob⁹ rectis equales: quedā autem hz angulos equales multis rectis. Accidit eni cuidaz figure que est triāgulus angulos duob⁹ rectis equales habere. ¶ Adhuc aūt cum formaꝝ diuisio sit per oppositas formas ⁊ opposite forme sint cōtrarie: opz ꝙ si forme debeant accipi per diuisionē ꝙ fiat diuisio per cōtraria: sicut cōtraria sunt albedo ⁊ nigredo ⁊ rectitudo ⁊ curuitas: habēt enim dicere modū cōtrariaꝝ formaꝝ in hoc ꝙ sunt circa idē genus: ⁊ ꝙ generatio fm ꝙ est motus est iter ꝯtraria: sicut diximus in scientia libri physicoꝝ. Nō ergo sic dz diuidi ꝙ quedā sit pondus: ⁊ quedā mēsura: qm̄ ista nō sunt cōtraria lz inueniant̃ in quātis tēporibus. Diuidunt̃ eni genera aialiū nō fm dictū modū: ⁊ tūc per diuisionez nō accipiūtur forme substātiales nisi per circūlocutionē sicut ex multis accidentib⁹ cōiunctis aliquādo intelligit̃ forma substātialis. Diuidūtur eniz aialia aliquādo per operatiōes cōes anime ⁊ corporis sicut supra sepe narrauimus: quādo diximus ꝙ animaliuz qōdam est gressibile ⁊ quoddā volatile: ⁊ in tali diuisiōe nihil ꝓhibet aliquando idez genus aialis cadere sub vtraq; differentiaꝝ diuidētium. Diximus eni superius formicaz ⁊ noctilucā esse ⁊ gressibilem ⁊ volatilem fm diuersum tps etatis. ¶ Simil̃r autem quando animal diuidit̃ per domesticū ⁊ syluestre nō est hec diuisio fm formaꝝ oppōnem: qm̄ omne animal domesticū est ēt syluestre: sicut homo canis ⁊ vacca: qm̄ in terra Indie syluestres sūt porci ⁊ capre ⁊ oues ⁊ oēs modi aialium domesticoꝝ: ⁊ sunt cōis ⁊ vniuoci nois domestica ⁊ syluestria. Si igit̃ isti modi aialium sunt idem in forma sub͠ali nō possunt esse differētie oppositaꝝ formaꝝ quando sit diuisio per domesticū ⁊ agreste: sed poti⁹ per accidentia ⁊ operatiōes anime ⁊ corporis sicut diximus. Tale autē accidēs diuisionis quale diximus accidit omni ei q recte genus per differentias diuidere voluerit. Nō eniz dz accipi cognitio aialiū fm suas spēs nisi fm genera que narrauimus: qa illa genera cōiuncta cū differētijs sunt qditas animalium formalis per quā optime cognoscuntur animalia. Multi vō hoīes sic non faciūt: sed diuidunt genera auium ⁊ genera pisciū fm diuersas differentias: ⁊ quālibet illaꝝ differētiaruz subdiuidūt iterꝝ per alias differentias: ⁊ nō diuidūt recte per modū illum per quē qd̓libet genus debet diuidi per duas differentias imediatas: ⁊ talis modus diuisionis nō potest esse omnino. Si eni quecūq; accipiēde sunt differentie accidet ꝙ idē cadet in multa genera sic diximus de formica ⁊ noctiluca: ⁊ accidet ꝙ cōtraria fm formas substātiales cadēt in eadē parte diuisiōis. Patet igitur si ab aliquo nō inueniat̃ generis diuisio ⁊ differētia per modū vere differentie ⁊ substātialis necessario sequetur vt sit cōtinue procedens diuisio: qa accidētalis diuisio nō stat

Primo d̓ pti b⁹ aialiū ca. 3.

Priuatiōis neq̄ d̓ria ē neq̄ spēs neq̄ forma.

sed succedit semper: ⁊ erit sicut sermo colligatus qui ꝓce/
dit ex vno in aliud sine continuatione. Hoc aūt sequitur ex
dictis illoꝝ qui dicunt ꝙ talis dȝ esse diuisio que est sine ar/
te diuidendi: sicut si dicamus ꝙ aialium qđdam est alatuȝ
⁊ quoddam albū: ⁊ qđdam nigrum: ⁊ qđdam domesticuȝ.
Domesticum eni ⁊ album ēt si concedanť esse differētie nō
sunt differētie alati imediate: sed erunt differētie alicuius
prioris qđ est ante alatū. Tali autē inartificiali diuisione di
uidiť vnū in multas differētias: que tn̄ vere habent nomē
differētie: ⁊ per hunc modum ēt priuatio erit differentia: sicͨ
priuatio alati ponitur dr̄ia qualiscunqȝ: sed in diuisiōe que
est per duo substātialia ⁊ imediata nō fit: ⁊ ex talibus diui/
sionibꝰ declarať ꝙ ipossibile est ꝙ aliquod singulariuȝ per
se iueniatur sine altero diuidentiuȝ. ¶ Oīa eniȝ que sunt in
cōitate generis cadūt sub altero diuidentium: sicut qdā ho
mines fingendo opinati sunt ꝙ ipossibile est vnā per se dif/
ferētiam iuenire in rebus singularibus: siue sit dr̄ia simplex
siue sit dr̄ia composita: sed vnumquodqȝ incidere in multis
differentijs. Simplicem aūt vocant differentiam siue vlte/
rius diuidatur per differentiam quā habet siue nō: quādo
est vna forma simplex. verbi grā. sicut quādo diuidiť auis:
⁊ cōparatur ad differētiam que est fissum siue diuisum pe/
dem habere: sicut habēt que nō habent coriū inter digitos.
Compositā autē vocant que est forme cōposite sicut fissura
pedis differētia est qua auis est auis: quādo sicut cōmune
subiectū differentiaꝝ cōfertur ad auem diuisum pedē hn̄/
tem: ⁊ ad non diuisum pedem hn̄tem est illa que facit auez
esse auē: ⁊ hec est prima differentia in genere auis: ⁊ ideo qꝛ
prima est oportet ꝙ sit simplex. Posteriores autez illis oēs
dicūtur composite: qm̄ lȝ sint essentie: simplices tamen vir/
tutes superioꝝ omnium sunt in ipsis: quoniam forme sunt
naturales: oportet ꝙ quidditates eius per omnes diffiniā/
tur superiores: eo ꝙ diffinitiones a primo incipiunt sicut ⁊
demōstrationes: ⁊ per hunc modum differētiarum imedia
tarum erit cōtinuatio in diuisione que est ex genere primo
quousqȝ perueniat ad differentiam vltime compositionis:
eo ꝙ vniuersale est q̄si res vna que est in multis ⁊ de mul/
tis: sed ꝓpter naturam diffinitionis que est ostendens rei
quidditatem cōuertibilem cū ipsa accidit ꝙ differentia vl/
tima solum est differentia que conuertitur: sicut si accipia/
mus differentias animalis esse findi in multa: aut habere
duos pedes: sicut si dicamus multipes findi in multa: tunc
enim animal aut est multipes: aut bipes: tūc eniȝ bipes aut
multipes sunt de numero differētiarum que sunt sub alijs
differētijs animalis: ⁊ non sunt differētie prime. ¶ Mani/
festum est ꝙ tales differentie sub alijs continue accepte nō
possunt esse multe: qa si quis recta diuisione ⁊ per imedia/
ta: ⁊ sub alia diuidat perueniet ad vltimam diuisionez ⁊ ad
formam vbi stat diuisio. Per hūc igitur modum cōponen/
tur omnes diuisiones: quoniā si quis diuiserit hominē qui
constituitur per vltimam aliam spēm specialissimam: dicē
do ꝙ homo aut habȝ duos pedes: aut est multipes: aut fis/
si aut integri pedis videbit ꝙ homo nō incidit nisi in diffe
rētiam vnā ⁊ nō in plures: quoniā est bipes tm̄: ⁊ hoc est de
natura omnis diuisionis ꝙ non incidat id qđ est in plures
⁊ contrarias differētias: illa ergo in qua incidit vltima spe
cies erit vnica differentia. Declaratum est igitur ꝙ multe
differentie vnius ⁊ eiusdem rei que vni ⁊ eidem diuisioni
sunt attribute: qa ille sunt imediate opposite: sȝ vltima dif/
ferentia debet tm̄ esse vna. Plures autē que pluribus diui
sionibus attribuūtur vnius ⁊ eiusdez rei esse possunt: sicut
alatum ⁊ bipes ⁊ fissi pedis existens: quoniam vna diuisio
est in alatū ⁊ non alatū: ⁊ altera est in bipes ⁊ nō bipes: ⁊ ter
tia bipedis in fissuȝ pedē hn̄s ⁊ nō fissum pedem habēs.

¶ Cap. 2m. Utrum incipienduȝ sit ab vniuersalibꝰ an par/
ticularibus.

Primo đ pti
bꝰ aialiū ca. 4.

DUbitabit autē aliquis quare duo genera ani
malium. s. animal aquosuȝ qđ est piscis ⁊ ani
mal volatile qđ est auis non comprehendun/
tur nomine. Isti enim modi animaliuȝ ⁊ alij
quorum accidentia sunt contraria: recte etiā
nomine diuiduntur: sed quoruȝ accidētia ꝓ/
pria sunt conuenientia in proportione ad vnum illa viden/
tur esse vnica etiam nomine vno. Quecunqȝ enim genera
sunt animalium que in accidentibus proprijs nō differunt
nisi sm maius ⁊ minus illa vniūtur etiaȝ nomine vno: sicut
vna natura est in omnibus comparatis adinuicem: quecū/
qȝ enim comparantur sunt vniuoca: sicut ostensum est in se
primo physicoꝝ. sed ea quecunqȝ sunt que habent conueni/
entiam similem sm proportionem ad vnū sunt diuisa ⁊ po/
sita per se in nominibus diuersis: qđ videtur esse inconue/
niens. vbi gratia. inter auem ⁊ auez que sunt vnius ⁊ eius/
dez generis ēst differētia que est sm magis ⁊ minus in ea/
dez natura: quoniā vtraqȝ est alata: sed vna est magis ala/
ta que est lōgioris ale: ⁊ alia est minus alata que est ale bre/
uioris: ⁊ ideo sunt in genere vno ⁊ nomine vno ⁊ vna rōne
que est sm nomen illud. Sȝ differētia que est inter pisces ⁊
aues similiter videtur esse sm conuenientiam ꝓportionis
ad vnū: quoniā ad hoc ipsum ꝙ aues habēt plumā ad hoc
ipsum pisces habent squamas loco plume: ⁊ ista compara/
tio que fit sm ꝓportionem duoruȝ ad vnum sicut ad idē cō
parantur plume ⁊ squame non est facile in omnibus differē
tijs quibus differunt genera animaliū: quoniā non omnes
differētie eoꝝ proportionātur ad vnum: sed est valde diffi/
cilis. Accidētia eni illa penes que fit ꝓportionalitas ad idē
plurium animaliuȝ in genere sunt substātie ⁊ vltime forme
substantiales: lȝ sm modū forme substantialis non facit ta/
lem sm magis ⁊ minus differentiam: sed potius sm poten
tiam naturalem talē formam cōsequentem: sicut si dicā ho/
minem esse prudētiorem q̄ȝ symia. Comparatio eniȝ nō fit
in habitu: sed in natura anime prudētis: lȝ magis ⁊ minus
nō accidat forme substātiali sm ꝙ est forma substantialis:
sed sm potētias naturales sm quas ipsa anima est pricipiū
operationum: ⁊ hoc est ꝙ forma substātialis dupliciter con
sideratur. Uno qdem modo sm ꝙ dat eē. Et alio sm ꝙ est
principium operationū naturalium. ¶ Primo qdeȝ modo
nō cōparatur sm magis ⁊ minus: sed secūdo modo: ⁊ ideo
genera sic comparata adinuicem nō habent comparatiōez
per formam sm modum forme: sed potius per formam sm
ꝙ est principium virtutis ⁊ operationis: sicut si dicam So/
crates in eo ꝙ homo est fortior q̄ȝ formica in eo ꝙ formica.
Cum igitur etiam alia quoruȝ est ꝓportionabilitas compa
rentur ad idem videť esse ipsarum genus vnum: ⁊ hoc est
verum quoniaȝ natatilium ⁊ volatiliuȝ sunt genera diuer/
sa. ¶ Et solutio huiꝰ est: qa ea que cōparantur vniuoce sm
magis ⁊ minus habent naturam vnā cōmunem que est ge
nus ipsorum: ea autem que comparantur sm ꝓportionem
ad vnum nō habent vnam naturam cōem: cuius nomen sit
nomen generis. ¶ Propter hoc igitur oritur aliud dubiū:
vtrum sit nobis necesse dicere prius res vniules q̄ȝ particu
lares: quoniam ex quo multis particularibus accidit idem
qđ est accidens ⁊ conuenientia generis. Si debemus p̄mo
loqui de particulari sequetur ꝙ idem dicetur multotiēs: to
tiens enim dicimus quotiens loquimur de particularium
cui conuenit illud accidens. ¶ Et hoc est dubiū id est vtrū
prius debeamus loqui de generibus aut de indiuiduis: ge
nus enim continet species ⁊ indiuidua: species autem con/
tinet indiuidua tm̄: indiuidua autem non cōtinent aliqd.
Dicamus igitur ꝙ sicut in declarando naturam hominis
dicitur de homine: ita etiam dicendum est de auibus ⁊ de
animalibus alijs quando declarantur nature eorum. Si/
cut enim in hominis natura non est loquendum de quoli/
bet modo hominis in particulari: sed ostēditur natura ho
minis in cōmuni: ita etiam loquendo de aue: nō est loquen
dum de quolibet modo auium: sed de auis natura in com/
muni: hoc enim genus qđ est auis habet modos specieruȝ
qui sunt indiuidui sm formam lȝ diuidantur sm materiā:
⁊ de talibus indiuiduis specierum est nobis loquenduȝ si/
cut est passer ⁊ grus ⁊ alie auiū species specialissime. ¶ Si
autem quis dicat contrarium huius: dicens ꝙ tractantes
naturas animaliuȝ debemus loqui de quolibet indiuiduo
prius: tunc sequetur ꝙ de eodem accidente ⁊ ꝓprio anima/
lis alicuius dicemus multotiens: qa idem cōmuniter acci/
dens qđ gratia nature accidit omnibus conuenit quorum
est illa natura cōmunis. Et oportebit ꝙ in tractatu cuius/
libet animalis repetatur. Et hic est error nugatorius ⁊ nō
tm̄ est error: sed etiam prolongatio sermonis: si. vȝ. de quo/
libet particulari animali sm se loquamur. Dignum igitur
videtur

Nō quo for
subalis recipit
magis ⁊ min⁹
ꝓ hoc vide. S.
met. cō. 10.

2° celi. cō. 59.
idē hȝ Cōmē/
tator.

videtur vt dicamus de omnibus generibus animaliū que ab ante nos hominibus recte diffinita sunt. Sunt enī quedam magis vnīuꝯa genera aīalium: que lꝫ sint cōīa habētia vnam nām cōem cuꝫ in illa natura sunt forme ⁊ spēs cōmunicantes sibi per ꝓportionē aliquā adiuicem: ita ꝙ non oīno sunt remote adiuiceꝫ sicut aues ⁊ pisces que ꝓportionātur in hñdo plumas ⁊ squamas sicut superius diximus. Sic aūt est etiā de quolibet mō qui nō hꝫ nomen ꝓpriū qui est sub genere illo. Si autē aliqua sunt que in cōī genere similitudinem ꝓportiōis non hñt: opꝫ ꝙ de istis diuisim tractet: ita ꝙ de quolibet eorū per se dicat: sicut est hō ⁊ quid aliud est huic sile. que enī faciunt silitudineꝫ ꝓportiōis habentia in figuris mēbrorum hec habēt genera determinata nō remota abinuicem in natura cōmuni: sicut genus pisciū ⁊ genus auiū ⁊ genus malachie ⁊ genus halzimi. Genera enī istoꝝ proxima lꝫ sint diuersa: tamē silitudineꝫ proportionis habēt adinuicem ⁊ habēt cōueniētiam: sicut etiā os hoīs cōueniētiam hꝫ cuꝫ spina piscis: ⁊ ita est sicut ala in aue: ita pēnula in pisce ⁊ sic de alijs. Sic igit accipiēda sunt cōmuniter accidētia corporalia aīalium in magnitudine et paruitate ⁊ mollitie ⁊ duritie ⁊ lenitate ⁊ asperitate: ⁊ alijs accñtibus sibi silibus: ⁊ in oībus his cōsideranda sunt vniuersalia ſm ꝙ magis ⁊ minus cōueniūt aīalibus. ¶ Jā ergo declaratū est qualis dꝫ esse modus diuisionū aīalium: et quis modus diuidētium ⁊ diuisoꝝ: ⁊ que diuisio est redarguenda ⁊ que nō: ⁊ ꝙ diuisio aliquādo erit in duo possibilis quādo fit per formas oppositas imediate oppōnis. Aliquādo auteꝫ erit impossibile in duo diuidere qñ fit diuisio per accñtia que sunt ab operibus cōībus aīe ⁊ corporis: ⁊ ex quo omnia ista declarata sunt icipiemus loqui ⁊ ponemus ꝑncipiū cōsiderationis ſm predeterminatū modum.

Primo d̃ ptibꝰ aialiū ca. 5.

¶ Cap. 3ᵐ. De qbus cause physice sunt inquirēde ⁊ quaꝛ.

Rīus autē dicēdū videt ꝙ sunt quedam substātie nāles ingñabiles ⁊ incorruptibiles que sunt: vt qdam tradūt aīate. ¶ Et dixerūt etiā quidā ꝙ sunt aīalia ⁊ sunt substātie diuine sic celestes essentie: sed opinio nostra ⁊ sermo noster sunt pauca ⁊ decurtata de substātijs diuinis: eo ꝙ accidētia per se substātie illiꝰ sunt valde pauca nobis manifesta: ⁊ magis habemus potestatē dicēdi de aīalibus que sunt apd̃ nos ⁊ arboribꝰ: qm̄ scia ipsoꝝ leuior est ꝓpter ipsoꝝ ad nos appropinquationē. Qui aūt voluerit loq de substātijs celestibꝰ: loquemur cum labore ⁊ difficultate. Et causa qdē grauitatis est in duobꝰ. s. ꝙ distant a nobis: ⁊ qa nobilissime sunt. Nō enī cōprehendimus nisi paruam sciam subarum celestiū ꝓpter magnitudinē nobilitatis earuꝫ. Id enī qd̃ cōprehēdimus est q̄ntitas ipsoꝝ ⁊ q̄ntitas motus eoꝝ: ⁊ naturas nō perfecte cōprehēdimus: sed aliqd cōiecturamus de ipsis per effectꝰ ipsoꝝ: ⁊ hoc est modicū comprehēdere de ipsis. Quātitas enī vnius rōnis est in ipsis: et in oībꝰ alijs corporibꝰ quātis. Et ideo nihil oīno ostēdit de esse ipsoꝝ nāli: sed amor scie celestium facit vti: ⁊ excitat studium ad id ipm modicū cōprehēdēdū ꝓpter qd̃ percipi potest de ipsis. Amator enī alicuius rei qñ multū amat illd̃ angustiatur: ⁊ studet vt cōprehendat quātulūcunqꝫ modicum eius qd̃ amat. Hoc enī ꝓprium est amatoris ⁊ cōprehensio illius partis parue plus diligit ab amatore q̄ cōprehensio aliaꝝ partiū magnaꝝ ⁊ multarū que nō tātū amant ab ipo. Res vō que vicine sunt nature nr̄e: que. vꝫ. generant ⁊ corrumpunt magis sunt scite a nobis ⁊ perfectiꝰ. Ideo ꝙ nature eaꝝ sicut diximus appropinquāt naturis nr̄is. ¶ Postq̄ igit in oībus physicis libris diximus que est nā aīalium: ⁊ in isto libro declarauimus ſm ꝙ visum fuit nobis ꝙ ꝓcedēdum est in assignatiōe cārum. Remanebit nūc in sequentibꝰ libris ad dicēduꝫ naturas ipsoꝝ per causaꝝ assignationem ſm perfectissimā opionē quā habemus de ipsis siue sit animal nobilissimum de quo itendimus sicut est rōnale ⁊ intellectuale: siue sit ignobile. Nā enī illa que sicut causa causaꝝ ⁊ sicut formatiua creat aīalia scita erit magne delectationis physicis illis qui possunt cognoscere causas veras ⁊ ꝓprias nature ipsoꝝ: q̄uis forte hoc in aīali vili ⁊ ignobili cōsiderēt. ¶ Et ideo formas aīalium cōsiderare debemus ⁊ delectari in eo qui est artifex qui fecit ea: eo ꝙ artificium operātis manifestat in operatiōe: sicut ēt in operatiōe imaginū manifestat scia artificis facietis statuas imaginū siue idoloꝝ. Et ꝓpter hoc ēt opꝫ vt nō vitemus neqꝫ declinemꝰ considerationem aīalium vilium ⁊ ignobilium: qm̄ vilitas ipsoꝝ non est ex artifice sed ex mā. Et ideo ēt oportet vt nō sit nobis grauis cōsideratio vilium nārum sicut ex generatione praui hoīs qui ex vili natura affectus prauos concipiunt. In oībus enī rebus nālibus mirabilia est speculari: ⁊ verificatur in eis dictū Heraclitis Poete qui sedebat añ templum Iouis delij: ⁊ dixit peregrinis desiderātibus fungi sermonibꝰ eius quādo viderunt eū intrātem in templuꝫ ⁊ nō potuerunt appropinquare ad ipm: precepit eniꝫ eis in templum intrare vbi dij erāt: ⁊ ibi audire sermones eiꝰ asserēs Iouis esse oīa plena: ⁊ ipsum esse qcqd naturaliuꝫ est: ⁊ qcqd erat: ⁊ qcqd erit: ⁊ sermones de ipsis suscipi nō posse nisi ab eo qui in diuinas causas ipsoꝝ quasi in qd̃daꝫ tēplum itrauerit. Propter hoc itaqꝫ debemus ingrere naturas cuiuslibet aīalis: ⁊ scire ꝙ in omnibus aīalibus quedā est causa naturalis nobilis ⁊ diuina: eo ꝙ nullū oīno naturalium fuit naturatum casualiter aut ociose siue frustra: sꝫ quecūqꝫ ⁊ quotcūqꝫ ⁊ quātūcūqꝫ procedunt de opere nature nō erūt nisi ꝓpter hoc qd̃ est finis: ⁊ omne qd̃ fuit est ⁊ erit: non fuit neqꝫ est neqꝫ erit nisi ꝓpter aliquid qd̃ est complemētum: ꝓpter hoc habet locum in nālibus ⁊ ordineꝫ mirabilem ⁊ nobilem. Si ergo aliqs opinetur cognitionem aliquoꝝ ignobilem eē culpet seipsum potius eo ꝙ sua affectiua cognitio ignobilis est ⁊ vitiosa eo ꝙ ipse non cōcipit res ex qbus homo cōponit sine turpitudie affectus: sicut quādo cogitat carnem os ⁊ sanguinē ⁊ venā ⁊ his similia: accidentia enī anime sunt vilia ⁊ nō ipsa cognitio. ¶ Ampliꝰ autem oportet scire ꝙ sicut loquens de aliquo istrumento non sufficiēter reddit mām tm̄: neqꝫ sermo eius est per māꝫ tm̄ diffiniens: sed est ꝓpter formaꝫ ex qua est ⁊ esse ⁊ diffinitio: non enim in domus diffinitiōe ⁊ scia sufficit dicere lapides ⁊ cemētuꝫ ⁊ ligna: nisi cū his dicatur forma cōpositiōis istorum: ⁊ dicatur forma que est tota ⁊ oīs substantia domus. ¶ Amplius autē nō prius narrāda sunt accidentia que accidunt cuilibet: ⁊ post hoc dande sunt cause accidētium illoꝝ. Jam eniꝫ in ꝑhabitis diximus: qm̄ multa accidētia cōmunia sunt pluribus aīalibus: ⁊ quedam qdem illoꝝ cōueniunt eis modo simplici hoc est absolute sine ꝓportione: sicut pedes cortices ⁊ plume. Quedā autem insunt eis ſm ꝓportionalitatis cōuenientiam ⁊ non absolute sicut dicimus quedam aīalia habere pulmonem: quedam autē nō habēt pulmonem: sed hñt mēbrum cōueniēs pulmoni: ⁊ quedam sanguinē: ⁊ quedam nō: sed habent humorē sanguini cōuenientem qui habet virtutē sanguinis hoc est nutrire ſm ꝙ habet sanguis in sanguinē habentibus. Jaꝫ autē diximus in physicis ꝙ si loquamur de quolibet sigillatiꝫ aīali sermo talis erit causa redeūdi in eūdem sermonem multotiēs: eo ꝙ multis res cōiter accidētes eedem sunt in multis aīalibus. ¶ Adhuc autē iam sciuimus ex supra dictis ꝙ qd̃libet instrumētale membrum corporis est ad aliqd operandum vel disponēdum. Sciuimus etiā ꝙ in arte mechanica operatio serre nō est propter dispōneꝫ forme serre: sed ecōuerso dispositio serre ⁊ forma est ꝓpter ipsam operationeꝫ. Et eadem de causa dicimus ꝙ creatio corporis est ꝓpter aīam ⁊ opera ipsius: ⁊ mēbra corporis creata fuerunt organica ꝓpter virtutes anime ⁊ operationes ipsius: ⁊ natura ⁊ figura cuiuslibet membroꝝ est ꝯueniens operationi ad quā est ꝑparata. Sic igitur de his tractando prius debemus dicere operatiōes cōes omnibus generibus aīalium: ⁊ deide descendēdo dicemus operatiōes attributas cuiuslibet forme siue speciei aīalium. Operationes eniꝫ cōmunes vocamus que omnibus animalibus in genere conueniūt. Operationes autem cuiuslibet differentie ⁊ spēs aīalium ſm omnia genera que per differētias diuidūtur sūt que magis appropinquant ⁊ coartantur adinuicē ⁊ dicūtur per silitudinē ꝓportionalitatis: he apparent ſm magis ⁊ minus animalibus inesse. verbi gratia. Dicimus enim auem ſm genus ⁊ hominem ſm genus esse idem genere: ⁊ sic dixerunt aliqui hominem per genus esse auem ⁊ auem per genus esse hominem: ⁊ sic quedam sunt eadem ſm formam speciei quorūcunqꝫ est eadem species: ⁊ sic quodlibet carens differentia constitutiua est idem alij per vniuersalem generis dif-

finitionem sicut homo separatus a rationali differentia et asinus ab irrationali sunt substãtia animata sensibilis: cõmune eni est in quibusdam aialibus per conuenientiaꝫ ꝓportionis: ⁊ in quibusdã per genus: ⁊ in quibusdaꝫ per formam speciei: per eũdem autem modũ diuersificanť ⁊ operationes adinuicem: operatiões autem in quibusdam nõ sunt nisi ꝓpter aliquid. Quedam eni operationes p̃cedunt aliqua operata que sunt vltima ĩtẽta per ipsas: sicut fabricatio precedit domũ: quedã etiam operationes sunt cõplementa ⁊ fines aliarum: sicut viellare que per se est intenta ⁊ alie similes. Ad hunc igiť ⁊ talem finem erit dispositio ⁊ figura cuiuslibet membri: ⁊ erit necessarium ꝭm tertiuꝫ modum necessitatis superius habitum: vbi. vꝫ. in animalibus sint accidentia suarum operationũ: sicut coitus est ⁊ augmẽtum ⁊ vigilia ⁊ somnus: ⁊ his similia accidẽtia. Debemus igitur determinare membra animalium sicut nasuꝫ ⁊ oculum ⁊ totam faciem: quoniam quodlibet istorum est ⁊ diciť pars organica. Et similiter dicendum erit de membris residuis. ¶ Hec igiť que dicta sunt sufficiãt in ingenio ⁊ scientia qua vti debemus in cognoscendo naturas aialium: deinceps v̇o dicamus causas cõmunes ⁊ proprias. Et incipiamus dicere principia eorum sicut determinauimus ⁊ distinximus superius in prehabitis.

¶ Cap. 3m. Et est digressio declarans ꝙ supra dictum est de diuisione causarum formalium.

AD euidentiam autem eorũ que habita sunt faciemus digressionem dicentes ꝙ physici est ostendere causas physicas formales que ⁊ qd ⁊ propter quid dicunt physicorum. Si autem iste in diffinitione cum genere ponende sunt: oportet ꝙ per diuisionẽ generis venando inueniantur. Multa autem physicoꝝ in figura cõuenientiuꝫ diuersas habent formas suarum quidditatum: ⁊ si talibus propter figure conuenientiam eadem attribuantur peccatum erit in diuisione equiuoci: ⁊ ideo cauendum est ab huiusmodi equiuocatione: lꝫ enĩ homo ⁊ symia ⁊ pigmeus in figura plurium membrorum conueniant: non tamẽ consequens est ꝙ cõueniant in forma ⁊ accidẽtibus que formam cõiter consequuntur. ¶ Amplius autẽ cum potentia cõtrariorum sit vna: oportet ꝙ diuisio potentie sit per formas cõtrarias: quoniam priuatio non est forma neqꝫ potest eẽ causa finalis: ita ꝙ propter ipsam fiat aliqd: neqꝫ aliquid sunt ipsius proprietates: ⁊ ideo cauenduꝫ est ne venãdo formas priuatiue diuisionis aliquod membrum accipiatur. ¶ Adhuc autem omnis rei forma est quidditas nulli alij conueniens: ⁊ ideo cauẽdum est ne talis sumatur diuisio cuiꝰ partibus diuidentibus ideꝫ sit animal: sicut diximus de formica volante ⁊ non volante. Talis autem frequenter est diuisio quando diuiditur subiectum in accidentia: aut etiaꝫ accidens in subiecta: vel etiaꝫ accidens in accidentia: ⁊ ideo talis etiam peccabit diuisio venans formas. ¶ Adhuc autem cum nulla formarum substantialium sit accidens etiaꝫ peccabit illa diuisio que inducit accidentia: debet etiaꝫ oĩs diuisio per formas imediate de eadẽ potentia generis exeuntes: quarum vtraqꝫ forma sit ⁊ non priuatio: nec sit accidens per se: neqꝫ accidens cõmuniter. Et adhuc cauenduꝫ est ne tales inducantur forme que in materia non sunt: sicut fecit Plato quando forme animalium ⁊ membroruꝫ eoruꝫ omnes sunt in materia existentes ⁊ de potẽtia materie educte. ¶ His autem formis sic inuentis oportet scire duplices esse fines: quoniam quidam est finis generationis ⁊ qdam est finis rei generate. Finis quideꝫ generationis est forma dans esse, ꝓpter quã necessitatem hꝫ materia ⁊ efficiens: necessitatem dico suppositionis de qua supra diximus. Finis autem rei generate iam existentis est operatio propria cuiuslibet speciei animalis: ⁊ cuiuslibet membri animalis ꝓpter quã factum est: ⁊ propter quã figura ⁊ forma est necessaria necessitate suppositionis: quã tertiam necessitatem eẽ diximus superius: ⁊ hec est causa finalis assignãda in figuris membroꝝ: qm̃ nulla oĩno substãtia aut pars substãtie propria destituta est operatiõe. De his ergo eo ordie quo superius determinatũ est erit nobis tractãdum: qa ex isto qꝺ hic recapitulãdo iduximꝰ oĩa plane ĩtelligunť q̃ i añhabitis ali quãtulũ ꝯfuse pp verba Aristo. videnť eẽ determiata.

Finis 2. vid. p hoc. 2. ph. cõ. 70.

## ¶ Incipit Liber Duodecimus aialium qui est de causa membroꝝ consimilium ⁊ dissimilium ⁊ cõplexione ipsoꝝ. Cuius primus Tractatus est de membris consimilibus et principalibus.

¶ Cap. pm. De distõne mẽbroꝝ similium ⁊ dissimilium.

In pho 2o de partibꝰ aialiũ cap. p̃.

equalitatis: sicut si diceremus hominē aliquē maximam at tigere equalitatē ⁊ simplicissimā que pōt esse in specie ⁊ nā hois: ⁊ hūc dicit Aristo. in phīa prima esse mensurā omniū alioꝝ hominū: eo ꝙ simplicissime participat nām spēi hominis: ⁊ alij participant eandē spēi nām ſm aliquē accessuȝ ad illū: ⁊ sic est in omnibꝰ naturis specieruȝ aialiū. Raro tn̄ hmōi vera reperit̄ eq̄litas: qꝛ talē hoiem aut aial oporteret esse in toto ⁊ in oibus mēbris in dispositione simplicissima ⁊ eq̄litate que debet esse ſm nām. Non eni qōlibet mēbruȝ talis aialis debet esse simpliciter equale ⁊ tēperatum: qꝛ cor est mēbrū calidū ⁊ cerebrū est valde frigidū: ⁊ forte nullum mēbrū etiā in homine est simpliciter temperatū: nisi sola cutis vt inferius dicet̄. ¶ Cū eni mēbra pncipalia vt in antehabitis diximus sunt tria vel quatuor: cerebrū nō pōt sua frigiditate tēperare caloreȝ cordis ⁊ epatis: sed nec siccitas cordis pōt tēperare humiditatē cerebri ⁊ epatis: cū cerebrū nō multū frigidū ⁊ cor nō multū est siccū: sed cor cōparatuȝ alijs est siccū ⁊ cerebꝝ cōparatū alijs est humidū. Modus tamē iste cōplexionis strictior est q̄ȝ modus primus: tamen habet diuersitatē latitudinis: sed hec latitudo est ſm regiones ⁊ climatū latitudines ⁊ precipue in climatibus multas ⁊ cōtrarias habentibꝰ qualitates: sicut clima secūdū ⁊ septimū. Indus eni habens oino mediā ⁊ equalē cōplexionē sue habitationi cōgruentē nō bene viueret in Anglia vel Scotia vel Datia. Dacus autē attingens eq̄le cōplexionis sue habitationis cito morēret̄ in India vel Ethiopia: ⁊ sic est de alijs climatū differentijs. Et sicut in libro de nā locoruȝ dictū est qōlibet clima habet latitudinem ⁊ mediū per eq̄distantiam inter duos terminos: ⁊ est equale qō est ſm cōplexionem mediū inter duos terminos: ⁊ hoc est quoddaȝ equale specialiter dictū p̄ter super iductos modos. ¶ Adhuc aūt p̄ter dictos modos est cōplexio equalis que debet̄ singulari huic ſm quā pōt viuere: a qua si mutat̄ efficit̄ cōplexio inequalis: ⁊ hec etiā hȝ aliq̄ȝ latitudinem ⁊ duos terminos: ⁊ mediuȝ est equale ſm ꝙ vita eius sibi propria est optima: a qua si distat parū est bona nō optima: ⁊ tātū distare pōt ꝙ erit inequalis ⁊ mala. ¶ Adhuc aūt modus specialis equalitatis est ſm quem quodlibet membrū est in dispositione in qua debet esse: sicut os siccū ⁊ cerebrū humidum ⁊ cor humidū ⁊ sic de alijs habet latitudinē ⁊ mediū: quando videlicet membrū est in optima dispositione in qua esse pōt. Quando igit̄ omniū. vȝ. recte speculamur cōplexiones est maxime equalis hominū complexio: ⁊ quando regionū cōsiderauerimus cōplexiones erit maxime equalis que est primi climatis nisi forte maris ⁊ paludū meotidarū nimia impediat humiditas. Post hanc aūt maxima erit equalitas illa que est quarti climatis. accidit enim in omnibꝰ his accidentia impedientia: ⁊ maribus ⁊ montibus ⁊ alijs accidentibus: ſm ꝙ in libris alijs determinauimus. ¶ Amplius aūt vt patet ex predictis membra principalia nō sunt propinqua illi que simpliciter dicta est temperantia: sed inter omnia membra magis propinqua est caro temperantie ⁊ post hanc cutis. cutis enim non sentit temperata propter similitudineȝ quā habet ad ipsa: ⁊ causa temperantie eius est ꝙ neruositas que conterit̄ in cute temperat̄ propter sanguinem qui est in extremitate venarum. Dictum enim sapientum naturaliū est qō simile nō sentit simile. Cutis aūt manus temperātior est ⁊ equalior omni alia corporis cute. In manus aūt partibus temperātior ⁊ equalior est que est in pulpa indicis. Illa ergo est proprius iudex in tactu ⁊ discretissimus. ¶ Dubitabit aūt fortasse aliquis circa predicta dicens ꝙ multarum specierū in natura videt̄ esse equalitas vna: quoniam cibum ⁊ species herbarū ⁊ radicum dicimus sanas ⁊ equales homini: qō non fieret nisi hominis haberent equalitatem: sed que habent equalitatem hominis sunt de complexione hominis: ⁊ sic cuȝ homine multa videntur eandem habere equalitatē. ¶ Sed hoc soluitur per sophisma equiuocationis: qm̄ cū cibus vel spēs alia dicit̄ sana ⁊ equalis homini non ideo hoc dicit̄ qō eandem cuȝ homine habeat equalitatē: sed ideo ꝙ ad hominis pficit equalitatem ſm effectū quē habet in corpore humano: his igit̄ modis dicit̄ equalitas. Que aūt in corporibus animalium recedunt ab equalitate ⁊ precipue in corpore hominis qui nobilior est inter animalia sunt hec ſm caliditateȝ

Dubiuȝ cōtra predicta.

Solutio.

quidem recessus est: qꝛ calidius in corpore est spiritus ⁊ cor a quo ipse nascit̄ spiritꝰ: ⁊ post ipm calidius est sanguis. Lȝ eni a qbusdā dicat̄ ꝙ sanguis generat̄ in epate: tn̄ necessario multus calor ei accidit a corde: sicut per anhabita istius sciētie est pbatū. Post sanguinem aūt in caliditate excedit̄ caro que est q̄si sanguis coagulatus: ⁊ est spissior: eo ꝙ imiscent̄ in ipsa q̄si fila neruosa. Et post hāc calidiores sunt vene pulsatiles: nō qdē pp eoꝝ neruositatē: sed qꝛ recipiūt calorē a sanguine subtili ⁊ spiritu q pulsat in ipsis. Post has aūt sunt vene non pulsatiles: ⁊ post has cutis palme que est tēperatissima. Frigidius aūt qō est in corpore est flegma: et postea sepum: ⁊ post hāc pinguedo: ⁊ post hanc pilus: ⁊ post ipm os: ⁊ postea cartilago: post quā ē ligamētū: ⁊ post illō ē chorda: post quā ē mēbrana: ⁊ post eā nucha: ⁊ post illā medulla cerebri: ⁊ postea cutis: p̄cipue tn̄ ante oia hec in frigiditate excedēs iter ea que sunt actu partes aialis ſm Arist. est humor oculi. ¶ Adhuc aūt humidius inter oia que sunt in corpore est flegma: ⁊ postea sanguis: post queȝ humidior est pinguedo: ⁊ postea sepū: ⁊ postea medulla cerebri: ⁊ post illā est nucha: ⁊ deinde succedūt ſm ordinē in humore caro mamille ⁊ testiculi pulmonis ⁊ epatis splenis ⁊ renum: post que humidius sūt musculi ⁊ cutis: ⁊ hūc qdē modū posuit Galenus. Scire tn̄ opȝ sicut in physicis nos dixisse meminimus ꝙ pulmo in sua cōplexione non est multū humidus. Generaliter enim oē membrū in sua cōplexione nāli suo assimilat̄ nutrimēto: ⁊ in sua cōplexione accidētali mēbro sibi ppinquo assimilat̄. Pulmo aūt nutrit̄ ex sanguine calidiori cū quo multū de cholera admiscet̄: per accidēs aūt adunant̄ in eo multe superfluitates ex vapore nutrimēti qui venit ad ipm ⁊ ꝯuertit̄ ad aquositatē in porositate ipsius ⁊ distillat ad ipm multū de catarro capitis ppter q̄ efficit̄ mollis ⁊ humidus. Sic igit̄ nāliter est siccior epate: qꝛ humiditas eiꝰ est per accidētia que diximus. Humiditas aūt epatis est eo ꝙ sanguis qui pertinet ad nutrimētū totius corporis aquosus primo est in epate. Mēbri aūt sanguinei humiditas causat̄ ex hoc ꝙ sanguis pertinēs ad icremētū mēbri: ⁊ nutrimētū intus pfundat̄ in ipso. Lȝ aūt flegma nāle sit humidius sanguine: tn̄ qꝛ flegma nāle est mā sanguinis: opȝ ꝙ multū amittat de humiditate nāli anteq̄ȝ per caloreȝ nālē ꝯuertat̄ in sanguine. Siccius aūt qō est in corpore aialis est capillus. est eni ex vapore cuius humiditas euaporauit ⁊ coagulatus est ad aerē circūstantē. Et post capillū siccius est os qō humidius capillo ostendit̄ per hoc ꝙ aialia aliq̄ nutriunt̄ ossibus: nulla aūt nutriuntur pilis. Et simil'r est de plumis auiū: ⁊ iō pili ⁊ plume glutita ab aialibꝰ idigesta reijciunt̄ superius vel inferius per anū. Post os aūt in siccitate est cartilago: ⁊ post hāc ligamētū: ⁊ post hanc vene nō pulsatiles: ⁊ post has sunt pulsatiles: post quas sunt nerui motiui: ⁊ post hos est cor: ⁊ post ipm sunt nerui sensitiui. nerui. n. motiui sunt frigidi ⁊ sicci. Nerui aūt sensitiui qdeȝ sūt frigidi ſm nām: sȝ nō multū sicci: qnimo ad tēperātiā fere accedūt. Ultimū aūt obtinēs siccitatis gradum est cutis. Oia aūt hec in supius habitis qdē dicta sūt: sȝ hec repetita vt facilꝰ oñdamꝰ cās eoꝝ q̄ diximꝰ ⁊ vt facilior sit doctrina.

Inter ea que sunt actu partes corporis humor oculi est frigidius ſm Aristotelez.

¶ Cap. 5m. Et est digressio de. ea q̄ plibare opȝ de etatibus.

AD eundē aūt modū recapitulare opȝ q̄daȝ in scia de etatibꝰ dicta. ¶ Etates igit̄ sunt quatuor in genere: quaruȝ prima que vocat̄ etas puerilis que a qbusdā dicit̄ etas icremēti: durat fere vsq̄ȝ ad triginta annos. Scda aūt est etas status ptēsa vsq̄ȝ ad. 35. aut vsq̄ȝ ad. 40. annos. Tertia aūt etas diminutionis que tn̄ dicit̄ eē cū pmanētia vigoris: eo ꝙ in ea cāe vigoris diminui incipiunt plus q̄ȝ sit in ea pceptibilis destitutio vigoris q̄ vocat̄ etas virilis vsq̄ȝ ad qnquaginta durās annos vel prope: vltima autē etas senilis cum notabili destitutione vigoris ⁊ suhe. Etas aūt puerilis diuidit̄ in infantilē que est etas nouiter geniti partus: ⁊ etatē motiuā qn̄ moueri icipit: ⁊ etatē que est ante fortitudinē: ⁊ illa est que vocat̄ dētiū pfectoꝝ plantatura: qn̄ dētes iā mutari ⁊ renasci icipiunt: ⁊ etatē que est ante luxuriā pfecti ⁊ maturi seminis ⁊ etatē luxuriatiuam. Etas aūt infantilis calorē hȝ q̄si tēperatū ⁊ abundat in humore valde pp spmatis vicinitatē: pp qō ēt nōnulli medicoꝝ dubitauerūt de calore pueritie ⁊ iuuētutis quis horuȝ

Auicenna. li. de nā aialium cap. 3.

calidoꝝ aīaliū excederet. ¶ Dicunt enī q̄dā calorē pueritie esse intensiorē q̄ȝ calorē iuuētutis. Pueri aūt magis crescūt q̄ȝ iuuenes: ⁊ magis cōpleta habēt opera nature in appeti-tu nutrimēti ⁊ digestionis. Hec aūt nō eēnt in illa etate nisi calor nālis qui acquirit ex spermate ⁊ spiritu spermatis in illa etate esset maior ⁊ fortior. ¶ Alij aūt his cōtradicūt: eo ꝙ calor iuuenū est acutior ⁊ sanguis spissior in quo calor cō-fortat: cuius signū est ꝙ tūc fluit a naribus multus sanguis ꝓpter calorē. cōplexio eniȝ illius etatis multū est cholerica. Complexio auteȝ puerilis magis est ad flegma declinans. Adhuc aūt q: motus iuuenum sunt fortiores. motus auteȝ est ex calore: ꝓpter qđ etiā calidi cordis homo existens mo-tuum est plurimoꝝ. Sunt etiā iuuenes fortioris digestio-nis ⁊ duriores digerūt cibos: que oīa nō nisi a calore fortio-ri causant. Dicunt etiaȝ isti ꝙ appetitus cibi qui crescit in pueris nō est ꝓpter calorē: sed ꝓpter frigus: ⁊ ideo qui hñt appetitū caninū ex frigore habent eū. Signū aūt ꝙ in iuue-nibus est nālior appetitus ⁊ melior cibi decoctio est ꝙ non euomunt cibos: ⁊ delectantur in eo multum qđ comedunt. Adhuc aūt ꝙ hec etas declinet ad choleraȝ significatur ex eo ꝙ accidunt eis egritudines cholerice calide vt frequen-tius sicut est terciana. Adhuc auteȝ in hac etate accides vo-mitus est cholericus. Econuerso aūt egritudines pueroꝝ vt frequentius sunt frigide ⁊ humide: ⁊ febres eorum sunt flegmatice: ⁊ vt in pluribus vomitus eoꝝ est flegma. ¶ Di-cunt etiā isti ꝙ augmentū in pueris nō est ex fortitudine ca-loris: sed ꝓpter multā humiditatē que abundat in pueris que etiā a modico calore facile extendit in augmentū. Di-cunt etiā multitudinē appetitus eē ex diminutione caloris sicut prius diximus. ¶ Omnia aūt hec dubia sic̄ in anteha-bitis dixim⁹ soluit Galenus vt videt: dicēs ꝙ calor vtrius-qȝ etatis diuersis modis est equalis quidē in essentia ⁊ ꝺm radicē: sed calor in pueris est maior ꝺm q̄titatē: in iuueni-bus est maior ꝺȝ qualitatē. ⁊ huius exemplū est: sicut vnus in radice ⁊ eēntia acciperetur calor in lapide ⁊ in aqua. hic enim calor penetratus in lapidē siccū esset acutior qualita-te ⁊ q̄titate minor ꝓpter materie restrictionē ⁊ adunatio-nem. In aqua aūt esset q̄titate maior ꝓpter mãe abundan-tiā ⁊ fluiditatē: sed qualitate esset hebetior ꝓpter humoreȝ qui remollit acutos angulos ignei caloris. Signū aūt veri-tatis eius qđ dicit Galenus est ꝙ pueri ꝓgnāti sūt ex sper-mate in quo multus est calor: ⁊ non accidit eis cā refrigera-tionis hui⁹ caloris. puer enī semp est in augmēto: ⁊ ꝺm gra-dus ꝯtinuos nō hȝ in se ꝓpter qđ calor diminuat. In iuue-nibus aūt nulla prorsus est cā q̄re in eis auctus sit calor ne-qȝ etiā cā que hūc calorē remittat: sed potius calor nālis cu-stodit in eis ex humiditate radicali que est in eis: qm̄ tamē euaporauit ⁊ minor est in pueris: ⁊ iđ acuit calor qui est in ipsa. Cū aūt subtiliter ꝯsiderat humiditas nālis ⁊ cōparat ad calorē nālē qui est in ea sicut in subiecto ⁊ ad incremētuȝ qđ fit ex ipsa videbit esse pauca cōparatione vtriusqȝ ⁊ ma-xime respectu incremēti qđ fit ex ipsa: sed abundans respe-ctu caloris ⁊ precipue in pueris. exigit enī in pueris vt ꝙ cō-seruet calorē ⁊ vt prestet incremētū. Iuuenib⁹ aūt in q̄bus est minor humiditas nō sufficit ad vtrūqȝ istoꝝ: sed facit al-terū. s. qđ cōseruat calorē: ⁊ nō multū de se p̄stat incremētū. ¶ Falsuȝ aūt oīno dicet qui asserit humiditatē sufficere in-cremento ⁊ nō calori nāli. nō enī poterit fundari sup aliquā humiditatē cremētū sup quā nō poterit fundari cā cremēti efficiēs: que est calor nālis. Remanet igit vt humiditas in iuuenib⁹ sit cā ⁊ subiectū caloris ⁊ nō sit cā augmēti. ¶ Qđ aūt dicūt q̄dā in pueris humiditatē esse cām augmēti pro-pter calorē est simpliciter falsum. humiditas enī non est nisi causa materialis incrementi. Mã aūt nō agit per seipsam sine causa efficiente. lȝ aūt aīa nutritiua siue vegetabilis cā sit efficiēs icremēti: nō tñ efficit sine calore nāli extēdēte hu-miditatē. ¶ Qđ aūt dr̄ ꝙ in pueris cātur appetitus ex frigi-ditate est falsum. Talis aūt appetitus nō est cū bonitate di-gestionis. Digestio aūt in pueris est optima: cuius signum est: q: nisi eēt in eis digestio optima nō redderet corporib⁹ plus per nutrimētū ꝙ deperderet per dissolutionē. Qđ aūt pueris accidit mala digestio aliqn̄ est iđ q: gulosi sunt ⁊ co-medūt multa humida: ⁊ hac via mot⁹ inordinat⁹ in pueris īducit corruptionē. hec est igit cōplexio pueroꝝ ⁊ ēt in etate que ꝓpinq̄ est pueritie. ¶ In etate aūt que est post pueritiā incipit ꝯsumi humidū nāle a calore aeris circūstātis quem coadiuuāt calores ex motib⁹ corporalib⁹ ⁊ aīalib⁹ cāti sicut alibi diximus: ⁊ p̄cipue ipsa lassitudo nālis humidi que nō semp pōt resistere calori nāli: qnimo hȝ terminū ad quē re-sistere pōt: sicut ⁊ cetere oēs virtutes nāles ⁊ māles sicut iaȝ sitū est: ⁊ in celo ⁊ mundo: ⁊ in libro de etatibus. ¶ Oportet igit ꝙ post tēpus per qđ calorib⁹ agentib⁹ in ip̄m resistere pōt cōtinua fiat ipsius deperditio: ⁊ minus fit qđ restaurat ex cibo quā qđ deperdit ex ipso: ⁊ sic deperditio cōtinua ex-tendit donec totū deperdat: ⁊ tunc accidit mors nālis aia-li. ¶ Adhuc aūt ex idigestione accidit humiditas extranea indigesta que auget in corporibus aīaliū ex infrigidatione caloris ⁊ est humiditas flegmatica. ¶ Ex prima igit causa deficit calor ex defectu sui subiecti in quo fouet ⁊ saluat: ex secunda aūt ex humido innaturali suffocante ⁊ contrarias qualitates innaturales ingerente. ⁊ hec duo sicut alibi dcm̄ est inducunt vite terminuȝ naturalem in omni indiuiduo: sed sunt alij termini vite accidētales sicut iterfectio decol-lationis: ⁊ huiusmodi de quib⁹ per phiam naturaleȝ cause nō querunt hic a nobis. ¶ Ex dictis igit manifestuȝ est ꝙ corpora pueroꝝ ⁊ iuuenū equaliter sunt calida: sed corpora pueroꝝ excedunt in humiditate. ⁊ signum huius est molli-ties suarū carniū: teneritudo suoꝝ ossiuȝ: ⁊ flexibilitas suo-rum membroꝝ ⁊ suarū iuncturaꝝ. Similiter etiā certificat hoc: qm̄ necesse est esse humidiora quecunqȝ sunt spermati magis propinqua cum sperma sit tota causa generationis. Pueri aūt magis sunt ꝓpinqui spermati ⁊ spiritui fumoso humido qui penetrat mēbra ⁊ remollit ea in illa etate. Vi-rilis aūt etas ⁊ precipue senū est sicca: cuius signū est duri-ties mēbroꝝ ⁊ laxatio ⁊ corrugatio cutis. hec enī corrugatio ꝓuenit ex frigido ⁊ sicco: q: siccū est causa laxitatis ⁊ frigi-dum est causa corrugationis: ex eo ꝙ frigidū cōplicat ꝯstri-gendo plicā pellis super aliaȝ ⁊ sic inducit rugas. Igneitas aūt ⁊ aeritas que sunt cā subtilitatis membroruȝ in talibus etatibus sunt pauce. calidū enim in ipsis est in euaporatio-ne: ⁊ euaporans calidū secū trahit humidū: ⁊ ideo corpora viroꝝ ⁊ precipue senū remanent frigida ⁊ sicca. Iuuenū aūt corpora sicca q̄deȝ sunt in cōparatione pueroꝝ ⁊ sunt humi-da in cōparatione viroꝝ ⁊ senū. Similiter aūt corpora viro-rū calida sunt in cōparatione senū ⁊ sunt frigida in cōpara-tione iuuenū: ⁊ senū corpora sūt simpliciter destituta humi-do ⁊ calido nālibus: sed habēt humiditatē flegmaticā exte-rius mēbris adherētē ⁊ remollientē ea q̄ est hūiditas accita-lis frigus mortis ⁊ suffocationem caloris nālis inducens.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarās modū digōnis ciboruȝ aīalium ⁊ generationē humoꝝ ⁊ modū generationis eoꝝ.

Recedentibus aūt adhuc adiungēdum est de modis digestionis aīalium que generant ex ci-bo digesto. De his enī opȝ preintelligere ante-q̄ȝ loquamur de cā membroꝝ aīaliū: qm̄ ex his multoꝝ accipiunt mēbroꝝ cause. ¶ Opȝ igitur scire ꝙ cibus quādā per masticationē in ore su-scipit digestionē. ⁊ huius cā est: q: virt⁹ digestiua est in in-teriori mēbrana stomachi. Hec aūt eadē est cū membrana lingue ⁊ palati: ⁊ ideo statim in ore suā incipit exercere ope-rationē cū cib⁹ per masticationē fuerit diuisus. saliua tamē coadiuuat ad hāc digestionē: eo ꝙ in ipsa est calor aliquis faciēs aliqualē decoctionē: ⁊ ꝓpter hāc digestionē triticum masticatū magis maturat apostemata q̄ȝ decoctuȝ in aqua vel pistatū. Signū aūt huius digestionis est: q: per mastica-tionem cibi multū amittit de sapore ⁊ odore qui prius fue-rat in cibo. Cum aūt sic incipiat digestio in stomacho: quā-do cibus peruenit ad stomachū digerit in stomacho dige-stione completa: nō solū calore stomachi: sed etiā adiutorio circunstantiū: sicut epatis a dextro splenis a sinistro: qm̄ lȝ splen nō calefaciat per se tñ calefacit per venas multas pul-satiles que a corde veniūt ei: ⁊ per venas nō pulsatiles que veniūt ei primum quidem a corde: ⁊ deinde ab epate. cale-fit etiā stomachus per zirbū qui est circa ipsum. zirbus eniȝ de facili calefit ꝓpter sepositatem que fit in ipso: ⁊ per calo-rem cōceptū calefacit stomachum ab anteriori ⁊ cor calefa-cit euȝ a superiori: q: ibi appropinquat stomacho calore me-diante diaphragmatis. Digestio autem cibi fit in stoma-

Auicenna. 12. de nã aialium cap. 4. ⁊ 5.

cho postq̃ cũ cibo cõmixta est aquositas per potũ accepta.
hãc eni opꝫ misceri vt sic ex tota mã simꝉ generet̃ succositas
que de facili trãseat lambẽdo ⁊ infundẽdo sup venas epa/
tis: post digestionẽ aũt in stomacho factã aliqđ ex succosita
te attrahit stomachus: ⁊ aliqđ per venas mittit ad epar: et
residuũ pmixtũ per portanariũ trãsmittit ad intestina a q̃/
bus per venas meseraicas suggit epar succositatẽ illã. Ue/
ne aũt meseraice sunt vene graciles dure ꝯtinuate pluribꝫ
intestinis: ⁊ per illas ꝓcedit ⁊ effundit̃ illa humiditas gra/
cillando semp ⁊ manãdo donec diuidat̃ in venas capilla/
res que sunt in oĩ parte epatis: nec posset vnq̃ effundi in tã
parua vasa nisi per aquositatẽ potataꝫ ita fieret meabilis:
alia eni nõ est vtilitas aquositatis potate nisi ista. ¶ Uene
aũt capillares que sparse sunt per totũ corpꝫ epatis adunã/
tur in gibbo epatis: ⁊ ibi faciũt venã magnaꝫ ⁊ in illa deco/
ctione fit sicut in oĩ eo qđ coquit̃: qđ est succositas cõmixta.
Quiddã eni enatat in ipsa qđ est sicut spuma: ⁊ hoc est mã
cholere nãlis: ⁊ qddã residet in ipsa terrestre grossuꝫ ⁊ hoc
est mã melãcholie: ⁊ qddã est subtile ⁊ purũ. ⁊ hoc est mã sã
guinis: ⁊ qddã remanet incõpletuꝫ aquosum ⁊ hoc est mã
flegmatis. ¶ Adhuc aũt qddã enatat sicut spumosum intẽ
sum: ⁊ hoc est mã cholere innãlis. ⁊ qddaꝫ cadit residendo
intensum ⁊ incineratum: ⁊ hoc est mã melãcholie innãlis. ⁊
qddã stat viscosum qđ diuidi nõ põt ⁊ ex illo fit flegma in/
nãle. ⁊ qddã purũ ⁊ interminatũ: ⁊ hoc est ex quo generatur
sanguis. Omnia aũt hec fiunt in gibbo epatis in vena ma/
gna sub calore cordis vel membri qđ est loco cordis in ani
malibꝫ postq̃ per venã emulgentã que ad renes descendit
separata fuit aquositas superflua ⁊ emissa ad renes cũ aliq̃
parte sanguinis qui ꝓpter nutrimẽtũ illic deriuat̃: ⁊ tũc ve
na illa magistra que a corde venit ad gibbũ epatis: in gib/
bo epatis diuidit̃ in duos ramos: quoꝝ vnus ascẽdit ⁊ al/
ter descendit: ⁊ diuidunt̃ per mẽbra: ⁊ per illas venas san/
guis defert̃ ad mẽbra exudãs in extremitatibꝫ omniũ ve/
narũ: ⁊ cũ exudauerit imbibit̃ membris ⁊ nutrit ea: sicut in
antehabitis libris determinatũ est: ⁊ iteꝝ suo loco in sequẽ
tibus dicet̃. Patet igit̃ ex his que dicta sunt q̃ humor est
corpus humidũ fluens ⁊ alteratũ per decoctionẽ ad nutri/
mentũ menbroꝝ: est eni humor de substantia cibi membri
sanguinei aut flegmatici aut cholerici aut melãcholici. Ali/
qñ aũt humor est superfluus quẽ oporteret de corpore eua/
cuare q̃uis nõ fit: aut q̃uis nõ fit ꝯuertibilis in nutrimen/
tum bonũ. ¶ Amplius aũt humiditatũ corporis quedã sũt
prime: ⁊ quedã secũde. Prime aũt sunt quatuor humores
de q̃bus iaꝫ dictũ est. Secũde aũt sunt quedã humiditates
supflue que sunt elõgate a suis principijs: que qdẽ potẽtes
sunt trãsire in mẽbra: sꝫ nõ trãsierũt cuꝫ effectu cõpleto. De
aũt humiditates sunt triũ modoꝝ. quedã eniꝫ dispersa est
per mẽbra: sicut ros qdã imbibitus membris: ⁊ est hec hu/
miditas habilis vt ĩfundat̃ mẽbris ꝓpter duas vtilitates:
quarũ vna est vt infundat mẽbra qñ patiunt̃ dissolutioneꝫ
aliquã. Secũda aũt est que humectet membra quando ex
aliquo modo forti desiccatio ĩducitur in membro. Adhuc
autẽ est alia humiditas que est propinqua coagulationi et
est cibus alteratus ad membra ꝺm speciem complexionis
membri: sed nõ adhuc peruenit ad complemẽtum. Tertia
aũt humiditas est que est intrans membra a principio cre/
menti: cuius principium ⁊ origo fuit a materia seminis in
embrione ꝺm q̃ principium embrionis fuit ex humoribus.
¶ Sic igit̃ humiditates tam bone q̃ superflue sunt in ge/
nere q̃tuor modoꝝ: sanguis videlicet: ⁊ cholera: ⁊ flegma:
⁊ melancholia. Sanguis aũt qui est calidus ⁊ humidus est
duoꝝ modoꝝ: naturalis videlicet ⁊ innaturalis. Natura/
lis quidem est rubeus ⁊ boni odoris ⁊ dulcis. Innaturalis
est duoꝝ modoꝝ vnus fit innaturalis non per cõmixtioneꝫ
alicuius alterius cum ipso: sed potius propter mutationeꝫ
que fit in ipso ꝺm calidũ aut frigidũ. Alius aũt fit inatura/
lis per cõmixtionem alterius humoris cuꝫ ipso: ⁊ hoc fit in
duobus modis. Uno quidem quando humor intrinsecus
venit intra ipsum ⁊ corrumpit substantiam ipsius: sicut cuꝫ
ĩmiscet̃ in sanguinẽ aliquid spumosum: hoc est cholera aut
fex alicuius: hoc est melancholia aut flegma. Alio autem
modo fit quãdo aliquid predictoꝝ generat̃ in sanguine ex
aliqua parte substantie que remansit in sanguine a prima

Al's emul/gentem.

sui origine. Uariant̃ aũt iam isti modi ꝺm diuersas diuer/
soꝝ humoꝝ mixtiones ⁊ generationes: ita q̃ aliqñ fit alba
aliqñ nigra ⁊ aliqñ rubea: ⁊ ꝺm q̃ mutat̃ ex talibꝫ causis in
calore: ita mutat̃ in odore ⁊ sapore. Flegma aũt nãle est mã
sanguinis: ⁊ flegma qdẽ dulce parũ est frigidũ respectu cor
poris: sed multũ est frigidũ respectu sanguinis. Et Gale/
nus qdẽ dicit q̃ nã nõ ordinauit in aĩalibꝫ ⁊ p̃cipue in ho/
mine receptaculum flegmatis: sicut ordinauit receptacula
cholere ⁊ melãcholie: ⁊ cursus eiꝫ similis est cursui sangui/
nis. ¶ Huius aũt iam in antehabitis istius scientie dixi/
mus esse duas causas: quarũ vna est necessitas ⁊ altera est
vtilitas. Necessitas quideꝫ est restauratio sanguinis ⁊ in/
crementũ quorũdã membroꝝ. Utilitas aũt est remollitio
iuncturarũ ne multo motu indurent̃. Portio autem gipsei
flegmatis causat̃ ex eo q̃ ex calore motus iuncturarũ eua/
porat subtile ⁊ remanet grossum gipseũ. Causa aũt salsedi
nis flegmatis est mixtio partiũ terrestriũ intensarũ ⁊ ama/
rarũ cũ ipsius humiditate aquosa equaliter. Si aũt parti/
cule tales combuste terrestres essent multe ⁊ superabundã
tes tunc facerent flegma amarũ. ꝺm eni hunc modũ etiam
salẽ faciunt hij qui in salinis operant̃. Galenus tñ dixit q̃
flegma poterit fieri salsum per solã putrefactionẽ in seipso:
⁊ hoc nõ est incredibile: q̃ in putrefactione calore exhalãte
educit̃ humidũ subtile. ⁊ tunc in humido grosso remanẽte
intendit̃ terrestre: ⁊ hoc fit causa salsedinis. ¶ Oportet aũt
scire q̃ porus qui dirigit̃ a chisti fellis ad inferiora ĩtestina
aliquando oppilat̃: ⁊ tunc ꝓpter defectũ cholere egestio fit
alba ex flegmate: ⁊ aliquãdo inducit̃ infirmitas que choli/
ca vocat̃. Aliquando aũt cremat̃ cholera in seipsa ⁊ accidit
cinis in ipsa: ⁊ adunat̃ cinereitas sua cum aquositate sua: ⁊
qđ fit ex illo est res pessima. ¶ Adhuc aũt cholera ĩnatura/
lis aliquando generat̃ in epate ⁊ aliquãdo in stomacho: sed
ea que generat̃ in epate ⁊ cremat̃ est subtilior. In stomacho
aũt generat̃ ea que viridis est ⁊ prassina ꝓpter virorem vo
catur ⁊ sua generatio est ex adustione cholere que vitellina
vocat̃: ⁊ tunc totũ nigrescit combustuꝫ: ⁊ ĩmiscet̃ naturalis
cholera cum illa: ⁊ tunc fit totũ viride: ⁊ illud prassinum cõ
burit̃ multũ ⁊ efficit̃ viridissimũ quasi erugo eris. ⁊ hec est
cholera pernecabilis: ⁊ est quasi venenum.

¶ Cap. 7m. Et est digressio declarans operationes calidi ⁊
frigidi in sanguine ⁊ pinguedine aĩalium sanguinem habẽ
tium ⁊ nõ habentiũ ⁊ precipue in cerebro ⁊ medulla.

Avicenna. li. de aĩalibꝫ ca/pitulo. 6.

Consequenter aũt ad notitiam eoꝝ que dicta
sunt de multiplicitate calidi ⁊ frigidi ⁊ humi/
di ⁊ sicci: ⁊ ad faciliorẽ notitiã sequentiũ pre/
mittamus adhuc capitulum de cibo interiori
animaliũ hoc est de humore qui est cibus vni
uersalis animaliũ dicẽtes: q̃ omne aĩal qđ ci/
bat̃ aut hꝫ sanguinẽ aut humorẽ aliũ loco sanguinis existẽ/
tem. Omne aũt aĩal sanguinẽ habẽs calidius est eo qđ san
guinem nõ hꝫ: precipue tamẽ masculus in his que habent
sanguinem calidior est sanguinem nõ habentibus. Quidã
tamen antiquoꝝ medicorum sicut Martymon ⁊ sequaces
eius dixerunt feminas esse magis calidas q̃ viros: ⁊ huiꝫ
signum esse dixerunt q̃ redeunte mẽse in nouilunio vel ple
nilunio menstruoꝝ patiunt̃ distillationem: sed Prothago
ras quem quidã Abrokalix corrupte vocant his dixit con/
trariũ ⁊ veritatem dixit in hoc. ¶ Adhuc quidã antiquorũ
opinati sunt sanguineꝫ ⁊ choleram frigidos esse humores:
cum tamen per ipsum effectũ humores hos constet esse ca/
lidos: q̃ sanguis prestat incrementum qđ non faceret nisi
per caloris operationem: ⁊ cholera pũgit: ⁊ aperit vias qđ
nequaq̃ preualeret facere nisi per calidũ acutum pungens:
sicut Pithagoras bene dixit pungens esse caliduꝫ: eo q̃ ex
acutis compungit angulis. Calidũ aũt sicut in precedenti/
bus diximus dicit̃ multis modis. Calidũ eniꝫ est qđ tactu
calefacit sicut ignis aut ignitum: ⁊ dicit̃ calidum potentia:
q̃ cum receptum fuerit in corpus animalis ⁊ excitatum ca/
lore naturali calefacit. Et dicit̃ etiã alijs modis quos pre/
diximus: sicut aliquando dicit̃ id calidum qđ quando mul
tiplicatum in sua specie sumptum fuerit calefacit: cum ta/
men modicum de sua specie non calefacit: sicut appium di/
citur calidum: eo q̃ multum appium sumptũ calefacit: mo
dicum tamen non calefacit. Dicit̃ etiã calidum aliquando
qđ acceptum

qd acceptum calorem vix deponit: sicut plumbuz: ecōtra autem corpora combusta cinerosa cū calefiūt in se profundūt ignem: ⁊ cum abluūtur reddūtur frigida. ¶ Adhuc autem dicit calidum per essentiam ⁊ per accidens: ⁊ siccuz dicitur per essentiam ⁊ per accidens: ⁊ similiter siccum dicit per essentiam sicut in lapide: ⁊ dicitur siccuz per accidēs vt in glacie: ⁊ de omnibꝰ his satis dictum est: sed hic repetuntur vt sciant effectus eorum in animalibꝰ. Animalia eniz aquosa subtilem habētia sanguinē ⁊ aquosum sunt valde timida: que autem habēt sanguinē spissum sunt audacia: eo ꝙ sanguis ille magis retinet calorem: sicut terra calida diutiꝰ retinet ꝗ aqua: ꝓpter qd calorem ire diutissime retinent porci ⁊ camelli boues ⁊ leones: ⁊ similiter est de homine grossi sanguinis. ¶ Adhuc aūt animal nō habens sanguinem nō habet sepum neqꝫ zirbū: in sepo enim ⁊ zirbo est terrestreitas ꝓpter quā talia coagulantur. Sepū autem ⁊ zirbꝰ in animali precipue dentes in superiori mandibula nō hn̄te. Sepum etiam talium aialium liquefactum citius coagulatur eo ꝙ multum sunt terrestria: cuius signū est ꝙ cornua ⁊ vngues ex multa habent terrestreitate. Nō aūt ita cito congelatur sepum animaliū aliorum. Quia autē pinguedo est de sanguine aquoso frigido: ⁊ facile frigido congelatur: ideo quādo multiplicat nimis in corpore extinguit ⁊ cōgelat calorem naturalem ⁊ interficit aial. Hinc est etiā ꝙ ossa ⁊ sepum non habent sensum: qa sunt quasi sanguis congelatus priuatus calore: qa horum digestio nō est similis digestioni carnis. Frigus ergo in talibꝰ cōfortat: ⁊ postꝗ fuerit potēs supra corpus mors inducit. ¶ Adhuc autē ex eadē causa cōtingit ꝙ postꝗ pinguedo multiplicat in corpore rescidetur generatio ex infrigidatiōe sanguinis. ¶ Amplius aūt medulla que est in ossibus est ex dissolōne subtilis ⁊ aquosi sanguinis qui ad perfectā digestionem non peruenit: hoc eniz qd perfecte digestum est de sanguine est qd venit ad speciē carnis: medulla autē in essentia sua ꝯm aliquē modū spermati assimilat. Et medulla quidē pueri est sanguinea: medulla vō iuuenuz ex acutiori generatur sanguine ꝗ medulla senum. Est aūt medulla sustentamentum ⁊ irrigatio ossis: ⁊ generat ex superfluo cibo ossis qd colat ex corpore ossis ex parte interiori in cōcauo ossis: ⁊ tamē est nutrimētuz ossis. Hec eni non sunt cōtraria ꝙ dicatur esse superfluitas cibi ossis: ⁊ ꝙ sit cibꝰ eius: cum eniz medulla est multa: aliquid ipsius poterit cōuerti in nutrimentū vel cibū. Uniulr autem loquēdo medulla est sanguis alteratus ad naturaz ossis: aial autem qd stricta habet ossa ⁊ multuz subtilia nō indiget sustentamento ⁊ nutrimēto ossiū: ⁊ non hꝫ medullā in ossibus sicut leo. ¶ Adhuc aūt iuuat multus calor leōis: animal aūt non hn̄s os nō habet medullā nisi nucham que circūdatur spinis dorsi: ⁊ hec medulla lꝫ sit fundamētū neruoꝝ ꝓcedentium a spina dorsi: valet tamē etiam ad alia q̄dam: est eni continuatiua quasi per modū ligamenti spōdilium: nō est solum in hoc ꝙ sint coopermentū nuche: sed ēt vt sint origo ossiuz sup que fundat corpus. ¶ Opinati sunt quidā ꝙ natura nuche sit vna cuz cerebro eo ꝙ cōtinuat cū ipso: hoc aūt error est: qa natura cerebri ⁊ cōplexio est frigida: sed spinalis medulla est calida. Signū autē huiꝰ est pinguedo ipsius: calorē aūt hūc habet a corde quez ante spinā potētia acquisiuit: ex hac tamē caliditate nō exiccat: qa continuā a cerebro recipit irrigationē. ¶ Opinati sunt ēt qdā subam cerebri esse sentientē: ⁊ ꝙ habeat virtutem sensitiuā tangibilium: hoc autem falsum est: talis eniz est qualis est natura medulle que est in ossibus: non eni dolet cerebrū ꝓpter apostema in sui natura: sed potius ꝓpter apostema in suis pelliculis: non tamē ꝓpter hoc neganduz est quin in cerebro sit aliquid in quo sensuū vires reponūtur ⁊ in quo spiritus vitalis ⁊ animalis: sed tamē aliud nō est sentiens sensu tactus sicut ⁊ cerebrū est principiū visus: ⁊ tn̄ non videt: ⁊ est principiuz virtutis motiue motu volūtario ⁊ tamē nō mouet: sed ꝑfecto principiū istaruz virtutū est spiritus qui est in cerebro ⁊ ipsum cerebruz est arca virtutū que per spiritū vehūtur ⁊ fluunt ad mēbra continuata cū medulla cerebri sicut ⁊ ipsa testa capitis est arca medulle cerebri: nō autem oportet ꝙ arca aut transitus siue via virtutis participet virtutem eādem: sicut eni in duobus neruis vacuis qui obtici dicūtur nō oriūtur virtutes visiue sed in cerebro: eo ꝙ ipsum cerebrum equat ⁊ temperat calorem spiritus calidi ⁊ facit ipsum visiuum ⁊ alioꝝ sensuum. Equat eniz cerebrum spiritū sensitiuum ⁊ motiuum: sic etiam sicut in arca ⁊ origine est spiritus vitalis in corde ⁊ equatur ad pulsum in ipso: aut forte a corde oritur nāliter omnis spiritꝰ: qui tn̄ in cerebro temperatur ⁊ equat ad sensus ⁊ motus operationem: in epate aūt ad operationem naturaliū virtutum: nō enim erit cerebrum ad hoc ꝙ sentiat: sed ad hoc vt spiritꝰ sensitiuus in eo sicut in equante ⁊ tēperante ipsum: nō oportet ꝙ ipsum sentiat. Testat aūt hoc Galenus dicens ꝙ nō tangit nisi ꝙ habet equalitatē ꝯm complexionē qualitatuz tangibiliū. Et dicit idem ꝙ cerebri cōplexio exit ab equalitate ⁊ declinat ad frigus: ⁊ frigiditatis ipsius effectꝰ est insensibilitas eius. Quāuis aūt etiaz cor non declinet ab eqlitate: tamē declinatio sua est ad caliditatē: ⁊ caliditas maior que nō corrūpit cōplexionez est causa maioris sensibilitatis: nec impedit cor a sentiendo per caliditatem: sꝫ potius quādo impedit hoc accidit ei ex instrumētis que ministrāt ei: sicut est spiritus: quādo enim ille infrigidat multū impedit cordis sensibilitatem. Melius igit qd in hac re dici potest est ꝙ dicatur ꝙ primum operās sensuz sit spiritus: ⁊ ꝙ nō consequitur aliquo modo vt arca spiritus aut custodia sua: aut id qd temperat ipsum ⁊ equat ad sentiēdum sit sentiens aliquo modo: sed oportet vt recipiat complexionez et substantiam que possit equare ⁊ temperare spiritus sensibiles ad sensuuz operationē. Melius igitur est vt dicatur vt membrū sentiens id qd est magis equale sit caro substātia excedens in frigido ⁊ humido aquatico sicut est cerebrum sensum habere nō poterit: spiritus autem habilis vt vehat virtutes est calidus: eo ꝙ frigidū stupefac virtutes. ¶ Et si obijciatur ꝙ inspiratio est frigida: que tamē cōfortat spiritum: dicemus ꝙ inspiratio nō est ad hoc ꝙ equet ⁊ temperet spiritum: sed potius est vt impediat nimis calidū intendere spiritū: hoc eni si cōfortaret dissolueret spirituz ⁊ diminueret ipsum: euentat igitur ab inspiratiōe ⁊ ꝓhibetur ab euaporatiōibꝰ superfluis. Inter mēbra igitur sensibilia magis equale est magis sensibile: cerebrum aūt frigidissimum est vt eque distans cordi refrenat calorē ⁊ ebullitionē ipsiꝰ. Iuuat etiam spiritū sibi a corde venientem ⁊ nimis calefactum ad equalitatem aliquā temperat: que equalitas cōuenit motibus ⁊ operationibus virtutum cerebri: virtꝰ enim motiua ⁊ sensitiua venit a corde ad cerebruz vecta spiritu: spiritus vō procedens a corde in substātiaz cerebri multis modis substātiam cerebri rectificat sicut in nutriri ⁊ augeri ⁊ multis alijs: omnia eni hec sunt a virtute cordis. Spiritus igit secundus qui a corde ꝓcedit multas habet virtutes ⁊ operationes: cū autem intrauerit ad epar vel cerebrū aptatur complexioni epatis vel cerebri: ⁊ tūc non habet nisi virtutem illi mēbro cōuenientem: nec impedit illa quacūqꝫ alia a corde veniēte: qa semper aptat ad illiꝰ mēbri operaz: hoc aūt totū ex corde causat. Cū eni aia sit vna in vno corpore aptat aia vni primo mēbro qd est ꝑncipiū oīum alioꝝ: ⁊ in medio eoꝝ positū: ⁊ calor qui est in ipso est instrumētuz omnium virtutū quas vehit in oīa membra: ⁊ hec determinātur ⁊ specificantur ꝯm equalitatem ⁊ complexionez quaz recipit spiritus in omnibus membris. Hec igitur sunt que dicere voluimus de operationibus calidi ⁊ frigidi.

¶ Tractatus Secundus Duodecimi Libri de aialibus in quo agitur de natura mēbrorum siliūm ⁊ cōsimilium.

¶ Cap. pm. De natura ⁊ causa sanguinis qui est materia mēbrorum similium.

TRanseamus igit nūc ad Aristo. sententiaz: dicentes ꝙ omne qd augetur necessario cibatur a sicco ⁊ humido ꝯm materiaz sui nutrimenti: ⁊ digestio huius nutrimenti fit per caloris fortitudinem. Igitur necessariuz est vt sit aliqd ꝑncipium caloris naturalis in omnibus que augentur plantis ⁊ aialibus per ipsam hanc causam quam diximus ēt si alia causa huiꝰ nō habeat. qd tamē nō est verum: qa calor in aiatis fere oēs complet operatiōes: sicut pꝫ per ante dicta in capitulo ꝑcedēti. ¶ Organa aūt siue instra

Auicenna. 12. de aialibꝰ capitulo. 6.

Scdo d ꝑtibꝰ aialiū ca. 3. circa dimidium.

ad vsum cibi conuenientia multa sunt valde. Et primũ q̃dem ad vsum cibi in aialibus deputatũ est os: ⁊ ea que sũt in ore sicut lingua dẽtes ⁊ huiusmodi: ⁊ maxime in his que indigent vt cibus eoꝝ incidat̃ in partes paruas quando sumitur: hoc est incisio lз non sit causa cõplete digestionis: tamen est causa ꝙ velocius cibꝰ digeratur: ⁊ ꝙ vndiq; suggi possit a meseraicis humidũ purum qđ in ipso est quãdo cibus per totũ diuisus est: ⁊ contritꝰ. Venter autem superior qui est stomachus: ⁊ vẽter inferior a quo trahũt meseraice cibũ digerunt digestiõe completa per calorem nãlem digestiuuз: sicut sepe in ante habitis diximus: ꝙ est via per quã intrat cibus ad locũ digestionis: ⁊ cum intrat est indigestꝰ: lз digestio in ore incipiat: ⁊ similiter in meri siue isophago per quẽ etiã est introitus cibi post os in animalibꝰ habentibꝰ isophagum: per hãc eniз viã cibus vadit ad stomachũ. Sũt autem ⁊ alia membra hoc mõ principia introitus cibi existentia: sicut est papa in auibꝰ ⁊ os superiꝰ stomachi ⁊ huiusmodi. Hec eni oportet esse principia sumptiõis cibi: eo ꝙ totum corpus per illa cibum accipit: arbores cibuз frigidũ accipiũt per radices suas a terra qui cõpletus est illa digestione que separat purum ab impuro: ⁊ suggunt ipз plãte a terra: ⁊ ideo cibus plantarum non habet superfluitateз stercoris vel vrine que reijciatur. Et qa nõ suggunt plante nisi humorem completũ ad plante nutrimẽtũ: ideo non fecit eis natura aperturaз oris sicut animalibꝰ: sed potiꝰ dedit eis radices paruas que sunt loco meseraicaꝝ venarum in aialibus: terra enim ⁊ calor inclusus in terra ex radijs solis ⁊ stellarum faciũt officium ventris in aialibus: qa calore illo eleuat̃ ad radices plantarũ purum nutrimẽtũ: ⁊ ipurum pondere terrestreitatis descendit ab ipsis. Omnia autem aialia perfecta ⁊ maxime ambulantia habẽt ventrem a quo separat̃ purum ab impuro: ⁊ ab ipso totuз corpus sicut radices arboꝝ accipiũt purũ cibũ a terra. Per radices eni sicut per venas meseraicas vadit cibus ad totã arborẽ per stipitem ⁊ per ramos ⁊ flagra: donec calore solis ⁊ plante digestio cibi plante perueniat ad finem vltimũ ⁊ cõplemẽtuз. Sicut aũt operatio oris necessaria est vt inijciat cibũ ventri: ita necessarium est esse aliud mẽbrum interius qđ cibuз a ventre suggẽdo accipiat: ⁊ hoc est vene meseraice que extendũtur ad intestina media inter portanariũ ⁊ longaonẽ: ⁊ incipiũt suggere inferius in ventre: ⁊ separant̃ distracte p totum corpus veniẽtes a corde ⁊ epate: sicut satis scitur per anathomiam nostrã quã in ante habitis executi sumus. In omnibꝰ autẽ animalibus necessariũ est ꝙ sit membruз recipiens cibũ: ⁊ aliud mẽbrũ qđ recipit eius superfluitatẽ que est impura ⁊ abijcienda: vene autẽ que sunt quedã vasa sanguinis per que decurrit ad membra sanguis aut humor q est loco sanguinis. Ex quo etiam manifestatur ꝙ sanguis est vltimũ siue depuratum nutrimẽtum qđ est intra vasa iã ad membra fluens in habentibꝰ sanguinem: aial v̊o carẽs sanguine per similem humorẽ cibat̃ qui loco sanguinis est in ipso: cuiꝰ signũ est ꝙ quãdo aial non cibat̃ sufficienter ex isto cibo macilentũ ⁊ male dispositionis efficit̃: quãdo autẽ sufficienter cibat̃ ex ipso augetur ⁊ bone dispositionis efficitur: ⁊ si cibus ille fuerit clarus ⁊ bonus erit corpus sanũ: ⁊ si malus fuerit erit corpus infirmum. Sanguis igit̃ in animalibꝰ nõ est nisi propter cibuз: sicut patet ex his que dicta sunt: ⁊ ideo sensum nõ habet: qa adhuc actu membruз non est sed potentia tñ: ⁊ sicut ẽt alie superfluitates ad corpꝰ nõ cõuerse non hñt sensum: cibus eni nõ habet sensuз sicut sensus est carnis: qa quãdo tangitur caro sentit manifeste: sanguis non est adhuc cõtinuus in carne: sed est quasi in vase repositus in corde ⁊ venis. Qualiter aũt membra recipiunt sensum a corde ⁊ qualiter cibantur ex ipso bene satis dictũ est in alijs libris precedẽtibus in hac scientia: vbi diximus generationẽ membroꝝ a corde: hic eni sufficit dicere ꝙ sanguis nõ est nisi ꝓpter cibũ membroꝝ: nõ enim indigemus nisi vt loquamur de natura ⁊ vtilitate sanguis.

Scd̃o d̃ ptibꝰ aialiũ cap. 4.

¶ Amplius autem in quorũdam aialium sanguine inueniunt̃ fila subtilia ad modũ piloꝝ per ipsum extẽsa: in quorũdam autem aialium sanguine hec nõ inueniũtur sicut in sanguie ceruorum ⁊ quorũdam alioꝝ: ⁊ ideo talium aialium sanguis nõ coagulat̃. Si tamẽ multum terrestris sit talis sanguis coagulatur propter priuationem humiditatis que est in ipso.

¶ Amplius aũt intellectus in hoie ⁊ estimatio in alijs animalibus puriora sunt ⁊ meliora ⁊ impuriora ⁊ peiora ſm dispositiones sanguinis ⁊ humoris qui est loco sanguinis: nõ quidem ꝓpter frigiditatem sanguinis: sed ꝓpter subtilitatem ⁊ claritatem ipsius maiorem ⁊ minorem. Subtilitate aũt ⁊ claritate caret terra ꝓpter quã terrestrem multuз habentia sanguineз grossiora ⁊ hebetiora sunt in cõceptionibus ⁊ operationibꝰ anime. Animal eni habens humiditatem nãlem subtiliorem ⁊ puriorem habet meliorem sensum: ꝓpter qđ etiam multa animalia carentia sanguie subtiliora sunt in apprehẽsionibꝰ sensibilium ⁊ alijs quibusdaз operationibus anime quibusdam alijs animalibꝰ sanguinem habentibus sicut formice ⁊ apes ⁊ huiusmodi: qa bonitas huiusmodi apprehensionũ sicut diximus non causat̃ ex calido ⁊ frigido: sз potius ex subtili; aut claro: aut grosso: aut obscuro humore naturali. Animalia autem quoruз humor naturalis est multe aquositatis: ⁊ cito infrigidabilis sunt maioris timorositatis: eo ꝙ timor ꝓpter fugaз sanguinis ⁊ caloris ⁊ spiritus ad cor infrigidat corpus: ⁊ si tũc congelatur humor nõ cito redit calor dissoluẽs ipm: ⁊ ideo talia animalia remanent diu timida ⁊ imobilia: ⁊ ideo animal cuius cor talis est complexionis hoc est frigide ⁊ humide aquose patit̃ sepe ex qualibet leui occasione tale timoris accidens: aqua enim frigida precipue viscosa cito congelatur: ꝓpter qđ etiam animal carens sanguine maioris est timoris animali habenti sanguinem: ita ꝙ etiam talia animalia timentia imobilitantur: ita ꝙ non mouẽtur nisi modicum ꝓpter fortem passionẽ ⁊ congelationẽ timoris. Quedam etiam talium animalium sanguine carentiuз in timore constituta mutant colores suos ex multa destitutiõe exteriorum a calore ⁊ spiritu. ¶ Amplius autẽ aliquando sunt in sanguine aliquorum animalium corpora parua ad modum pilorum per sanguinẽ extensa: ⁊ hec terrestrem habẽt sanguinem: qui cũ calefit diu valde tenet calorẽ: ⁊ ideo hec multum sunt iracũda ⁊ diu iram retinẽtia: ⁊ sunt audacia: iracũdia enim mouet calorem propter vindicte appetitum in quo ſm diastolem cor mouetur exufflans ex se calorem ⁊ sanguinem ⁊ spirituз. Sanguis autẽ talis diu feruet: quia terrestreitas tenet calorem diutius ꝙ̃ aque humiditas: filaria enim corpora terrestria que sunt in talium animaliuз sanguine efficiũtur sicut carbones ignis tempore iracũdie: ⁊ hec est causa dicti vulgaris ꝙ taurus ⁊ porcus valde sunt iracũda animalia ⁊ indiscreta ⁊ feruenti ira: eo ꝙ in sanguinibꝰ eoruз multa talia sunt filaria corpora: ⁊ p̃cipue in sanguine tauri: cuius signum est ꝙ citius cõgelatur omni alio sanguine. Et quãdo iste partes per colationem extrahunt̃ a sanguine non congelatur omnino: pars eniз terrestris ex humido aqueo extracta facit ꝙ humidum postea neq; adiuuabitur: neq; exiccabit̃: lutum v̊o humidum facile congelatur a frigore: quoniam cum per frigus exprimitur ⁊ expellitur ex ipso calidum exibit cum calore humidum qđ est caloris subiectum: ⁊ tunc constat ⁊ congelat̃ terrestre siccum: sicut diximus in libris ante habitis naturalibus: ⁊ precipue in 4° metheororum. Hec igitur est causa congelationis siue coagulationis eius: ⁊ nõ coagulatur ex calore sed potius ex humore quo destituitur. Sunt auteз ⁊ alie humiditates in corporibꝰ animalium: sed humor sanguinis maior est: et abundans super omnes alias corporis humiditates: ⁊ hoc dignum est ideo: qa est corporis cibus quem oportet multũ esse in animaliuз corporibus. Cibus eni est materia totius influens ⁊ effluens in corpore: ⁊ sanguis est vltimus cibꝰ vt diximus: ⁊ ideo conuenit eum multum esse: in sanguine est multa diuersitas caloris aut frigoris causata: aut ex eo ꝙ adhuc nõ sufficienter digestus est: aut forte qa corruptꝰ est ex aliquo accidente: qđ in physicis enumerauimus.

Nõ pp sãg… frigiditatẽ… pp subtilita… ⁊ eiꝰ claritat… prudẽtia i a… libꝰ arguit̃.

Sãguis tauri citiꝰ cõgelat̃ oĩ alio sanguie.

¶ Cap. 2m. De pinguedinis ⁊ zirbi natura ⁊ de cã medulle.

Scd̃o de ptibꝰ aialiũ ca. 5.

ZIrbus v̊o ⁊ pinguedo differunt ſm sanguinis superfluitatem: vtrũq; enim illoꝝ est sanguis aliqua decoctione: eo ꝙ est ex cibo citius ⁊ melius conuertibili: qđ ꝓpter aquositateз ⁊ aerітatem non sufficienter affinitatur: ⁊ assimilat̃ cibo vltimo animalis: ⁊ est facilis decoctiõis ⁊ conuersionis efficitur pinguedo aut sepuз aut zirbꝰ. Huius autem signum est ꝙ pinguedo ⁊ zirbus non inueniũtur

nisi in animali cuius corpus est fertile: hoc est facile nutribile ⁊ bone dispositionis: pars enim pinguedinis cõmunicat cum aere ⁊ igne: qa cito suscipit calorem ⁊ fortiter retinet ipsum: ⁊ hec est causa ꝙ hec non inueniũtur in animalibus sanguine carentibus: animal autez qđ habet sanguinem spissum terrestreitati corporis eius propinquum habet zirbum: eo ꝙ zirbus sicut in superioribus declaratũ est terrestris est: ⁊ ꝓpter hoc zirbus coagulat̃ sicut sanguis in quo sunt multa filaria subtilia de quibus diximus. Brodium etiam in quo decoquitur caro talis animalis etiã cõgelatur ⁊ constat: terrestres eniz partes in tali animali sunt multe: ⁊ partes aquose sunt pauce: ꝓpter qđ etiam zirbum precipue abundare videmus in corporibus animaliuz que dentibus carent in mandibula superiori ⁊ habẽtibus cornua. Hoc autem animal manifestum est esse plenũ elemento terrestri: eo ꝙ cornua ⁊ vngule sue de huiusmodi generantur elemento: animal autem carens quidem dentibus mandibula in superiori: sed carens cornib' est terrestre sed nõ tãtũ: ⁊ ideo habet pinguedinem que sepum vocatur loco zirbi: ⁊ illa pinguedo non est adeo cõminuibilis sicut zirbus quando ericcatur: eo ꝙ natura eius nõ est adeo terrestris nature. Huius autem pinguedo quando pauca fuerit in membris animalis iuuabit: eo ꝙ non ꝓhibet bonitatem sensus ⁊ adducet sanitatem ⁊ fortitudinem: cum autez multiplicatur multum nocebit: ⁊ forte corrumpit animal: quoniam si totum corpus cooperiatur pinguedine aut zirbo necesse est ꝙ tunc moriatur animal: qa tunc pinguedo ⁊ zirbus operiunt membrum in quo sensus est tactus: ⁊ sunt sine sensu sicut ⁊ sanguis ex quo generata sunt: qa sicut ante diximus hec non sunt nisi sanguis facilis decoctionis ⁊ conuersionis qui non est membris que actu membra sunt assimilatus. ¶ Manifestum est igitur ꝙ si totum corpus: aut tale efficiatur: aut talibus operiatur amittet sensum ⁊ morietur: ꝓpter qđ cito senescit animal multe piguedinis: sanguis enim eius cum transeat in pinguedine est paucus. Senectus autem ⁊ corruptio non contingunt nisi ex paucitate sanguinis non bene membris assimilati: omne enim qđ est pauci sanguinis multarum est occasionum corrumpentiũ: eo ꝙ citius ⁊ facilius imutat̃ ex frigido ⁊ calido. ¶ Adhuc autem animal multe pinguedinis pauce est generationis ⁊ coitus: aut forte nullius omnino ꝓpter eandem causaz: sanguis enim qui sperma efficeretur transit in pinguedinẽ anteq̃ʒ corpori assimiletur: ⁊ ad vasa seminaria descẽdat. Sic igitur dictum est de sanguine ⁊ aquositate ⁊ pinguedine et zirbo ⁊ causis eorum. ¶ Amplius autem medulla que est in ossibus est nature sanguinee: nõ enim verum est qđ opinati sunt multi antiquorum: ꝙ. vz. sit ex virtute spermatis ex quo generatur embrio. Hoc autem manifestum est in iuuenibus quorum membra corporis similia ex sanguine sustẽtantur ⁊ cibant̃: medulla autem sicut diximus est superfluũ nutrimenti ossium ⁊ cib' eorum. Cibus enim embrionũ est sanguis menstruus: ⁊ medulla que est in suis ossib' est sanguis superfluus in ossium suoꝝ cibo. Color autem medulle embrionũ ⁊ puerorum est sanguineus: sed imutatur ⁊ albescit quando crescũt pueri. In incremento eniz animaliũ quodlibet calidũ recipit imutationem: ⁊ simili modo mutantur medulle iuuenũ. ¶ Adhuc autem medulla animalis pinguis est valde pinguis: quando eniz bene digeritur sanguis animalis efficit̃ pigu͂edo vel zirbus sicut patet per ante dicta: zirbus tamẽ est magis digestus sanguis q̃ʒ pinguedo: ⁊ ideo medulla que est ex sanguine melius digesto q̃ʒ pinguedo similis est zirbo: ꝓpter qđ est medulla animalis qđ habet cornua ⁊ dentes in mandibula inferiori tñ: similis est zirbo eiusdem animalis: aĩal vͦo qđ habet dentes in vtraqʒ mandibula: habet medullam mollem siẽʒ pignedini: ⁊ huic assimilatur medulla spondilium eo ꝙ debet eẽ continua ⁊ transiens per omnia spondilia. Si eniz medulla spondiliũ esset similis zirbo non posset esse continua per totam longitudinem transitus sui per spõdilia: eo ꝙ durities ⁊ interpositio membranaꝝ impedirent ei' continuitatem: sed esset humida qdem quando est calida ⁊ cõteribilis quando esset frigida. ¶ Adhuc aũt quedã animalia nõ multam habent medullam: que. vz. ossa habent fortia ⁊ dura ⁊ spissa: sicut sunt ossa leonis in quibus non est nisi parua medulla: ꝓpter qđ etiam quidam opinati sunt ꝙ non esset in eis medulla omnino: ⁊ precipue in osse colli. Est autem necessariuz omnino ꝙ in animali perfecto: aut sint ossa: aut membra conuenientia ossib' que sunt loco ossiũ sicut est spina in animali aquoso ⁊ serpentibus: ⁊ in illis ossibus ex spinis necesse est esse medullam eo ꝙ ex cibo ex quo generãtur ossa: oportet in ossibus ⁊ spinis aliquid retineri tãq̃ʒ superfluum qđ est ad ipsorum irrigationem ⁊ nutrimentũ. Jam autem superius determinatuz est ꝙ sanguis cibus est oĩuz membroꝝ ⁊ ex ipso generatur pinguedo ⁊ zirbus ⁊ medulla: aut similis est generationi pinguedinis: aut generationi zirbi: ꝓpter qđ necesse est esse medullam pinguem ⁊ zirbosam in sapore ⁊ tactu. Digeritur enim ex calore ossium conueniente sibi: ⁊ sicut dictuz est superius sanguis digest' etiã per seipsum efficitur pinguedo vel zirbus: sicut per seipsum constat brodium in quo decocta est caro. Rationabile autẽ est non esse medullam in osse spisso ⁊ forti: ⁊ si est paruã eẽ: cibus enim in talib' aut totus: aut ex maxima parte transit in ossa. In animalibus autez aquosis ⁊ alijs que carent ossibus ⁊ loco ossium habent spinas non inuenit̃ medulla nisi illa que transit per spondiles. Tale eni animal est pauci sanguinis naturaliter: ⁊ medulla in talibus non habet locum sue generationis nisi per spondiles tñ distẽdatur: in illo eiz loco hec animalia medulla indigent ad confortanduz neruos ⁊ ligamenta que a spondilibus oriuntur: ⁊ quib' coste infiguntur: ⁊ hec est causa ꝙ medulla spondiliũ est alterius coloris ceteris medullis: sicut patet ex anterius in hac sciẽtia determinatis: ⁊ est viscosa neruosa: quoniam non est in spondilibus nisi loco ⁊ vice cerebri clandestinum spondiliũ transeuntis. Sic igitur declarata est causa propter quã medulla est in ossibus animalium habentium medullaz: ⁊ qđ est medulla. Et qa est superfluitas sanguinis ex qua cibãtur ossa ⁊ spine animaliũ. Et ideo etiã est retẽta inter ossa: ⁊ ꝙ nõ gñat̃ nisi ex sanguine bone ⁊ facilis decoctionis.

¶ Cap. 3m. De natura cerebri sm doctrinã Aristotelis.

Scdo d ptib' aialiũ cap. 6.

Sequitur autem nũc dicere de causa ⁊ natura cerebri. Sicut autem diximus superius multi antiquoruz opinati sunt ꝙ medulla spondiliũ que nucha vocatur sit continua cuz cerebro ⁊ eiusdem nature secum: lʒ veritas illis contradicat: eo ꝙ natura cerebri diuersa est a medulle nuche natura. Cerebrũ enim valde frigidum est magis omnibus alijs interiorib' membris: natura autem medulle nuche est calida: cuius signum accipit̃ ex pinguedine que est in ea. Causa autem quare medulla nuche est continua cum cerebro est: qa natura semper laborat ordinando mẽbra ad id qđ melius est. Cum igitur cerebrum sit frigiduz continuat ei contrarie dispositionis membrum: vt ex hoc det ei virtutem adiuuantem ⁊ expellentem distemperantiã que prouenit ex qualitate frigiditatis in cerebro: ⁊ ideo ponit vnum prope alterum. Ex multis autem rationib' proprijs manifestum est medullam nuche calidam esse: ⁊ etiaz ex ratione que iducta est ex frigiditate cerebri: qa aliter natura non reduceret ad temperiem ordinem membrorũ nisi calidum poneret ⁊ continuaret ad frigidum. Signum aũt frigiditatis cerebri est ꝙ tactus cerebri valde est frigidus: ⁊ est priuatus sanguine magis omnibus humiditatib' que sunt in corpore eo ꝙ quasi nullus sanguis apparet in eo: et cum hoc etiam est subsiccũ. Cerebrũ autem non est superfluitas sed potius principale membrũ: neqʒ est ex membris omnino continuis ⁊ compactis: sed natura ei' natura eterna quedam dum durat animal. Rationabile enim est nãm cerebri esse talem: eo ꝙ est principium ⁊ arca operationum animaliũ. ¶ Amplius aũt cerebrum non habet continuationem cũ aliquo membrorum sensibilium: sicut ad visum apparet in anathomia. Adhuc autem cerebrum non habet omnino sensum tactus: sicut neqʒ sanguis aut superfluitas alia animalis: non enim est in corporibus animalium nisi ad saluandum naturam. Non enim est verum ꝙ quidam fingunt animam esse ignem: aut aliam corpoream virtutez elementi que similis sit calori ignis: ⁊ ꝙ illa sit in cerebro: et propter hoc cerebrũ sit calidum. Sicut enim in his que de anima sunt disputatur melius est dicere ꝙ anima sit principium ⁊ causa corporis: siue sustentatio continens ipsum: et

Scdo d ptib' aialiũ cap. 7.

sic in tali corpore qđ est calidum ⁊ alias virtutes habēs elementorum: aut ꝙ anima sit talis causa talis corporis qualis dicta est: ⁊ ꝙ iste elementorum qualitates sint instrumēta eius: ⁊ ideo dicere animam esse ignem idem valet ꝙ eaꝫ dicere fabrum lignarium serraꝫ esse. Ex his ergo ⁊ huiusmodi rationibus necessarium est ꝙ anima est actus corporis habens sicut motor ⁊ artifex in potestate huiusmodi calorē ignis qui est in corpore. ¶ Sed vt prius diximꝰ omnes res physice cōmixte indigent coniunctione contrarij sibi vt temperentur: ita ꝙ non sit in eis aliqua distemperantia: et natura fecit cerebrum frigiduꝫ: ⁊ positū est ex opposito cordis qđ est membrum calidissimum: eo ꝙ non saluaret̄ mēbrum egrediens a temperantia per se sine contrarietate alterius membri temperantis ipsuꝫ: ꝓpter qđ sagax natura igeniata est ponere cerebrū ex opposito cordis vt diximus. Cerebrum enim erat intemperatuꝫ eo ꝙ vincebat in ipso natura terre ⁊ aque que sunt elementa frigida valde: hec enim contemperantia resultans ex ordine membroruꝫ causa est ꝙ animal habens sanguinem habet cerebruꝫ: nec habet cerebrum ab aliquo alio animali nisi forte non habentia sanguinem habeant membrum conueniens cerebro qđ operat̄ cerebri operationes: sic̄ animal multipes ꝭm Arist. ⁊ sibi similia: que etiam animalia calida sunt propter cerebri priuationem. Cerebrum enim emūdat complexionem caloris ebullitionem caloris ⁊ cordis: vt habeat cor etiam calorem temperatum in duabus venis. s. in vena maiori ⁊ adorthi sicut dixim̄ꝰ in anathomia. He enim vene ꝭm ramificationes suas perueniūt ad telam cerebro continentē: vt enim nō accidat cerebro nocumentum ex calore qui accideret si vene calide penetrarent in substātiam ipsius: ideo iste vene per texturas suas sunt continentes ipsuꝫ: spisse autem sunt ⁊ graciles loco venarum paucaruꝫ magnarū quarum orificia tamen effundūt sanguinem ad ipm vt nutriatur. Sanguis autem iste est mundus clarus ⁊ subtilis ⁊ nō spissus ⁊ turbidus. Si enim sanguis ille fuerit frigidior cōplexione temperata: aut etiam ipsum cerebrum: statim accident catarri. Vapor eniꝫ cibi ascendens sursum ⁊ vadēs per venas venit ad cerebrum: ⁊ cum infrigidat̄ nimis vapor huiusmodi: statim accidūt catarri propter fortitudinē frigoris qđ est in loco illo: est enim ille catarrus flegmaticꝰ ex aquoso sanguine ⁊ frigido: ⁊ quando conferūtur ea que fiūt in homine qui est minor mundus ad ea que fiūt in maiori mundo: erit hoc accidens sicut generatio pluuiaruꝫ ex vaporibus. Vapor enim ex terra ⁊ aqua que sunt elementa inferiora ad superiora ascendens sustentatꝰ stat in aere superiori qui continet hūc aerem qui continet terraꝫ: ⁊ frigiditate illius conuertit̄ ⁊ descendit per pluuiam. Huiꝰ igitur egritudinis que catarrus vocatur hic dicimus cām quidem insufficientem: q̄a hoc sufficit nobis ad phiam naturalem de qua nunc loquimur. Medicus autem discretꝰ habet omnes modos ⁊ causas ipsius. ¶ Amplius autem sensus est in cerebro: cerebrum autem in veritate non est nisi in animali habente sanguinem: sed in animalibus carentibus sanguine est membrum conueniens cerebro: ⁊ cōuenit cum cerebro in operationibꝰ ipsiꝰ: quoniam infrigidat cibum qui venit ad ipsum ex eleuatione sanguinis vel humoris qui est loco sanguinis. Potest enim hoc esse in mēbro qđ est loco cerebri propter aliquas causas similes illis: sicut est frigiditas ⁊ ponderositas capitis. In omni eni animali siue sanguinem habeat: siue non: tempore dormitiōis est caput ponderosum: qđ non accidit nisi ex frigore. Cum autem cibus infrigidatur calor fugit cum sanguine granato ⁊ infrigidato descendente ad inferius. Et q̄a calor agitat̄ ad inferius ⁊ interius: ideo erit somnus: ⁊ ideo animal erecti corporis non potest eleuare caput suū: ⁊ precipue ponderosi capitis: sicut homo ⁊ pigmeus. Similiter autem et animalia quadrupedia granatis capitibus submittunt capita in tempore somni: subtiliter de his auteꝫ locuti sumus in libris quos fecimus de somno ⁊ vigilia: ibi eniꝫ causas somni distinximus distinctione completa. ¶ Amplius autem cerebrum compositūꝫ est ex terra ⁊ aqua: qđ probatur ex hoc ꝙ siccum efficitur quando decoquitur ⁊ duruꝫ: quia tunc dissoluit̄ ab eo pars aquosa per calorem: ⁊ remanet in eo constās pars terrestris que multa est: ⁊ quādo pars humida resoluitur ab huiusmodi parte remanet valde durū.

¶ Amplius aūt homo habet valde magnum cerebrū quādo confertur ad cerebra animaliū aliorum ⁊ cerebrum viri maius est cerebro mulieris. Adhuc autem locus qui vicinatur cordi ⁊ pulmoni est valde calidus: ⁊ erigit corpus ꝓpellendo spiritum ⁊ sanguinem ad superius: ⁊ ideo homo q̄a hec loca calida habet est erecti corporis. Homo eni est calide complexionis: ⁊ calor ⁊ spiritus sursuꝫ tendentes faciunt augmentum in membris superioribus ⁊ erectionem stature. Huic v̄o calori cordis ⁊ complexionis contrariātur humiditas ⁊ frigiditas cerebri: propter multitudinem enim frigidi ⁊ humidi qđ est in cerebro non cito in pueris durescit pars vicina cerebro: os. vꝫ. qđ est in prima sutura sincipitis. Vapor enim ⁊ calor a corde ⁊ spiritalibus venientes per illam partē exeunt: ⁊ ideo non accidit hoc nisi animali habenti sanguinem ⁊ caput multe suture: sicut est homo est hoc accidens conueniens etiam factis hominū propter eandem causaꝫ: vt. vꝫ. melius calor possit respirare: ꝑcipue quando cerebrum est valde magnum respectu quātitatis corporis: si enim citius q̄ꝫ debet ꝭm naturam contingit consolidari ⁊ indurari non comparatiōe complebit os suum: sed potius in talibus vapor expirare non valens infrigidatur: ⁊ infrigidat caput ⁊ corpus: ⁊ accidūt ex hoc infirmitates ⁊ amentie siue amissio intellectus. Calor enim cordis ⁊ primi membri est multus: ⁊ de facili ledit̄ ab alijs membris quando multum oppilantur ⁊ infrigidant̄: ⁊ sensus eius qui est subtilis valde ⁊ vehemēs cito imutat̄ quādo concurrit aliquid ad ipsum de sanguine infrigidato cerebrum continente. Sic igitur diximus de humiditatibus generatis in corporibus animaliuꝫ: ita ꝙ nos non latet aliquid de dispositionibus cōmunibus eorum.

¶ Cap. 4ᵐ. Et est digressio declarans causas ⁊ dispositionem membri ꝭm Peripatheticos modernos ⁊ ꝭm experta ⁊ rationem.

Hec igitur de natura ⁊ cerebri dispositione ꝭm sententiā Aristo. dicta sunt. ¶ Sed ad maiorem euidentiam oportet scire ꝙ non est causa quare cerebrum fecit natura in animalibꝰ nisi duplex. s. necessitatis ⁊ vtilitatis. Illa aūt que est necessitatis est adhuc duplex. Una quideꝫ ad temperamentum compositionis corporis organici. Altera autem ad operationes eiusdem. Illam v̄o que est propter temperiem compositionis iam supra tetigimus: vt. vꝫ. calor cordis ⁊ epatis temperetur ne incendant superiora et dissoluant compositionem. Oportet enim sibi misceri virtutes calidi animati ⁊ frigidi: quemadmodum etiam in superioribus miscentur virtutes Saturni ⁊ Iouis ⁊ Martis ⁊ Solis ad temperamentum faciendum. Et ideo sicut cor ⁊ pulmo facta sunt excellenter calida respōdentia viribus Solis cui cor proportionatur: ⁊ Martis cui proportionatur epar: ⁊ Iouis cui proportionatur pulmo: ⁊ oportuit vnū frigidum ⁊ humidum super hoc poni qđ Lune proportionatur ꝙ ista reduceret ad temperamentum. Vis auteꝫ vasorum seminis proportionatur Veneri ⁊ Mercurio propter multam ⁊ multiplicem sui conuersioneꝫ: proportionātur virtutes vasoruꝫ. Saturno autem splen in colando humorem melancholicum trahendo ⁊ mouendo. Necessitas autem que est propter operationem est: q̄a animales operatiōes indigent spiritu lucido claro ⁊ multo: eo ꝙ sunt magis multiplicium virtutum. Non autem membri calidi poterat esse spiritus nisi fumosus ⁊ turbidus: ⁊ ideo oportuit esse magnum frigiduꝫ in quo clarificaretur ⁊ attenuaretur ⁊ subtiliaretur spiritus qui formas animales rep̄sentat. ad hoc factum est cerebrum frigidum ⁊ humidum: humiduꝫ quidem vt suscipiat: ⁊ frigidum vt subtiliet ⁊ clarificet spiritum. Causa auteꝫ vtilitatis est ꝭm bene esse determinata: quia aliter non bene saluarentur sensuuꝫ organa: eo ꝙ si esset calidum continue liquesceret in se: ⁊ flueret ex ipso humores calidi in oculos aures ⁊ olfatum: ⁊ destruerent̄ operationes organorum. Est autem ⁊ alia vtilitas potissima: que. vꝫ. infrigidato in se vapore inducit somnum qui est naturalis quies animaliū: sed de hoc satis in libro de somno ⁊ vigilia dictū est. ¶ His igitur de causis facto cerebro frigido: dico ꝙ omne animal habet cerebrum aut membrum

qđ est

qđ est loco cerebri: habentia aũt sanguinem habent in veritate cerebrũ: ⁊ quedam etiam non habentia sanguinẽ habent cerebrum sicut quedam marina: ⁊ aliqua pars eiꝰ qđ vocatur grece malakir: sed homo iter cetera animalia habet cerebrum maius. Cum eniꝫ homo plures habeat virtutes ⁊ operationes animales eius magnitudo est in homine necessaria. Dispositio aũt cerebri hoīs est ꝙ pars eius tendat ad medullam: ⁊ reliqua pars eius tendat ad pelliculas siue membranam: ⁊ tertia tendit ad quosdam ventriculos plenos spiritu. Nerui aũt sunt quasi rami qdaꝫ emanãtes a cerebro: non ita qdem ꝙ de substantia ipsiꝰ: sed potiꝰ ꝙ extendũtur vsqꝫ ad ipsum de corde eũtes sicut alibi probatum est. Totũ aũt caput ẜm sui longitudinem tres vẽtriculos habens: habet mediationem quasi per lineam per lõgitudinem ductam per ventriculos ⁊ membranas: ⁊ in vacuitate illa est iuuamẽtũ qđ in ante habitis determinauimus: quãuis in anterioribꝰ ventriculis magis manifestet spiritus sensibilis. Creata est aũt substantia cerebri leuis ⁊ vnctuosa: ⁊ vnctuositas qdem ideo est vt neruis ad se continuans influat vnctuositatem ⁊ viscositatẽ. ¶ Leuitas autem siue mollities ẜm Gal. vt ex figura leuis ⁊ q̃litate mollitiei de facili exerceatur ad formas sensibiles ⁊ imaginarias: eo ꝙ humidũ ⁊ molle de facili recipit imaginationes ⁊ impressiones formaꝝ: hoc aũt non omnino veꝝ esse videtur. Humidũ enim de facili qdem recipit formas: sed non omni modo: sed que recipit cũ motu ⁊ diuisiõe quadã corporum intrantium in ipsum ⁊ diuidentiũ partes eiꝰ. Imaginatio aũt ⁊ cetere virtutes sensibiles non fiũt cum motu corporis ⁊ diuisiõe aliqua que fiat in ipso. ¶ Dicimus igit ꝙ causa mollitiei eiꝰ est vt sit remolliens duritiem neruoꝝ: ⁊ vt nutrimentũ bonum prestet neruis gradatim. Meliorem enim substantiam ⁊ nutrimentũ rei viscose prestat res mollis q̃ꝫ res dura: ⁊ sic etiam fit ꝙ nerui venientes ab ipso sunt iuxta ipm molles vt recipiant virtutes eius: ⁊ gradatim ab ipso procedentes inducant ⁊ fortificant. Adhuc aũt mollis substantia abũdat in spiritu quem largit neruis motiuis ⁊ sensibilibus. Adhuc autẽ substantia eiꝰ fuit frigida spongiosa vt esset leuior ⁊ spiritu plenior: qa substãtia spongiosa mollis leuior ⁊ spumosior ẽ q̃ꝫ ꝯtinua ⁊ dura. ¶ Amplius aũt substantia cerebri diuersificata est in partibꝰ: qm̃ anterior est mollior ⁊ humidior: ⁊ posterior est durior ⁊ siccior: diuidens aũt in partes cerebruꝫ est membrana dura: partem aũt anteriorem mollificant medulle que ibi sunt in vacuitatibꝰ ossium. hoc aũt ideo est: qa ab anteriori parte veniũt multi nerui sensibiles: ⁊ precipue visus ⁊ auditꝰ qui ẜm naturam sunt humidi ⁊ molles: dignum enim est visuꝫ ante: eo ꝙ visui tanq̃ꝫ speculatori dat tota custodia corporis. Nerui aũt motiui magis ad posterius cerebri dirigũtur: ⁊ precipue ad nucham que est cerebri nũtius ⁊ vicariꝰ: supplet enim vices eiꝰ in via dorsi descendendo. nerui eniꝫ motiui magis indigẽt duritie q̃ꝫ sensibiles. nucha autẽ distracta ⁊ cooperta est membrana vt sit differentia tactꝰ inter nucham ⁊ spondilia. Cerebruꝫ aũt sicut in ante habitis dictũ est cooperat duplici membrana: hoc enim habet vtilitatem permaximam: in illis enim tenent ⁊ complectũtur vene nõ pulsatiles que ibi conueniũt: ⁊ extremitates illarũ venaꝝ veniũt posterius ad lasciulam ⁊ planũ capitis: ⁊ effundũt ibi sanguinem: que dũ etiam imergunt cerebro ramificate ⁊ assimilate in extremo suo subiecto cerebri: ⁊ sanguinem effundũt in nutrimentũ ipsius: ⁊ postea iterũ adunantur quasi ad duas venas: ⁊ hoc fit ideo vt cõfortent: vt ex eis nascant ligamẽta cerebri cũ membrana spissa que est in equidistantia secte corone anterioris partis capitis. In anteriori aũt parte nascunt ex ipsis additamenta mamillaria per que fit olfatus: ⁊ diuidũtur a mollitie cerebri modicũ: nec sunt tamen additamẽta in dura vt nerui. ¶ Amplius aũt duplex membrana cooperit cerebrum. Una dura mater vocata que est versus os superiꝰ ne cerebrũ ledatur duritie ossis. Et alia inferior piamater vocata. Et ideo qr molliter excipit cerebrũ: ⁊ illa est quasi sit ex textura venaꝝ: ⁊ ideo intrat substãtiaꝫ medulle in multis locis ⁊ vadit ad eiꝰ ventriculos: ⁊ terminat a posteriori: eo ꝙ vlteriꝰ non est necessaria. Membrana autẽ dura nusq̃ꝫ applicat cerebro: nec etiam inferiori membrane: sed cõtinue eleuat sursum:

Cã mollitiei cerebri ẜꝫ Galenaꝫ ⁊ reprobatio.

Uera cã eiusdẽ ẜꝫ doctorẽ.

cõtinuans aũt inter duas membranas est per venã que trãsit a dura ad subtilem: ipsa aũt dura coniũgit cum osse per quedã ligamenta membranalia que oriũtur ex ipsa vena ⁊ membrana: ⁊ coniũgit cũ osse in dentibus serre ne cadat super cerebrũ: ⁊ ista ligamẽta trãseũt teste substantiã vsqꝫ ad exteriora teste: ⁊ ibidem diuaricat ⁊ texit ex eis membrana que cooperit testã: ⁊ hec est causa boni ⁊ fortis ligamẽti durematris cũ testa. Cerebrum aũt in sua longitudine habet tres vẽtriculos: a quibꝰ ventriculus ẜm latũ sui habet duas partes quasi bicameratus existens. Anterior tamẽ manifestius alijs diuidit in duo. s. dextrum ⁊ sinistrũ: ⁊ sunt ille camere vnius q̃titatis. Uacuitas aũt anterius vtriusqꝫ partis iuuat ad olfatũ ⁊ ad exitũ facilliorẽ mucilagis flegmatice per sternutationem ⁊ emũctioneꝫ: ⁊ iuuat ad diuisionẽ spiritꝰ visibilis. Iuuat p̃terea ad opera formatiue siue imaginatiue intrinsecus. Uẽtriculus aũt posterior est magnus ꝓpter magnitudinem teste vacue que est illuc: ⁊ vt possit eẽ principiũ membri magni qđ est nucha descẽdens ab ipso: ⁊ in ipso viget vis memorialis: lꝫ aũt magnus sit: tamẽ minor est parte anteriori: minuit eni gradatim incipiẽs a magno: ita ꝙ stringit in fine ad locũ nuche ⁊ quantitatem que egredit ex ipso. Medius aũt ventriculus est quasi transitꝰ ⁊ via ab anteriori ad posteriorem: mediante enim isto continuant spiritꝰ anteriores deferentes formas cũ virtutibꝰ posterioribꝰ. Tegit aũt ventriculus tegumẽto spherico intus concauo vt non occurrat occasiões intrĩsecas: ⁊ vt fortis sit ad sustinendũ membrane contactũ: ⁊ in vna parte cõiungũtur ei ventriculi anteriores vt per ipm mittat ad posteriorem. ꝙ aũt virtutes animales site sint in istis significat ex hoc ꝙ egritudies haꝝ cellulaꝝ impediũt vel õstruũt opationes virtutũ que sunt in eis tanq̃ꝫ in organis. ¶ Adhuc aũt in anteriori parte cerebri sunt vie seriose per quas trãsit spũs sicut per cellulas: nõ enim semper vẽtriculi aperiunt ⁊ ampliant: precipue quãdo ille spũs est paucus. Spiritꝰ eni venit a corde ad cerebrũ: ⁊ digerit ibi ad operationes animales sicut digerit ad operationes nãles in epate: ad huiusmodi aũt digestionem magis apta est seriatilis diuisio q̃ꝫ camerarũ. Inter ventriculũ aũt anteriorẽ ⁊ posteriorem sunt due vene quaruꝫ intersecatio vtrinqꝫ habet duas carnes glandulosas que implẽt vacuitates que sũt in ramificatione: ⁊ tũc vexãtur ille due vene quasi in rhete sub substãtia cerebri. Seriose aũt vacuitates que sunt supra distinctionem camerarũ implent q̃si carũcula quadaꝫ que est q̃si vermiculus qui cõtrahit ⁊ dilatat ad clausuram ⁊ aperitionem: membrana aũt natat super duas carũculas predictas ⁊ colligat eis: ⁊ quãdo dilatat membrana constringunt carũcule: ⁊ quãdo cõstrĩgit dilatant: ⁊ sic celle aperiunt ⁊ claudunt: ⁊ quãdo aperiunt trãsit discurrẽs spiritꝰ ad opa virtutũ animalis: ⁊ quãdo claudũtur hebetant operatiões earum: ⁊ hinc est ꝙ homo quãdo attonitus cogitat mouet caput ⁊ agitat vt motꝰ ipse iuuet ad cellularũ apertionẽ. Uermiculus aũt posterior minor est añriorem: ⁊ additamenta ista vermicularia quasi duabꝰ venis sũt similia: ⁊ ideo a q̃busdam due vene vocant. ¶ Ampliꝰ aũt in cerebro sũt duo foramina ad expellẽdam superfluitatem: vnũ qdeꝫ anteriꝰ qđ venit per nasum: ⁊ aliud est in medio basis cerebri qđ venit in os contra cãnam. In vẽtriculo auteꝫ posteriori nõ potuit esse foramẽ: eo ꝙ paruus sit respectu alioꝝ: ⁊ ad ipm nõ veniũt superfluitates: posterior aũt ⁊ medius cõueniũt in via medij vẽtriculi qui diuidit ipsos. Ibi enim due vie quasi ex trãsuerso procedẽtes cõueniũt in vnũ foramẽ: cuiꝰ vie initiũ est in membrana subtili que piamater dicitur et trãsit in duram membranam: ⁊ cũ aliquãtulũ pertrãsiuit in eam obuiat cuidaꝫ vie que glãdule assimilat: ⁊ est q̃si sphera compressa in vtraqꝫ parte que iacet iter mẽbra dura ossis ⁊ foramẽ basis qđ cõuenit cõtra cãnam. Qđ aũt supra diximus ẜm Aristo. ꝙ in substãtia cerebri nõ est sanguis itelligi dꝫ ꝙ in veritate non est sanguis in forma sanguinis: qa mutatꝰ est in aliũ humorem: ⁊ simil̃r ꝙ diximus nõ esse venas in substãtia cerebri intelligit ꝙ icipereñt: ex orificio tñ venarũ veniũt ad ipsum a q̃bus suggit necessariũ nutrimẽtum: sed in ipsa substãtia cerebri nõ est textura venaꝝ sicut textura est in carne: corde: ⁊ epate. Testa aũt superior ideo spissior est vt meliꝰ ab occasionibꝰ defendat. ¶ Ampliꝰ autẽ

Propter qđ q̃ñ hõ attonitꝰ cogitat mouet caput.

cerebrū frigidius est īter membra ṗncipalia: ⁊ hoc etiaȝ ipo percipit tactu. Cum aūt nerui motiui nimis elōgant a cerebro rigescūt ⁊ nō possunt moueri: ideo facta est nucha descendens per spōdiles a qua de ꝓpinquo mouēdi accipiāt virtutem: nucha tamē etiā iuuat ad tuendū spōdiles in situ ⁊ ordine suo. Alia etiā est causa huius: quoniam si ad caput omnes nerui dirigerent eius quantitas efficeret enormis ⁊ grauaret totum corpus pondere suo.

C Cap. 5m. Et est digressio declarās cām ⁊ nām neruoꝝ.

Ne aūt doctrinam istam cōfusam faciamus si permixtim ⁊ simul de naturis membroꝝ loq̄mur sicut fecit Aristo. ideo hic interponēdum nobis videt de naturis membroꝝ aialium sigillatiȝ: ⁊ tūc reuertemur ad loquēdū ꝑmixtiȝ de eisdem. Loquamur ergo hic de neruis: qa nerui ꝭm multos medicos oriūtur a cerebro: lȝ ꝭm veritatē a corde oriūtur: ⁊ a cerebro ⁊ a nucha diuidant: sicut nos in ante habitis istius sciētie prosecuti sumus. C Dicamꝰ igit ꝙ vtilitas ⁊ causa neruoꝝ: quedam est per se: ⁊ quedam est per accidēs. Per se aūt est dare sensum ⁊ motū mediāte cerebro ⁊ nucha toti corpori. Per accidēs aūt iuuāt nerui ad confirmationē cordis ⁊ cerebri ⁊ omnis mēbri circa qd cōplectunt ⁊ in quo cōterunt: ⁊ dant sensum epati ⁊ pulmoni ⁊ cerebro cū suis pāniculis vt percipiāt quādo est in eis ventositas nocēs: vel aliud qd pāniculos extēdit. Principium ergo diuisiōis neruoꝝ est medulla cerebri: ⁊ finis eoꝝ est ꝙ cōterunt in substātia cutis. Principiū aūt diuisiōis neruorum a cerebro est duobꝰ modis: quidam enim descēdūt ab ipso imediate ⁊ quidam mediate: ⁊ hoc potest sciri per neruos descēdētes a capite ad mēbra interiora sicut ad epar ⁊ ad pulmonem. Nerui eni multū elōgati a cerebro a quo diuidunt ⁊ ramificant firmant musculis ⁊ apponit eis natura qddam corpus qd est mediū inter neruū ⁊ cartilagineȝ: qd venit in sua substātia cū neruis: apponit aūt eis hoc in loco curuitatū suaꝝ sicut est epiglotis: ⁊ aliud qd est in radicibus siue principijs ⁊ finibꝰ costarū: ⁊ aliud simile est in loco inferiori ad quem finit os pectoris. Nerui auteȝ alij qui dant sensum ⁊ motū recte descēdētes nō habēt huiusmodi cōfortātia se: eo ꝙ ꝓpinquiores sunt principio ex quo diuidūtur. Non enim fuit eis necessaria tortuositas ex qua indurarent ⁊ fortificarent: ꝓpter qd etiam faciens sensuȝ nascitur ab anteriori cerebri: qa sensui confert mollities: motus aūt a posteriori qd est magis siccuȝ: sicut iam ante diximus. Quot aūt sint paria neruoꝝ sensibilium ⁊ motiuoꝝ: ⁊ qualiter diuidūtur ab añriori capitis ⁊ a posteriori ⁊ a spōdilibꝰ colli ⁊ spondilibꝰ dorsi satis quātum ad hāc doctrinā sufficit in primo huius sciētie libro: vbi de anathomia neruorum locuti sumus est expeditum.

Utilitas neruoꝝ duplex ē.

C Cap. 6m. Et est digressio declarās cām ossis ⁊ cartilagis.

Ossa aūt ⁊ cartilago facta sunt vt sint scutum ⁊ defensio ⁊ sustentatio ⁊ fundamētuȝ totiꝰ corporis. Et sunt quedam animalia que non vident habere iūcturas mouentes ossa sua aut testas suas que circūdāt ea: sed habent coria dura circūdātia ipa: sicut ea que calapagu greco vocant idiomate. Quedā aūt hoꝝ habēt suum durū ad interius ⁊ suū molle exterius super durū sicut genus malachie: ⁊ talibꝰ fecit natura carnem mediā inter veram carnē ⁊ neruū: ⁊ ideo non est fissibilis sua caro ꝭm longū sicut alia caro: sed potius ꝭm latum piferiale ac si creuerit ex circulis: ⁊ hoc ideo facit natura vt suū neruosum qd est substantia eius sit maius ⁊ firmius sustētās ipsum. Animalia autē anulosa habēt suū exterius durius: ⁊ est quasi sit mediū inter neruum ⁊ os: ⁊ positi sunt in ipso sui anuli ligati: ita tamē ꝙ possunt elōgari abinuicem aliquātulum: ⁊ iūgi quasi vnus intret aliquātulū in aliū: ⁊ in huiusmodi animalibus nō inueniūtur diuersa principia venarū ⁊ arteriaruȝ: ⁊ hoc fecit natura vt melius custodiant. Ossa aūt leonū dura sūt valde ⁊ non habēt foramen medulle plura ex ipsis: ⁊ cū collidūtur emicat ignis sicut ex lapidibꝰ. Multa aūt animalia habēt cartilaginem loco ossis: ⁊ talia indigēt multa circūuolutione: ⁊ in eis est multa humiditas in substātia eoꝝ ⁊ fuit aquosa: ita ꝙ pauca terrestreitas est i ipsis: ⁊ hec animalia male possunt obuiare rebꝰ duris. Aliquid aūt iuuat se natura in talibꝰ cum spinis sustētationem faciēs corporis. Cartilago etiam que est similis ossi lȝ sit mollior reperitur in piscibꝰ. C Amplius aūt spine ⁊ vngues ⁊ cornua ossea sunt omnia: ⁊ quedā hoꝝ sunt valde dura: eo ꝙ facta a natura ad sustētandum ⁊ ad munitionem pedū qui sustentant totum corpus sicut vngule in quibusdaȝ brutis. Quedam horum sunt fortia eo ꝙ facta sunt vt sint arma defensiōis ⁊ impugnationis sicut cornua. Sunt aūt ⁊ vngule aliquando arma sicut in calcibꝰ equorum. Quedam aūt sunt quasi colligantia ⁊ fundamēta: sicut spōdilia super que componitur totū corpus: sunt enim in corpore sicut fundamentum nauis in naui. Quedam aūt sunt quasi pro galea sicut os cranei. Quedam aūt sunt sicut murus ⁊ munitio circūdans sicut spine in hiritio. Quedam aūt sunt ad supplementum vacuitatum: sicut parua ossa sisamina in laxis iuncturis manuum ⁊ pedum. Quedam etiam componūtur super membra claudētia ipsa sicut os qd est in radice ligne qd est simile laude littere grece: sicut diximꝰ in anathomia ossiū: omnia autem ossa rectificant ⁊ distendūt corpus vt suaȝ retineat figuram. Ossa autem que sunt ad defendendum frequenter in animalibus non sunt concaua: sed que sunt ad motum habent cōcauitatem vt retineāt suum nutrimētuȝ ne exiccentur per motum: facta sunt hec etiaȝ dura ne frāgant de facili. C Adhuc aūt os qd sit ad solum motū habet concauitatem paruam: quādo autem factū est ad motum ⁊ leuitatem habet concauitatem magnam: qa tūc longum est vt rectam equalem faciat positioneȝ membri in quo est. C Adhuc aūt os colatoriuȝ factum est foraminosum vt per ipsum educat superfluitas: ⁊ vt fumi motiui eijciant per foramina sua. C Ampliꝰ aūt omnia ossa sibi mutuo cōiuncta sunt nisi ꝙ inter quedam est cartilago: ⁊ quedā hac non indigebant: sicut duo ossa mādibule inferioris que in mento contiguntur. Iūctura aūt quedam est laxa quedaȝ stricta: sed de his satis diximus in libro primo huius scientie: vnde executi sumus ossium anathomiam. C Sed hoc non est pretermittendū ꝙ quedam ossa sunt coniūcta ꝭm iūncturas habiles ad motū: ⁊ habēt ista laxam iuncturā: ita ꝙ vnū potest moueri sine altero. Quedam autē sunt iuncta iunctura difficili ad motū: quādo, vȝ. vnū non potest moueri sine altero: sicut ossa rascete manus ⁊ pedis: que aūt consolidant: ita ꝙ vnum infigit in alio sicut coste in osse pectoris: ⁊ quedam incastrant ita ꝙ additamētuȝ vnius intrat in foramē alteriꝰ sicut dentes in mādibula inferiori ⁊ superiori. Quedam etiam iūgunt serialiter sicut ossa cranei: ⁊ quedaȝ per bases ꝭm latū sicut spōdilia: ⁊ quedā iūgūtur ꝭȝ superficies in longū sicut ossa asseid in bracchio. Oportet auteȝ scire ꝙ plante nec habent ossa nec alia mēbra que habent aialia: ⁊ ideo non hñt exitꝰ superfluitatū sicut anū vel vesicaȝ: qa nutrimentū qd trahūt a terra est separatū sicut est nutrimentum in animalibꝰ qd est tertie digestionis: tractū autem a plantis nutrimentuȝ discurrit ⁊ ascendit per plante poros: qm si staret in vno loco generaret ⁊ impediret attractioneȝ vlteriorem: ⁊ tūc infrigidatū descenderet nutrimentū ⁊ oppilaret radices: ꝓpter grauitatem enim fecis etiam in aialibus membrū exitus superfluitatū iferius est positū. Plāte ergo talia non habēt instrumēta nec os capitis qd in animalibꝰ ex osse forti positū est vt defendat a nocumētis: ⁊ est ex multis ossibꝰ ꝓpter multas causas. Quaruȝ vna est ꝙ si occasio accidat vni ꝙ non accidat alteri. C Secūda autem est qa non poterat os vnū esse diuersum in mollitie ⁊ duritie sicut ꝯueniebat esse os capitis: sicut patet in capitis anathomia. C Tertia aūt est vt per suturas esset exteriꝰ neruorum ⁊ venarū quietarū ⁊ venarum pulsatilium: ⁊ ꝙ etiam ipsa duramater per suturas exiēs fortiter eleuaretur ne cerebrum in aliqua sui parte cōtingeret. Est autem figura capitis rotūda oblonga in acutum aliquantulam retro ⁊ ante procedens: ⁊ rotūditatis quidem causa: qa inter omnes figuras isoperimetras rotūda magis est capax ⁊ minus receptibilis occasionum: oblongum est caput vt nerui exeuntes ex ipso minus se constringant: ⁊ vt distingui possint loca sensitiuorum a locis neruorum motiuoꝝ: ⁊ vt cellule capitis distinguant: ⁊ spiritus lōgius discurrēs melius dirigat ⁊ subtilietur. Acuitur autem ante cum dilatatione frontis: ⁊ acumen quidem est propter centrū sensus in organo sensus cōmunis:

sus cōmūnis: vt sensibilia omniū sensuum in vnum restringantur ⁊ non diffluant. Retro autem acuitur vt restringatur ad nuche egressum ⁊ generationem. Habet autē duas seriatiles suturas fallaces ab aure in aurez a latere ⁊ tres veras: sed de his satis in anathomia dictum est. Prime aūt dicūtur fallaces qa ad interiora non profundantur: alie dicunt vere qa profundant per ip̄z os. ¶ Innaturales aūt figuras habet tres. Una qdez quando ex sincipitis parte cōtracta quasi amittit seriam coronalez: ⁊ ex hoc ledūtur virtutes apprehensiue. ¶ Secūda est quando ex occipitis contractiōe ledūtur virtutes motiue ⁊ recordatiue ⁊ q̄si amittitur serra que est sicut lauda littera greca. ¶ Tertia quando amittitur vtraq̄ ex contractione vtrinsq̄ partis efficit caput breue rotūdum sicut globus. Preter has figuras nō est aliqua que diu saluetur in vita: sed he quatuor figure in viuis reperiunt: vna. s. naturalis ⁊ tres inaturales. De his aūt ⁊ numero ossium capitis ⁊ terminis eoꝝ satis in anathomia dictū est. ¶ Caput autem caret carnositate ꝓpter duo. Quorum vnum est: qa si haberet nō retineret complexionem propriam frigidam. s. ⁊ humidam: qa caro daret ei calorem ⁊ humorem: ⁊ ex hoc conturbarent ⁊ cōmiscerētur spiritus animales. Secūda causa est: qa nimis ponderaret ⁊ nō posset erigi. Sunt autem omnes sensus sm originem in corde: sed tactus est ibi etiam sm primum organum sentiendi: alij autez in cerebro ⁊ in capite sunt sm sua organa: ⁊ de hoc alibi determinatum est.

Propter qd caput carnositate caret.

## ¶ Cap. 7m. De modo ⁊ numero superfluitatum in corpore animalium generatarum.

Omnibus aūt his prelibatis dicemus cū Aristotele ꝙ superfluitates que generant in corpore animaliū sunt ex supfluitate cibi que ventris appellatur: que sunt superfluitates sicce: que sunt stercus: ⁊ superfluitas vrine que purgat per vesicam: ⁊ alie superfluitates que sūt sperma qd est decoctū in testiculis: ⁊ lac qd est albatū ⁊ decoctū in mamillis. ¶ Una aūt differētia est oiuz superfluitatū cibi p̄ter sperma ⁊ lac: oēs enim alie superfluitates sūt ex impuro qd reijciat a natura. Nō aūt hic sufficienter pōt determinari de his: sed potius de materia supfluitatis melius determinat cū decoctione ciboꝝ: ⁊ facilior est doctrina ꝙ quelibet superfluitas cū sua decoctione determinetur in vno ⁊ eodem sermone. s. ꝙ superfluitas prime digestionis que fit in ventre fit superfluitas terrestris grauis que descēdit ab intestinis ⁊ purgatur per anum. Et qa omne aial indiget terrestri cibo: omne animal habet huiusmodi superfluitatem. ¶ Secūda aūt est post secūdam cibi digestionez que fit in epate: ⁊ hec est superfluitas humida que trahitur cū cibo: eo ꝙ sine ea nō curreret per venas cibꝰ: neq̄ diuideretur per paruas vias epatis: ⁊ colatur a cibo in gibbo epatis. ¶ Tertia aūt fit in extremitatibus venaruz a digestione que ibi fit: ⁊ purgatur ita ꝙ per venas redundat ad gibbum epatis: ⁊ inde lauatur per emūctorias ⁊ deducitur per renes ad vesicam: ⁊ purgat per hypostases ⁊ encorima ⁊ nubes vrinaꝝ. ¶ Quarta aūt fit in mēbris: ⁊ superfluitas eius est sperma aliquādo: ⁊ aliquando impurum qd ibi est egreditur per sudorem ⁊ sordities corpoꝝ: non enim potest bene de superfluitatibꝰ sciri: nisi etiam sciatur de decoctionibus ciborum: cum decoctionibus ergo scitur generatio superfluitatum ⁊ ꝓpter quā sunt cām. Primū autem genꝰ superfluitatis omnia habent aialia sicut iaz diximus. Sz secūduz non nisi ea que multo indigent humido: ad hoc ꝙ cibus eoꝝ currat per venas sicut quadrupedia: que autē aut in se humida sunt sicut pisces aut rara valde habēt corpora: ⁊ ideo largas respectu suorum corpoꝝ habent vias venales: non bibunt nisi ad cibi temperamentum: ⁊ ideo non habent vrinam: qa superfluū potus cū stercore emittunt sicut aues. Tertia aūt conuertit in talibꝰ in squamas ⁊ plumas: ⁊ ideo hac nō indigent. Quarta aūt que est ad speciei cōgenerationem omnia habent animalia fere.

## ¶ Cap. 8m. De carne ossibus ⁊ spinis ⁊ his que sepion vocātur ⁊ generibꝰ malachie.

Scdo d ptibꝰ aialiū cap. 8.

Consequēter his sic determinatis de alijs mēbris consimilibus dicendum est: ⁊ primum de dispositione carnis que est membrum cōmunius in animali precipue qd perfectuz est animal. In oibus eniz animalibus aut est caro aut conueniens carni: hoc enī aut organū aut medium tactus primum est ⁊ per se corpus animalis sm ꝙ est animal: hoc autem manifestū est ex diffinitione animalis: animal enim est qd habet sensuz: prius autem natura omne animal habet primum sensum qui est tactus. Instrumentum autem primi sensus qui est tactꝰ est hoc membrum qd est caro: caro autem neruosa est que est organum tactus. Istud ergo membrū in principio sui qd est cor est qd habet sensum tactus: ⁊ est principium huius sensus maxime caro neruosa cordis: sicut dicimus pupillā oculi esse principium visus. ¶ Non enim hic querimus generale organum: sed potius primum ⁊ principium omniū habentium tactuz: ⁊ hoc non est nisi caro neruosa cordis. Sicut ergo pupillam dicimus esse principium visus eo ꝙ primum dispositio visus est in ea: ita carnem neruosaz cordis dicimus esse principium tactus: eo ꝙ primū natura ⁊ dispositio tactus est in ea: necessarium enim est ꝙ sensus tactꝰ sit in tali corpore siue instrumēto corporeo plus q̄ alij sensus: omnia enim alia membra sensuum non sunt creata nisi ꝓpter istud: ⁊ ideo conueniens fuit hūc sensum esse in membro qd est principiū generationis omniū aliorum mēbroꝝ: ⁊ hoc est caro cordis primum: ⁊ per consequens totius corporis homogenea carni cordis. Ad hūc autem modum dicemus ⁊ de ossibus ⁊ neruis ⁊ corio ⁊ pilis ⁊ vnguibꝰ: ⁊ his similibꝰ. ¶ Ossa igitur sicut iaz an̄ diximus creata fuerunt propter salutem mollis corporis ⁊ cranei: natura enim ossis valde est dura: in animalibus autem que carent ossibꝰ mēbrum est conueniens ossibus sicut spina in piscibus ⁊ cartilago in quibusdam animalibꝰ intra corpus: ⁊ in quibusdaz carentibus sanguine extra corpus: sicut in his que sūt mollis teste ⁊ cancris ⁊ charabo siue locusta maris ⁊ in animali dure teste: sicut in ostreis ⁊ conchis que halsum Arabice vocantur. In omnibꝰ enim his animalibꝰ pars que habet sensuz tactꝰ creata ex terrestri parte est intra: ⁊ alia pars testea custodiens hanc partem sensibilem est extra. hoc autez ideo fit: quoniam in natura horum animalium non est nisi calor modicus eo ꝙ sanguinem non habent: ⁊ ideo testam continet corpus animalis intrinsecum sibi: ⁊ custodit calorem illum ab occasionibꝰ extrinsecis ne infrigidetur. Opinati sunt tamē quidam tortucam esse non modici caloris: sed calidam valde: ⁊ similiter animal amidon vocatuz arguentes hoc ex duritie teste quā nisi calore magno decoctā esse dixerunt. Et hec opinio fuit Empedo. ⁊ non est vera: qa lz testa calido decoquatur: hoc tamen est calidum intra viscosum terrestre retentum: ⁊ a frigore aque restrictum: ⁊ sic in partibus viscosi confortatum decoquit testam: ⁊ hoc virtute formatiua circūdatur extra vt defendat modicum qui naturalis est calor. Cum autem testa in his que dicta sunt sit extra ⁊ molle sit antea: cōtrario modo se habēt quedam annulosi corporis exeuntia ⁊ malachie. In corporibꝰ eiz horum animalium non est os neq̄ vlla pars terrestris dura distincta exterius per se: qa exterius istius modi animalia nullam habent testam: voco autem malachie omne animal qd est exterius mollis carnis que quasi media īter carnem ⁊ neruum: sicut diximus superius: cuius exteriora sūt creata ex carne tm̄. Ut autē hoc animal non sit velocis corruptionis sicut animal qd est creatum ex carne molli posuit natura carnem eius solidam sicut sit substantia que est inter carnem ⁊ neruum: vt sit membrum hoc molle quidez sicut caro ⁊ habeat extensionez sicut neruus que caro nō eq̄liter: ⁊ sm rectas in loco finditur lineas: sed circulariter sicut superius explanauimus: talis enim caro magis est fortis ⁊ solida. Est autē sub hac ipsa carne in tali animali mēbrum conueniens spinis piscium qd membruz in greco sepion vocatur: propter qd etiam sepia malachie species esse probatur. In animalibꝰ autem eiusdem generis sed alteriꝰ speciei qd cobyz vocatur membrum simile sibi in substātia est qd gladius vocatur propter conformitatem quā habet ad figuram gladij. Hoc autem genus animalis qd vocat multipes siue polypes non habet tale membrum omnino: caput enim huius generis animalis est paruū valde: cetera autem eius membra sunt longa: ⁊ hanc dimensionem fecit in hoc animali natura propter rectitudinez corporis eiꝰ

Primū ⁊ principiū oiuz hn̄tiū tactū nō est nisi caro neruosa cordis.

ne facile flecteretur corpus eius sicut flectūtur animalia carentia ossibus: ⁊ ideo natura in quibusdam animalibus fecit ossa ⁊ in quibusdam fecit spinam. ¶ Creatio v̇o animalis anulosi contraria est creationi tam huius animalis ꝙ̄ʒ etiā animalis habentis sanguineʒ: sicut pauloante diximus: eo ꝙ in toto corpore animalis anulosi in membris similibꝰ nō est aliquid distinctum ab alio in forma: sicut in alijs est os ⁊ caro ⁊ neruus: sed totum corpus anulosi videtur vnū membrum simile in forma: totum autem corpus eius est durum exterius: ⁊ hec natura duri membri est sicut os quando cōparatur ad carnem: ⁊ quādo comparatur ad os est sicut caro: sʒ est plus terrestre ꝙ̄ʒ caro ⁊ minus terrestre ꝙ̄ʒ os: hoc autem ideo factum est vt non sit corpus de facili abscindibile. ¶ Natura autem ossiuʒ ex compaginatione assimilatur nature venarum in compaginatione earūdem: ⁊ idem de compaginatione neruorum. Horum autem omniuʒ cōpaginatio nature ⁊ compaginationi similis est colorum: sicut patet in his que de celo ⁊ mundo sunt determinata: oīa enim hec continua sunt in illo modo continuitatis quo cōtinua dicuntur compaginata exeuntia a principio vno. Sic igitur os neqʒ est vnum solum numero per se omnino: neqʒ sunt diuersa ossa omnino: sed sunt ossa cōtinua adinuicem hoc modo cōtinuationis ꝙ natura vtitur ipso sicut vno et ꝯtinuo: ⁊ sicut duobus vel pluribus distinctis que per expāsionem mouentur: que tamen ab vno ꝓcedit principio. Sʒ in animali anulosi corporis nō est vna vena per se: sed oēs vene ipsius sunt partes vniꝰ cōmunis vene. In corpore igitur huius animalis nō sunt mēbra distincta in forma: quorum tamē opus sic coniuncta sunt per colligationem: ⁊ si ita non esset corpus eius quemadmodum dictum est. s. ꝙ esset medium inter os ⁊ carnem nō faceret aliud illud opꝰ qđ natura facit cum osse. Si enim nullo modo esset cōtinuuʒ nō posset expandi siue dilatari ⁊ constringi: sed potius quādo vna pars distenderetur intercideret corpus eius vacuitas. Si autem esset in corpore huiusmodi animalis spina: aut illud genus spine qđ sagitta vocatur: hoc est spina que nō coheret spōdilibus: sicut est in carne caude quorūdam piscium. Si inquam horū aliquid esset in corpore anulosi noceret: aut qa impediret corrugationem ⁊ prolongationem anulorum suorum. ¶ Adhuc autem si in talibus animalibus essent vene esset in eis sanguis vel humor qui est loco sanguinis: ⁊ ideo si in eis esset vena distincta per se separata ab alijs membris corporis in forma sanguinis qui esset in ipsa corrūperetur: calor enim putrefaciens prohibet ipʒ ad hoc ꝙ in esse saluaretur sanguis distinctus non ꝯtinuatus ad principium putrescit proculdubio. In talibus enim animalibus sicut ⁊ in alijs omnibus si esset vena per se distincta putresceret sanguis vel humor qui est loco sanguinis. Principiū enim venaruʒ in habentibꝰ venas est cor: ⁊ in non habētibꝰ venas est via humoris qui est loco sanguinis: ⁊ ista via etiam ad cor cōtinuatur vel ad id qđ est loco cordis. Sicut aūt principiū venaꝝ est cor: ita pricipiū ossiū est spondile dorsi per corpus descēdens in animali ossa habente: tota autem nostra compaginatio ossium est cōtinua cum spondilibꝰ: spōdilia enim totam corporis rectitudineʒ custodiunt. Quia aūt necessarium est ꝙ reflectatur ⁊ incurueꝛ corpus animalis: ideo fuerūt spondilia ex multis colligata ⁊ nō vnū os cōtinuū: alia aūt ossa sunt cōtinua per colligationem cū spōdilibus in omnibus animalibꝰ que hñt pedes ⁊ manus: in extremitatibꝰ autē ossium manuū ⁊ pedum sunt loca ⁊ forme colligationi conueniētes: ita ꝙ vnū intrat in aliud: ⁊ ideo extrema quorūdam ossium sunt continua sicut pixis: ⁊ extrema cōiunctorum sibi sunt prominētia rotunda sicut cicebra quasi sint preparata per artem vt intrent in alia. Aliter enim membrum colligatū ex ossibus nō posset extēdi siue dirigi ⁊ contrahi siue icuruari sine fractura. Hec autem ossa sibi mutuo sic inserta sunt colligata ligamento insensibili ⁊ neruis ⁊ chordis. In quibusdam ēt ossium extremitatibus sunt ambo extrema cōcaua vbi colligantur: ⁊ in medio est additamentum quasi simile cabab qđ est supplementū inter duo: sicut os qđ vocatur sysamiū vt extensio ⁊ cōstrictio ossis sit modica. qa nisi esset supplemētum in medio nimis distarent ossa quando incuruarēt membruʒ sicut apparet in curuatura digitoꝝ: nec talis eēt

Scđo đ ptibꝰ aialiū cap. 9.

iunctura sic apta omnino si per alium modū ossa essent preparata: nec esset aptus ⁊ lenis modus membroꝝ. Quedaʒ etiā ossa extremitates in quibꝰ colligantꝛ hñt quasi similes: ita ꝙ vna extremitas nō itrat in aliā: ⁊ his natura in extremis substernit cartilagineʒ quasi mollitieʒ lane ibi spargeret ne ossa per collisionē atterantꝛ sicut patet in duobꝰ asseiđ versus cubitū. Omnes aūt istos modos iūcturaꝝ ⁊ plures alios in prehabitis executi sumus. Circa ossa aūt est caro retēta ibi imobilis ligaminibꝰ gracilibꝰ: ⁊ p̄cipue caro musculoꝝ in qua sūt nerui siles pilis: ꝓpter mollitiē eni carnis fuerūt creata ossa sicut diximus superiꝰ qđ apparet in his figulis qui figuras aialium faciūt ex luto vel ex alia mā humida ⁊ molli. Primo eni quādo fingūt figuras sub luto fingūt aliqđ duꝝ ⁊ rigidū ꝙ lutū humidū sustentet ⁊ erigat ne cadat ꝓpria mollitie: ⁊ deide super illđ cōponūt lutū vł aliā māʒ humidā: ⁊ per oīa silr facit nā in vsu ossiū: posuit. n. ea sub ptibꝰ carnosis: in mēbris aūt motis sepiꝰ pp cōfricatione ꝯsternit cartilaginē: in mēbris aūt que nō mouentꝛ ponit ossa ꝓpter custodiā sicut costatio ꝯtinēs vt custodiēs pectꝰ: hec eni costatio nō fuit creata nisi ad saluteʒ mēbroꝝ anterioꝝ rei conueniētium. Ossa aūt in eadem costatiōe que vētri vicināt sunt parua ne vētris tumorem impediāt: qui tumor ex duobꝰ accidit: ex cibo. vʒ. in masculis ⁊ feminis: et ex impregnatiōe in feminis solis. ¶ Ampliꝰ aūt ossa aialis qđ generat sibi simile intra ⁊ extra fere in oibꝰ sunt ꝓm vnā ⁊ eādem dispositionem in duritie ⁊ fortitudie: ⁊ ossa huiꝰ animalis sunt maiora ossibꝰ aialis sibi simile nō generātis proportione habita ad quātitatem corporis sui. In multis enim locis sunt aialia valde magna sicut elephantes in India ⁊ in alijs terris calidis ⁊ siccis: ⁊ in aquilonari ⁊ in ceteris terris cete grādia: ⁊ quādo animal fuerit magni corporis idiget magno sustētamēto: ⁊ oportet istud sustētamētuʒ esse fortius ⁊ durius propter pōderositateʒ aialis precipue quādo aial fuerit valde forte ⁊ viuēs ex venatiōe sicut vnicornis ⁊ panthera. Ossa v̇o masculorum sunt fortiora ossibus feminarum precipue in his animalibus que carnes comedunt: sicut ossa leonis que valde sunt dura: ita ꝙ quando colliduntur ignem emittant sicut emicat ignis a lapidibus collisis. Similiter autem in corpore delphini ⁊ balene: lʒ sint aquatica sunt ossa ⁊ non spine: eo ꝙ generant animalia sibi similia natura mutauit creationē paulatim: sicut apparet in auibus: quoniam ossa auiū debiliora sunt alijs ossibus. In piscibus autem ouantibus natura creauit spinā: ⁊ ossa etiam serpentum sunt de natura spine pisciū nisi fuerint magni serpentes: valde eni magni serpentes forti indigent sustentamento: sicut sustentamēto qđ est in animali generanti animal. Natura autem celeti est creata ex spinis ⁊ cartilagine: necessarium eni est vt celeti sit humidus: ⁊ ideo oportet aliquantulum molle esse eius sustentamentum: pars autem terrestris que est in isto animali transiuit in corium. In animali autem generante animal sunt multa ossa similia creatiōi cartilaginis in locis in quibus accidit: vt pars dura non sit omnino mollis mucilaginosa: propterea ꝙ non nisi a carne tenetur sicut in auricula ⁊ naso in loco preeminentie nasi anterius. Natura autem ossis ⁊ cartilaginis est eadem ⁊ non differt nisi ꝓm durum ⁊ minus durum. ¶ Amplius autem quādo abscinditꝛ cartilago que est in ambulante est sine medulla: medulla enim nō potest esse extra suuʒ vas distincta per se. Si enim esset disticta per se induraretur ⁊ deficeret frigore aeris: aut calore substantia cartilaginosa: aut remanet mollis mucilagiosa. Celeti v̇o natura spōdilium est cartilaginosa: ⁊ similiter piscium qui vocantur sturio ⁊ huso: ⁊ intra ipsa est modica medulla. ¶ Ampliꝰ autem tactus ossium ꝓm sensum est sicut tactus membrorū cōsimiliū que sunt vngues ⁊ vngule ⁊ solee ⁊ corium quorūdam aialium rugosoꝝ ⁊ rostra auium: creatio enim omniū istoꝝ in corporibꝰ auium est ad augurandum ⁊ adiuuādū: ⁊ oīa sūt homogenea: ita ꝙ ⁊ totū ⁊ pars cōicāt in noīe: quoniā solea ⁊ pars solee cōmunicāt in noīe solee: ⁊ sibi est in toto ⁊ in parte cornu ⁊ in oibus alijs. In his enim partibꝰ igeniata est natura in hoc ꝙ dedit vnicuiqʒ aiali ad salutē ⁊ ad arma defensiōis ⁊ impugnatiōis. Ex hoc auteʒ genere mēbroꝝ est natura dētiū qui sūt ad mollēduʒ ⁊ diuidēdū cibū in his qui dētes habēt oibꝰ. In quibusdam autē

vltra

vltra hoc est etiā ad vigorādū ⁊ armādū aīal: sicut sunt dē/tes fortes lupoꝝ ⁊ culmi porcoꝝ ⁊ quorūdā alioꝝ aīaliū. Naturaliter igiť oīa hec sunt in corporibꝰ aīaliū: ⁊ nā oium horum membroꝝ est terrestris dura: eo ꝙ nō sunt creata nisi ꝓpter vigorē sicut arma danť aīalibus: ⁊ ꝓpter hoc dignuꝫ est vt ista sint in q̄drupedibꝰ generantibus sibi similia aīalia. hoꝝ eniꝫ nā magis est terrestris alijs preter solū genus hominū: hoc enim minus hꝫ terrestreitatis: sed de his sermone sequēti ꝓsequemur. ¶ Hec aūt mēbra in terrestreitate sequunť coriuꝫ vesica tela pilus ⁊ pluma: ⁊ de his in sequentibus tractabimus quādo de mēbris organicis ⁊ causis eoꝝ determinabiť in aīalibus. Non enim organicoꝝ dispositiones nāles cognoscunť nisi ex operationibꝰ ipsorum. Hoꝝ aūt que enumerauimus. s. tele pili plume ⁊ corij ⁊ similiū nomina sunt homogeneoꝝ: q̄ꝛ nomina eoꝝ cōmunicāt toti ⁊ partibꝰ. oīa enim hec homogenea sunt pricipia ex q̄bus alij cōponunť: sicut ⁊ os ⁊ caro ⁊ alia similia. Natura etiam spermatis ⁊ lactis est de homogeneis noīe ⁊ rōne: de q̄bus etiā inferius tractabimus qn̄ loquemur de alijs humiditatibus similibꝰ istis: de his eni ꝯueniēs est dicere qn̄ loquemur de ꝯditione nāe ⁊ gnōne: q̄ꝛ ex vno illoꝝ est generationis principiū: ⁊ aliud est cibꝰ aīaliū generatoꝝ.

¶ Tractatus Tertius Duodecimi Libri aīalium de membris organicis capitis.

¶ Cap. pᵐ. De capite ꝺm ꝙ ipsum est origo sensuum.

Sc̄d̄o de ptibus aīaliū capitulo. io.

Onsequens aūt est dicere de naturis dentiū ⁊ alioꝝ que in ore cōtinenť. Os enim continet dentes sicut circulus ligneus qui est circa molarem molēdini cōtinet lapides molares ⁊ lingua est sicut manus molēdinarij que congerit grana sub lapide: propter qđ etiā aialia quadrupedia dētes in superiori mādibula non habētia lingua de terra cibū accipiūt ⁊ adunant vt falce dētium inferioꝝ abscidant. vsus enim dētium vniuersaliter in animalib⁹ est ad vtēdum cibo. In quibusdam autem preter hec sunt dētes ad vigorem armoꝝ cōtra nocumēta. Natura ergo dentium est in quibusdam vt agant ⁊ nō patiātur a contrarijs sicut in animalibus agrestibus carnes comedentibus ⁊ in quibusdam ad adiutorium comedēdi ad vtendum cibo ⁊ incidendo ⁊ molendo. Sunt enim quidam eoꝝ vocati molares lati apti ad molēdū inter quos ⁊ anteriores sunt qui vocanť canini in homine ⁊ acuti: quoꝝ etiā naturalis dispositio quasi media est inter dētes ⁊ molares: eo ꝙ cōmunicant cū vtrisqꝫ. Sunt enim aliquo modo acuti ⁊ aliquo modo lati: ⁊ talis est quidem dispositio dentiū in omnibus animalibus nō omnes dentes acutos habētibus. Preter aūt dicta officia qualitas que est in figura dentium ⁊ quātitas in numero ⁊ magnitudo dentium existens in homine est ꝯueniēs aptitudo ad loquēdū: eo ꝙ ad ipsos diuersimode lingua percutiens diuersos format litterarum ⁊ loquele modos: ad hoc tamē faciūt dentes anteriores. Quedā aūt animalia habent dentes propter cibū tm̄ sicut diximus: et quedam preter hoc propter vigorem armorū: vnde etiam quedam habēt duos culmos in quibus nō est vsus nisi pugne sicut porci: ⁊ quedam habent dentes acutos serratiliter seinuicem recipiētes: ⁊ ideo dicunť dētes eoꝝ fortes: eo ꝙ vigor eoꝝ est in dentibus ipsoꝝ propter acumen dentiū suoꝝ. Omnes aūt dentes mordacium ⁊ fortium animaliū intrant seinuicem modo serre vt nō facile obtūdanť ex collisione vnius ad alterum. Nullum vō omnino animalium simul habet vtrūqꝫ genus armoꝝ ꝙ videlicet dentes acutos serratiles habeat iuxta os suum: ⁊ cum hoc habeat culmos extra prominentes ad modum aproꝝ: natura autem nihil facit superflue. ¶ Horū autem duoꝝ modorū vnus est propter vigorem ad dilacerandum ⁊ alter est ad pugnādum ⁊ feriendum. Sufficit aūt vnū sufficiēs genus armoꝝ ad defensionem ⁊ pugnam vnius ⁊ eiusdē generis aiali: ⁊ nimis onustum esset os duobus armoꝝ generibus: ꝓpter quod etiam serui debili ⁊ timido arma non dedit: qꝛ porca nō habet culmos prominentes: neqꝫ mordet nisi per acuitatem dentiū aīrioꝝ qui vocanť incisores. ¶ Uniuersaliter enim sciendum ꝙ ẜm cōueniētiam ad naturalia que determinauimus ⁊ que adhuc magis infra pertractabūtur natura nō agit nisi optime: ⁊ ideo nunqꝫ dat arma ad vigorādū aialibus nisi his que indigēt illis. talia enim arma vocamus que sunt sicut aculeus ⁊ vngues ⁊ cornua ⁊ culmi ꝓminentes ⁊ his similia. Et qꝛ masculi aialiū sunt fortiores ⁊ animosiores: forte dat natura ista arma maribus tm̄: aut si dat etiā feminis fortiora dat maribus qꝫ feminis: ⁊ ideo mares cerui habēt cornua ⁊ nō femine: ⁊ tauri habēt fortiora cornua qꝫ vacce: ⁊ si secus contingit hoc ex terrestreitate euenit nature. Membra aūt que sunt ad vite necessitatem equaliter sunt in feminis ⁊ in maribus lꝫ minora sint plerūqꝫ membra feminarum qꝫ masculoꝝ: sed alia quibus non indigent ad necessitatem sed ad arma: aut non habent femine aut differenter habent a masculis: propter quod differentia est in cornibus tauroꝝ ⁊ vaccarū ẜm omne genus tauroꝝ: ⁊ differentia in cornibus ouium feminarū ⁊ arietum: ⁊ similiter est in cornibus hircoꝝ ⁊ caprarū: ⁊ sic est in oib⁹ alijs. ¶ Dentes aūt omniū pisciū acuti sunt valde: exceptis valde paucis in lateribus gutturis mandibulas habentibus sicut pisces fluuiales magnarum squamarū sicut barbellus ⁊ monachus ⁊ alij quidā. hi enim habēt dentes latos aliquātulū magis ad ꝯterendū cibū qꝫ ad diuidēdū: ꝓpter qđ etiā oēs equales sunt: ⁊ lō nā abscōdit eos in gutture vt clauso ore aqua nō suffocet masticātes hos pisces. Tales aūt dētes maxime hꝫ piscis qui carpo vocatur. Alij aūt pisces p̄cipue marini dētes habēt sicut serra p̄ter vnū solū genus pisciū. Causa aūt acuminis dentiū est: qꝛ pisces necessario recipiūt aquā cū cibo ꝓpter qđ etiā subito vadit cibus ad vētrē: ⁊ nō diu mouere pōt in orificijs eoꝝ: qꝛ aliter aqua in eoꝝ vētres itraret ⁊ implendo necaret. Hec. n. est cā quare dentes oium pisciū sunt acuti ⁊ multi vt citius ex acumine ⁊ in partes multas ex multitudine dētium incidant cibum: ⁊ hoc habēt loco masticationis ⁊ molitionis. Sunt etiā incuruati vt hami dētes multoꝝ pisciū: eo ꝙ vigor eoꝝ ad retinēdū est in eis. Natura igiť cōmunis aialiū indigēs dictis operationib⁹ facit cōmuniter dētes in ipsis sicut ⁊ natura cōmunis organa ꝓducit anhelit⁹ in his que ambulant ⁊ habēt sanguinē. vtiť. n. nā sicut predeterminatum est multis membris in cōmunibus operationib⁹ aialiū sicut pꝫ in ore. omne enim aial comedit ore: vigor vō armoꝝ ꝓprie cōuenit aialibus quibusdam sicut ⁊ anhelitus nō eodē modo cōmunis est oibus. Hec aūt opera natura ꝓpter cōpendiū cōgregat in membro vno: qꝛ tamē diuersificať ẜm diuersum modū specierū singuloꝝ aialiū: propter qđ etiā quedam aialia parui oris sunt ⁊ quedā magni. In omni enim aiali ore ad vigorem ⁊ pugnam indigēti est os magni rictus: ita ꝙ multū aperiť fissura oris: qꝛ aliter non fortiter apprehēderet neqꝫ apprehēsū fortiter teneret. Uigor enim huius animalibus est in ore totus: ꝓpter qđ etiā omnia animalia acutoꝝ dentiū serratiliū que carnes comedunt os ample valde aperiunt vt melius ⁊ fortius suus fiat morsus: sicut apparet in apertione oris lupi ⁊ canis ⁊ leonis que permaxima esse dinosciť. Similiter aūt pisces acutoꝝ dentiū ⁊ carnes comedentium apertio oris est magna valde respectu suoꝝ corpoꝝ. ¶ Aues aūt hñt rostra loco labioꝝ ⁊ dentiū: ⁊ rostra eoꝝ diuersanť ẜm diuersitatē necessitatis ⁊ vtilitatis ipsoꝝ: ꝓpter qđ etiā auiū de venatione carniū viuentium sunt incuruata ante sicut vncus. sic enim retinēt ⁊ eripiūt partē quā comedūt. vigor enim huiusmodi auiū est in rostro ⁊ vnguibus: ꝓpter qđ etiam rostrum durius effectū est. Uniuscuiusqꝫ aūt auis rostrū cōuenientem habet formam ⁊ dispositionem ad regimen sue vite sicut valde durum ⁊ acutum factū est rostrū auis perforantis arbores que vocať picus ẜm oia genera sua. Corui aūt in genere suo etiā forte ⁊ durum est rostrum ad frangendū cibum ⁊ ad pugnandū. Econtra aūt rostrū paruarū auium est subtile ⁊ acutum cōueniēs ad euellēda ⁊ capienda grana: ⁊ similiter auiū paruarum que viuūt ex cinisum preda sicut faciūt hirūdines ⁊ similes auicule p̄da vermiū viuentes. ¶ Adhuc autem aues inter digitos pedum coria habentes ⁊ in aquis vel iuxta aquas manentes rostra habent sue vite conuenientia. quedam enim harum habēt rostra lata sicut anas: eo ꝙ latitudo rostri sui cōueniens est cauare ⁊ quasi tribellare lutum quod est in aquis: quia in illo sunt radices herbarum ⁊ semina plantarum aquaticarum ⁊ vermes ⁊ oua animalium aquaticorū ⁊ alia huiusmodi que sunt cibus anatum. Quedam autem habent rostrum acutum longum ad infigendū in lutum ⁊ extrahendum ea que in luto ꝓfunde infixa sunt sicut multe aues noctis. Ille autem que habent rostra lata sunt anas ẜm genera sua ⁊ anser ẜm omne genus suū ⁊ cygnus ⁊ alie. Quedam autem rostri latitudo est apta ad cauandum mollia: cuius signum est qꝛ porci quorum regimen vite est in cauādo propter radices quas effodiūt habent os latum ante in cuius medio inter nares est additamentū quasi acutum habēs angulum per quod effodit terram ⁊ cauat vt extrahat radices. Aues autem supra dicte simile porcis in cauando lutū habent regimen vite. ¶ Horum autem omniū que dicta sunt compendium est: qꝛ sicut diximus in anathomia dentes in homine sunt aut triginta duo aut triginta tres. In superiori enim mandibula sunt anterius in ore duo dētes lati: qui ⁊ ampli propter quātitatem ⁊ duales propter numerum ⁊ incisores propter actū vocanť: ⁊ post hos sunt hinc ⁊ inde duo qui quarti vocanť: ⁊ tot sunt iferiores illis respō-

dentes ⁊ hi cõmuniter incissores vocati sunt post quos sursum ⁊ deorsum sunt duo canini qui sunt ad frangendũ ⁊ lacerandũ cibuꝫ: oẽs aũt alij tam sursum q̃ꝫ deorsum sunt ad molẽdũ. Preter oẽs aũt dictos dẽtes in qbusdã paucis tamen hominibus nascunt̃ quatuor dentes: ita ꝙ in extremitate cuiuslibet mandibule nascit̃ vnus: ⁊ hi ideo vocantur dentes sapientie ⁊ intellectus: eo ꝙ vt frequẽtius nascunt̃ in etate intellectus que est triginta annoꝝ: inueniunt̃ tamẽ nasci a tẽpore quo spermatizare incipit homo vsqꝫ ad tempus in quo stat cremẽtũ suũ in diuersis tẽporibus: ⁊ ego vidi vnũ virũ cui in senectute. 80. ⁊ amplius annoꝝ nati sunt. Habent aũt dẽtes radices acutas per quas in mandibulã infigunt̃: ⁊ super quẽlibet dentem nascit̃ grossities quedaꝫ imediate super foramẽ mãdibule cui infigit̃ ex hoc iuuat ne per masticationẽ nimis infigat̃ ⁊ ledit mãdibulã pforãdo: in radice aũt sunt ligamẽta fortia per que dens tenet̃ ne cadat extra mãdibulã. In oibus aũt dentibꝰ p̃ter molares est vnica tm̃ radix: eo ꝙ sunt parui ⁊ nõ sepius iterant̃ motus eoꝝ sup cibũ: sed semel tm̃ qñ incidunt sup cibũ. Molares aũt eo ꝙ multũ ⁊ fortiter ⁊ sepius mouent̃ sup cibũ ꝯterendo ipm̃ sunt radices plures. Due enim ad minus sunt in quolibet inferioris mãdibule: in molaribus võ superioris mãdibule sunt tres vel forte q̃tuor radices: ⁊ p̃cipue in dentibus posterioribus ⁊ in dentibꝰ intellectus. Hoc aũt iõ est q: pendent: ⁊ iõ indigẽt pluribꝰ radicibꝰ ne cadãt. Inferiores aũt stãt nec indigẽt tãto ligamine ꝓpter hoc etiã radix superior nõ directe porrigit̃: sed egredit̃ incuruata aliquãtulũ extra sitũ nãlẽ: ⁊ fit vt fortius se teneat. Dicit aũt Auicẽna ꝙ vidit castorẽ cuiꝰ oẽs dẽtes erãt rubei ⁊ curui ⁊ lõgi. ⁊ huius cã fuit q: hoc aĩal est venaticũ: ⁊ nisi venet̃ nõ hꝫ cibũ. Et ꝓpterea nã parauit ei dẽtes longos qui fortiter p̃de infigant̃: ⁊ curuos ad fortiter retinẽduꝫ. Rubedinis aũt cã fuit influxus sanguinis in eos: est eni vt dicit Galenus hoc genus ossis sentiens hunc mediũ calidi ⁊ frigidi ex vicinitate cerebri. ¶ Dant̃ aũt dẽtes generaliter qdeꝫ aĩalibꝰ ad esum cibi. specialiter aũt homini p̃ter hos dant̃ ad formãdum loquelã articulatã ⁊ litteratã. Quibusdã aũt dant̃ ad arma: ꝓpter qõ p̃da carnis viuẽtia acutos habent ⁊ raros sicut leo ⁊ canis ⁊ lupus ⁊ hmõi. Ex terra aũt carpẽtia herbas vel radices habent in vna acie adequatos: qm̃ serratilitas ipediret abscisionẽ. serratiles eni pforarẽt sed nõ eq̃liter abscinderẽt. Et q: femine multũ debiles sũt ⁊ timide: iõ nõ dant̃ multis ex eis dentes qui sunt arma: sicut culmi porcoꝝ quos scrophe nõ habẽt: ⁊ simile huius etiã dicitur esse in camello. Et hec est cã quare ceruus hꝫ cornua: ⁊ nõ cerua: ⁊ quare hircus ⁊ aries habent cornua duo maiora ⁊ fortiora cornua q̃ꝫ habeant sue femine. Pisces aũt qui carnibus pisciũ vescunt̃: eo ꝙ nõ habẽt collũ in quo caput inclinent ad cibũ habent multas acies serratiliũ dentiuꝫ in ore sicut lucius. Hoc aũt fit vt cito cibũ diuidant vna oris clausura nec aqua intret interiora stomachi ipsoꝝ sicut iã ante diximus. Alij aũt nõ indigent tali masticatione: q: potius suggunt aut dẽtes habẽt quasi in gutture qui mouent̃ adinuicẽ motu branchoꝝ ꝓpter qõ etiam vtranqꝫ mandibulam habent mobilem. Quecũqꝫ aũt aĩalia os nõ habẽt nisi vel ad loquẽdũ vel comedẽdũ nõ indigẽt in ore multis dentiuꝫ aciebus. Sicut aũt in omnibus gressilibus rapacibus sunt dẽtes acuti: ita in auibus rapacibus sunt rostra curua ⁊ vngues acuti ⁊ curui vt volando rapere ⁊ retinere possint vngue ⁊ rostro dilacerare quod tenuerint. Quecũqꝫ autem aues grana legunt rostra habent ⁊ ante subtilia. ⁊ quecũqꝫ in luto colligunt lata habent sicut in antehabitis diximus. Rostrum enim est sicut due acies ꝯtinuorum inferius ⁊ superius dẽtiũ: ⁊ sicut due mãdibule ꝓlõgate ⁊ acute. ¶ Hec igit̃ cum his que in anathomia diximus de natura ⁊ causa dentium dicta sufficiant.

Tertio de partibꝰ aialiũ capitulo. 2.

## ¶ Cap. 7m. De causa ⁊ natura cornuum que sunt in capitibus animalium.

CUm aũt iam plura determinauerimus de mẽbris capitis opꝫ scire ꝙ illa pars capitis que iteriacet gutturi ⁊ anteriori parti capitis que sinciput dicit̃ facies siue vultus vocat̃ in q̃ parte homo nullũ oino simile hꝫ aĩal nisi forte pigmeũ. Symiarũ. n. figura cõponit̃ ex hois figura ⁊ alioꝝ aĩalium figuris: ⁊ ideo multũ ad hominẽ in facie hꝫ de similitudine. In suppremo autẽ capitis in occipite: ac sincipite ꝓminẽt cornua in aĩalibus quibusdã: ⁊ de nã illoꝝ nõ est p̃termittendũ. Caput aũt ꝓprie figurã capitis exprimens habẽt aĩalia que sibi similia generãt. Animalia autem quedã imperfecta caput trãsumptiue habere dicunt̃. ⁊ hoc modo ꝓprietatis ⁊ trãsumptionis etiam participãt cornua sicut scarabeus syluanus. nõ stercora sed folia arboꝝ comedens cornua ceruoꝝ cornibus in figura similia habet: que sunt mobilia in capite suo: etiam per ipsa apprehendit ⁊ tenet. Cornua aũt que vere cornua sunt dantur in arma sicut cornua ceruoꝝ: quedam tamẽ aĩalia debilia habẽt cornua: ita ꝙ ex ipsis parũ aut nihil iuuant̃ aĩalia ad pugnam: sicut est curuum cornu quod est in capite capre montane qõ gemeze germani vocant. hoc enim cornu paruum est ⁊ debile potius ad tenẽdum animal formatũ vt vncose teneat scandens rupes qñ cadit de rupibus q̃ꝫ ad pugnãdũ. ¶ Generaliter aũt expertum est apud nos ꝙ nullũ omnino aĩal qõ multarum fissurarũ est in pede ⁊ in multos digitos diuidit pedẽ habet cornu in capite. Causa aũt huius esse videtur qm̃ taliũ aĩalium arma sunt in dẽtibus ⁊ vnguibus pedũ: ⁊ ideo cornu superflueret. Quedã enim vt diximus vigorant̃ dente: quedam vngue ⁊ quedam cornu: ⁊ superfluuꝫ nunq̃ꝫ dat natura. Quedã aũt soleam corneam habẽt in calce qua vigorant̃ sicut equus ⁊ asinus: sed aĩalia in duo diuidentia vngulam precipuũ vigorem habẽt in cornibus: q: pes diuisus in duo ad figendum fortiter pedem est ⁊ ad standũ ⁊ nõ ad armãdum. ¶ Sunt eni multi modi aĩalibus dati a nã. quedã enim ipsa corporis magnitudine ⁊ fortitudine defendunt̃ ab aĩalibus incursantibus sicut elephas ⁊ aĩal qõ seraph vocat̃ ⁊ camellus ⁊ hmõi. Quedã aũt dentibus defenduntur ⁊ boꝝ quedam habent culmos ⁊ alios dẽtes habẽt adequatos sicut porci: ⁊ quedam habent serratiles acutos multos anterius in ore vbi est oris apertura ad apprehendendum. Quedam aũt habent vngues: ⁊ quedaꝫ calces soleatas corneas. Quedam aũt habent velocitatem sicut lepus: ⁊ quedam habent duo ex his vt equus calcem ⁊ velocitatem: ⁊ ceruus ⁊ hinnulus cum cornibus habent velocitatem: ⁊ pugnant cum debilioribus cornibus: ⁊ fortiora se fugiunt per velocitatem. Est aũt quoddaꝫ genus agrestis vacce siue bouis qõ cornua habet ad seinuicem recurua nõ ad pugnandum apta: ⁊ illi dedit natura vt stercus longe et cum impetu posterius eijciat in oculos canum ⁊ venatoruꝫ se sequentium: ⁊ eijcit ipm̃ valde remote ⁊ est viscosum ꝙ non de facili abstergitur: ⁊ ideo abstergendo ipsum detinẽtur canes ⁊ venatores insequentes ipsum. Sicut antẽ iam ante diximus natura multos modos vigoruꝫ ⁊ defensionũ dat aĩalibus: ⁊ aliquãdo plures modos congerit in vnum ⁊ idem aĩal: propter quod quedam aĩalia ⁊ calces soleatas ⁊ cornua habẽt sicut asinus indicus. Et q: nã dextri valde differens est a natura sinistri: aliquãdo sunt duo cornua in capite animalis ⁊ aliquãdo vnum solum sicut asinus Indicus qui habet vnicum: ⁊ aĩal qõ quidam antiquoꝝ archos quasi principem vocauerunt quod nos vnicornem latine ⁊ rinocerontem grece vocamus hꝫ vnũ cornu maxime quãtitatis ⁊ solidum sicut cornu ceruinuꝫ: cuius mẽsuram ego mẽsuraui decem pedes excedere in lõgitudine: ⁊ diameter eius in radice plus habuit q̃ꝫ palmum ⁊ dimidium. Quando autem animal habet cornu vnum hoc locatur in medio capitis siue in fronte sit siue in sincipite siue etiã in nare medius: ⁊ communis terminus est duorum extremorum laterum ⁊ quecũqꝫ habent vnum cornu habent soleas aut calces integre aut diuise vngule. Non aũt cõuertitur quoniaꝫ ea que habent calces corneas vt in pluribus carent cornibus: eo ꝙ natura materiam cornuum posuit in quatuor pedibus: ⁊ sufficit sibi in vno ramoꝝ genere. In pedibus autẽ ponit magnis ⁊ ponderosis animalibus que forti indigent sustentamento. Cornua aũt in capite posuit eo ꝙ ibi decentius ⁊ melius armant animal. Errauit igit̃ Zeno culpans naturam tauri: eo ꝙ cornua in humeris suis nõ posuit: dicens fortiꝰ trahere iugũ taurũ si habuisset cornua in humeris. nõ eni ꝓpter trahere dat nã cornua: sed potius vtilitas cornuũ ꝯsiderat̃ in defensione: ⁊ hoc melius fit per caput: eo ꝙ volubile ⁊ mobile est ad oẽm partem nocumenti propter

mobilitatē quā habēt ex collo. In alijs aūt membris sicut in pedibus vel humeris vel alijs similibus esset in onus ⁊ ossium in qbus cornua radicari necesse est maximū ipedimentū. In capite aūt ⁊ firmaꝫ craneū ⁊ aptissime fuerunt adiutoriū defensionis nō aūt in capite poni potuit in ore: qm̄ cibum ipediret. ¶ Rectissima ergo positio est aut in medio capitis vt equaliter ponderet: aut in vtroqꝫ latere capitis vt equale vtrūqꝫ latus pōdus habeat. ¶ Cornua aūt q̄daꝫ sunt solida in toto sicut ceruoꝝ ⁊ alioꝝ aīalium de nā cerui existentiū: sicut equicernus ⁊ hinnulus: ⁊ quedā sunt iuxta radicē cōcaua ⁊ anterius solida in acumine vbi pugnaꝫ cuꝫ eis: sunt aūt integra ponderosa ⁊ ideo talia aīalia mutant cornua sua: ⁊ est eis alleuiatio ⁊ purgatio: qm̄ terrestria sūt valde ⁊ purganꝫ a terrestreitate per cornuū nouoꝝ generationē. precipue in capite vbi est cerebrū frigidū ⁊ ossa multa: ⁊ ideo multa superfluitas melācholica terrestris. Pars aūt terrestris generaliter multa est in aīali magni corporis pinguedinē seposam habētis: ⁊ ideo multa ⁊ magna hꝫ ossa: ⁊ superfluitas terrestreitatis eius trāsit in cornua. Apud nos aūt nullū oīno aīal inuentū est qḋ cursile sit ⁊ agile: ⁊ taꝫ ingentia cornua habeat sicut caper montanus quem latine ibicem vocant. huius enim cornua a capite vsqꝫ ad clunes ꝓtendunꝫ: ⁊ cadens ab alto totū corpus inter cornua ꝓtegit: a collisione ⁊ ictus lapidum magnorū excipit cornibus. Non aūt est determinandū nature opus nisi qḋ est in oībꝰ eiusdem speciei aīalibus vel in pluribus: qm̄ forte aliquando inuenitꝫ equus cornutus: sicut inuenitꝫ homo cū duobus capitibus: ⁊ alijs multis modis monstra nascunꝫ de quibꝰ nō est nature intentio: sed talia fiunt per occasionem peccati alicuius principioꝝ naturaliuꝫ sicut determinauimus in secundo nostroꝝ phẏsicoꝝ. ¶ Sicut aūt diximus aīal magni corporis ⁊ multoꝝ ⁊ magnoꝝ ossiū est multe terrestreitatis: sicut vnicuiqꝫ consideranti nālia satis facile per rōneꝫ occurrit. ¶ Cum igiꝫ abundat huiusmodi terrestreitas in materia cibū acceptum ⁊ in simile sibi conuertit: ⁊ cū superabundans sic multiplicaꝫ opꝫ ꝙ pars aliqua transeat in aliqua membra: in quibusdam quidē descendit ad sotulares pedum: in quibusdam aūt in culmos: ⁊ in quibusdā in dentes acutos longos serrales: ⁊ in qbusdam in cornua. Et q̄ cornua plerūqꝫ sunt magna trahunt ad se mām terrestrem: ita ꝙ subtrahiꝫ mā dentiū mandibule superioris ꝓpter qḋ etiā aīalia habētia cornua dentes nō habent anteriores in mandibula superiori: eo ꝙ mā ad vtrūqꝫ simul non sufficit: sed defectus masticationis cibi sui ruminatione recompensatur. Natura enim in omnibus facit melius: ⁊ ideo nō in posterioribus ponit cornu: q̄ aīal nō videret nec posset digerere istum quem dat de cornu: ⁊ in clunibus vel spatulis positum motuꝫ impediret membroꝝ ⁊ ossa in quibus radicaretur lederet. Melius igitur fecit in capite ponendo: et sicut nō inueniꝫ animal habens sotularem corneuꝫ integrū habens cornu nisi asinus Indicus eo ꝙ materia cornuum descendit ad pedes: propter quod etiā asinus habet vnum tm̄: ita etiā nō inueniꝫ animal fissi pedis habens cornu vnicum nisi vnicornis: sed cornu suum est adeo ingens ⁊ longū ꝙ materia duobus nō sufficit. Minimum aūt animalium cornutoꝝ apud nos visoꝝ est caper montanus qui rubeos habet oculos ⁊ acute diciꝫ videre valde: ⁊ cornu curuuꝫ qḋ in lingua nostra gemeze vocaꝫ ⁊ vadit cum grege. ¶ Oportet aūt scire ꝙ cornua ceruoꝝ magis sunt purgamenta nature q̄ꝫ nutrimenta armoꝝ: ⁊ ideo eijciunt ea. Et q̄ femine minoris sunt caloris ⁊ siccitatis terrestris ideo cornua non habent: eo ꝙ cornu magis purgatio est naturalis q̄ꝫ defensio naturalis. si enim esset omnino naturale dareꝫ feminis sicut ⁊ maribus quorū vna est natura cōmunis: lꝫ forte minora essent cornua feminarum q̄ꝫ masculorū: propter quod in alijs animalibus confortatur cornu per radicem ossis: ⁊ non eijciꝫ sed induraꝫ ⁊ datur proportionabiliter maribus ⁊ feminis quoruꝫ est vna ⁊ eadem natura cōmunis: ꝓpter quod magnos dentes dedit natura maribus ⁊ feminis in animalibus quorum arma sunt in dentibus: ⁊ ideo lꝫ porca non habeat culmos propter sui humorem multū: habet tamen longos dentes ante quibus multū lacerat ⁊ pugnat. Culmi aūt ꝓminētes sunt in maribus sicut cornua in cornutis. Hec igiꝫ de cā ⁊ nā mēbroꝝ capitis dicta sunt.

## ¶ Incipit Liber Tertiusdecimus animaliū in quo est causa ⁊ natura interiorum membrorum. Cuius tractatus primus est de canna ⁊ isophago ⁊ pulmone.

### ¶ Cap. pm. De canna ⁊ isophago ⁊ de causis eoꝝ nālibus.

Iam ergo determīata sunt a nobis mēbra capitis ⁊ distincta sunt ſm formas ꝓprias vnicuiqꝫ eoꝝ: ⁊ reddite sunt cāe singuloꝝ ſm modū qui p̄dictus est qui sufficit presenti speculationi qm̄ ea que hic dicta sunt ꝯiunguntꝫ cum his que dicta sunt in anathomia. ¶ Membrū aūt quod est proximū sub capite ⁊ ꝯtinuat caput cū corpore in cōmuni vocaꝫ collū ex re nomen habens: q̄ colla idē est qḋ continuatio: ipm enim est membrū caput cum corpore cōtinuās sicut diximus: q̄ cū hec ꝯtinuatio magis perficiꝫ posterius per spondiles ⁊ neruos colli qui ceruices vocanꝫ: ideo etiā ꝓprie posterior pars colluꝫ vocaꝫ. Anterior v̄o que potius est via aeris inspirati ⁊ cibi qui itrat per os magis proprie guttur nomē habet. Collū aūt sicut iam ante diximus non in oībus est aīalibus: sed in quibusdā sanguinē habentibꝰ quoꝝ caput necessariū est habere motus ꝓprios p̄ter communes corporis motus: ⁊ ideo quadrupedia nō ouantia et volatilia sola collū inueniunꝫ habere. In collo aūt anterius in ea parte que gutturis hꝫ nomē sunt partes componētes guttur trachea arteria que etiā canna vocaꝫ: ⁊ membrum qḋ diciꝫ meri arabice ⁊ grece isophagus: sed q̄ trachea est anterior in gutture: ideo prius de ipsa est loquendū. ¶ Est igiꝫ creatio trachee ꝓpter anhelitū sicut creatio isophagi est ꝓpter cibū. his enim duobus indiget aīal sanguinē habens: aere. vꝫ. ab exterius intrante ad refrigeriū: ⁊ cibo per os ⁊ per isophagum intrante in stomachum ad nutrimentum: ⁊ ideo vias istoꝝ vsqꝫ ad os ꝯtinuari oportebat. Per tracheam igiꝫ est introitus ⁊ exitus aeris ad refrigeriuꝫ in respiratione. sunt aūt non omnia aīalia pulmonem habentia. ⁊ hec etiā guttur habent sicut pisces. ¶ Isophagus autē est membrū per quod cibus intrat in ventrē: ꝓpter qḋ manifestum est ꝙ sicut aīaliū collū ⁊ pulmonē ⁊ guttur non hēt nō indiget isophago: q̄ in talibus ordinatione membrorū potest esse situs stomachi siue ventris continue post sitū capitis: ⁊ non eodem etiam modo situs pulmonis continuaꝫ aliquādo post situꝫ capitis sine via media: q̄ tunc frigidus aer in pulmonē veniens indigestus corrumperet pulmonē: ꝓpter qḋ opꝫ esse inter ea membrum mediuꝫ qḋ sit sicut fistula vel cāna: in quo primū aer tempereꝫ: ⁊ postea per ipm diuidaꝫ aer in ꝯcauitates pulmonis: ⁊ in venas arteriales que perueniunt ad ipsuꝫ. Pulmo enim diuisus est in duas partes quādo cōpositio pulmonis est completa ⁊ perfecta vt perfectus sit introitus aeris ad ipm ⁊ exitus eius. Et q̄ instrumentū siue organum anhelitus ꝓpter predictā cām longū est: ideo accidit etiaꝫ necessario ꝙ ipse isophagus sit longus: qm̄ nutritiua sunt sub diaphragmate ⁊ spiritualia super ipm: ⁊ isophagus est ꝯtinuatio ⁊ via stomachi cū ore per guttur ⁊ pectus pertingens ad ventrē. Est aūt substantie carnose ⁊ neruose habens extensionem vt dilatari possit igressu cibi. ¶ Trachea v̄o siue cāna ē vena arterialis aspera cōposita ex circulis cartilaginosis: que tamē superiꝰ vbi tāgit isophagū portiones sunt circuloꝝ ne dilatationes isophagi ipediant: ⁊ ne inducāt strangulationē in glutiendo cibum: ex duris aūt cōponiꝫ vt sit semper patula ad ingressuꝫ aeris: ⁊ etiā q̄ nō est tm̄ ꝓpter anhelitū: sed etiā ꝓpter vocem que fieri nō pōt nisi percusso aere ad soliduꝫ planū vox fit a duro ⁊ leni siue plano percusso. Hec autem vena arterialis que canna vocaꝫ in gutture disposita est ante isophaguꝫ vt prohibeaꝫ a cibi receptione que debeꝫ isophago. Cibus enim posterius in isophagū deriuaꝫ: ⁊ si aliquid de cibo ceciderit in venam magnam arterialeꝫ que cāna vocaꝫ erit causa strāgulationis ⁊ infirmitatis ⁊ tussis ⁊ forte mortis quādo intrat in pulmonē ⁊ putrescit: aut forte per anhelitum cor extinguit. Ridiculū aūt est dicere cānam esse viā

Tertio de partibꝰ aialiū capitulo.3.in phō.

aque

aque ⁊ humiditatis potate: pulmo enim inferius iteger est ⁊ clausus: ⁊ nulla via ex cāna procedit ad vētrem: cuȝ tamē humiditatem potataȝ in vētrem ⁊ in vesicaȝ recipi videamus: via aūt que est isophagus procedēs ex ore ad vētrem manifesta est visui: qa superfluitas cibi ⁊ potꝰ ad visuȝ manifestatur exire de vētre. Similiter aūt quādo vomitꝰ accidit satis manifestat̄ humor potatus a vētre exire ⁊ non ex pulmone. Adhuc aūt manifestū est vnicuiqȝ ꝙ humiditas potata in primis nō recipit̄ in vesica: sed potius primo recipit̄ in stomacho ⁊ in ventre vt per ipsam currat ⁊ flexibilis fiat cibꝰ: ⁊ deinde vadit a vētre in vesicam: ⁊ per hoc patet ꝙ nō per cānam: sed per meri venit in vētrem. Adhuc autē ex fece nigri vini spissi potati colorat̄ vētris stercorosa superfluitas per qꝺ manifestū est ꝙ vinū potatū vētrem igredit̄ ⁊ nō in pulmonem. Adhuc aūt vulnerati in vētre ⁊ stomacho eijciūt humoreȝ potatū ex stomacho. Ex omnibus igitur his patet ꝙ potus venit per viam stomachi que est isophagus ⁊ non per viam pulmonis que est trachea arteria. ¶ Est aūt hoc ip̄m reprehensibile ꝙ loquimur per rationē sermonis stultoꝝ qui ex ratiōe nō confirmant ea que dicūt. Redeamus igitur dicētes ꝙ vena magna arterialis eo ꝙ in principio gutturis est super quā ex ore cōtinue transit nutrimētum ad isophagum magno est exposita nocumēto de casu cibi in eam: ⁊ ideo sagax natura igeniata est ⁊ aptauit super orificiū eiꝰ coopertoriū: ⁊ hoc est membrū qꝺdam super radicem ligue existēs in gutturis superiori parte ⁊ vocat̄ epiglotis: ⁊ hoc membrū nō est in omnibꝰ animalibꝰ generātibus animalia: sed tm̄ in animali habēte pulmonem qꝺ nō squamose pellis existit: ⁊ hoc etiam membrū non est in volantibus alas pēnosas habentibus: talia igit̄ animalia q̄uis cānas habeant nō habēt tamē epiglotim. Sed in his animalibꝰ orificium ipsum cāne aperitur ⁊ claudit̄ ſm indigētiam anhelitus sicut in alijs aperit̄ ⁊ claudit̄ per epiglotim que est super radicem lingue ne cibꝰ cadat in cānaȝ: ꝙ si per negligētiam animal anhelauerit comedēdo vel potādo ⁊ ceciderit aliquid de cibo vel potu in cānam accidet grauis tussis ⁊ strāgulatio forte necans animal. Sicut igit̄ diximus superiꝰ optime igeniata est natura quādo sic creauit linguam super quā decurrit cibus ad isophagum: qꝺ in radice eius superius creauit membrū claudens cānam donec cibus pertrāseat. Motus autē lingue sicut manus molendinarij ad masticādum ⁊ molendum cibum in ore: ⁊ qꝺ remanet inter dentes vt cōteratur facit lingua motu suo: ⁊ quādo descendit directe vadit vltra cānam: nec vnq̄ȝ errat ab hoc itinere: ⁊ ideo oportet cānam clausurā habere. Animalia autem de quibꝰ iam ante mētionem fecimus carent hoc membro qꝺ est epiglotis super radicem lingue creato: ⁊ hoc cōtingit propter sue carnis siccitatem ⁊ duritiem sue cutis: hoc enim membrū etiam si haberet̄ a talibꝰ animalibus non facile moueret̄: nec velociter clauderet ⁊ aperiret cānaȝ: eo ꝙ substātia eius est ex carne sicca ⁊ cute dura que motū huiꝰ membri multū impediret: citius enim in talibꝰ ⁊ aperit̄ ⁊ claudit̄ ipsum cāne orificiū sine hoc membro q̄ȝ cū ipso: qm̄ indiget anhelitu: si enim eēt super linguam eēt ex carne dura ⁊ mēbranis siccis: eo ꝙ ligua taliū valde est dura: ⁊ ipsa sua duritie comprimit cānam in talibus ⁊ claudit eam: ⁊ ideo epigloti non indigēt. Ista igitur est cāne dispositio in animalibus collum habētibus: ⁊ iam dicta est causa quare quedam aialia habēt cānam ⁊ epiglotim: ⁊ quedam nō habēt: bene enim ⁊ salubriter ad vitam igeniata est natura ꝙ preseruauit cānam ab occasiōibus ifirmitatū. Causa v̄o propter quā posita est in anteriori gutturis est: qa cor positum est in anteriori pectoris in medio: ita tamē ꝙ aliquātulū vergit ad sinistrū. ¶ Est autē cor principiuȝ vite ⁊ principiuȝ oīs motus ⁊ oīs sensus in eo: sensus autem ⁊ motus oīs principiātur ab anteriori parte corporis vbi est cor: ꝑpter cor enim distiguitur medium qꝺ est principium vite sensus ⁊ motus: ⁊ vltimū ad qꝺ vehi potest virtus cordis. Cum aūt pulmo sit flabellum cordis: oportet etiaȝ pulmonem esse in anteriori parte vbi ⁊ ip̄m cor existit. Anhelitus autē est per pulmoneȝ ꝑpter principiū caloris qꝺ est in corde: cor enim per caloreȝ suū principiū est vite ⁊ motus ⁊ sensus ⁊ nutrimēti. Ad hūc ergo calorem temperādū ⁊ nutriendum anhelitus aeris prius vadit ad anteriꝰ pectoris ⁊ cordis. Et qa via aeris est cāna necessario mouetur cāna ⁊ epiglotis in igressu ⁊ egressu aeris. Oportuit ergo necessario cānam ⁊ epiglotim esse dispositū coraȝ isophago vt directe hoc de aere qꝺ itrat per cānam pertingeret ad pulmoneȝ ⁊ ad cor sicut diximus: qꝺ autem itrat isophagū vadit ad vētrem: qꝺ quidem est mēbrum nobilius ⁊ melius in aiali in quo nō est aliud mēbrū nobilius ꝓhibēs ip̄m vt sit in parte superiori: ⁊ tūc ipsum est superius sine cāna. Cum aūt cāna est cū ipso illa tanq̄ȝ nobilior est coram ipso in parte supiori: hoc eni qa nobiliꝰ est ⁊ meliꝰ vt sit in parte supiori nō iferiori: ⁊ in añriori nō posteriori: ⁊ in dextra digniꝰ ē q̄ȝ i sinistra.

> In aialibꝰ volantibꝰ nō ē epiglotis.

¶ Cap. 2m. Et est digressio declarās de homine causam et modum compositionis cāne ⁊ pulmonis.

Licet autē nos multū dixerimus de natura cāne ⁊ pulmonis in nostra quā superius posuimus anathomia. Tamē ad faciliorē itellectuȝ hic quedam repetimus vt cause dispōnis eorū faciliꝰ itelligant̄. ¶ Dico igit̄ ꝙ q̄dē sub capite est isophagus ⁊ cāna que aerem ducit ad cor ⁊ ad pulmoneȝ: ⁊ principiū quidē cāne est epiglotis. Loquamur aūt hic de membris his que ſm ꝙ sūt in hoīe: qa ꝓportionabiliter sunt etiā in alijs aialibus que hn̄t cānā ⁊ isophagū. Indigebat aūt animal duobꝰ extrinsecis: aere. s. ⁊ nutrimento quādo sanguinem habuit: ⁊ ꝑpter hoc natura fecit ei ad vtrūqȝ istorum viam specialem. Tracheā eni aptauit ad viam aeri: ⁊ loco illius in quibusdā animalibus est aliud membrū conueniens illi. Isophagū auteȝ fecit ad viam nutrimēti: ⁊ in his que non habent isophagū est aliꝺ membrum conueniens illi. Quia v̄o aer res subtilis est: si trachee latera essent coniuncta ſm planam superficiem nō possent dilatari per debilem ⁊ subtilem aereȝ: neqȝ via posset ampliari si foramē esset strictuȝ: ꝑpter hoc facta est canna circularis durarum specierum: sed isophago sufficit vt sit ex carne ⁊ membrana ⁊ mollioribus: ita ꝙ quando nihil trāsit per ipsum claudātur mollitie sua latera: ⁊ sic constringātur in locum minorē. Qm̄ auteȝ aperiri necesse est nutrimētum durum ⁊ quantitatis sue distantia ⁊ ponderositate aperit ipsum in ipso trāsitu suo ad stomachū. ¶ Ampliꝰ autem eo ꝙ membra nutritiua ex corruptione cibi que fit in ipsis emittūt ex se odorem malū ⁊ fetidum: ideo natura inter spiritualia ⁊ nutritiua ordiauit diaphragma: vt per cānam veniens aer purus ⁊ incorruptus non imisceretur illo vapore malo. Stomachus aūt inferior cum spiritualibꝰ eo ꝙ nutrimētum ponderosius est q̄ȝ aer ⁊ suus motus est ad inferius: ⁊ ideo qa stomachus habēs cibuȝ inferius emittit stercus ad anum: pulmo autē non: ideo opȝ stomachum inferius esse: pulmonem aūt superius super diaphragma. ⁊ hac de causa superiorem tracheā super isophaguȝ: qa aliter exiret vapor in os ⁊ inficeret aerem qui ad pulmonē ingreditur: trachea enim ⁊ epiglotis sunt instrumenta anhelitus. Et epiglotis quidem cōponitur ex quibusdam partibus duris: quarum quedā sunt circulares: quedam autē circuli portiones: ita ꝙ vna est super aliam: ac si cētra oīum sint in aere vno: pars auteȝ que inter omnes ꝓpinquior est isophago est ea que vocatur inominata ⁊ est fere mediꝰ circulus. Abscisio aūt circuli est superficies que tangit isophagum: ⁊ non est cartilago sed membrana. Anterius autē est portio circuli cartilago: ⁊ hec portio ꝓprie inominata proprio nomine vocatur. Iste autem cartilagines figuras circuloꝝ ⁊ proportionum circuli habentes cooperte sunt mēbrana plana sicca dura: ⁊ est ipsa cāna ex multis partibꝰ cōposita. Causa autē quare facta est ex cartilaginibus est: qa si fuisset ex partibus mollibꝰ aliquando ipsa sua mollitie cōcluderētur parietes: ⁊ clauderetur ⁊ interciperet̄ anhelitꝰ: dure etiam sunt vt magis custodiat̄ a nocumētis: eo ꝙ est anterius in gutture in qꝺ incidūt nocumēta exteriora. Sua etiam durities iuuat in emissione vocis quemadmodū supra dictū est. Compositio autem sua est ex laxis coniunctis membrana ⁊ circulis compositis ne homo deleat in aeris multa ⁊ subita emissione: extēditur enim laxe coniūctum ⁊ subito multū aeris sine difficultate emittit. Ex multis aūt componit̄ vt si lesio accidat vni nō ꝑpter hoc ledatur alteꝝ: ⁊ vt facilius plicetur ⁊ moueatur. Circuli aūt portiōes sūt superius in stricto gutturis vbi tangit isophaguȝ ne impe-

> Aial duobus extrīsecis idigebat pp̄ q̄ ad vtrūqȝ sp̄alis via a natura sibi tributa est.

diat glutionem cibi. Comestio autem non coniũgitur cum inspirato aere: eo ꝙ isophagus superius clauditur quando transit bolus. Extensione enĩ inferiori contrahitᷓ superiꝰ: clauditur autẽ via per cymbalarem de qua iam inferius dicemus. Membrana aũt interior cãne dura facta est vt nõ de facili catarro ledatur acuto qui a capite defluit: ⁊ etiã ne ledatur ab acumie aeris ab anteriori corporis exeũtis. Inferius autem in duos ramos diuiditᷓ eo ꝙ pulmo duas habet partes. Rami aũt cãne cum venis quietis ꝓcedunt vt nutrimẽtũ suum accipiant ab illis. Orificia aũt cãnarũ in pulmonẽ ingredientiũ stricta sunt vt spiritũ contentum in eis nõ emittãt: sed dent arterijs: nec ipsa orificia possit intrare sanguis: aliter enim quasi semper spueret animal sanguinem. Epiglotis aũt complet vocem ⁊ sustentat respirationem: ⁊ intra eam in cãne orificio est lingua similis lingue fistule que etiam lingua fistule vocatur. Et epiglotis qdẽ apte constringitur cum trachea arteria ⁊ isophago: ⁊ quãdo meri constringitur ad nutrimentum recipiendũ: exaltatur epiglotis ⁊ constringuntᷓ sue cartilagines: ⁊ extendũtur membrane ⁊ musculi vt cooperiantur a cymbalari: ⁊ quandoquidem tibia siue cãna ꝓpinqua est isophago stat in superficie palati inferioris super radicẽ lingue: ⁊ claudit epiglotis que componitᷓ ex partibꝰ tribus: quarũ anterior est similis scuto: ⁊ interior est que dicitᷓ inominata: ⁊ super ipm ponitur coniũctiua que cymbalaris appellatur. Cymbalaris enim cum peltali siue scutali non coniungitur: sed ista ligantur laxe: ⁊ inter cymbalarem ⁊ nomen non habẽtem siue innominatam est coniũctiuũ duplex: ⁊ in cymbalari sunt due fouee concaue quas intrant duo additamẽta innominate: quando etiam coniũgitur inominata cũ peltali: quãdo constringitur epiglotis: ⁊ quando dilatatur: dilatantur ⁊ ipse: ⁊ quãdo dilatatur cymbalaris emittitur aer: ⁊ quãdo non leuatur non emittitur aer: prope epiglotim autẽ est triangulus similis littere laude. ¶ Utilitas võ istius ossis est vt nascantᷓ super ipsum fila musculorum epiglotis. De musculis aũt his satis in anathomia dictũ est. ¶ Pulmo autem est compositus ex partibus: venis. vz. ⁊ arterijs nõ tunicatis: ⁊ tertia pars compositionis sue est ramusculi venarum non pulsantium. Hec autem omnia implet caro rara mollis ⁊ aliquãtulum alba ex multo quem in se suscipit aere. Animalia autem magis completa sanguinem habentia habẽt pulmonem rarum vt suggat aerẽ vt dirigatur in eo: ⁊ superfluum ab eo expellatur. ¶ Pulmo enim creatur ad complendũ spiritũ sicut epar creatũ est ad complendum nutrimentum. Habet aũt pulmo duas partes: vnã ad dextrã ⁊ alteram ad sinistram: ⁊ pars qdem sinistra est duarũ partiũ: dextra aũt trium. Capitulariter autem loquendo vtilitas pulmonis est in respirando: inspirationis autem vtilitas est quatenus attrahatur qd̃ est necessarium ad spiritũ ⁊ expellatur qd̃ est superfluũ. Utilitas aũt retenti aeris est ad cordis refrigeriũ: ⁊ ꝙ sufficit emissioni fortis vocis: hoc enim non fit nisi in aere retento. ¶ Adhuc aũt deseruit aer tentus quãdo animal vadit in loco fetido: ⁊ tenet spiritum ne attrahat aerem corruptũ: ⁊ etiam aliquãdo quando aliquãdiu mergitur sub aqua: ⁊ etiã ꝙ aliqd̃ eius ingrediẽs in spiritũ vitalem ⁊ nutriat ipm sicut res spiritui vitali maxime similis in complexiõe: lz nõ sit similis oĩno: sicut errãtes putabant quidam solum ⁊ simplicem aerẽ posse mutari in spiritũ vitalem: qd̃ tamẽ non est verum; omnis enĩ cibus tam spiritus ꝙ̃ corporis est substãtia composita. Et qr vapor spissus qui ex corde exhalat in pulmonem de cetero nõ potest rectificare spiritũ oportet expelli ipsũ: arterie autem ramificate in pulmonẽ cãne cõmunicant in omni complemento inspirationis. Uene aũt non pulsatiles ⁊ pulsatiles cõmunicant cibationi pulmonis ex sanguie ex loco subtili veniẽtes a corde. Carnis autẽ pulmonis vtilitas est vt repleat vacuitates que sunt inter neruos ⁊ venas quietas ⁊ pulsatiles: ⁊ vt sic iuuet ramos cãne: ⁊ hec est caro rara ⁊ receptibilis aeris qui nõ solũ intrat ramos cãne: quinimo etiam intrat substãtiam ⁊ carnẽ pulmonis: ⁊ hoc fit vt plus de aere tanꝙ̃ in thesauris recipiatur. Constricta enĩ eius substantia in substãtia pulmonis iuuat ad aeris fumosi expressionem: talis enim substãtia conueniẽs est duobꝰ motibus: contractionis. vz. ⁊ dilatationis. ¶ Pulmo autem albus est vt diximus eo ꝙ multus aer trãsit in eius substantiam: aer enim semper est in eo. De diuisiõe autẽ pulmonis iam diximus: sed tertius lateris dextri ramus non magnam facit in spirãdo vtilitatem: sed est culcitra substrata vene que venit ab epate. ¶ Pulmo etiã cooperitᷓ membrana qua sentit: ⁊ est ipse pulmo quasi culcitra ⁊ flabellum cordis.

Que sit pulmonis vtilitas.

¶ Cap. 3ᵐ. Et est digressio declarans naturam isophagi et stomachi ⁊ causas ⁊ positiones eorum naturales.

Isophagus autem componitur ex carne ⁊ tunicis membranalibus que sũt in interius. In membranis autem sunt fila longa per que faciliter attrahitur cibus in transglutione: hoc enim facilius fit per fila longa quando cõstringuntur. Super membranam autẽ est alia mẽbrana contexta ex multis filis in circuitu que iuuant ad expulsionem sicut scitur per anathomiam. Harum aũt duarum tunicarum attractiõe completur glutio. Uomitus autem completur operatione exterioris tunice tñ ex villis siue filis eius: propter qd̃ etiã difficilior est ⁊ plus ledit ꝙ̃ glutio. Est autem locus meri directe super spõdilia colli vt custodiatur melius: ⁊ quando descenderit vsqꝫ ad directum spondilis quarti ex spondilibus nõ colli sed dorsi: ⁊ hoc est in directo pectoris: ⁊ quando pertransierit ipsum declinat ad dexteram propter viam vene ad caput ascẽdentis: ⁊ postea descendit super quatuor spondilia residua: ⁊ peruenit ad diaphragma: ⁊ tunc distenditur vt ambiat totum superius stomachi orificium. ¶ Post isophagum autẽ est corpus stomachi habens superius orificium amplius ⁊ durius in suis membranis ꝙ̃ sit inferius orificium: ⁊ corpus suum est medium in creatione inter duo illa in natura quo ad membranas interiores ipsius: ⁊ mollior membrana ipsius est penes fundum stomachi: ⁊ in intestinis est pãniculus adhuc magis mollis: est autem vnus pãniculorũ stomachi de cõcauo veniens qui cooperit ligamentum ⁊ interiora oris: et interiorem partem isophagi: ⁊ ex sua concauitate iuuat attractionem: ⁊ maxime iuuat epiglotim eleuando quando transit bolus. Iuuat etiam in transitu plano quando retrahitur isophagus per desiderium. Corpus autem isophagi pyramidalis est figure in ascensu versus diaphragma ⁊ isophagum: rotundus autem est: ⁊ ꝫm exteriorem superficiẽ melius dorso applicatur. Est autem duarum tunicarũ: ita ꝙ interior habet villos lõgos siue fila propter attractionẽ: exterior autem habet latitudinales ⁊ transuersales ꝓpter expulsionem. Ordo autem est ex hoc ꝙ prius est attrahere ꝙ̃ expellere: ⁊ ideo longitudinalia sunt interiora: ⁊ alia sunt exteriora: cum tunica tamen exteriori cõmiscentur quedã fila: siue quidam villi qui iuuant ad retentionẽ: fundus autem stomachi carnosus est vt ex hoc calorem melius concipiat. Orificium autem magis est neruosũ vt magis sit sentiens: ⁊ habet ibi magnos neruos quibus participat inanitionem suam ⁊ famem. Decoquit autem cibum non calore naturali tñ: sed etiam calore exteriori membrorum que sunt epar ⁊ splen que sunt sub ipso: quoniam si super ipsum essent opprimeretur pondere ipsorum. Epar autem cũ suis ramis stomachum ambit: ⁊ similiter splen ex latitudie sua. Epar autem magnũ valde est respectu splenis: eo ꝙ splen non est nisi receptaculum vnius humoris qui fit in epate: ⁊ ideo oportuit orificium eius declinare ad sinistrũ vt epar super ipsum dilatari ⁊ ampliari possit: ⁊ ideo fundus eius coniungitur cum epate. Ut autem splen etiam quantũ sibi sufficit accipiat amplitudinem declinauit orificium stomachi non solum ad sinistrum: sed etiam ad inferius aliquantulum. Quia autẽ melior est pars dextra ⁊ altior: ideo epar fuit positum in dextro ⁊ altius. Splen autẽ in sinistro ⁊ in infimo. Zirbus etiam additur ⁊ proprie super hominũ intestina eo ꝙ debiliora sunt intestinis aliorum animaliũ ⁊ cibus hominis magis indiget decoctione. Est autẽ subtilis vt sit lenis super ventrem: ⁊ est seposus vt custodiat calorem ab interiori: quoniam sepum recipit calorem ⁊ retinet eum propter viscositatem quã habet. Super zirbũ autem est membrana quedã post quã est myrach: ⁊ post hoc musculi ventris ⁊ ligamenta ⁊ sepum qd̃ est a parte dorsi: ⁊ postea dorsum: ⁊ sub eo magna vena arterialis calida: de quibus omnibus dictũ est sufficiẽter in anathomia. Mẽ-

brana

Nō vtilitates mēbrane inuol uētis oīa itestia

brana autē omnia que nutritiua cooperit ⁊ constringit ea ad inferius versus partes dorsi: nam continuat suum superius cum diaphragmate: ⁊ suum inferius continuat cū anchis: in fine. vz. hypocūdriorū que vocant vulgariter ilia. Et huius quidem membrane vtilitas est quatenus distinguat inter myrach ⁊ intestina: ⁊ precipue fit hoc ne musculi myrach operationes ventris impediant. ¶ Adhuc autē vtilitas est in myrach vt constringat in conatu propter spiritum retentum ipsum stomachum ad stercus eijciendū. Eodem modo in conatu comprimit vesicam ad eijciendū cum impetu vrinā: ⁊ in mulieribus comprimit motus eiꝰ ad emittendum partum. Membrana etiā predicta ligat inter se intestina: ⁊ ligat ea cum dorso vt sint quasi vnum: quando autem capita continuātur cum capitibus diaphragmatis: ⁊ ipsa continuatur cū diaphragmate anterius: tūc de diaphragmate coram dorso nascitur quoddam relictum ⁊ residuū ex membrana: ⁊ hoc diuidit in duas partes: quarū vna procedit ad id qd de orificio stomachi est manifestū: ⁊ alia pars vadit sub orificium ad occultum eiusdem orificij: ⁊ ibi coniunguntur in vnum: ⁊ illud postea cooperit stomachum: ⁊ inuoluit ipsum in tela aliquantulū incuruata: hec est vtilitas: ligat insuper stomachum cum anterioribꝰ partibus que sunt interius coram dorso. A residuo vero duarum predictarum partium cum vno ramo venarum pulsatilium ⁊ alio non pulsatilium aptatur ⁊ formatur pellis que extenditur super stomachū que est origo zirbi qui componitur ex duabus telis subtilibus ⁊ seposis: zirbum autē cooperit stomachum ⁊ itestina ⁊ splen ⁊ venas meseraicas. Inuolutio autem qua inuoluit stomachum peruenit ad illam partem que cum dorso coniungitur. Et de omnibꝰ his in anathomia quā in primo istius scientie libro posuimus latius est determinatum.

¶ Cap. 4m. De dispositione interiorum in cōmuni: ⁊ de natura ⁊ causa cordis.

Tertio de ptibꝰ aialiū ca. 4.

His igitur de collo ⁊ partibus interioribꝰ gutturis: de canna. vz. ⁊ isophago sic determinatis: relinquitur dicere de alijs interioribus partibus que potius sunt animalium perfectorum sanguinem habentium. Sunt enim interiora membra in quibusdam animalibus: ⁊ in quibusdam non sunt: sz loco quorūdam eorū alia quedā sunt membra in eis conuenientia cum virtutibus ⁊ actibus mēbrorum istorū que sunt sicut cor ⁊ epar ⁊ huiusmodi. ¶ Errauit enim Democritus asserens omnia eiusdem speciei ⁊ figure membra in omnibus esse animalibꝰ: sed in quibusdam eorum propter paruitatem latere. Hoc autē patet eē erroneum ex hoc ꝙ in multis animalibus sanguinem habentibus in principio creationis que sunt valde parua hec membra apparent: ita ꝙ discernuntur corda eorum ⁊ epata quando a conceptu vix sunt trium dierum: quando magnitudo eorum est quasi punctus. Videtur enim esse in semine locus formandorum horum membrorum: ⁊ apparēt initia horum membrorum valde parua non impediēte minima eorum que tunc est quantitate: ⁊ hoc etiam frequēter patet in aborsu que est quasi formica: sicut in ante habitis de conceptu hominis diximus. Hoc igitur tanq̄ falso dimisso dicimus ꝙ sicut diuersificatur vsus membrorum extrinsecorum propter qd multa cōueniebat esse membra exteriora: ita ⁊ multiplex vsus interior membrorum interiorū exigit multitudinem: ⁊ diuersificatur etiam in animalibus sm ꝙ diuersificatur modus regiminis vite ipsorum. Mēbra tamen interiora sm perfectionē forme sue accepta sunt in animali sanguinem habente: eo ꝙ quodlibet dictorū mēbrorum ⁊ creatur ⁊ in esse conseruatur ⁊ nutritur ex sanguine: hoc autem significatur ex hoc ꝙ hec membra in pueris non multum a generatione distantibus multū sanguinea inueniuntur. Sunt enim in eis comparatione sue etatis et quantitatis valde magna ⁊ sanguine multo infusa. Cor autem qd primum ⁊ principale membrum est inter hec membra est in omnibus sanguinem habentibus: cuius causam iam in ante habitis diximus: qa. vz. necessarium est cū sanguis sit in animali ꝙ in tali formetur vase. Hoc ergo ingenio natura fecit cor: cum eniz vene sint vie sanguinis ⁊ sint multe non poterat vnica nutrire corpus: vnde conuenientius erat facere huic multitudini principium vnum: conuenientius enim est esse multorum principium vnum q̄ multa. Qr enim cor sit principiū venarū ex hoc videtur ꝙ vene exeunt ab eo: ⁊ ideo non transeunt per ipsū: sicut in ante habitis huius scientie latissime disputauimus. Natura autem creationis cordis propter duritiem videtur esse ex substantia venarum: ⁊ ipsum videtur esse de genere venarum in hoc ꝙ vas sanguinis est ⁊ spiritus. Situs etiā cordis qui conueniens est ad hoc ꝙ sit prius ⁊ principiū videtur hoc idem indicare. In loco eniz superiori ⁊ anteriori est positum eo ꝙ nobilius membrū naturaliter ordinatur in loco nobiliori: hoc autem qd dictum est magis manifestatur in homine qui nobilius est animal: ⁊ in alijs perfectioribus animalibus in quibꝰ natura posuit cor in medio corporis in loco vbi sui maxima est indigentia vt virtutes eiꝰ equaliter respiciant extrema. Medium autem corporis dico hoc corporis qd concauum est in quo intercludunt membra: ⁊ cuius complementum est anus per quem egrediūtur superfluitates. Alia vero membra in his ⁊ alijs sunt animalibus sm diuersas eorum dispositiones: nec sunt necessaria ad vitam: qa multa sunt viuentia epar ⁊ splen non habentia: ⁊ ideo multa animalium que sunt similium corporū: viuunt etiam post truncationem membrorum. Qui autē opinati sunt principium venarum esse in capite errauerunt: et hec est vna causa mali dicti sui: ꝙ ponunt multa principia a seinuicem distincta: quorum principium quidem sensus ponunt sinciput capitis qd est in loco frontis. Cum autem frigus sit mortificans qualitas: ⁊ causa imobilitatis: ⁊ frigus citissime accidat anteriori parti capitis manifestum est ꝙ ibi non potest esse vite principium. Locus autem cordis cōtrarie est dispositiōis: sicut patet ex eis que ante dicta sūt. ¶ Adhuc autem sicut pauloante diximus vene transeunt per alia membra corporis: sed non per cor: per qd manifestatur cor esse primam partem ⁊ originem venarum. Cuiꝰ etiam signum est: qa est concauum ad sanguinis receptionem ⁊ spisse ⁊ dure carnis ad custodiam eius qd est principium totius motus vitalis ⁊ animalis. ¶ Amplius autem in nullo omnino membro est sanguis sine venis nisi in corde tm̄. Sanguis autem qui est in alijs membris est in venis: ⁊ significat ꝙ sanguis exit a corde sicut a principio suo ⁊ infunditur venis. Non enim venit sanguis ad cor ex alio loco eo ꝙ ipsum est principium ⁊ fons sanguinis: ⁊ primum membrum qd est sicut vas recipiens sanguinem: hoc autē manifestum est ex his que superius probata sunt ⁊ in anathomia determinata. ¶ Apparet autem etiam in modo generationis cordis. Generatio enim ipsius primo apparet sanguinea inter omnia alia membra: ⁊ ipsum est cuiꝰ motibus primum apparent delectabilia ⁊ cōtristabilia per sui dilatationem ⁊ contractionē ⁊ vniuersaliter motus cuiuslibet sensus ex illo incipiunt ⁊ reuertuntur ad ipsum. Oēs autem he proprietates sunt principij: principium enim debet esse ⁊ causa aliorum: ⁊ solum debet esse siue vnicū omnium principium ⁊ in medio positum: eo ꝙ medium est locus conuenientior principio. Medium enim per equidistantiam est vnicum ex quo virtus expanditur proportionabiliter in alia membra sm vnum modum. Scimus autem ꝙ nullum omnino membrum sanguineum de se habet sensum: neq̄ etiam ipse sanguis sensū: ⁊ cor habet sensū: oportet ꝙ principium sit membrum in quo etiam est sanguis sicut in loco ⁊ in vase: manifestū est ꝙ omnino necessarium est ꝙ radix ⁊ principium sanguinis ⁊ vite sit simile vtriq̄ ipsorum. Patet autem hoc non ex ratione tm̄: sed etiam propter sensum: cor enim est primū qd apparet formari in corpore embrionis in initio sue creationis: ⁊ est primum qd videtur moueri inter alia membra motu animalis ⁊ vite: eo ꝙ ipsum est principium nature animalis sanguinem habentis: hinc autem testificat ꝙ cor est in omnibus animalibus sanguinē habentibus per modos quos diximus. ¶ Nec rationabiliter aliqs dicere potest ꝙ epar sit principium totius corporis: neq̄ principium sanguinis: quoniam non ponitur in loco qui competit principio: ⁊ habet aliud membrum positum in eius opposito qd contrariatur complexioni sue qd est splen in omnibus animalibus bone ⁊ perfecte creationis existentibus. ¶ Adhuc au

In solo corde sanguis ē extra venas.

tem epar non habet locum concauitatis ad sanguinem re-
cipiendum sicut habet cor: sed poti⁹ sanguis qui est in epa-
te retinetur in venis cum substantia aquosa vt aptetur ad
presentandum cordi vt compleatur: ⁊ hoc modo retinetur
etiam in alijs membris ad que decurrit in venis. Adhuc
autem per epar transeunt vene: non autem per cor. Cuȝ au
tem necessarium sit ſm omnes physicos alterum istorũ mẽ-
brorum esse principium venarum ⁊ sanguinis: ⁊ epar nõ po
test esse principium sanguinis ⁊ venarum: hoc enim etiam
probatur sensu sicut pauloante diximus. ¶ Amplius auteȝ
primum membrum animalis qd inquam membruȝ habet
sensum habet sanguinem: ⁊ hoc est cor eo ꝙ ipsum est prin
cipium sanguinis: ⁊ inuenitur esse sanguineuȝ: ⁊ formari ex
sanguine ante omnia alia membra in embrionib⁹. ¶ Am-
plius autem extremitas superior cordis est acuta ⁊ magis
dura residuo cordis: ⁊ disponitur versus anterius pecto-
ris. Uniuersaliter enim loquendo cor positum est in ante-
riori pectoris: vt de facili non infrigidetur: propter qd etiã
creatur pectus ex pauca carne exterius: posterior autem ex
parte dorsi plus est de carne: qa locus caloris plus indiget
cooperimento ex parte dorsi. ¶ In omnibus autem anima-
libus ab homine cor positum est in medio pectoris: sed in
homine declinat aliquantulum ad sinistruȝ vt temperetur
pars sinistra que frigida est: eo ꝙ epar est in dextro ⁊ splen
in sinistro. Ut ergo equalis sit ⁊ tẽperetur dextri caliditas
per declinationẽ cordis ⁊ sinistri frigiditas per hoc ꝙ ver-
git ad sinistrum est frigida huius cordis declinatio: ⁊ hec
precipue est in homine: eo ꝙ homo frigidiorem habet par
tem sinistram alijs animalib⁹: eo ꝙ lati est corporis: ⁊ ideo
epar multum distat a latere sinistro ſm proportionem quã-
titatis corporis sui. In omnibus autem piscibus cor eodeȝ
modo est positum in medio sicut in alijs sicut diximus su-
perius. Sic igitur dictum est quare situs cordis in homine
apparet diuersus ab alijs animalibus. Pars auteȝ occul-
ta cordis que est basis eius in oppositione capitis ⁊ in cor-
de est continuus motus systoles ⁊ diastoles: ⁊ ideo est in eo
multitudo magna venarum contextaruȝ: eo ꝙ omnes mo
tus sunt ab eo: ⁊ emittit a se virtutes per venas ⁊ neruos: ⁊
membra omnia trahit ad se ſm ꝙ vult: ⁊ preter hoc opus
precipue indiget cor magna fortitudie: sicut superius dixi-
mus in cordis anathomia. Est igitur cor in natura mem-
brorum sicut anima est in corporibus in quibus est anima:
non autem cõmuniter inuenitur in alicuius animalis cor-
de os nisi in corde equi ſm ꝙ testatur Aristo. experimen-
to se probasse: ⁊ in quodam genere boum siue vaccarum
que besent Germanice vocantur: ⁊ in corde quidem ho-
rum duorum generum animalium quando perfecte sunt
etatis cõmuniter os inuenitur propter magnitudineȝ cor-
poris ipsorum. ¶ Ego tamen ⁊ multi experti sumus ꝙ os
sepe inuenitur in corde cerui antiqui: ⁊ in corde hominis ⁊
in cordibus multorum animalium antiquorum: lȝ non cõ-
muniter in omnibus inueniatur: quando autem os in cor-
de inuenitur constat ꝙ positum est in corde ad sustenta-
mentum ⁊ confortationem sicut in omnibus corporibus in
quibus ossa ponuntur. ¶ Amplius autem in corde magni
animalis sunt tres vẽtriculi siue tres fouee: ⁊ in corde par-
ui animalis duo sunt tm̃. Omnino autem ventriculũ opor
tet esse in corde animalis eo ꝙ est receptaculum puri san-
guinis. Jam enim sepius diximus ꝙ sanguis quando ad
perfectionem suam ⁊ complementum primo debet esse in
corde. ¶ Amplius autem scire oportet ꝙ principia vena-
rum sunt in corde: ⁊ sunt due vene a quibus omnes alie pn
cipiantur: vena. vȝ. magna ⁊ ea que vocatur orthi: vtraqȝ
enim istarum principium est diuersarum venarum ſm dif-
ferentias ſm quas in corpore distribuuntur: ⁊ de his qui-
dem iam ante diximus: ⁊ iterum posterius aliquam reme-
morationem predictorum faciemus. Causa auteȝ propter
quã principia venarum sunt diuersa hec est: quia sanguis
ipse diuiditur in duo ad minus ſm duos cordis ventricu-
los: ⁊ est clarus in vno ⁊ turbidus in alio ſm ꝙ exigit di-
uersorum membrorum nutrimentum: propter qd etiã duo
loca sanguinis manifestantur in animalibus magni corpo
ris: eo ꝙ hec plus possunt ⁊ possibiliora sũt ad loca sangui-
nis distinguenda ꝙ̃ alia: eo ꝙ corda ipsorum competenteȝ
habent magnitudinem ad formationem ⁊ distinctionem
ventriculorum. Melius autem est vitaliuȝ animaliũ tres
ventriculos cordis esse: vt videlicet vnum sit principium
cõmune formandi sanguinis: ⁊ duo extrema sicut singula-
ria clari ⁊ minus clari sanguis sicut diximus in cordis ana
thomia: ⁊ in ventriculis istis oportet esse magnitudines ꝓ
portionatas. In ventre autem dextro sanguis est multum
calidus: ⁊ ideo etiam pars dextra calidior ⁊ plenior ⁊ agi-
lior est parte sinistra: sanguis vẽtriculi sinistri paucior ⁊ fri-
gidior. Uentriculi autem medij habent sanguinem tem-
peratum in quãtitate ⁊ qualitate: ⁊ est valde humidus. Ta
lis enim debet esse sanguis in membro in quo est principiũ
virtutis ⁊ prima virtus. ¶ Amplius autem in cordibus est
diuisio que assimilatur suture: nec tamen illa diuisio est cõ-
tinuata adinuicem sicut est continuatio eius qd coniungi-
tur ex multis diuersis: sed potius sicut diximus assimilatur
diuisio iuncture: cum tamen vnius sit substantie. Inter ani
malia autem ea que meliorem ⁊ subtiliorem habent sensuȝ
magis habent corda diuisionis iuncture similia: sicut patet
in cordibus hominum. ¶ Amplius autem corda anima-
lium pauci sanguinis sunt magis expressiua iuncture pre-
cedentia diuisionem sicut apparet in cordibus porcorum.
¶ Amplius autem corda diuersificantur ſm magnitudinẽ
⁊ paruitatem ⁊ mollitiem ⁊ duritiem: quoniam corda ani-
malium subtilem sensum habentia sunt mollia: habentia
autem cor magnum ſm proportionem corporis sui sunt ti-
mida: ⁊ habentia corda mediocria sunt magis audacia.
Hec autem accidentia contingunt non ex alia causa nisi qa
animal qd enorme cor habet proportione quantitatis to-
tius corporis non defluxit in magnitudinem magnam pri-
mum ⁊ seminale humidum ex quo cor formabatur: ꝓpter
qd modicus qui est in eo calor non implet ipsum: propter
quod calor paruus in magnis cordibus destituitur et san-
guinem ad se in timore recurrentem calefacere non valet:
⁊ ideo non remanet frigidus. Corda autem magna propor
tione corporis sui sunt in leporibus: ceruis: asinis: hircis: ⁊
muribus: ⁊ alijs similibus animalibus timidis. Sicut igi-
tur ignis modicus magis calefac̃ domos aut fornaces par
uas ꝙ̃ magnas: ita etiam modicus calor minus calefacit
corda magna ꝙ̃ parua. ¶ Amplius autem modi motuum
qui sunt in corpore calido infrigidantur: ⁊ lentescunt in ma
gnis in quibus late diffunditur ⁊ expanditur calor: nisi ita
ꝙ ipse calor amplius virtute sua causauerit: tunc enim in
corde non enormi calido ⁊ sicco ventriculi erũt magni mul-
to calido eos aperiente: ⁊ spiritus vitalis maior erit ⁊ for-
tior in talibus locis amplis. Sic igitur omne cor calidum ⁊
siccum habet magnas cameras: cor autem molle aquati-
cum diffusuȝ in substantia ex opposita causa habet paruos
thalamos: propter qd etiam pingue inuenitur aliquod ani
mal magnorum ventriculorum cordis: ⁊ magnaruȝ vena-
rum existens: sed potius omne animal paruorum ventricu
lorum ⁊ gracilium: ⁊ occultarum venarum existens est pin
guis carnis in maiori parte. ¶ Amplius auteȝ inter omnia
membra interiora solum cor est: ꝙ nullum omnino pati po-
test dolorem vulneris aut lesionis violente: neqȝ etiam ma
gnam diu pati potest infirmitatem: hoc autem rationabile
est ꝙ in principio corrupto in nullo cetera membra coadiu
uare possunt ad vitam. Omnia enim alia virtutem a cor-
de recipiunt: cor auteȝ non recipit ab aliquo. Significatio
autem eius qd diximus est: quia interfectis animalib⁹ nũ-
ꝙ̃ in corde apparuit dolor: aut infirmitas aliqua: sicut sepe
lesiones in alijs membris interioribus apparẽt sicut in re-
nibus interfectorũ sepe apparent lapides: aut vulnera: aut
infirmitates: ⁊ similiter in epate aut pulmone: ⁊ similiter in
his que vicinantur his: ⁊ precipue pulmoni multe apparẽt
infirmitates: ⁊ in vena magna que cãna vocatur frequen-
ter infirmitates sunt. Et similiter infirmitates epatis mõ-
strantur aliquando in continuatione sua cum vena magna
que est in gibbo eius: per quã etiam cordi continuatur: nul
la autem istarum occasionum accidit cordi omnino: quo-
niam ante extinguitur ꝙ̃ lesio fiat in ipso: sicut etiam acci-
dit in cordis apostemate: hoc eniȝ citius ꝙ̃ a corde sentia-
tur interficit. Sic ergo dicta est dispositio cordis ⁊ causa ꝓ-
pter quaȝ cor est in animalibus cor habentibus: ⁊ dictum
est propter

Propter qd i hoie cor ad sinistrã ptẽ dclinat.

In qb⁹ aialibus iueniatur os i corde eorum.

Oia membra ṽtutẽ a corde recipiunt.

est propter quid cor nō est in quibusdaȝ animalib⁹. Oportet autem non preterire ꝙ cor subtilis substantie ⁊ suture est: etiam iudicium subtiliorum operationū anime. Grosse autem substantie est etiam grosse suture: ⁊ hebes est in operationibus anime. ¶ Amplius autem animalia mollia corda habentia sunt minus quidem capacia: sed ea que concipiunt diutius tenent. ¶ His autem adijciendum est ꝙ cor habet duas auriculas que laxantur in cordis constrictione: ⁊ contrahuntur in eisdem dilatatione: ⁊ vtilitas illarum est vt iuuent ad retinendum id quod est in corde et sunt in corde quasi due arce recipientes a vasis venarum ⁊ dantes cordi quantum opportunuȝ est ei: he facte sunt tenues vt sint melioris comprehensionis ⁊ occupationis cordis: ⁊ sunt dure substantie ⁊ difficile patiuntur contraria. ¶ Amplius autem cor cibat se cum suis virtutibus naturalibus ⁊ cum sua dilatatione: tunc enim in profundum ei⁹ sanguis: quādo etiam aer igreditur in profundum ipsius. Sic igitur de cordis natura ⁊ causis eius physicis dictum est. Et si ea que hic dicta sunt cōiūgētur his que in anathomia dicta sunt: satis scitur natura ⁊ dispositio cordis quātum spectat ad presentem intentionem.

¶ Cap. 5m. De causa ortus venaruȝ ab vno principio qđ est cor in animalibus: vel id qđ est loco cordis.

De prib⁹ aialiū libro 3° ca. 5. in pho.

Nunc autem hic consequenter de venarū natura que a corde oriuntur dicēdum est. ¶ Dicemus autem de vena que vocatur magna: ⁊ de ea que grece orthi vel adorthi vocatur ab Arabe qui articulum Arabicuȝ preponit grece dictiōi. He igitur due vene primo sanguinem a corde recipiunt: alie autem omnes vene ab illis oriuntur stipitibus suis ⁊ ramificantur vlterius ab eis. Jam autem in physicis diximus ꝙ creatio venarum est propter sanguinem: nunc autem intendimus dicere causam propter quā iste vene facte sunt: ⁊ propter qđ creantur ex isto principio: ⁊ propter quid etiam diuidantur per totum corpus. ¶ Rationabilius auteȝ qđ de causa huius dici potest est: quia omnis vnius animalis est anima vna in actu que principium ⁊ causa vite est in ipso: propter qđ etiam oportuit totius corporis pricipium esse vnum ex quo omnia alia oriuntur: oportuit enim membrum esse vnum in quo sicut primo fonte ⁊ sede est ista virtus: ⁊ hoc est vnum prius in omni animali habenti sanguinem potentia ⁊ actu ⁊ in alijs que carēt sanguine actu: ⁊ in alijs que carēt sanguine actu tm̄ est istud prius. Primus enim calor necessarius est qui est digestiuus ⁊ terminatiuus materie est in primo membro: in quo etiam saluatur virtus formatiua: ⁊ si quedam animalia sunt actu frigida sicut plura ex his que sanguinē non habent: tamen potentia est calor determinās in membro qđ est loco primi membri qđ est cor: quia termiatio materie ⁊ formatio non potest fieri nisi per calorem qui aut potentia aut actu inest: aut potentia ad minus. Iste enim calor in his que habent sanguinem est causa essendi sanguinem calidum ⁊ humidum: quia est principiuȝ vite ⁊ sensus ex vno membro que fiunt calore viuifico: ideo oportuit ēt calorem sanguinis esse ex vno membro primo: ⁊ ideo etiaȝ due partes dextra ⁊ sinistra penes duos vētriculos fuerūt in animalibus habentibus sanguinem gressibilibus: ⁊ in omnibus huiusmodi animalibus sunt etiam determinate alie differentie positionis: ante. vȝ. ⁊ post: ⁊ superius ⁊ inferius: ⁊ quantum anterius est nobilius posteriori tantuȝ vena magna est nobilior adorthi: quoniā vena magna est posita ſm plurimos ramos in anteriori: adorthi auteȝ ſm plures ramificationes est posita in posteriori. ¶ Amplius autem vena magna in multis locis manifestatur in omnibus habentibus sanguinem: alia autem manifestatur in qbusdam sanguinem habentibus debiliter quando sunt valde macra: ⁊ in quibusdam omnino occultaꝛ que carnosa sunt ⁊ pinguia. Causa autem propter quaȝ vene per totum corpus distribuuntur est: qa sanguis est materia ⁊ cibus corporis in habentibus sanguinem: ⁊ ideo oportet ipsum per venas deferri in omnes partes corporis. In his auteȝ que non habent sanguinem est conueniens humor sanguini: quem etiam per ea que sunt loco venarum per totum corpus oportet deferri. Qualiter autem ex ventre cibatur animal ⁊ ex quo proxime ⁊ ex quo primo ⁊ quomodo digestuȝ: ⁊ recipit cibum cōuenientius dicitur in tractatibus vbi determinauimus qualiter quodlibet membrum sustentatur ex sanguine: sicut patet per anathomiam quā in antehabitis sumus executi. Oportuit enim sanguinem in venis ad totum corpus deferri si nutriri materia nutrimēti vniuersaliter debuit corpus. Sicut enim faciunt hi qui ortos ex vno irrigant fonte: hi eniȝ duos aut plures primo magnos cānales a primo fonte deriuant: ⁊ ab illis deriuāt alios cannales paruos multos in totum ortum. Ad hunc enim deriuantur modum vena magna ⁊ orthi: ⁊ ab illis multe vene per totum corpus: sicut apparet in macilentis multum corporibus in quibus manifestiores sunt vene. In talib⁹ enim corporibus multum desiccatis ꝙ non apparent nisi reticulationes venarum sicut ⁊ in folijs vitis aut ficus: aut alijs folijs latis quando desiccata sunt non apparent nisi reticulationes viarum per quas defluxit nutrimentum per totuȝ corpus folij. Accidit autem in venis ⁊ in cānalibus aliquid simile: quoniam sicut in cānalibus, etiam non fluente aqua adhuc autem remanent cānalia cauata per que iterum et iterum aqua fluat: ⁊ sicut cannalia parua obliterantur luto qđ secum trahit aqua: magna autem manet concaua ⁊ luto deleri non possunt: ita accidit venis que sunt cānalia sanguinis: ⁊ parue quidem implentur carne ⁊ adipe: ita ꝙ nō videntur esse nisi caro potentia: tamen sunt vene: ⁊ quādo macies carnē inducit efficiūtur vene actu sicut prius. Magne autem deferentes nutrimētum qđ est sanguis vel humor qui est loco sanguinis: propter qđ etiam sine carne non potest esse membrum per qđ currit sanguis: ⁊ in membris quidem carnosis nō manifestātur vene parue sicut neqȝ in fluxibus aque parui manifestātur cānales: sicut prius diximus nisi extrahatur materia oppilans cānales ipsos. Vene autem omnes procedūt a corpore ⁊ magnitudīe ad paruitatem: ⁊ quo plus extenduntur in corpore eo plus angustantur ⁊ implētur spissitudine sanguinis: ⁊ extremitatibuſ eorum exudat humor qui membra nutrit: ⁊ in eisdeȝ extremitatibus erit superfluitas aquosa que sudor vocatur: ꝑpter qđ sudor vt frequenter non fit nisi quādo plus q̄ȝ oportet calefit corpus: ⁊ ex calore aperiuntur orificia venarum: ⁊ tunc spissum sanguinis retinetur: sed aquosum defluit: et hoc est sudor. ¶ Accidit autem aliquando sudor in aliquibus sanguinis propter malitiam complexionis: fuit enim horum corpus paratum ⁊ laxatum ad fluxum orificiorū venarum: ⁊ fuit sanguis eorum valde humidus aquosa humiditate propter debilitatem caloris venarū qui decoquere ⁊ inspissare debuit sanguinem. Debilitatur autem calor quādo suffocatur a superfluo cibo. Quādo igitur calor modicus agit in cibum multum nō decoquit ipsum: ⁊ tunc remanet aquosus. Si enim decoqueretur sufficienter spissus efficeretur. Sudoris igitur sanguiei causa est calor paruus agēs in multum cibum aquosum. Multitudo autem cibi respectu caloris duobus est modis: quātitate. vȝ. ⁊ qualitate. Aliquādo enim bonus est cibus sed sua quantitate impedit calorem: ita ꝙ non sufficienter digeritur: ⁊ tūc sudat corpus: eo ꝙ nimis nutritur incompleto nutrimēto. Qualitate autem impedit quādo lȝ moderatus sit cibus: tamē duritie vel malitia alia obstat digestioni: ita ꝙ non decoqtur: ⁊ iterum indigestus incorporatur membris: ⁊ tūc exudāt membra. ¶ Amplius autem vie sanguinis sunt ample valde ⁊ sanguis est subtilis: ⁊ ideo decursus sanguinis per eas est sine dolore ⁊ grauitate: fluit in corpus sicut fluit sanguis ex vena quādo minuiꝛ. ¶ Amplius autem vena magna ⁊ ea que vocaꝛ adorthi alicubi mutāt loca sua que supra diximus: ⁊ inuoluūtur adinuicem reticulatim vt sic totum corpus contineant ⁊ sustentent extensiōe sua ad pedes ⁊ manus: fiunt autem tūc ample ⁊ ramificantur: ⁊ procedit vna pars a posteriori ad anterius: ⁊ alia pars ab anteriori ad posterius: ⁊ alicubi concurrūt ad vnum locum: sicut accidit corporibus que inuoluūtur adinuicem. Sicut eniȝ accidit conuolui venis complicato eo qđ est posterius ad anterius: ⁊ eo qđ est anterius complicato ad posterius: ⁊ similiter accidit venis ex corde ad superiora protensis. Hec autem venarum complicatio ⁊ qualiter separātur abinuicem non bene comprehēditur nisi per anathomiaȝ quā in ante

Nō potissimū fundamētū in hac mā.

Propter qđ sudor sāguis aliqb⁹ ꝯtigit.

habitis huius sciētie sumus executi: vbi etiam diximꝰ dis-positionem naturalem membroꝝ omniū animaliū. Suffi-ciat ergo nūc id qḋ diximus hic de venis ⁊ corde cum hoc qḋ in scientia anathomie determinatum est.

¶ Cap. 6m. De causa pulmonis ⁊ accidētibꝰ eius: ⁊ de epa-te ⁊ splene: ⁊ eorum naturalibus operationibus.

Tertio d̄ ptibus aialiū ca. 6.

Consequens est dictis pertractare de naturis aliorū membrorum interiorum per modū ꝑm quem determinatum est de ante dictis. ¶ Di-camus igitur de pulmone loquētes ꝙ animal gressibile sanguinem habēs habet pulmonē: ⁊ hoc necessarium est eo ꝙ videmus ꝙ indi-get refrigeratione per inspirationem. Magis autem pul-mone indiget animal habēs sanguinem eo ꝙ maiorē alijs animalibus habet calorem: animal aūt carens sanguie nō habet pulmonem: eo ꝙ sufficit ei hoc qḋ euenit ei de spiri-tu naturali qui in eis pulsat infrigidatiōe. Animal aūt spi-rans infrigidaꝛ per spiritū aereū qui ingreditur in ipsum: propter qḋ etiaꝫ dicimus pulmonē habere gressibilia per-fecta omnia spirare dicimus: ⁊ ideo etiam per consequēs habere pulmonem. Non autem solum gressibilia spirant: sed etiam quedam aquosa: sicut delphinus ⁊ balena ⁊ cetꝰ. Et similiter animal magnum qḋ est de genere malachie ⁊ lupi marini que omnia attrahūt aerem ⁊ magno sunt cor-pore. Multa enim sunt ⁊ aquosa ⁊ agrestia: que. vꝫ. manēt in aqua in maiori parte temporis: sicut ⁊ multa agrestia ali quādo sunt in aqua. Hec enim omnia sunt nature cōmu-nis: ⁊ hec plerūqꝫ spirant sicut agrestia gressibilia: ⁊ spiritꝰ ipse est complemētū qḋdam vite ipsoꝝ: eo ꝙ est ad refrige riū virtutis vitalis que est in corde. Est aūt pulmo instru-mētū siue organum organice alij mēbro subseruiēs. Prin-cipiuꝫ enim motus pulmonis est in corde: ⁊ est preparatus sic vt ampliari possit quando aer attractus intrat in ipsuꝫ: potestatem autem habet recipiendi aerem ex vacuitate po roruꝫ: ⁊ ex mollitie sua ⁊ magnitudine sue substātie: ⁊ ideo etiam cum inflatur plenus aere non multum eleuaꝛ: ⁊ ideo nō comprimit aliqḋ membrū.

Propter qḋ pulsus cordis ꝑcipue hoibꝰ contingit.

¶ Pulsus autem cordis pre cipue in homine accidit: eo ꝙ passiōes timoris ⁊ spei ⁊ gau dij ⁊ tristitie magis mouent cor hominis q̄ꝫ aliorum ani-malium: ⁊ ideo lꝫ paruulus sit in omnibus animalibus: ta-men differentie pulsus non ita manifestantur in alijs sicut in homine. Ex his igitur cōcludiꝛ ꝙ pulmo est flabellum ⁊ organice deseruiens pulsui cordis ⁊ spirationi. ¶ Amplius autem in pulmone animaliuꝫ magna est valde diuersitas. Quedam enim animalia pulmonem habent sanguineum ⁊ magnum: quedam autem habent vacuum: continuuꝫ si-ue opacum: vt in pluribus aūt animal generās animal sibi simile habet pulmonem magnum respectu sui corporis et multi sanguinis propter sue nature ⁊ caloreꝫ complexiōis: pulmo vō animalis ouātis est paruus ⁊ siccus: ⁊ multuꝫ in-flari potest ⁊ tumescere. Et similiter est in animali quadru pede ⁊ ouāti sicut in tortuca ⁊ lacerta ⁊ sibi similibꝰ: ⁊ simił etiam est in genere auiū. Genus enim auiū habet pulmo-nem cōcauum siue porosum simileꝫ spume que de facili ef-ficiꝛ multa ex pauca aqua ⁊ pauca ex multa quando dissol-uiꝛ ⁊ fit aq̄. Pulmo ergo huiusmodi animaliū est paruus ad modum tele: propter qḋ etiam omnes huiusmodi auiū parum sitiūt ⁊ a potu possunt lōgo tempore abstinere pro-pter paucitatem caloris in corporibꝰ eorum existētis. Infri-gidanꝛ autem interius ex motu pulmonis: cuius motus di latatiōis multum infrigidātis aeris ab exteriori ad iterio-ra deducit. Cuiꝰ etiā signū est ꝙ huiusmodi animalia par-ua sunt quātitate ⁊ breuia corpora habētia. Calor enim est causa incremēti ⁊ etiam magnitudinis: etiā rationabile est parua eē que parui sunt caloris: ⁊ ad defectū caloris sequiꝛ defectus sanguinis: qui est materia icremēti ⁊ magnitudi-nis. Calor etiam qui rectificat ⁊ erigit corda animaliū ⁊ ꝓ-pter calorem melius terminātem suū humidū omnibꝰ alijs caloribꝰ aliorū animaliū solus homo est erecti ⁊ recti cor-poris: ⁊ animal generās sibi simile animal magis alijs qua drupedibꝰ est recti ⁊ erecti corporis: nec talia aīalia possunt manere nisi in libero ⁊ refrigerāte aere: propter qḋ vt in plu ribꝰ nō manet in lapidibꝰ aut fissuris terre animal generās animal qḋ pedes habet ⁊ erecte super ipos ambulat. Mu-res aūt ꝑm sua genera nō erecte ambulāt: sed potius totuꝫ pedem posteriorem a media flexione cruris trahūt in ter-ra. Uniuersaliter igitur loquēdo pulmo propter respiratio nem est creatus.

Tertio d̄ ptibꝰ aialiū ca. 7.

¶ Oportet autem scire ꝙ quedaꝫ interio-rum membroꝝ sunt diuisa in duo: quedam auteꝫ nō. diui-sa autem dico que diuidūtur loco ⁊ subiecto: sicut renes. et integra ⁊ indiuisa voco que subiecto eadē sunt: quāuis for-te quedam signa diuisiōis sint in eis sicut cor ⁊ pulmo. De quibusdam aūt est dubiuꝫ sicut de epate qui multarū est di uisionū adinuicem cōtinuatarū: ita ꝙ vnū videaꝛ plura eē.

Interiora mēbra quoq̄ mō dupla sunt.

¶ Uniuersaliter igiꝛ sciēdum ꝙ interiora membra aliquo modo omnia sunt dupla: ⁊ causa qdem illius: qa corpꝰ ꝑm omnes sui dimēsiones in duo diuidiꝛ: iferius. vꝫ. ⁊ superiꝰ: ⁊ ante ⁊ retro: ⁊ dextrum ⁊ sinistrū: ⁊ ideo opinatuꝫ est qḋli-bet membrū ꝑm aliquam dimēsionem in duo diuidi vel in plura: ⁊ organa sensuū esse dupla: ⁊ hac de causa dictum est etiam ipm cor plures habere vētriculos. Pulmo etiam in corporibꝰ animaliū animalia generātiū duo diuidiꝛ: ꝓpter qḋ etiam qdam opinati sunt talia animalia duos pulmo-nes habere: ⁊ diuisio qdem renū manifesta est cuilibet: sed in epate ⁊ splene est dubiū. Et causa huiꝰ est: qa multi opi-nati sunt ꝙ splen sit epar qḋdam impuruꝫ: ⁊ in tali opinio-ne diuisuꝫ esse epar dicūt in animalibus splenem habenti-bus. In animali aūt qḋ aut caret splene in toto: aut hꝫ sple-nem valde paruū sicut sunt decheonos epar inuenitur di-uisum in duo: ⁊ maior pars diuisionuꝫ est in dextra: minor aūt in sinistra: ⁊ situs istarū partium diuisarū manifestꝰ est etiam ad visuꝫ: hoc aūt nō in omnibꝰ manifestaꝛ equaliter ouātibꝰ: nec etiam in vna ⁊ eadem specie eq̄liter est in qua-libet regiōe. Sed in qbusdam ⁊ aliquibus locis inueniꝛ di-uidi epar: ⁊ in qbusdam nō: sicut ferunt de animali deche-neos grece vocato. De hoc autē qdam opinati sunt ꝙ duo habeat epata: sicut ⁊ quidaꝫ pisces: ⁊ celeti similiter dicitur duo epata habere. ¶ Amplius autem qa situs epatis est in dextra oportet in sinistra sitū splenis esse: pars enim dextra ⁊ sinistra sunt maxime cause diuisiōis ⁊ membroꝝ eoꝝ que propinqua sunt sub pectore siue sub diaphragmate. ¶ Am-plius autē creatio membrorum interiorum cum venis est vbiqꝫ quibus ipsa membra ad cōfortationem sui ligantur: sicut chordis quibusdam grossis qbus naues in portu li-gātur ad anchoras: hec autem ligamēta fiunt in partibꝰ ve narum magnis extēsis ex vena magna ad epar ⁊ splenem: hec enim duo membra sunt sicut qḋdam clandestine repo-sitū qḋ retinet ⁊ saluat in esse totū corpus. Uena ergo ma-g̃na procedit ad epar ⁊ splenem ⁊ ad vnam parteꝫ interio-rum: ⁊ vene que exeūt a vena magna nō procedunt nisi ad ista duo membra tm̄ immediate. ¶ Amplius aūt in poste-riori parte corporis: ⁊ sunt renes ad qḋ procedūt vene plu-res nō ex vena magna tm̄: sed etiam ex adorthi. Ex ador-thi enim exeūt due vene: quaꝝ vna vadit ad renem dextrū ⁊ altera ad sinistrū: epar aūt ⁊ splen cōiūguntur stomacho: qa potētiam habēt decoquēdi cibū: eo ꝙ sunt ex sanguine: lꝫ enim vas melācholie sit splen: tamē ex venis que sunt in ipso habent calorem innātem ad cibi digestionem: eo enim ꝙ habent ista membra calorem decoquūt cibuꝫ. Renes vō sunt ad colādum superfluitatem humidam que currit ad vesicam. Ista igitur membra necessario sunt in corporibus animalium: cor. s. ⁊ epar propter principalem caloreꝫ qui est in eis. Oportet enim animalis interiora esse sicut fornaceꝫ in qua fit calor naturalis: ⁊ opꝫ ꝙ sit ille calor cōseruatus in his duobꝰ membris: eo ꝙ ille calor regit totuꝫ corpus: sicut princeps regit regionem que est regnū ipsiꝰ: epar autem est ad decoquēdū ⁊ dirigēdū. Omne igiꝛ animal habens san-guinem his duobꝰ idiget membris: propter qḋ omnia hu-iusmodi animalia cor habēt ⁊ epar. Animal aūt spirās ter-tio idiget membro qḋ est pulmo. Splen vō in corporibꝰ ani maliuꝫ est accidētaliter ⁊ nō necessario: quoniam nō omne animal habet ipm: neqꝫ est ad operationem ꝑncipaleꝫ. Est enim vas superfluitatis melācholice assimilatū vasi aliarū superfluitatū vētris ⁊ vesice: Quis superfluitas splenis vti-litatem habeat quā superiꝰ in anathomia assignauimus. Hac etiam de causa splen in qbusdaꝫ animalibꝰ est valde paruus: ⁊ precipue in auibꝰ calidi ventris sicut in colūba et accipitre ⁊ miluo. Similiter aūt accidit animalibus q̄dru-

pedibus

pedibus ouantibus:⁊ similiter in multis animalibus cor/
ticosis ⁊ squamosis que vesica carent:⁊ paruissimos ⁊ fere
nullos habent splenes eo ꝙ superfluitas melancholica que
est in eis per carnez deriuaẽ in plumas ⁊ squamas. Splen
autem in habentibus magnum splenez attrahat ex ventre
per epar superfluitatem melächolici humoris ⁊ decoquit
ipsam eo ꝙ creatio eius est ex sanguine fetulẽto melächo/
lico. Contingit etiam aliquando ꝙ epar ex ventre multaz
trahit humiditatem:⁊ tũc est causa per accidens desicca/
tionis ventris ⁊ causa duritiei ⁊ oppilationis splenis pro/
pter aggregationem melächolice humiditatis in ipso. Si/
milis autem durities ventris accidit nimis mingentibus
propter qδ nimis humidum aqueum separatum a ventre
siccum relinquit stercus qδ currere per intestina nõ potest.
Si autem fuerit huius superfluitas melächolica pauca in
loco generationis humorum in aliquibꝫ animalibus: tunc
erit in eis splen valde paruus sicut in piscibus. In piscium
enim generibus est aliqδ animal qδ habet in ventre sple/
nem adeo paruum ꝙ quasi signum pũctuale videtur hoc:
idem aũt accidit quadrupedibus ouantibꝫ sicut ⁊ auibus
⁊ piscibus: eo ꝙ horum splenes valde parui inueniuntur.
¶ Amplius autem creatio splenis est ex terrestri carne du/
ra sicut creatio renũ. Creatio enim pulmonis mollis est: et
concaua siue porosa pauce digestionis. Sed splenis ⁊ renũ
creatio est ex carne cõtrarie dispositionis. Predicta igitur
animalia splenes habent paruos eo ꝙ superfluitas melã/
cholica que est in eis declinat ad corporis coriũ ⁊ squamas
sicut in auibꝫ declinat ad pẽnas ⁊ plumas ⁊ alas. Sꝫ in ani
mali habente vesicam ⁊ pulmonem sanguineum humidus
splen inuenitur propter causam quaz diximus: q̃a. vꝫ. conti
nua declinatio melächolie que est actu humida δclinat ad
ipsum. ¶ Amplius aũt splen est situs in sinistro eo ꝙ natu/
ra partis sinistre vniuẽr est frigidior ⁊ humidior. Unum/
quodqꝫ enim contrariorum in corporis positionibus diui/
sum est ⁊ attributum ẜm aliquod genus elementorum sibi
cõueniens. Sic enim dextrum est contra sinistrum sicut ca
lidum contra frigiduz: ⁊ he differentie positionis corporis
sunt elementa prima corporis ẜm modum quem iã in alijs
locis determinauimus.

¶ Cap. 7m. Et est digressio declarans intellectum eorũ que
de epate ⁊ splene dicta sunt.

AD maiorem aũt euidentiam eorꝫ que hic di/
cuntur dicemus quedam de epatis natura et
de natura splenis: lꝫ plura in tractatu de eorũ
anathomia diximus. ¶ Dicamꝰ igiẽ ꝙ epar
est membrũ in quo sanguis colorem accipit ru
beũ: lꝫ meseraica aliquam habeat virtutez in
tali sanguinis alteratione: eo ꝙ in meseraica est virtus al/
terationis huius ab epate in eum defluxa: lꝫ Galenus hoc
negare videaẽ. Epar aũt huiꝰ habet virtutem eo ꝙ est ca/
ro rubea sicut sanguis coagulatus: caro quidẽ vacua a ner
uositate: sed in eo spargũtur vene quaruz quedã que gros/
siores sunt origines ⁊ pñcipia siue radices earum que sunt
graciliores. Iste autem vene suggunt a stomacho ⁊ intesti/
nis mediantibus ramis illis qui sunt in epatis cõcauo qδ
symma epatis consueuit nominari. Pars autẽ epatis que
est versus diaphragma declinat ab ipso ne motus diaphra
gmatis impediaẽ: ita ꝙ contactus eorꝫ est quasi in pũcto si/
cut quando plana superficies tangit sphericuz globosum:
epar enim exteriori parte rotũdum est vt apte super ipsum
coste incuruenẽ. Super epar aũt est membrana que preest
ei sensus ⁊ motus beneficiũ: ⁊ confirmet ipsuz cum alijs in/
terioribꝰ colligando ad ipsum etiam a corde que prestat ei
caloris augmentũ: ⁊ hoc venit a parte symme: eo ꝙ gibbus
a parte diaphragmatis exiens ex motu diaphragmatis sa/
tis calescit. Adhuc aũt in epate est locus amplus in quo di
uisa massa cibi attracti genereẽ in sanguinem sunt plura ta
lia loca in epate quatenus diuisa per hoc cibi materia ma/
gis festine digeratur ⁊ alteretur: propter qδ etiaz vene que
sunt propinquiores epati sunt subtilioris tele. In talibꝰ eni
calor citius alterans recipitur. ¶ Amplius autez membra/
na que comprehendit epar ligat ipsum cuz membrana que
stomachum cooperit ⁊ intestina: ⁊ ligat ipsum etiaz cũ dia/
phragmate ligamento forti: cum lateribus aũt posteriꝰ li/
gat ipsum ligamẽto paruo ⁊ gracili. Adhuc autẽ epar cum
corde continuaẽ per venam magnam: ⁊ illa vena firmatur
cũ epate ligamẽto forti qδ est membrana dura ⁊ spissa que
etiam ex se dimittit id qδ subtiliꝰ est de substantia eius in
substãtiam epatis: ⁊ hoc ideo fit: q̃a qδ de eo est in epate est
in loco securiori. A corde autẽ principaliter originate vene
per epar transeũt: ⁊ ab ipsiꝰ vtraqꝫ parte due vene egrediũ/
tur: vna q̃dem in symma per quã trahiẽ nutrimentuz: alia
aũt a gibbo per quã cibꝰ toti corpori distribuiẽ: propter qδ
etiam illa cõcaua est ⁊ cõcaua vocaẽ. De ramis aũt epatis
⁊ venis ab eo diuisis satis in anathomia dictũ est. ¶ Pla/
to aũt ⁊ multi sequẽtiũ suorꝫ domiciliũ pñcipale cuiusdam
anime dixit in epate esse: ⁊ hãc concupiscibilem dixit esse: ⁊
hoc cũ duas habeat partes: vnam quidem cõcupiscitiuaz:
alteram aũt irascitiuam siue aduersatiuaz eiꝰ. qδ est triste
dixit cõcupiscitiuam siue desideratiuam esse in epate: ⁊ ira/
scibilez esse in chisti fellis: pro ratiõe assignãs q̃a pmus tra
ctus cõcupiscibilis ⁊ desiderabilis qδ ẜm naturã est saluãs
in vita est in epate: ⁊ expulsio eiꝰ qδ impedit: ⁊ reijciẽdũ est
in felle: ꝑpter qδ paruũ habet fel ad itestinum iferiꝰ: ⁊ ibi
mordicãdo expellit id qδ est cõtrarium ⁊ corruptuz. dixit ⁊
spiritu resoluto ex epate vndiqꝫ perfici in corpore δsideriũ:
⁊ spiritu amaro euaporãte ex felle vndiqꝫ in corpore perfici
indignationem: ⁊ desideriũ q̃dem formari desiderabilem
cibi virtute epatis ad hoc qδ toti corpori est desiderabile: ⁊
sic trahi ⁊ duci ad membra. ¶ Et hãc doctrinam secutꝰ est
Galenus dans epati virtutes pñcipales ⁊ pmas ⁊ spirituz
nãlem. Sed in alijs nos locis hec erronea esse ostendimꝰ:
nec oportet nos hic de hoc disputare. De splene aũt scien/
dũ ꝙ splen absqꝫ dubio est vas melächolie purgãs sangui/
nem a fece terrestri: ⁊ hoc q̃dem probaẽ per hoc ꝙ est indi/
recta oppositiõe ad epar respiciens per poros rectos: neqꝫ
habet porũ aliquem nisi ad os stomachi propter appetituz
⁊ ad epar ad sanguinis purgationem. Adhuc aũt idem ꝓ/
baẽ per hoc ꝙ in vijs quibus respicit epar interfectis ani/
malibꝰ inuenitur sanguis fetulentus ⁊ impurus qδ nõ es/
set nisi per illas vias sanguinis fecem traheret ab epate.
¶ Amplius aũt sicut dictũ est superius quedam animalia
splen non habent sicut auis q̃dam que caput habet ad mo
dum capitis asini: ⁊ asinus eadem de causa vocatur: ⁊ hoc
fit aut ex duabus causis simul: aut ex altera earũ vna qua/
rum est ꝙ siue non vtũtur cibo melancholico aues generis
illius: aut forte aues ille terrestres sunt multas habentes
partes terrestres: propter quã causam parum valde habẽt
de splene pisces ⁊ aues: eo ꝙ terrestreitas trãsit i squamas
⁊ pẽnas sicut superius diximus. Omne autem animal ha/
bens splenem paruum: habet etiam pulmonem paruuz eo
ꝙ parum potat de aquoso. ¶ Amplius aũt animal habens
magnum splen parue est crassitiei: crassities eniꝫ fit ab epa/
te: ꝙ cum magnum est ⁊ magne virtutis impeditur attra/
ctio splenis: quapropter nutrimentum non depurat a fece
melancholie: propter qδ membra ipsum abhorrent ⁊ non
attrahunt: ⁊ tunc incurritur macies: ⁊ hec est causa ꝙ vere
melancholici sunt macri ⁊ nigri: cuiꝰ tamen etiam alia cau/
sa est paruitas caloris naturalis. Oportet igiẽ scire ꝙ sicut
Nicolaus peripatheticus dicit splen ⁊ epar sunt quasi duo
postes in quibus infixe sunt vene ex vtraqꝫ parte. Hec igiẽ
de his que in anathomia de epate ⁊ splene dicta sunt ad ꝑ/
sens sufficiant.

Platonis opi/nio.

Nõ qualiẽr Ga/lenꝰ Platõis s\niaz imitatꝰ posuit epar i/ter pñcipalia membra.

Propter q̃d pisces ⁊ aues puũ valde hñt splenem.

¶ Cap. 8m. De causa ⁊ natura renum ⁊ vesice in animalibꝰ
in quibus sunt renes ⁊ vesica: ⁊ qua de causa nõ sunt in ani
malibus quibusdam

CUm autez epar ⁊ cor sint membra nobilia ha/
bentia nobiles operatiões ad esse ⁊ ad vitaz
pertinẽtes: renes nõ sunt operantes ad esse ⁊
ad vitam: sed potiꝰ ad superflui impedientis
remotionez. Trahũt eni per venas que emul/
gentes vocanẽ aquosam superfluitatez salsaz
a gibbo epatis qui ad renũ deputatus est nutrimentũ: que
superfluitas vlteriꝰ descẽdit in vesicam ⁊ eijciẽ: que quidez
superfluitas multa est in q̃busdam animalibus: ⁊ ideo illa
fortes oportet habere renes. Renes ergo pñcipaliter crea/
ti fuerũt vt sit operatio vesice melior ⁊ perfectior. Et quia
operatio renũ ⁊ vesice est vna oportet aliqua dicere de ope/

Tertio δ pti/bꝰ aialiũ ca. 8.

ratione vesice: lz dimiserimus adhuc de natura quorũdam membroꝝ superioꝝ interiorũ: sicut de diaphragmate ⁊ quibusdam alijs. Non aũt qdlibet animal habet vesicaz: neqꝫ dedit natura vesicam nisi tm̃ animalibꝰ sanguinem habentibus. Uidemus aũt ꝙ omne animal habẽs pulmonez sitit ⁊ multũ potat. Indiget enim cibo non sicco sed humido multũ plus ꝗ̃ sicco. Hanc aũt humiditatem totaz non necessariũ est incorporari membris: sed est tm̃ ad hoc vt mediante ea cibꝰ possit fluere per meseraicas ⁊ per venas subtiles epatis. Si enim conuerteret ad membra efficerentur aquosa inflata sicut sunt membra hyposarcham patientiũ. Oportuit igit hanc humiditatem post peractam digestionem separari a corporibꝰ animaliũ. A gibbo ergo epatis a quo sanguis ad nutrimentuz membroꝝ dirigitur oportuit ipsam trahi per renes ad vesicam: propter qd necesse est in omniũ animaliũ corporibꝰ que pulmonem habent sanguineũ vesicam esse sicut superius diximus. Animal võ carẽs sanguine caret vesica: eo ꝙ hoc animal nõ recipit aquaz in potũ que faciat fluere cibũ: sed potius in cibi temperamentum: sicut aues ⁊ pisces ⁊ ea que sunt annulosi corporis. Animal igit habẽs plumas aut squamas aut corticem durum nõ habet vesicam propter potus sui paucitatez. Et qa sua aquosa superfluitas cũ terrestreitate sicca ⁊ salsa que in ipa est transit in plumas ⁊ squamas ⁊ cortices: ab his tamẽ excipit tortuca: quoniam pulmo huiꝰ animalis est marie carnosus ⁊ sanguineus ⁊ similis pulmonis vacce. Cũ aũt tortuca duplex sit: agrestis. vz. ⁊ aquatica pulmo tortuce agrestis maior est ꝗ̃ esse debeat sui corporis proportiõe. Huiꝰ autem causa est: qa corpus eius cõtinet in testa valde spissa in quã transire humiditas non potest: sed potius secum generat a terrestri nutrimentali: ⁊ non transit in eaz superflua humiditas sicut facit in auibus ⁊ piscibus ⁊ alijs squamosi corij animalibus: ⁊ hac necessitate fuit vesica in tortuca vt recipiat humiditatem aquosam salsam sicut vas qddam: tamen vesice tortuce sylues tris ⁊ marine inueniuntur valde parue ⁊ renes similiter: qa non colligit in eis humiditas nisi que ad materiam vesice quã super se habet transire non potest propter ipsius teste soliditatem. ¶ Nullum enim animal habens plumas aut squamas vesicaz habet aut renes preter tortucam agrestem ⁊ marinam. Caro enĩ ex qua renes in alijs creantur animalibꝰ separatur in his in carnem quãdam extẽsaz: cuiꝰ creatio similis est creationi renũ in hoc ꝙ humidũ aquosuz extrahit ⁊ separat in pẽnas ⁊ squamas ⁊ cortices. Animal võ quod grece amoz vocat non habet renes: sed vesicam ꝓpter sue cutis mollitiẽ. Mollities enim illa est causa qd attrahit humiduz aquosum sine renibꝰ ad vesicam: ⁊ ideo amoz nõ habet aliquod membrũ dictoꝝ. Alia võ animalia habẽtia pulmonem sanguineũ habent renes sicut diximus. Natura enim non vtitur renibꝰ nisi ꝓpter venas emulgentes per quas trahũt: ⁊ ad eductionem superflui humidi per vesicam. In omnibꝰ autem renibꝰ profunditas quedam est ⁊ foramẽ ꝓpter cibi multitudinem: ⁊ vt meliꝰ ad ipsas concauitates trahat vrina. Creatio autem renũ hominis similis est creationi renũ vacce: ⁊ sũt renes valde duri plus ꝗ̃ alia membra vt minus ledant ab acumine vrine: ⁊ vt virtus trahendi magis conseruetur. Renes aũt hominis in hoc vacce renibꝰ assimilant: qa sunt ac si sint compositi ex multis renibꝰ paruis: neqꝫ sunt ex carne superficiei leuis: sed potiꝰ valliculosi non equalis ⁊ cõtinue superficiei: sicut renes ouiũ ⁊ alioꝝ quadrupedum: propter qd etiam dolor renuz hominis difficilis est curationis: eo ꝙ ipsa infirmitatis causa diffundit et est quasi in multis renibꝰ ⁊ distinctis abinuicem per angulos superficierũ: ⁊ ideo quãdo iuuat in vna parte iuuamen non trãsit ad aliam partem. Uia autem venalis que ꝓcedit a vena magna que deriuat a gibbo epatis ad renes non directe ad profunditatem renum peruenit: ⁊ ideo etiam sanguis coagulatus non inuenitur in concauo profundo renũ sicut inuenitur in concauis epatis. Si eniz ibi esset in interfectis animalibꝰ inueniretur coagulatus. ¶ Amplius autẽ ex concauo profundi renũ exeũt due vie in quibꝰ nõ inuenit sanguis ⁊ perueniũt ad vesicam: ⁊ he sũt due vie dure ⁊ fortes eo ꝙ per eas decurrit vena acuta. Alie etiaz quedã vie exeunt a minori vena quaz adorthi vocant ad vesicaz: que etiam ꝓpter eandem causam dure sunt ⁊ fortes: ⁊ succedũt sibi sic due vene vt per has quidez vias superfluitas humana exeat a vena magna ad renes ⁊ per alias deportetur hec humiditas ad vesicam. ¶ Adhuc autem in renibꝰ inuenit fex propter colamentum aquose humiditatis que fit ita in renibus: propter qd etiam in quibusdam animalibꝰ multũ decolatione hac indigentibus profunditas renuz maior est ꝗ̃ in alijs. Et hec est causa quare renes plus fetent ꝗ̃ alia membra interiora. Humiditas võ superflua exit quasi ex medio renum: ⁊ vadit in vias vritides quousqꝫ perueniat ad vesicam que sunt vie dure ⁊ fortes propter causam quã diximus. Hec igit est causa creationis renũ. ¶ Ampliꝰ autem in renibꝰ sunt virtutes trahendi aquosum humidum ⁊ expellendi ad vesicam conuenientes nature ⁊ substantie eorum. ¶ Amplius autem ren dexter altior est rene sinistro in omnibꝰ renes habentibꝰ: ⁊ huius causa est duplex. Una quidez qa motus tractus qui est ex parte dextra est fortior: ⁊ ideo ren in quo est virtus huius motus est altior: motus quidem naturalis facit viam ⁊ locũ omnibus membris in parte dextra ad superius: in sinistra autẽ in qua deficit virtus declinat ad iferius: cuius signum est ꝙ homo habet altiorem palpebram dextram ad superius. Ideo igitur est altior ren dexter ꝗ̃ sinister: qa virtute dextri superius attrahitur sicut ⁊ palpebra. Alia autem causa verior est: qa epar est in dextra ⁊ calefacit renem: ⁊ ideo eleuat eum. In omnibus enim animalibꝰ renes habentibus epar tangit renem dextrum. ¶ Amplius autem in renibꝰ multuz est sepũ plus ꝗ̃ in alijs membris ꝓpter colamẽtum aquose superfluitatis in quo est pingue qd est ex aquoso sanguine generatuz. Sãguis igitur aquosus bene digestus qui remanet ibi cõuertitur in pinguedinem ⁊ zirbum. Sicut enim in combustis residuũ combustionis est cinis: ita in humoribus decoctis in epate superfluũ ipsoꝝ ad renes deriuatũ est pinguedo ⁊ zirbus: ⁊ ideo in vtroqꝫ cinere. vz. ⁊ pinguedine remanet aliquid caloris qui egit diu in ea quasi per vsum inductus: qa cinis est cinis ⁊ pinguedo leuis inflãmabilis ⁊ superuacuans liquoribus. In ipsa tamen substantia renum non est aliquid pinguedinis: eo ꝙ sunt de carne spissiori ꝗ̃ sit aliqua substantia alterius membri interioris: sed substãtia pinguedinis est extra corpus renum circũdans ipsos si tale sit animal qd habet pinguedinem: si autem fuerit tale qd habet sepum vel zirbũ seposum circũdabit sepum ipsos renes. Superiꝰ autem differentia inter zirbum ⁊ pinguedinem est assignata: ren tamẽ dexter minꝰ habet: eo ꝙ est calidior ⁊ plus dissoluit pinguedinem circa se generataz: multam igit pinguedinem habẽt renes propter dictam causaz. ¶ Ampliꝰ autem qa propter salutem creatio renũ oportuit creationem renũ esse calidam. Renes enim sunt ex vltimis membroꝝ interioꝝ in habentibus renes: ⁊ nisi essent calidi nõ traherent humiditatem: ⁊ ideo indigent magno calore. Et ꝓpter eãdem causaz pars corporis que est ex parte dorsi que est multũ carnosa vt calida carne sit coopertoriũ mẽbroꝝ in circuitu cordis existẽtiũ. In syluestri aũt parte dorsi nõ est caro multa inferiꝰ eo ꝙ pinguedo renũ satis cooperit. ¶ Ampliꝰ aũt quãdo in renibꝰ multa est pinguedo multũ cõseruabit calorẽ: ⁊ ideo ren distiguit ⁊ digerit bona digestiõe: eo ꝙ in piguedine est relictus calor qui est digerẽs humorẽ. Hec igit est causa ꝙ renes sunt multe pinguedis. ¶ Ampliꝰ aũt sicut iaz paulo añ dixímꝰ in omnibꝰ aialibus ren dexter minoris pinguedinis est ꝗ̃ sinister: ⁊ est ẽt altior eo ꝙ natura mẽbroꝝ in parte dextra existẽtium leuior est ex calore maioris motꝰ. Motꝰ aũt per calorem est dissoluẽs ⁊ cõtradicit virtuti coagulatiue pinguedinis: eo ꝙ piguedinem dissoluat. Meliꝰ igit natura intẽdẽs congerit circa renes multam pinguedinẽ ꝓpter causas preinductas. Oues aũt hoc habẽt accidẽs cõmuniter ꝙ quando pinguedo circũquaqꝫ circa renes concreuerit multa moriunt eo ꝙ ouis sit humidũ valde animal: sicut multitudo sue lane ostẽdit ⁊ mollities. In humidis tñ aialibꝰ pinguedo que ex aquosiori generat sanguine est multũ humida ⁊ facile putrescit et corrũpit: ⁊ hoc modo multiplicata in oue interficit ouem. ¶ Ampliꝰ aũt dolores accidũt renibꝰ ex vẽtositate: ⁊ hi non sunt ꝫm vnũ modũ ⁊ eũdem: causa enim doloris est vẽtositas que surgit ex oppilatiõe renũ: propter qd etiam dolor renum

Tertio de ptibꝰ aialiũ ca. 9. Nullũ aial habens plumas aut sq̃mas hz vesicã aut renes ꝓter tortucam.

Propter qd renes marie fetent.

Propter qd ren dexter ẽ altior sinistro.

renum in omnibus est valde nocens ⁊ afflictiuus: ⁊ quādo augmentant̄ dolores renū cito ducunt ad mortem. Surgit aūt hec subtilis ventositas ex humido vaporāte quādo circundatū est calido pingui: ⁊ ipsa subtilis ventositas pertingit ad epar ⁊ ad cor: ⁊ corrūpit epar ⁊ extinguit cor: ⁊ sic moriunt̄ aīalia ⁊ p̄cipue oues. Pinguedo enim que est in renibus alioꝝ aīaliū nō multū est spissa: nec est similis spissitudini pinguedinis ouiū: eo ꝙ humidū coagulatū magis est cōfertum. Preterea etiam pinguedo ouiū maior est pinguedine alioꝝ aīalium: ⁊ cito impinguantur oues circa renes: propter qđ in renibus circūdata humiditas comburit ⁊ vaporat in vētositatem siccam ⁊ subtilem ⁊ penetrātem: ⁊ huius vētositatis dolore morit̄ ouis. Trāsit enim exiccata vētositas per venam magnam ⁊ ad orthy ⁊ ad cor peruenit: eo ꝙ vie harū venarū succedētes venis renū vsq3 ad cor cōtinuant̄: ⁊ sic extingunt̄ ouis. ¶ Dictū est igit̄ de dispositione naturali cordis ⁊ epatis ⁊ renu3 ⁊ splenis: ⁊ dicte sunt cause physice hoꝝ membroru3: que l3 sint interiora tamē sunt separata abinuicem.

¶ Cap. 9m. De natura diaphragmatis ⁊ natura aliaru3 telarum que sunt in corpore: ⁊ est digressio declarans intellectum eoꝝ que de epate ⁊ splene dicta sunt.

Tertio de p̄ribus aīaliū capitulo. 10.

HUnc aūt de diaphragmate erit dicēdū. Oportet aūt prescire ꝙ dicit Aristo. ꝙ quidā homines parietem diaphragmatis vocant intellectū: ⁊ hoc nō est apud nostrū sermonē qui latinus est: sed potius apud sermonē grecū ⁊ arabicum: qui intellectū vocant virtutem distinctiuam: ⁊ hoc nomē est equiuoce sumptum ad distinctionē quā facit diaphragma inter spiritualia ⁊ nutritiua: ⁊ ad distinctionem facit intellectus in intelligibilibus. ¶ Dicitur igit̄ hoc modo paries diaphragmatis intellectus quasi intus lectus: eo ꝙ distinguit cor ⁊ pulmonem que sunt in spiritualiu3 regione ab alijs membris que sunt sub ipsis in regione pronutritiuorum. Omne igit̄ animal habet pariete3 sicut etiā habet cor ⁊ epar. Positio igit̄ diaphragmatis est inter cor ⁊ ventrem: eo ꝙ natura intendit cōseruare cor qđ est principium anime sensibilis sine occasionibus infirmitatum: que cito forte venirent ex euaporatione ciborum ventris: ⁊ etiam ex occasionibus extrinsecis ex calore ⁊ frigore accidentalibus aeris circūdantis. Propter hoc igitur natura preparauit hoc membrum sicut murum ante introitu3 domus: ⁊ distinxit per ipsum nobiliora superiora ⁊ ignobiliora inferiora. Membra enim superiora sunt per que exercentur omnes bone operationes anime ad meliorationem pertinentes. Inferiora v̄o nō sunt nisi propter superiora vt ex his habeant cibū superiora. Propter has igitur causas facto pariete oportet scire ꝙ paries quide3 est carnosior in extremitatibus suis vbi cōiungit̄ alijs membris: q2 ibi indiget cōfortatione ⁊ in medio est magis tenuis ⁊ subtilior: sic enim magis conuenit extensioni spiritus: ⁊ magis iuuat cor qđ est principium vite totius. ¶ Amplius aute3 paries duas h3 vias ad ip̄m ab inferiori p̄cedente: cuius signū accidentia infirmitatū que eueniūt aliquādo circa ip̄m. Aliquando enim trahit humorē calidū ab inferiori: ⁊ cum ille humor mutatus fuerit ⁊ corrupt9 vaporabit ad caput ⁊ mutabit sensum ⁊ intellectū ꝺm ꝙ intellectus cōmunicat cum sensu in spiritu sensibili. L3 enim in pariete nō sit intellect9 tanq3 in organo: eo ꝙ nullius corporis est actus: tamē communicat paries cū eo circa qđ est operatio intellectus: ⁊ iō alterat intellectū aliquādo manifesta alteratione. Hoc igit̄ accidens ⁊ similia probāt ꝙ humorē corruptum aliquādo: ⁊ paries trahit ad regionē spiritualium qui ad sedes animalium virtutum vaporās subuertit ⁊ disturbat operationes animalium virtutum. Non solum autē est causa ꝙ carnosus in extremis iuxta costas est paries ⁊ i medio tenuis vt confortetur in extremo ⁊ in medio ꝯgruat spiritualibus: sed etiam causa est quia humoris attracti in nutrimentum parum peruenit ad medium: q2 aliter spiritualia velocius spissis turbarentur: ad extrema autem reflectitur ⁊ adunatur: ⁊ ideo in extremis plus nutritus magis inspissat̄. Hoc autem conuenientissimum est sicut diximus: q2 si in medio esset carnosus calidus multam attraheret illuc humiditatem ⁊ destrueret spiritualium operationem. Paries enim calefactus subito mutat sensum: ⁊ resoluit totum corpus in gaudium vel tristitiam: cuius signum est titillatio que fit in tactu leui parietis. Risus enim subito seq̄t̄ tactum tele: eo ꝙ per ipsum tela mouet̄: motus enim talis concutit parietem: ⁊ calefactus ex motu paries diffundit spiritum ⁊ resoluit: ⁊ tunc mutatur intellectus qui continebat corpus: et ridet homo etiam in his que nō sunt ridenda risu inordinato: in quo est multa excussio spirit9 ⁊ multa dissolutio neruoꝝ ex calore diffuso in ipsis. Qꝛ autē solus homo huiusmodi titillatione mutatur causa est ꝙ pellem habeat valde tenuem ⁊ carnem valde subtilem ⁊ tactum: ⁊ ideo nullū animal ridet nisi homo. Titillatio enim hominis adducit risum ex tali motu pellis vicine sub ascellaribus locis: eo ꝙ ibi mouetur paries. Unde etiam opinati sunt quida3 ꝙ si homo percutiatur ⁊ vulneret̄ in locis illis non dolebit: sed risus accidit ei propter calorem titillantem ex percussione excitata. ¶ Et hoc q̄dē sermo verisimilior est q̄3 sermo Hesiodistarum: dicentiū caput hominis aliquando loqui post precisione3 a corpore. Homerum v̄o inter mirabilia Jouis dicunt talem dixisse fabulam: hic autem sermo in arcadia traditus ⁊ susceptus est. Ibi enim persuasum habēt ꝙ quidam decollatus per diuinum numē Jouis audientib9 multis locutus fuerit. Huiusmodi autē sermones in ph̄ia falsi sunt. Nullum enim omnino sermonem a capite separato a cāna ⁊ pulmone possibile est exire: neq3 omnino possibile ē esse sermonem aliquem sine motu pulmonis. Expertu3 est etiā apud Grecos ⁊ Barbaros apud quos multi decollātur ꝙ nunq3 accidit aliquid talium in partib9 eoru3. ¶ Alia v̄o animalia non rident ex motu parietis propter spissitudinem sui corij: ⁊ etiam ideo ꝙ nō sunt naturaliter risibilia sicut homo. Motus autem corporis ⁊ reuolutio de loco ad locum post capitis trūcationem est possibilis ex impetu spiritus corpus voluentis: propter quod etia3 animal carens sanguine similium existens membrorum ⁊ viscose humiditatis longo viuit tempore post capitis truncationem: cuius causam iam in alijs locis librorum naturalium assignauimus. Sic igit̄ cause propter quas sunt membra singula interiora determinate sunt. ¶ Oportet aūt scire ꝙ necesse est vt omnia membra interiora ponantur in terminis venarū venientium ad ipsa. Humor autē cibalis exudat de extremitatibus venarum qui coagulatur ⁊ formatur in membri substantiam: propter quod etiam omnia membra interiora sanguinea videntur ⁊ consimilia: ⁊ in hoc diuersam habentia naturam a membris alijs corporis. ¶ Amplius autem omnia membra interiora creantur in tela continente ipsa. Indiget enim ad sui conseruationem coopertorio leui qualis est natura tele: ita videlicet ꝙ sit tela fortis ⁊ spissa ad hoc vt non de facili patiatur occasionibus incidentibus in eam: ⁊ nō sit carnosa ne humores superfluos trahat ad membrum: ⁊ ꝙ sit tenuis ⁊ leuis ne membrum ex ea aggrauetur ⁊ oneretur quod ab ea circundatur. Inter omnia autem membra interiora fortiores ⁊ plures sunt tele cerebri et cordis: eo ꝙ ista duo membra propter nobiles suas operationes et propter mollitiem que est in cerebro indigent multa custodia: in ipsis enim precipue est virtus vite. ¶ Amplius autem in corporibus quorūdam animaliu3 omnia sunt mēbra interiora ⁊ in quibusdā nō sunt omnia: quoniam in quibusdam sicut in anulosis rugosis nō est nisi membrum per qđ suscipiunt cibum: ⁊ membrū qđ est principium vite ⁊ digestionis ⁊ sensus simul: ⁊ statim est membrum per qđ emittitur superfluitas stercoris. Jam autem in ante habitis diximus que membra sunt in talibus: ⁊ p̄pter quas causas. ¶ Membra aūt que in numero quidem ⁊ operatione conueniunt: in quibusdam aīalibus tamen in esse ⁊ diffinitione diuersificantur. Corda enim omniū animalium non vnius sunt modi et diffinitionis: et similiter est de membris alijs. Epar autem in quibusdam animalibus fissum est multis fissuris: et in quibusdam nullam omnino habet fissuram: ⁊ precipue piscium et animalium quadrupedum ouantium. Epata autem auium assimilātur epatibus ouantium in hoc ꝙ color epatis auium est sicut color epatis piscium ⁊ alioꝝ animalium ouantium que diximus. Causa autē huius est: q2 aues sunt bone respirationis ⁊ leuis carnis: ⁊ dissoluitur facile qđ est in eis: nec est

Propter qđ nullū aīal ridet nisi homo

Tertio de p̄ribus aīaliū capitulo. 12. ⁊ 13.

in eis multum superfluū malū qd̄ nō cito dissoluat̄: propter qd̄ etiam multa animalia felle carēt. Epar enim cōueniēs est bonitati complexionis ⁊ corporis sanitati. Horuꝫ enim omnium complementum ⁊ perfectio est in sanguine bono precipue. Epar v̄o est multi sanguinis ⁊ cor. Est enim preter cor pluris sanguinis omnibus alijs interioribus membris. Color autem epatis auium ⁊ piscium ⁊ aliorum ouātium est vnus in maiori parte sicut diximus. Epar tamen aliquorum animalium est valde malum: eo ꝙ illa sunt male complexionis in corpore sicut est epar tortuce ⁊ corui ⁊ sibi similium in generibus suis. Splen v̄o animalium habētium cornua ⁊ vngulas fissas sicut aries est rotūdus: ⁊ sic est generaliter in oue ⁊ capra nisi accidat sibi elongari ex accidentali augmēto splenis ⁊ corporis ad quātitatem splenis vacce. Splen aūt omnium animalium habentium multas fissuras in pedibus longus est: sicut porci hominis ⁊ canis: sed splen omnium habētium soleas medius est inter istos duos in q̄titate: sicut splen equi ⁊ asini ⁊ muli: nisi hoc fiat per accidens aliquādo sicut diximus. Nec habēt ista membra differentiam in corporibus animalium in magnitudine vel quātitate tm̄: sed etiam differūt in situ. Quedā enim sunt extra ⁊ quedam intra: eo ꝙ natura quorūdam cōmunicat cum venis ⁊ hec oportet intus esse: quorūdam autem nō ⁊ hec sunt extra. Quedam autem sunt superius ⁊ quedā inferius sicut spiritualia ⁊ vitalia: ⁊ animalia superius sūt: ⁊ nutritiua ⁊ naturalia sunt inferius. Quedam etiam sunt dextra ⁊ quedam sinistra: que lꝫ in figura non differant: magnam tamen habent differentiam in virtute motiua: eo ꝙ dextra mobiliora sunt q̄ȝ sinistra.

¶ Tractatus Secūdus. xiij. Libri animalium de intestinis.
¶ Cap. p̄m. De ventris dispositione ⁊ natura ventrium ⁊ diuersitate ventris animalium.

Tertio de p̄tibus aialiū capitulo. 14.

Interius autē in corde animalis post parieteꝫ diaphragmatis est venter in corporibus quorundam animalium: ⁊ in animalibus habentibus isophagum venter ponitur in fine illius: in carentibus v̄o isophago venter statim est post os applicatus cum ore: post ventrem a utē quem voco locum in quo cibus recipitur ad digerendum disponitur intestinum vnum vel multiplex ſm diuersitateꝫ nature animalium. Manifestū est aūt ex ante dictis ꝙ non est aliqd̄ membroꝝ istoꝝ ꝙ nō sit ꝓpter cibū. Necessariū. n. est vt digerat̄ cibus: q2 nisi digerat̄ non pōt suggi a corpore humiditas. Cibus aūt ⁊ superfluitas inutilis ⁊ impura nō sunt vnius modi: ideo oportuit quedā membroꝝ istoꝝ esse ad recipiēdū cibū: quedā aūt ad alterādū receptū: ⁊ quedaꝫ ad recipiēdū superfluū impurū qd̄ est reijciēdū. Opꝫ enim qd̄libet p̄dictoꝝ habere membrū in quo sit retētum in loco suo: cōuenientius tamē est vt de his loquamur in loco vbi tractabit̄ de cibis aialiū ⁊ generatione membroꝝ suoꝝ: hic enim nō inquirimus nisi causaꝫ membroꝝ. ¶ Consideremꝰ ergo nūc diuersitatem vētris aialiū ⁊ diuersitatē membroꝝ cōueniētium digestioni cibi. Magnitudo enim ⁊ figura vētris etiaꝫ ſm aspectū nō est vnius dispositionis: sed potius aial habēs dētes in vtraq̄ꝫ mādibula ⁊ habens sanguinē: ⁊ cum hoc generās aial sibi simile habet vnum vētrem: sicut homo leo ⁊ canis ⁊ cetera his similia que sūt in pedibꝰ multoꝝ digitoꝝ. Simile aūt his in vētre est aial habēs soleas: sicut equus mulus asinus ⁊ aial habēs in duo scissam vngulam ⁊ tamē hec in vtraq̄ꝫ mādibula dentes habēt sicut porcus. hec enim oia vnuꝫ ⁊ quasi vnius modi habēt vētrem. Animal aūt cuius cibus est ex materia lignea ⁊ spinosa: qd̄ videlicet extremitates arboꝝ rodit ⁊ ramusculos sicut capra habet plures vētres. ¶ Dico aūt omne receptaculuꝫ eē vētrem in quo reponit̄ cibus anteq̄ꝫ purū ab impuro separet̄. Tale aūt aial est etiā camellus ⁊ qd̄libet aial habēs cornua ⁊ carēs dentibus in mādibula superiori: ꝓpter qd̄ etiā nō est camellus sicut aial habēs dentes in vtraq̄ꝫ mādibula quāuis careat cornibus. Et q2 sic camellus accipit cibū: necesse fuit vt vēter camelli esset ita dispositus vt plures haberet vētres. Venter ergo camelli assimilat̄ vētribus animaliū carētiū dētibus in superiori mādibula: eo ꝙ creatio suoꝝ dentiū fuit similis creationi dentiū aialis habētis cornua. Quia aūt cibus camelli fuit spinosus oportuit palatuꝫ esse durū: ꝓpter qd̄ linguā carnosam esse ꝯueniebat in qua cibi sapor sentiret̄. Natura enim in camello vtit̄ palato sicut parte terrestri dentiū ꝓpter qd̄ ruminat camellus sicut aialia cornua habētia. Vētres enim camelli sunt sicut ventres aialiū cornua habētiū: qd̄libet aūt hoꝝ aialiuꝫ hꝫ multos ventres sicut vacca ouis ⁊ capra ⁊ alia his similia. Hi aūt vētres dant̄ a natura aiali vt vsus ⁊ digestio cibi compleat̄ perfecte: ita ꝙ natura epatis trahat ex ea quicq̄d puritatis habꝫ ⁊ qd̄ possibile est cōuerti in nutrimētuꝫ. Cum enim hm̄oi aialia diminuta videant̄ in dentibus cōminuētibus ⁊ diuidentibus cibū: dedit eis natura vētrem post vētrem in quibus cōpleat̄ qd̄ in vsu dētiū esse videt̄ omissuꝫ. Hec enim aialia dura comedūt ⁊ lignosa de terra rodētia ea: ⁊ in hoc modo cibādi dētes anteriores superiores durare nō possunt: q2 ad cōfricationem duroꝝ materia ipsorum euaporaret. Dentes aūt inferiores nō ita fortiter infigunt̄ sicut superiores ⁊ etiā stant recti in radicibus suis: superiores aūt pendent: ⁊ ideo superiores nō diu essent vtiles in tali cibo: ꝓpter qd̄ natura in talibus aialibus dedit ventrem in quo crudus cibus recipit̄: ⁊ postq̄ꝫ mollificatus est reducit̄ ad molares: ⁊ tūc masticat̄: ⁊ hec est comestio que ruminatio vocat̄: ⁊ tūc vēter secūdus recipit cibū digestum hoc modo ꝙ digestio in ipso incepit per mollificationē ⁊ diuisionem: ⁊ hic vēter secūdus est stomachus. ¶ Tertius aūt vēter est intestinū qd̄ cōtinuat̄ ad portanariū stomachi in quo recipit̄ cibus in meliori digestione qua iam separat̄: ⁊ purū eius in partem ad epar a stomacho tractus est cum adhuc in illo intestino decoquit̄ ⁊ purum per meseraicas que illi intestino adherēt exuggit̄. ¶ Quartus aūt vēter est vltimū intestinum: cui postq̄ꝫ de orbo intestino exiuit cibus adherent meseraice: ⁊ hoc est qd̄ vocat̄ ieiunum in quo cibus in vltima est digestione: q2 ibi vltimum purū separat̄ ab impuro: ⁊ impurū quidem totū corruptū eijcit̄ per longaoneꝫ ⁊ anum. Isti aūt vētres grece quideꝫ dicti sunt nominibus diuersis: quoꝝ etiam nos nomina posuimus superius. Et qui vult perfecte cognoscere sitū per aspectū ipsoꝝ legat superius in libro primo huius scientie vbi posuimus ordineꝫ membroꝝ oiuꝫ interioꝝ ⁊ exterioꝝ in anathomia. ¶ Propter eandem autē causam completionis cibi membra recipientia cibum etiā in auibus diuersificantur: q2 enim auis nō habet os cōueniens ad molendum ⁊ masticanduꝫ cibū dentibus: dedit natura quibusdaꝫ auibus membrū in quo cibus mollificatur primū ⁊ alterat̄ anteq̄ꝫ descendat ad stomachum: ⁊ hoc est membrum qd̄ quidam papam dicūt: latine vesiculum gutturis vocat̄: appellatur autem a nōnullis struma auium. Hoc autem membrum supplet defectuꝫ oris: in quo etiam cibus per saliue cōmixtionem ⁊ masticationem mollificat̄. In quibusdā tamē auibus molliora comedētibus vel cibū in aqua sumētibus est isophagus ⁊ nō struma. In quibusdā aūt etiā aliud membrū inuenit̄ in quo complet̄ talis vsus cibi. Et quedā habēt magnum isophagum in quo diu stat cibus ⁊ paulatim descendit vt mollificetur ⁊ calefiat: sicut in grue ⁊ ciconia ⁊ strutiōe ⁊ huiusmodi auibus. Quedam etiā alia habent additamēta ventris ⁊ quedā habent ante ventres quedā additamenta prominentia in quibus reponunt cibum crudum donec alteretur ⁊ mollificet̄. Quedam autem habent stomachū valde spissum ⁊ carnosum ⁊ durum: ⁊ talem stomachū multe habent aues in quo possint reponere multum cibuꝫ per longū tempus ad digerendum. In his enim natura supplet quiddaꝫ omisse operatiōis oris per virtutē caloris stomachi. Quedam autem auium quasi nihil habent eorū que dicta sunt sed potius habent papam siue vesicam gutturis longā valde ⁊ stomachum: ⁊ ille sunt aues aquatice longi colli ⁊ corporis: sicut illa que est mergus magnus niger ⁊ fulica ⁊ huiusmodi: quaruꝫ cibus velociter valde digeritur: eo ꝙ stomachos humidos valde habent aues huiusmodi: ⁊ ideo cibus earum emittitur indigestus: propter quod etiam gulose sunt valde aues ille. ¶ Genus autē pisciuꝫ nō indiget ventre qui suppleat officiū oris: qm̄ fere omne genus pisciū habet dentes excepto genere paruo: qd̄ grece astaros ideo

vocať q: solū ruminat: astaros enim latine sonat ruminās. pauca aūt aialia habētia dentes in vtraq; mādibula rumi-nant. piscis aūt dictus ruminat: q: dentibus caret. Omnes aūt dētes pisciū sunt acuti: ⁊ nulli sunt sicut molares preter solū piscem fluuialem qui carpo apud Germanos ⁊ Galli-cos vocať qui dētes habet in gutture: hic solus iter pisces nobis notos habet dentes latos sicut sunt molares: ⁊ in ore nullū oino dentē habet ⁊ plura alia genera piscium qui sunt in fluminibus Germanie ⁊ Gallie. Sed pisces alij dētes habēt acutos ⁊ multos vt cito diuidāt ⁊ abscidant cibū illa diuisione qua possunt que est mala ⁊ imperfecta: eo q̄ cib⁹ nō pōt diu manere in ore ipsoꝝ: ꝑpter qđ etiā nō habēt mo-lares: ⁊ si haberēt eos essent ociosi ⁊ inutiles preter carponē qui habet mādibulas in gutture: ⁊ cibum clauso ore motu brāchioꝝ digerit. ¶ Amplius aūt quidā pisces carēt omni-no stomacho ⁊ habēt loco eius intestinū qđ ieiunū vocatur sicut sturio ⁊ huso: ꝑpter qđ etiā nunquā cibus aliquis in-uenit̃ in ventribus eoꝝ. Quidam aūt pisces habēt quidem stomachum: sed paruū valde ⁊ breuem: ⁊ cōstat q̄ habent eum ad adiutoriū decoctionis ciboꝝ. Quidam etiā habēt stomachos carnosos ⁊ spissos: sicut sūt stomachi auiū: sicut piscis qui grece taricos vocať. Quidā aūt etiā habēt stoma-chos villosos villis longitudinalibus ⁊ trāsuersalib⁹: sicut piscis quem Germani valre vocant qui habet caput ⁊ os valde magna: ⁊ vētrem habet statim iuxta os suū. Quidaz aūt pisces habent ante stomachos partes prominentes in quibus recipiūt cibum: que quidem prominentie diuersifi-cant tam in generibus pisciū q̄ȝ in generibus auiū. Mem-bra enim ista in piscibus inueniunť superius ⁊ in auib⁹ in-ferius sub gutture in principio intestini qđ ad stomachum dirigit. Quedam etiā aialia generātia sibi similia animalia habēt huiusmodi prominētias in parte inferiori sub guttu-re ad eūdem quem diximus vsum. Omnes vͦo modi spe-cierū pisciū indigestionem in cibo patiunť propter diminu-tionem membroꝝ operantiū cōmolitionem ⁊ digestionem cibi: ⁊ ideo eijciunt superfluitatem cibi cuiusdā: propter qđ etiā sunt valde gulosi. Similiter autem est de omnib⁹ alijs animalibus recta ⁊ nō longa nec inuoluta intestina habēti-bus. Erit enim ab omnibus his cibus cito anteq̄ȝ sufficiē-ter cibus eruggať: ⁊ ideo subito post cibū alius in eis appe-titus cibi generať. Jaȝ aūt superius determinatū est q̄ ani-mal habēs dentes in vtraq; mādibula vētreȝ paruū habet minorem q̄ȝ ea que carēt dentibus in mādibula superiori. Et cōmuniter loquēdo in ventribus eoꝝ duo sunt diuersi-tatis modi. Aliquoꝝ enim ipsoꝝ vēter est similis vētri por-ci: quorūdam alioꝝ que sunt de numero taliū animaliū vē-tres sunt similes ventri canis. Venter aūt porci ⁊ ventres sibi similes sunt maiores: ⁊ habent etiā in itestinis multas inuolutiones vt melius decoquať ⁊ eruggať cibus lōgo tē-pore transiens per inuolutas ⁊ lōgas vias eius. Vēter aūt canis ⁊ similes sibi sunt minores: nec est in eo multum post stomachū ex quo eruccio fiat: quoniā intestinū ad qđ nō cō-tinuanť meseraice: sed est exitus stercoris tm̄ positū statim post stomachū in omnibus talibus ventribus: propter qđ etiam canes multū famescūt ⁊ illi qui inordinatum habent appetitum famē dicunť pati caninam.

¶ Cap. 2ᵐ. De modis diuersitatis intestinorum s̄m diuer-sitates ventrium.

Intestina vͦo etiā diuersanť s̄m ventrium di-uersitatem. Aliquādo enim intestinuȝ est am-plum iuxta portanariuȝ stomachi ⁊ stringit̃ in fine ventris iterioris: ⁊ hoc modo se habet in-testinū canis: propter qđ cū corporis incurua-tione ⁊ cruriū extēsione ⁊ dolore corporis egre-ditur canis stercus ⁊ sibi similiū. Jn pluribus aūt aialibus est ecōuerso: que quidē habēt in intestinis inuolutionē mul-tam: ⁊ emittūt propter amplitudineȝ intestini ⁊ ani stercus de facili sicut aialia cornuta. hec enim aialia ⁊ vētres habēt magnos ⁊ intestina propter magnitudinē corpoꝝ suoꝝ. Fe-re aūt oia corpora aialiū cornua habētiū magna sunt: eo q̄ viridia ⁊ humida comedūt: ⁊ maxime pascunť in locis pa-lustribus: preter caprarū genera que montanis gaudēt pa-scuis ⁊ siccis: ⁊ propter hoc etiā vacce in palustribus ꝯtinue pascētes enormiter grandescūt: sicut apparet in bobus Fri-sie quoꝝ multi crescūt fere ad quātitatē magnoꝝ equorum. hec autem magnitudo accidit ex vsu cibi humidi sicut dixi-mus. Habēt aūt hec aialia colon ⁊ illā partem intestini que vocať orbū: post que duo sequit̃ itestinū strictius qđ vocať inuolutū: ad qđ cōtinuať intestinū rectū qđ lōgaon vocať: qđ ꝯtinuať ad anū per quē exeūt superfluitates. Longaon aūt intestinū vltimū in quibusdā est pingue ⁊ in quibusdaȝ macrū. Omnia aūt hec sagax igeniose formauit nā opera-tiones digestioni ⁊ indigestioni ⁊ egestioni cibi ꝯuenietes: que a quibusdam vocať cibi receptio ⁊ eiusdem decoctio ⁊ exitus superfluitatis. ¶ Amplius aūt postq̄ȝ cibus iceperit descēdere ⁊ peruenerit ad vias amplas itestinoꝝ nō rema-net: sed egredit̃: ⁊ precipue si animal fuerit boni oris siue la-bij in sumendo cibū: q: tūc nō nimis exiccať in ipso: sed ma-net humidus lubricās vias ad faciliorem descēsum. Boni aūt labij siue bone ⁊ multe comestionis est cibus aut ꝑpter magnitudinem corporis: aut propter fortitudinem caloris. Strictū ergo intestinū recipit cibū a vētre superiori qui est stomachus aut ab eo itestino qđ colon vocatur: ⁊ sic a loco amplo vadit ad locū inferiorem: ⁊ ab illo vadit ad intesti-num strictū: ⁊ tūc superfluitas multū eruggit̃ ⁊ efficit̃ sicca: ⁊ sic peruenit ad intestinū inuolutū qđ iuolutū est vt super-fluitas ibi detineať ne subito exeat donec aggregeť ⁊ exeat simul. ¶ Animal igit̃ nō gulosum est qđ in intestino nō hēt multā amplitudinē in parte vicina vētri inferiori: ⁊ qđ hēt cum hoc intestini inuolutionem neq; recta habet intestina. Qđ aūt intestini habet amplitudinē est gulosuȝ: ⁊ precipue si cum hoc habet intestini rectitudinem: rectū igit̃ intestinū subito cibi reducit appetitū ⁊ sepe. Gulosum igit̃ erit pro-pter amplitudinem ⁊ sepe appetēs ⁊ famelicum propter re-ctitudinem intestini. ¶ Amplius aūt q: recens est cibus in vētre superiori: corrumpūt aūt stercus fetidū ⁊ siccū in ven-tre inferiori: opȝ esse intermediū aliud membrum in quo ci-bus altereť a recētia in corruptionem: ⁊ propter illud dedit natura omnibus aialibus membrū siue intestinuȝ illud qđ ieiunum vocať in quo maxime cibus corrumpit̃ cum puri-tate ab eo separata: ⁊ hoc est intermedium inter vētrem su-periorem ⁊ inferiorem. Jn superiori enim cibus est nōdum digestus plene: in iferiori aūt est corruptus: ⁊ in medio mu-tatur ex vna dispositione ad aliam. Jn omni autem anima-li magni corporis est hoc intestinum: ⁊ nunq̄ȝ inuenit̃ in eo cibus acceptus: eo q̄ est res cōmunicans cum duobus lo-cis ventris superiori. s. ⁊ inferiori: ⁊ semper inuenit̃ in mor-tuis vacuum ac si aial nihil comederit: ⁊ hoꝝ oium causam determinauimus in anathomia vētris ⁊ itestinoꝝ. ¶ Am-plius autē dicit Aristo. q̄ tempus alterationis cibi de vna in aliam dispositionem in feminis est aliter q̄ȝ in maribus: quoniam in feminis cibus corrumpi icipit supra intestinuȝ cōmune qđ ieiunum vocať. Jn maribus autem corruptio fit ante orificium intestini in egressu: ⁊ hoc est ante vētrem iferiorem: ⁊ hoc si verum est tamē habet calorem diminu-tum in femina qui citius corrumpit q̄ȝ compleat operatio-nem. Completus aūt calor in maribus causa erit oppositi. ¶ Amplius in vētribus quorūdam adhuc suggētium aia-lium inuenit̃ coagulum aliquādo. Omnia aūt aialia habē-tia vnum vētrem tm̄ carēt coagulo: preter aial qđ dicit̃ pi-losi pedis sicut est lepus. Cum aūt coagulū inueniať in aia-libus multorum vētrium nō inuenit̃ nisi in his que tres vē-tres habēt: nec vnq̄ȝ iuenit̃ in duobus vētribus plenis: sed tm̄ in tertio qui imediate est ante vētrem qui ieiunus vo-catur. Omnia ergo huiusmodi aialia habēt coagulū: ꝑter aialia habētia vnum vētrem tm̄. Animal enim habēs vnū vētrem tm̄ habet lac tenue qđ non coagulatur in vētre sui partus suggētis: propter spissitudineȝ enim lactis in vētre part⁹ lactātis coagulať lac aialis habētis cornua. Anima-lis aūt lac qđ caret cornibus nō coagulať propter oppositū eius qđ diximus: nisi sit pilosi pedis vt in pluribus etiaȝ ca-ret coagulo. Solus enim leporis partus coagulum inueni-tur habere. Animalia autem nō habētia cornua nō habent coaguluȝ: eo q̄ pascunť herbis humidis: ⁊ ipsa etiam sunt humida. Humiditas ergo huiusmodi impedit lactis coa-gulationem in vētre ꝯcepti siue partus lactātis: propter qđ grecorum est prouerbium q̄ nō erit coagulū nisi per vētreȝ harmyxos vocatū: qđ iterpretatur multos ventres habens.

Quidā pisces oino stōacho carent: sȝ loco ei⁹ hn̄t itestinū ieiunum.

Tertio de ptibus aialiū ca. 14. circa dimidium.

Tertio de ptibus aialiū capitulo. 15.

Hoc tamẽ aliq̃ adhuc habet questionem in problematib⁹ determinãdã quã nos in sequentibus absoluemus.

¶ Cap. 3ᵐ. Et est digressio declarans naturam ⁊ ordinem ⁊ vniuersalitatem intestinorum.

Ad intellectũ aũt eoꝝ que dicta sunt dicemus de nominibus ⁊ ordine ⁊ vsu intestinoꝝ vt facilior sit doctrina. ¶ Dico ergo intestina multa esse in homine ad cuius ꝓportionẽ etiã in alijs aĩalib⁹ accipi possunt. Quedã aũt ipsoꝝ valde sunt inuoluta vt morã in eis cõtrahat nutrimẽtũ quousq̃ ex ipo sufficiẽs sibi exuggat epar p meseraicas: aliter enĩ semper aĩal appeteret comedere si vnicũ ⁊ rectũ haberet intestinũ ꝯtinue enĩ ex illo exiret nutrimentũ: ⁊ ꝯtinue egereret ⁊ ipediret per hoc in multis suis operationibus ꝯuenientibus ad vitã. ¶ Amplius aũt q2 vene meseraice suggunt de stomacho ⁊ nõ suggũt sufficiẽs aĩali: ideo nã oĩa necessaria dans ingeniata est ⁊ inuenit inuoluta ⁊ gracilia intestina: quatenus per ipm diuisum nutrimẽtum in paruas particulas facilitatẽ vndiq̃ suggẽdi ꝑberet meseraicis: ita ꝙ id qđ prime dimittunt suggãt sequentes: ⁊ sic per ordinẽ vsq̃ ad vltimas ⁊ sic totũ exuggaꝝ nutrimẽtũ. Sunt aũt intestina que vͦ noĩe intestina vocanꝝ sex numero. Primũ quoꝝ vocaꝝ duodenũ ⁊ hoc est rectũ instinũ ad portanariũ stomachi cõtinuatũ: ⁊ post istud est illud qđ vocaꝝ ieiunũ: post qđ gracilia sequunꝝ intestina inuoluta: ⁊ post illud sequiꝝ id qđ vocaꝝ saccus siue orbũ: ⁊ post saccuꝫ est id qđ vocaꝝ colon: ⁊ vltimũ est lõgaon: ⁊ oĩa hec colligata sunt dorso ligamẽtis apte stringẽtibus ꝭm ꝙ ꝯuenit situi vniuscuiusq̃ eoꝝ. Hoꝝ ãt oĩa superiora sũt tenuioris substãtie: eo ꝙ cõtentũ in eis est humidius qđ findere non põt intestinuꝫ. Ratio aũt tenuitatis est vt melius in ipsa possit agere virtus epatis diegerendo ⁊ suggendo purũ decoctũ. Inferiora aũt intestina sunt pãniculi spissi ⁊ duriores. Dura aũt hec intestina ab orbo incipiũt: eo ꝙ in eis est stercus siccũ a quo humiditas exiccata est: ꝓpter qđ etiã hec intestina seposa sunt intrinsecus vt obuiẽt sua mollitie ⁊ viscositate siccitati stercoris: ⁊ dent ei faciliorẽ trãsituꝫ: ꝓpter qđ etiã pꝫ ꝙ stercus non putrescit operatione intestini: sed potius putrefactione ꝓpria que in ipso est. Superiora aũt nõ sunt seposa: sed tamẽ nõ sine leui ventositate ⁊ humiditate viscosa que faciunt facilẽ exitũ sicut facit sepositas in alijs. ¶ Amplius aũt intestinũ duodenũ continuaꝝ cũ fundo stomachi: ita ꝙ eius orificiũ est orificiũ stomachi qđ portanarium vocaꝝ: ⁊ est in directo isophago: in altera tamẽ parte stomachi. Et sicut isophagus est ad trahendũ aliqđ in stomachũ: ita ecõuerso istud est ad trahẽdũ ex stomacho: hoc est qđ digestũ est in ipso ⁊ nõ est attractũ ab epate. Est autẽ hoc intestinũ isophago strictius: eo ꝙ nõ trãsit per ipm nisi nutrimentũ molle iam in parte digestũ: nec timeꝝ de tali cibo ꝙ scindat intestinũ: sed per isophagũ trãseunt dura que scindere possunt vbi amplitudo largã viã daret duris transeuntibus. Est tamen huius etiã alia causa ꝙ. vꝫ. isophag⁹ nõ nisi per vnã virtuteꝫ operaꝝ que est attractiua ad stomachum. Duodenũ aũt per duas operaꝝ: quarũ vna est expulsiua a stomacho: ⁊ altera est attractiua que est in intestino: ⁊ ideo expeditius impelliꝝ ꝓpter qđ vnice virtuti in isophago subueniri oportuit per intestini amplitudinẽ. ¶ Ampli⁹ aũt istud intestinũ est rectũ a stomacho descẽdens inferius vt sit facilior descensus cibi: quem etiaꝫ ipsa cibi massa nãli motu iuuat ⁊ grauitas: tortuositas aũt ꝑstaret ipedimẽtuꝫ descensus ⁊ tũc stercus impediret mẽbra que sunt circa stomachũ: que sunt epar ⁊ splen. Post duodenũ aũt sequiꝝ id qđ vocaꝝ ieiunũ. qđ ideo nomẽ hoc sortiꝝ: q2 in omni aĩali mortuo vacuũ inueniꝝ. ¶ Cuius sunt due cause: vna q̄deꝫ q2 vicinũ est epati ⁊ cõiungunꝝ ei plures meseraice que cito calore epatis adiute exuggunt qđ est purũ: ⁊ aliud eodẽ calore expelliꝝ ad sequens intestinũ. Secũda causa est: q2 porus fellis dirigiꝝ ad intestinũ istud ⁊ est ibi cholera pura cibi humori impermixta: ⁊ ideo pungendo excitat virtutẽ ad expellendũ: ad illud enim vtilius continuaꝝ porus fellis in quo primũ incipit inuolutio: q2 cũ ibi incipit expulsio comprimendo perficiꝝ in alijs omnibus sequentibus: sed si ad sequentia continuareꝝ expulsione facta in illis non propter hoc fieret in isto. Duodenum aũt ꝓpter suũ rectum descensum tali punctura cholere nõ indiget: ad istud aũt nõ cõtinuaꝝ intestinũ longum inuolutũ gracile ꝓpter qđ etiã a q̄busdam gracilia itestina vocanꝝ in quo per partes paruas cibus diuidiꝝ vt vndiq̃ exuggi possit: ⁊ ad hoc cõtinuaꝝ id qđ vocaꝝ orbũ vel cecũ vel monoculũ qđ est declinans a vẽtre aliquãtulũ ad angulũ posterius in parte dextra habens vnum os tm̃ in quo congregaꝝ cibus donec simul egrediaꝝ. Facilius enim expelliꝝ ⁊ conuenientius simul q̃ꝫ per partes paruas: cõmisceꝝ etiã ibi iterato vt quicquid in eo puri est separeꝝ: ⁊ in isto incipit corrumpi cibus in stercoris dispositionem: ⁊ generantur in eo lumbrici ⁊ ascarides. ⁊ ibi continenꝝ: q2 si nõ staret stercus superius timereꝝ inferioribus intestinis strictis de nimia ventositate que forte scinderet ea. Hoc etiam intestinum propter magnitudinem suã aliquando dicitur saccus vel mãtica: ⁊ hoc est qđ in ruptis defluit in osseum: eo ꝙ inter omnia minus ad meseraicas est suspensum sicut diximus in anathomia. Huic autem continuatur id quod vocatur colon a quo etiam colica passio diciꝝ: eo ꝙ in hoc frequentius fit membro: ⁊ hoc aliquãtulum a mãtica elongatũ tendit in dextrũ versus epar vt sugatur a meseraicis epatis hoc qđ purũ est in ipso qđ superfluit ad cibuꝫ ipsius intestini: ⁊ post hoc declinat in sinistrũ: ⁊ tunc iterum regirat descendendo in dextrũ ⁊ ibi longaoni continuatur: vt sic gradatim ⁊ non cum impetu stercus descendat. Est aũt istud intestinum strictum ⁊ spissum ⁊ seposum: ⁊ huius causa iam scita est superius. Ad istud aũt longaon vltimum intestinuꝫ continuatur qđ eijcit stercus per anum cui inferius continuatur: ⁊ iuuant ipsum ad hoc musculi diuersi eleuantes nates ⁊ extendentes anum: ⁊ cõstringentes intestinum sicut in anathomia musculorum ani ⁊ sicteris dictum est. ¶ Hec igiꝝ de intestinis ⁊ causa sufficiãt: satis enim sciuntur ex isto cause ipsorum quando ad istud coniungiꝝ hoc qđ in anathomia de ipsa dictum est.

¶ Cap. 4ᵐ. De membris interioribus repentium ⁊ eorum que similia sunt eis per longitudinem in quo inest de natura fellis huiusmodi animalium.

Secundum hunc igitur modum est dispositio ventris ⁊ intestinoꝝ ⁊ membroꝝ interioruꝫ in omnibus animalibus sibi similia generãtib⁹. ¶ Sunt autẽ quedam animalia carẽtia pedibus longi corporis sicut sunt serpentes: ⁊ hec tamẽ in longitudine corporis similia sunt quibusdaꝫ pedes habentibus: sicut si lacerta pedibus careret. esset enim sicut serpens. Huiusmodi igiꝝ animalium quedam habent pulmonem: eo ꝙ spirant ⁊ repũt in aere cõuersantia: aut forte ambulant sicut lacerta que spirat ⁊ stellio ⁊ huiusmodi. Quedam aũt non habent pulmonem: sed potius branchos loco pulmonis sicut habent pisces. Nullus autem istorum modoꝝ habet vesicam preter tortucaꝫ: sicut ⁊ pisces vesicã non habent eo ꝙ humiditas salsa in eis trãsit in squamas aut corij sui spinositatem: ⁊ humiditas potus istorum animalium est valde parua: ⁊ non ideo q2 pulmo eorum careat sanguine sicut pulmo auium: sed potius ideo ꝙ non mingũt neq̃ habent vesicam: q2 vrinalis salsa superfluitas declinat ad pẽnas ⁊ ad squamas. ¶ Vera igiꝝ causa non habendi vesicam huiusmodi animalia est ꝙ humiditas a cibo separata in eis est pauca sicut ⁊ in auibus: ⁊ subtile illius humiditatis transit in carnem: ⁊ grossum in squamas ⁊ pennas: he enim due substantie sunt in vrina: sicut probatur quando vrina stat in vase: tunc enim quiddam salsum terrestre residet in fundo. ¶ Est autẽ in serpẽtibus ⁊ in tyris diuersitas generum sicut ⁊ in piscibus: ⁊ sicut est diuersitas in colon ⁊ animal marinuꝫ qđ celeti agreste dicitur generat animal: ⁊ similiter quodammodo facit tyrus. hic enim generat quidem animal: sed prius concipit ouum in seipso sicut sepe dictum est. Omnia igiꝝ huiusmodi animalia habent ventres similes ventribus animaliuꝫ habentium dentes in vtraq̃ mãdibula: ⁊ habent membra anteriora parua ⁊ stricta sicut aĩalia carentia vesica. Membra autẽ interiora serpentum sunt longa ⁊ stricta valde ꝭm sui corporis formationem: ⁊ in hoc nõ assimilanꝝ membris alioꝝ animalium que sunt pulchra ⁊ complete figure ꝓpter amplitudinem corporis sui ⁊ locoꝝ in quibus membra formanꝝ: ⁊ ista animalia omnia habent intestinũ qđ diciꝝ ie-

Quare intestinũ ieiunuꝫ sp vacuũ reperiꝝ.

Quar... tib⁹ ai... pitulo

In Aristotele q̃rto de partib⁹ aialiũ capitulo primo.

Propter q̄d q̄dã aialia vesica carent.

iunum: ⁊ quedã aĩalia habent intestina ⁊ etiã habẽt parietẽ siue diaphragma sub corde. Et similiter omnia aĩalia habẽtia sanguinẽ hec habẽt membra: sed nõ omnia habent pulmonem ⁊ cannã. piscibus enim exceptis qui pro certo pulmonem ⁊ cannã non habent. Adhuc multa sunt que carent eisdem. Situs quidem cãne ⁊ isophagi in omnibus aĩalibus hec duo membra habentibus eiusdem dispositionis est: propter causas quas diximus superius. ¶ Plura autẽ aĩalia fel habẽtia habent ipm super epar. In quibusdã aũt pẽdet ab intestino ieiuno: eo ꝙ nã fellis maxime est ꝓpter ventrẽ inferiorẽ vt pungat illũ ⁊ adiuuet expulsiuã sicut diximus superius. Fel aũt maxime manifestaẽ in piscib⁹: nullus enim pisciũ notoꝝ nobis inuentus est felle carere: ⁊ hoc est ꝓpter frigus ipsoꝝ: hoc enim qd est cholera indigẽt ad expulsionẽ. Sed in quibusdã est super intestinũ: ⁊ aliquãdo inueniẽ fel quasi cõtextũ super oĩa itestina: sicut in aĩali marino qd arayaz quidã vocauerũt. Ex quo perpendiẽ error eoꝝ qui opinati sunt fel creatũ esse ꝓpter sensum: dicebant enim hi ꝙ fel pungit epar vt faciat eũ boni sensus: epar enĩ est insensibile: ⁊ similiter intestina. Adhuc aũt quedã aĩaliũ nullũ oĩno habent fel: sicut equus mulus asinus ⁊ elephas. Camellus etiã nõ habet fel diffinitũ: sꝫ hꝫ fel in paruis venis diffusum. kokyn aũt qd est vitulus marinus non hꝫ fel neqꝫ delphinus. ¶ Amplius aũt in quibusdã generib⁹ animaliũ aliquãdo inueniẽ fel in vno ⁊ non in alio: sicut in mure ⁊ homine. Quidã enim homines habent fel manifestuꝫ super epar: ⁊ quidã nõ habent. propter qd etiã dubium accidit de sensu fellis sicut diximus: ⁊ ideo accidit opinari oẽs homines fel habere ⁊ capras similiter ⁊ oues. Accidit enim aliquando tãtũ esse in quãtitate ꝙ mirabile ⁊ monstruosuꝫ esse videẽ sicut accidit in antiquo tempore ꝙ in climate septimo fuit homo cuius fel fere totũ epar occupauerat in ciuitate quã halzys vocat Aristo. ¶ Adhuc autẽ sicut dixim⁹ in fellibus pisciũ aliquãdo inueniẽ distantia remota ab epate: ⁊ he omnes fellis diuersitates cãm dant diuersa de felle opinantibus. ¶ Opinor aũt eos errare qui sunt in opinione Anaxagore dicentes fel esse causam febrium acutarum: dicunt enim illi ꝙ fel si multiplicetur curret ad pulmonem ⁊ costas ⁊ ad inferius diaphragmatis ⁊ sic diffundit calorẽ febrilem acutũ per totuꝫ corpus. Hoc aũt falsum probatur ex hoc ꝙ sepius expertum est has infirmitates quibusdaꝫ accidisse qui omnino nullum fel habebãt: quoniã si fel fuisset diffusum vt illi dicunt hoc per incisionem fuisset cognitum: ⁊ fuisset manifestũ per anathomiã: sed ꝙ per diuisionem ⁊ experimentũ manifestaẽ nõ cõuenit dictis ipsoꝝ. Videtur igiẽ chistis fellis esse sicut quoddã residuũ reposituꝫ in vase sicut vasa sua hꝫ fex que aggregaẽ in ventre ⁊ in intestinis. Bene aũt ꝯtingit ꝙ nã quibusdã quedã superflua expurgata reseruat in chistis sicut reseruat melancholiã in splene ⁊ cholerã in felle: ⁊ vtitur eis ad vtilitates diuersas de quibus satis dictũ est. Oportet enim nos non latere ꝙ hec necessitas suppositionis fit in nã: omnia enĩ huiusmodi fiunt propter aliquid. In his ergo animalibus quorũ nã epatis est valde sana ⁊ nã sanguinis sui est valde dulcis nõ ebulliens sed temperata: aut non inueniẽ fel: aut si inueniẽ erit sparsuꝫ in venis valde gracilibus: ⁊ forte inuenitur in quibusdã indiuiduis alicuius speciei: ⁊ in quibusdam non propter epar eoꝝ qui carent felle erit boni coloris ⁊ dulcius alijs epatibus. Aliquando tamen etiã quãdo aliquod animal hꝫ fel inuenitur pars epatis que sub felle est valde dulcis: eo ꝙ amaritudo cholere attracta ẽ a felle. Si ergo substantia fellis generaẽ sicut dictuꝫ est ex pauca cholera ebulliente superflua necessaria erit ipsa cõtraria cibo: ⁊ propter hoc separabiẽ ab ipso: omnis enim expurgate de cibo superfluitatis est cibi complexioni contraria: sicut etiã amarum qd abijcitur est contrarium dulci qd attrahitur in cibum. ¶ Ex omnib⁹ igiẽ his manifestuꝫ est ꝙ generatio fellis est ex superfluo cholere ꝓpter aliquid facta a natura: propter quod mirãdus est ⁊ ridendus sermo antiquorum opinantium priuationem fellis esse cãm longitudinis vite. Causa aũt huius erroris est ꝙ considerauerũt quedam animalia habentia soleas ⁊ vngulas sicut ceruos ⁊ huiusmodi: qr fel le carent ⁊ multũ viuunt: ⁊ similiter considerauerunt ea que nõ habẽt hmõi soleas sicut delphinũ ⁊ camellum qui habẽt vngulã: hec enĩ viuũt multũ: ⁊ nõ ꝯsiderauerunt alia aĩalia que fel habẽt ⁊ multũ viuũt. Si enĩ ista ꝯsiderassent nõ dixissent priuationẽ fellis esse cãm longe vite: qr forte erit taꝫ breuis vite si fel nõ expurgeẽ de cibo: aut si nõ sit fel pungẽs intestina sicut diximus in antehabitis de colica in multis inducta ex carentia vel diminutione fellis: aut qr porus ei⁹ quem ad intestina porrigit obstruitur. ¶ Amplius autem rectius esset dicere naturam epatis esse causam longitudinis aut paucitatis vite: qm̃ epar est membruꝫ principale in omnibus animalibus sanguinem habentibus. Epar eniꝫ est membrũ qd habet talem superfluitatem aut caret ea: et alia membra nõ habent hmõi superfluitatem que sunt principalia: qm̃ neqꝫ cor neqꝫ pulmo neqꝫ cerebrum habent fel. Impossibile est enĩ vt fellea humiditas ideo appropinquet cordi: cor enim nihil talium fortium infirmantiuꝫ pati põt: epar aũt est ex membris quibus indigetur vt talis sit in eo superfluitas. ⁊ ideo fel accidit epati tm̃. Irrationabile autẽ est ꝙ etiã flegma crudũ ⁊ fex stercoris ventris nõ esse puteẽ superfluitas ⁊ fel dicaẽ esse superfluum: in his eniꝫ in rõne superfluitatis nõ est diuersitas nisi ꝓm loca in quibus sunt ista. ¶ Dicta igiẽ a nobis est causa propter quã in corporibus quorũdam animalium est fel ⁊ in quorũdam non.

*Quarto de p/tib⁹ aĩaliũ capitulo .2.*

### ¶ Cap. 5m. De generatione myrach ⁊ generatione pinguedinis ⁊ zirbi in myrach.

Myrach aũt arabice quelibet tela vocaẽ: sꝫ nos hic loquimur de myrach operiente ventrem. ¶ Dicamus igiẽ ꝙ myrach est tela in qua est zirbus in habẽtibus zirbũ. Myrach aũt vnũ modũ hꝫ sue positionis tam in habẽtibus vẽtrẽ vnũ ꝙꝫ in habentibus vẽtres plures. Incipit enĩ ex medio vẽtris sub diaphragmate: ⁊ cooperit totuꝫ residuũ vẽtris iferius. Similiter aũt multitudo intestinoꝝ est vna in oĩbus habẽtibus sanguinẽ siue sint agrestia siue aquatica. Myrach aũt in aĩaliũ vẽtribus generaẽ necessario: qm̃ in oĩbus qd vltimo generationẽ hꝫ ⁊ in extremo superextendiẽ ex sicco ⁊ humido permixtis calido decoquente est coriũ siue pellis que generaẽ ex viscositate in extremitate masse circunstante. Locus aũt ventris ⁊ est plenus cibo ex sicco ⁊ calido sic cõmixtis ⁊ ipsa membroꝝ generatio ex tali massa facta est: ⁊ ideo generatio taliũ ea que in ventre sunt circũuoluit pelliũ: propter spissitudinem etiã earũdem pelliũ nõ põt aliquid colari ex cibo sanguineo nisi pinguedo que circũstat pelles illas: hoc enim generaẽ ex subtiliori humido aqueo ⁊ aereo pinguescente: ⁊ hec pinguedo quãdo decoquiẽ multum per calorem digestionis qui vicinus est telis illis remanet magis terrestre ⁊ siccum: ⁊ illud erit zirbum loco substantie carnose sanguinee que in alijs membris generaẽ ex cibo: aliquãdo tamẽ quãdo cibus est valde humidus erit pinguedo ⁊ non zirbum: ꝓm igiẽ hunc modum est generatio zirbi ⁊ pinguedinis. Natura aũt hoc zirbo ⁊ pinguedine vtiẽ ad meliorationem caloris digerentis. Calidum eniꝫ digerit: pinguedo aũt calida est ⁊ custodia caloris: ⁊ ideo cum zirbum sit pingue zirbum emendat digestionem: ꝓpter qd etiã icipit a medio vẽtris inferius: digestio enĩ cibi ex calore epatis est in loco illo. De myrach igiẽ ⁊ cã ipsi⁹ in tãtũ dictuꝫ sit. ¶ In hac tela in intermedio inuolutũ est intestinũ: ⁊ tela cõtinue extẽdiẽ ꝓm totam intestini extẽsionẽ donec tela ipsa perueniat ad venaꝫ magnã ⁊ ad venam que diciẽ adorthi. ¶ Manifestũ est autem qua de causa hoc membrum est in animalibus sanguinẽ habentibus: intuenti enim subtiliter satis apparet ꝙ animal qd capit cibum ab exterius opꝫ ꝙ habeat huiusmodi vasa cibi: ⁊ ꝙ a cibo vltimo digesto efficiẽ sanguis aut id qd est loco sanguinis in his que carent sanguine. Sanguis aũt influiẽ membris per venas que veniunt ⁊ diuiduntur a ventre: ⁊ vadit ad omnia membra sicut succus arboꝝ ex radicibus ad omnes ramos. Arbores enim radices habentes in terra ex eis accipiũt cibũ pro se ⁊ ramis ⁊ omnibus partibus suis: hoc aũt totũ a nobis in libris de vegetabilibus traditum est melius ꝙꝫ hic excogitari possit ad dicendum. Ad hec igitur a nã inuenta est positio intestini medij: vene enim que transeunt in ipm ⁊ colliguntẽ in sinu epatis ⁊ diuiduntẽ ex epate per totum corpus sunt sicut radices. Ibi ergo sicut diximus accipiunt cibum: ⁊ ex illo intrat cibus in ve-

*Quarto de p/tib⁹ aĩaliũ capitulo .3.*

*Quarto de p/tib⁹ aĩaliũ capitulo .4.*

nas ⁊ in corpus. Sic igiť determinatũ ſit de iſtis membris
aialis habentis ſanguinē: declarata eſt eni diſpoſitio oium
ſuoꝝ membroꝝ iterioꝝ fere: ⁊ peruenimus in tractãdo ad
membra diſtincta ⁊ determinatã figurã ⁊ ſitum habentia:
⁊ ſm facultatem noſtram diximus cauſas ipſoꝝ.

¶ Cap. 6m. De his animalibus que carent membris inte-
rioribus ventris dictis: ⁊ que ſunt membra que habēt lo-
co membroꝝ p̄determinatoꝝ.

Quarto de p-
tib⁹ aialiũ ca-
pitulo. 5.

Anteq̃ aũt loquamur de membris exteriori-
bus dicendũ nobis videť de membris gene-
rationi ꝯuenientibus que differentia ſunt in
mare ⁊ femia. Anteq̃ aũt de his generaliter
loq̃mur dicere opꝫ ꝙ malachie genera ⁊ ge-
nera mollis teſte nõ habēt eã quã diximus di
uerſitatē mēbroꝝ interioꝝ: nec etiã habēt alioꝝ mēbroꝝ di
uerſitatē quã habēt aialia ſanguinē habētia. ¶ Adhuc aũt
p̄ter hec ſunt duo genera aialiũ ſanguine carētia que ſunt
dure teſte ⁊ corporis anuloſi: ⁊ iſta etiã nõ habent membra
interiora que p̄determinauimus. ſolũ enim nãe hoꝝ aialiũ
ſm oia ſua genera diuerſa eſt a ſubſtãtia nãe aialiũ haben
tiũ ſanguinē. Jam enim ante diſtinctũ eſt ⁊ ꝓbatũ quedam
aialia habere ſanguinē, quedã aũt nõ: hoc enim declaratũ
eſt ex ſermone diffinitiuo que diſtinguiť inter modos ſpe-
cierũ aialiũ ⁊ ſubſtãtias eoꝝ. ¶ Amplius aũt hi modi aia-
liũ nõ habēt in ſe cauſas membroꝝ interioꝝ que ſunt inte-
ſtina: nõ enim habēt venas aut veſicas neq̃ ſpirãtia ſunt:
⁊ ꝓpterea nõ inueniunť habere niſi membrũ qđ eſt loco cor
dis. Membrũ enim qđ eſt principiũ ſenſus ⁊ cã vite ⁊ mot⁹
opꝫ eſſe principiũ oium membroꝝ ⁊ principiũ totius corpo-
ris in oibus cuiuſcũq̃ generis ſint aialibus. Iſti aũt modi
habēt mēbra que ꝯueniũt receptioni cibi: ſed in ſitu diuer-
ſa ſunt: q̃ſi loca per que recipiũt cibũ diuerſificanť. In orifi
cijs enim malachie ſunt duo dentes ⁊ membrũ carnoſum
loco lingue: ⁊ per hoc ip̄m ſentit ſaporē cibi. Similiter autē
⁊ id qđ eſt mollis teſte hꝫ dentes ⁊ membrũ lingue: ꝯueniēs
habēt membrũ hoc ꝓpter cãm quã diximus in aialib⁹ ſan-
guinē habentibus ad cibũ. vꝫ. recipiendũ. ¶ Adhuc aũt ſm
eundũ modũ aial anuloſum ſanguine carens cibuꝫ recipit
per additamētũ exiens ex ore ſuo: lꝫ hoc nõ oia faciãt. Sed
quedã ſpecies illius generis aialis ſunt genera apiũ ⁊ mu-
ſcaruꝫ ⁊ vermiũ volantiũ que eruce vel bombices vocanť:
ea v̊o que hmõi additamentũ in ore nõ habēt qđ aculeo vi
deť eſſe ſimile: habēt tamē in ore ſuo aliud membrũ per qđ
cibũ recipiũt ſicut formice ⁊ ſibi ſimilia genera. Quidã eniꝫ
more hoꝝ generũ habēt dētes qui nõ aſſimilanť dentibus
alioꝝ aialiũ: ſicut genus formicarũ ⁊ quarũdã apũ: quedaꝫ
aũt nõ habēt oino ſicut ea que cibanť cibo humido tm̃ quē
ſuggunt: plura tamē aialia anuloſi corporis dentes habent
nõ quidē ꝓpter cibũ: ſed ꝓpter arma vt vigorenť ad defen
ſionem. Quedã v̊o aialia marina dure teſte habēt fortē lin
guã ſicut diximus in ſermonibus p̄habitis. Animal aũt qđ
rogale vocať dētes hꝫ cũ forti lingua ſicut habēt ea que ſũt
mollis teſte. Genus aũt malachie longũ poſt os hꝫ ſtoma-
chũ: ⁊ poſt ſtomachũ hꝫ veſiculũ ſicut eſt papa auis: ⁊ dein-
de ventrē. ⁊ ꝯſequenter hꝫ inteſtinũ extēſum perueniens ad
locũ exitus ſuperfluitatis. Membra aũt animalis qđ diciť
Sepion ⁊ animalis qđ diciť multipes ſiue polypus ſunt cõ-
ſimilia in figura ⁊ tactu. Duo aũt membra per que recipiũt
cibũ multum habent ſimilia ventribus: ſed tamē alterum
iſtoꝝ ſimile videť veſicule vel pape. ⁊ alterũ minorem ſimi-
litudinem habet. Diuerſificanť tamē hec duo inter ſe in fi-
gura. totũ enim corp⁹ huius animalis fundať in carne mol
li. Membra ergo hoꝝ animaliũ quaſi ſunt eiuſdem diſpo-
ſitionis: ita ꝙ membra vnius ſunt ſicut membra alterius:
⁊ huius eſt vna ⁊ eadem cã in omnib⁹. nullũ enim hoꝝ mo-
lere aut maſticare valet cibũ aut etiã in ore mollificare pro-
pter qđ habent papam ſiue veſiculũ aut vētrem ſicut etiam
eſt in auibus. ꝓpriũ aũt habent huius generis qđ eſt mala
chie ꝙ ſpermata ſua habēt cõgregata in vaſis mēbranali-
bus propter ſalutem tam indiuidui q̃ ſpeciei. Sperma eni
aliquando eſt arma defenſionis huius animalis: ⁊ ſperma
in alijs eorum eſt applicatum loco a quo exit ſuperfluitas
ventris: ſicut eſt membrum qđ dicitur cãnale qđ eſt verſus
parteꝫ dorſi in longis animalibus: ⁊ hoc quidem membrũ
in oibus malachie ſpeciebus: ⁊ precipue in ſepia eo ꝙ mul-
tum habet valde de ſpermate qđ eſt humor niger in eo: et
quãdo timet eijcit humiditatem illam nigraꝫ: ⁊ facit ex ea
quaſi murum circa ſe: quoniã per ipſam inſpiſſatur aqua ⁊
obſcurať. Animal aũt multipes vel polypus ⁊ id quod vo-
catur cattidos qđ eſt latine calamare habet ſperma in par-
te ſuperiori ſuper membrum qđ grece boſuyꝫ vocať. Sepie
v̊o habent humorem hunc inferius prope ventrem: eo ꝙ
hec humiditas eſt maior in ſepia: q̃ ea vtitur ⁊ ad defen-
ſionem ⁊ ad coitum. Hoc aũt accidit ei ideo: q̃ manſio ei⁹
⁊ regnum vite eius in maiori parte eſt prope terraꝫ: ⁊ habet
aliam defenſionem ſicut multipes habet ſquamoſitatem.
Multipes aũt in timore poſitus inuoluit omne qđ ſibi ap-
propinquat: ⁊ etiam accidit ei ex timore mutari in colore:
ſicut ſepie accidit exitus ſpermatis ex timore. Ex iſtis etiaꝫ
modis malachie pelagoſis eſt etiam id quod vocanť inan-
kys: ſed in ſepia multum eſt iſtius humiditatis plus q̃ in
alijs: ⁊ ideo eſt inferius. Exit autem ab ipſa quando mul-
tiplicata fuerit: ita ꝙ extenditur remote in aqua quã infi-
cit circa ſepiam. hec autē ſuperfluitas eſt ſicut fex alba ter-
reſtris limoſa que generatur in quibuſdam auibus. Sper-
ma igitur in hoc animali ſic aggregatur: eo ꝙ nõ habet ve
ſicam: nec exit cum multa terreſtreitate permixtũ. talis eniꝫ
humor multus eſt in ſepia. Terreſtreitatem autem multaꝫ
ineſſe ſepie ſignificat terreſtreitas pellis ipſius. Multipes
autem non talem habet pellem. In ankys autē eſt cutis car
tilaginoſa ⁊ tenuis: ſuperius autem aſſignata eſt a nobis
cauſa propter quã iſta pars eſt in quibuſdam animalibus
⁊ in quibuſdã non. Accidit autem hoc animali carenti ſan-
guie: ⁊ ſimiliter alijs aialibus ꝙ. vꝫ. fluxum patiantur quã-
do timent ⁊ eijciunt ventris ſuperfluitatem. Quibuſdam
autem veſicam habentibus accidit mingere in timore po-
ſitis. hac igitur ſuperfluitate natura vtitur ad ſalutem ⁊ ad
adiutorium: propter quod etiam habēt cancri ⁊ mollis te-
ſte vocata animalia ⁊ ea que charabo aſſimilanť duos den
tes ex primis dentibus anterioribus: ⁊ inter eos eſt quod-
dam membrum lingue aſſimilatum: deinde orificiũ: ⁊ poſt
orificium eſt ſtomachus paruus comparatione magnitudi
nis corporis ſui: ⁊ poſt ſtomachum eſt inteſtinum qđ eſt vē
ter inferior. In cancro tamen ſunt alij dētes inferiores pri-
mis: eo ꝙ primi exteriores ſufficiunt ad abſcindendum ci-
bum: poſt ventrē aũt eſt inteſtinũ extenſum per caudã per-
ueniens ad locũ exitus ſuperfluitatũ: ⁊ hec quidem mem-
bra ſunt in quolibet aiali dure teſte. Sed in quibuſdã eorũ
ſunt diſtincta diſtinctione maiori: ⁊ in quibuſdã minorē ha
bent diſtinctionē. In aiali enim qđ eſt maioris corporis di
ſtinctionē habēt manifeſtã. ¶ Animal aũt qđ rogalio vocať
duros hꝫ dentes ⁊ acutos: ſicut ſuperius diximus: ⁊ mem-
brum qđ eſt inter dentes eſt carnoſum ſicut membrũ mala
chie ⁊ mollis teſte: ⁊ hꝫ additamētũ ſicut diximus ſuperi⁹:
factura aũt additamenti eſt quaſi media inter facturã lin-
gue ⁊ aculei. Poſt aũt ſuũ hꝫ membruꝫ ſimile quaſi ſtrume
auiũ: deinde hꝫ ſtomachũ: ⁊ poſtea ventrē ⁊ in vētre illo eſt
ſuperfluitas que myton appellať: ⁊ poſt ventrē eſt inteſtinũ
extenſum incipiens ex loco mycon p̄cedens ad anũ: hui⁹
aũt ſuperfluitas eſt in oibus dure teſte aialibus: de qua q̃-
dam opinanť ꝙ ſit aliquid comeſtuꝫ a dictis animalibus.
Diſpoſitio aũt alioꝝ quorũdam animaliũ que dicunť aſto
myoꝫ ſunt ſimilia cum fere ſint diſpoſitio modoꝝ charabo
ſiue locuſtarũ maris: ⁊ hec ſunt ſicut barcora ⁊ id qđ kykys
q̃dã vocãt. ¶ In generib⁹ aũt animalis dure teſte ſunt mo-
di valde multi. Quidã enim modoꝝ aſſimilanť aſtornyos
ſicut diximus: quedam aũt habent duos culmos ſicut duas
conchas: ⁊ quedam habent culmũ vnũ ſeu conchã. Aial eni
qđ eſt ſimile ei qđ vocať aſtarynoꝫ aſſimilať vno modo ha
bens duos culmos in eo ꝙ hꝫ duo coopertoria ſuper illud
quod apparet de carne eius. hoc enim inuenitur in omni-
bus iſtius modi aialibus a tēpore generationis ſue ſicut in
barcora ⁊ in kyriken ⁊ hyrmon ⁊ ſibi ſimilibus: ⁊ ſi teſta illa
non cooperiret carneꝫ eius vbiq̃ accideret ei occaſio ex oi-
bus reb⁹ extrinſecis tãgentib⁹ ip̄m. Animal v̊o habēs vnũ
culmũ melius ſaluatur: eo ꝙ teſta eius eſt dura ⁊ fortis in
poſteriori ſui corporis: ⁊ illa teſta exit ei ſuper carnes ſicut
duo culmi nõ longi: ſed ꝓpinqui ꝓpter coopertoriũ ꝓpin-

digitis anteriora proueniant opera ex multitudine digito-
rum in pedibus anterioribus qui loco manuum sunt. Ani-
malia autem multorum in pedibus digitorum habētia in
posterioribus pedibus quinque digitos repunt super terrā
incedētia: qa a poplite totum crus posterius ponunt in ter-
ra: ꝓpter qd̄ posterius idiget sustētari sup multos vngues:
vt sit motus velocior ⁊ leuior ad eleuandum latera eius a
terra: ⁊ sic eleuetur caput. Sic igitur de causa manuū ⁊ eoꝝ
que loco manus in animalibus sunt dictum est.

¶ Cap. 3m. De causa figure pectoris ⁊ mamillarum in hoīe ⁊ in alijs etiam animalibus.

Inter humeralia autē ⁊ pedes anteriores in
quadrupedib⁹ est ps manifesta corporis que
pectus vocatur: hec tamen pars in homine
est inter humeros ad quos bracchia colligā-
tur ⁊ ventrem: qa si totum qd̄ est inter hume-
ros ⁊ pedes in homine accipiatur: id vocatur
clybanus cōtinens totum cōcauū corporis: ⁊ hoc noīe ēt vo-
cat̄ in alijs aīalib⁹: ⁊ ſm hoc regio spūaliū que cōtinet cor
⁊ pulmonem super diaphragma existens vocatur ꝓprie pe-

ctus vel

Propter qd pollex digitus factus ē grossus ⁊ breuis.

Quarto d pte b⁹ aīaliū ca. 9. circa dimidiu

ctus vel thorax: ⁊ regio inferior sub diaphragmate vsq; ad
initium coxarum vocatur clibanus cōmuni nomine: eo ꝙ
in ipso coquuntur ea que pertinēt ad nutrimentū. Sic igiṫ
accipiendo pectus: pectus hominis solius iter animalia la
tum est: rationabiliter quidem eo ꝙ humeri colligati sunt
ad latera superius: ad dextrum. vz. ⁊ ad sinistruz que pectꝰ
multum dilatant. ¶ Adhuc aūt cūz spiritus in homine sint
nobiliores ⁊ subtiliores: oportet spirituum regionē eē am/
plam ⁊ latam in qua diffundūtur: talis autem latitudo pe/
ctoris nō potest esse in quadrupedibus: hoc enim ꝓpter di
ctas in precedētibus causas prona sunt anterius in terraz:
⁊ indigent pedibus anterioribus ad corporuz sustentatio/
nem magis: posterioribꝰ autem magis ad ambulādum: di
uaricati autem pedes anteriores non bene portāt corpus:
quoniam grauitas corporis magni deprimeret ⁊ depende/
ret in medio: ꝓpter qđ coniunctim infixa oportet esse ante/
riora fulcimenta: coniunctis autem illis oportuit in medio
pectus stringi ⁊ acui quasi in angulum: ꝓpter qđ pectus ho
minis latitudinem habet maiorem ⁊ profunditatem mino
rem. Pectus autem quadrupedum profunditatem hꝫ ma
iorem ⁊ latitudinem minorem. Latitudo autez in vtrorūq;
pectoribus proportionabiliter est equalis furcula colli vsq;
ad clibanum: ex hoc causatur vlterius ꝙ animalia quadru
pedia non poterāt habere mamillas in pectore: qa coniun/
ctionem anteriorum crurium impediret ⁊ ambulationem:
diuaricata enim crura anteriora omnino impediūt ambu/
lationem ⁊ cursum in quadrupedibus: sed diuisa ⁊ diuari/
cata crura posteriora in eis moderate ⁊ temperate faciunt
ambulationem ⁊ cursum ⁊ expediunt. In homine autez est
econtrario: qa diuaricata crura impediunt ambulationez
⁊ coniuncta expediūt. Et ideo mamille mulieris in pecto/
re sunt posite ⁊ ablate sunt ab inguine: ⁊ in quadrupedibus
posite sunt in inguine ⁊ ablate a pectore. Et qa mulieris pe
ctus est carnosum laxe carnis: ⁊ ideo habet mamillas car/
nosas dependentes laxe carnis exeuntes: ⁊ tales etiaz qua/
drupedia habent in inguine ꝓpter similem cām. Lꝫ autem
mamillarum figura resultet in viris: tamen non hñt perfe/
ctas mamillas sed mulieres: qa natura vtiṫ mamillis mu/
lierum ad operationez magnā sine qua non saluatur spēs:
⁊ hec est cibatio partus: ⁊ ad hanc nō vtitur mamillis in vi
ris. Quare autem resultatio quedaz mamillaꝝ est in viris
in tractatu de anathomia dictum est. Mamille autē in mu
lieribus sunt due per se distincte eo ꝙ latera sunt ad que ra
dicātur mamille ⁊ continuantur. Non autem erat possibile
vt animalia quadrupedia haberēt mamillas in pectore p̄/
ter symiam que similitudo est hominis: qa si haberent eas
in pectore grauarent ⁊ impedirent ambulationem ⁊ motuz
sicut diximus in p̄habitis. ¶ Amplius autez animalia pau
coꝝ filiorum que habent soleas corneas pedū non diuisas:
aut etiam que habent vngulam diuisam in duo: habēt ma
millas in inguine siue coxis: ⁊ vt frequenter hñt duas ma/
millas coniunctas in vnum: ⁊ duos conos mamillaꝝ: que/
dam tamē pauca q̄tuor vbera coniuncta vidētur habere ⁊
quatuor papulas mamillaruz: sicut vacca domestica ⁊ que/
dam alie vacce. Animal autē multoꝝ partuum qđ in multa
diuidit pedem hꝫ multas mamillas sicut canis ⁊ porcꝰ: qui
lꝫ vngulam in duo diuidat: tamē est multorū partuū. Que/
dam etiā in multa diuidentia pedem quādo sunt paucoruz
partuū habent duas vngulas tm̄: sicut leena que duas tm̄ ha
bet mamillas in medio ventris. Lꝫ autem leena sit pauco/
rum filioꝝ: non tamen ideo est paucaꝝ mamillarum: sꝫ po/
tius ideo qa est pauci lactis ꝓpter calorem ⁊ siccitatem cō/
plexionis. Cibus enim suus virtute caloris transit in cor/
pus. Calidum enim est ⁊ siccum animal ⁊ raro comedit: et
tunc quādo comedit: comedit carnē que cito ad corpus cō/
uertitur ꝓpter symbolum qđ habet ad illđ. Elephas v̊o fe
mina duas habet tm̄ mamillas in subascellaribus. Causa
autem paucitatis mamillaꝝ est: qa non parit nisi vnū fetū.
Due tm̄ sunt: qa duo sunt latera ad que fluit lac. Sub ascella
ribus autē sunt ꝓpter distantiam crurium anteriorum que
causatur ex magnitudine corporis. Causa autem ꝙ nō sūt
prope coxas est qđ est animal fissi pedis: lꝫ fissure sint coniū/
cte propter pedis confortationem: ⁊ precipue ideo qa ꝯue/
nit ei lac multum spissum ꝙ multum habeat de nutrimen/
to terrestri: ⁊ oportet vt tale lac multo calore digerente in/
spissetur: vnde oportet vas suum esse prope calorez cordis.
Quedaz autem animalia habent multas mamillas ⁊ mul/
tum lac sicut porca: ⁊ hec habet ꝓprium ꝙ primam mamil/
lam dat primo partui: ⁊ secūdo secūdam: ⁊ sic de alijs. Pri
mam autem voco que ꝓpinquior est subascellari dextro: eo
ꝙ in illa lac est melius coctum. Propter hoc enim elephas
femina habet duas mamillas tm̄ ⁊ in loco quem diximus.
¶ Amplius aūt mamille animalis multorum partuuz sunt
in ventre: quoniam animal qđ habet multos partus indi
guit multis mamillis. Et qa in latitudine non possunt dis/
poni plures duabꝰ: eo ꝙ nō sunt nisi duo latera: dextrum ⁊
sinistrum: oportuit situm mamillarum esse in longitudinez
sm̄ duas acies in duobꝰ lateribus vētris in spatio qđ est i/
ter coxas posteriores ⁊ anteriores. Animal v̊o carens mul/
tis fissuris in pedibus ⁊ manibꝰ ⁊ pariēs simul paucos par/
tus habet distinctas mamillas sub coxis posterioribꝰ: sicut
camella ⁊ asina ⁊ equa: hec enim animalia raro pariūt nisi
vnum. Et similis est dispositio animalis non habentis so/
tularem: sed diuisam in duo vngulā: sicut apparet in cerua
⁊ vacca ⁊ capra ⁊ similibꝰ. Et causa illiꝰ est; qa maxima ps
crementi fertur in partes corporis anteriores: ⁊ ideo ille ī/
digent cibo plurimo: pars aūt inferior corporis cōtrarie est
dispositiōis: ⁊ ideo natura posuit ibi mamillas: qa vbi mi/
nus conuertitur de cibo ad corpus plus conuertitur in lac:
ad illā enim partem inferiorem. vz. naturaliter est cibi mo/
tus eo ꝙ est grauis: ⁊ ibi est conuersio eius in lac facilior ⁊
multiplicior receptio eius in mamillis. ¶ Amplius aūt ma
res ⁊ femine in genere hoīuz hñt aliquo modo mamillas:
mares aūt in multis alijs aīalibus non habent aliquod si/
gnum mamillaꝝ: equi tm̄ quādo in colore ⁊ alijs dispositio/
nibus assimilātur matribus aliquādo habent: ⁊ quādo as/
similantur patribꝰ nūq; habēt signa mamillarum. Sic ergo
de dispositionibus mamillarum determinatum est.

¶ Cap. 4m. De causa ⁊ dispositione membrorum genitaliū in maribus ⁊ feminis: ⁊ de cauda animalium: ⁊ de disposi/tione pedum eorum.

Quarto đ ptibꝰ aīaliū ca. 9. vsus finem.

Medium autē pectoris ex vtraq; parte continuū
est cum extremis laterum ꝓpter causam quā su
perius diximus: ⁊ etiaz ideo vt non ꝓhibeatur
per mediū pectoris cibi transitus in stomachū.
Infra autem cōplemētum pectoris sunt mēbra
deseruientia: sicut via ad dextrum superfluita/
tis sicce ⁊ humide: ⁊ hec sunt vt frequenter in fine membri
qđ dicitur venter in cōmuni. Vtiṫ autē natura eodē mem/
bro tā in mare q̄ in femina ad exitum superfluitatis humi
de ⁊ spermatis preterq; in paucis valde speciebus siue mo
dis aīalium sanguinem habētium. Causa autē illius eē vi
deṫ: qa natura paucis se expedit quādo hoc est possibile: et
ideo superfluitates que sunt in vno gñe cōi expellit per mē/
brum vnū ⁊ idem: sunt autem in vno genere cōi superflui/
tates humide: sicut sperma ⁊ vrina ⁊ sanguis mēstruus in
feminis: ⁊ ideo expellit omnes has per poruz vnū ⁊ eundez
qui est vulua feminaꝝ. De spermate autē ⁊ mēstruo hic di
mittentes inferius pertractabimus; oportebit eni inferius
cognoscere que est dispositio spermatis ⁊ que accidētia ipsi
conueniāt: ⁊ que sunt differentie spermatis maris ⁊ femie
⁊ de impregnatione: omnia eni hec cognoscentur in sermo/
ne de generatione. Manifestū est autem ꝙ figure istorum
membroꝝ que genitalia vocantur in maribꝰ ⁊ feminis sūt
conuenientes operationibꝰ eorum. Mēbrum v̊o masculo/
rum ad coitum ordinatuz multas valde habet differētias:
hoc autē est qđ conuenit oībus in cōmuni virgis virilibus
ꝙ quelibet virga virilis naturaliter est neruosa. ¶ Adhuc
aūt conuenienter accidens huic membro est ꝙ solū mēbrū
inter omnia mēbra corporis augeṫ ⁊ diminuitur sine lesiōe
substantie mēbri. Augmētum v̊o eius est quādo itumescit:
⁊ tunc est ꝯueniens coitui. Diminutio v̊o est quādo nō ex/
tenditur sed concidit: ⁊ tūc est cōueniens alijs rebus: ⁊ si nō
esset aliquādo diminutū multas suas impediret operatio/
nes. Est enim substātia eius talis ꝙ iste due res possunt ei
cōuenire: augmētū. vz. ⁊ diminutio. Creatio enim ipsiꝰ est
ex neruo ⁊ cartilagine ꝓpter qđ extenditur in venis adue/
niente ei spermate ⁊ ventositate: ⁊ per vētositatē vie perso/

Virile mēbrū hoc hꝫ sibi peculiare ꝙ augeṫ ⁊ diminuiṫur sine aliq̄ lesione.

rentur ad spermatis liberum exitū. Quedam autem femi/
ne quadrupedum aīalium mingunt retro: eo ꝙ talis figu/
re ⁊ positio vulue est conueniens suo coitui. Ex numero au
tem marium quadrupedum que mingūt retro est elephas
⁊ leo ⁊ cattus qui figura est leonis siue resultatio quedam:
sicut symia est resultatio obscura hominis. Similr autē re
tro mingit camellus ⁊ id qd nomine ꝓprio animal pilosum
nominat. Nullum autem aīalium soleas habentium retro
mingit si est masculus. Hoc autē membrum qd est in poste
rioribus animaliū ꝓpe coxas ⁊ crura ⁊ cauda vocat est in
homine quo ad modum facture hominis ecōtra creationi
aliorum aīalium quadrupedum: oīa enim animalia q̃dru/
pedia habent caudam magnā vel paruam: nō illa solūmo/
do que generāt animalia: sed ouantia quadrupedia etiam
habēt caudam magnam vel paruā: ⁊ quedam etiaʒ caude
habent pilos: ⁊ quedam nō: homo vō non habet caudā oī/
no: sicut neqʒ aliqd animal q̃drupes habet anchas. ¶ Cau

Propter qd hō nō hʒ caudam.

sa autem hoīem non habere caudam est ꝙ cauda principa
liter est ad tegendum anū ne infrigidet: homo autē habʒ
coxas multum carnosas sufficiēter anum tegentes: ⁊ carno
sitas ipsa ad se trahit substātiam caude. Preterea cum hō
sit erecti corporis cauda impediret motum eius ⁊ incessum
⁊ sessionem: ⁊ ideo optime homo cauda priuat: alia autem
aīalia priuantur carne in natib⁹: ita ꝙ non hūt tātā carnem
in eis sicut homo. Lʒ enī animalia generātia animalia ha/
beant coxas ⁊ crura ⁊ creatio eoꝝ sit ex ossibus neruis: ⁊ for
te habeāt carnem multam in eis sicut equi pingues: tū qa
nō sunt erecti corporis nō tegit eis anus per coxas ⁊ nates:
vnde in omnib⁹ fere est vna causa: qa. vʒ. solus homo inter
omnia aīalia est erecti corporis sicut dixim⁹. Ut ergo sit re/
gularis declinatio corporis ⁊ via regularis ad partē inferio
rem ꝓpter leuitatem ⁊ planitiē abstulit natura carnē a cor/
poris partib⁹ in descēsu existentib⁹ ⁊ addidit ipsam ad na/
tes: ⁊ fecit ibi musculos maiores q̃ʒ sint in aliqua parte cor/
poris: ⁊ ꝓpter hoc anche hoīs multū sunt carnose: ⁊ id qd
est ꝓpe coxas ⁊ domesticuʒ cruris: tā super genu q̃ʒ sub ipo.
Adhuc aūt studuit natura ne esset nimiū pondus corporis
super crura gracilia ⁊ vt rectū proportionabiliter diminue/
ret corpus hoīs: qa sic ⁊ facili⁹ fertur ⁊ cōgruit magis suis
operibus. Coxe vō ⁊ crura animaliū quadrupeduʒ sunt ex
neruo ⁊ osse fortib⁹ ad corporis pōdus portāduʒ: ⁊ quatuor
quidem pedes sunt sicut quatuor fulcimēta ante ⁊ retro ꝓ/
pter qd animal quadrupes nascit sine labore: homo vō ere
ctus lōgo tēpore stare nō potest: sed indiget quiete: tum ꝓꝑ
teneritudinem cōponētium: tuʒ ꝓpter hoc ꝙ totuʒ corpus
īminet duobus tm̄ fulcimētis. Coxa igitur sicut patet ex di
ctis ⁊ domesticum crurium in homine sunt multuʒ carno/
sa ꝓpter causam que dicta est: ⁊ ideo caudaʒ non habet; qa
cibus totus transit ad nutrimentum coxaꝝ ⁊ crurium. Et
qa habet anchas carnosas cauda caret qua necessario idi/
geret si predicta non essent. Aīal autē quadrupes ⁊ alia ge
nera sunt ecōuerso: quoniam maior multitudo carnis eoꝝ
⁊ ponderis est in parte anteriori: ꝓpter qd non habet an/
chas ⁊ crura valde carnosa respectu sui corporis: nec crura
sunt eis multum grossa ⁊ dura in musculis natium ⁊ in su/
ris sub poplite. Ut igit ex alio sit membrum ani a quo exit
superfluitas custoditur: ⁊ similiter genitalia que magna in/
digent custodia a frigore ⁊ nocentibus fecit eis natura cau
dam. Symia vō non habet anchas eo ꝙ forma eius est cō
posita ex forma hominis ⁊ quadrupedis: ⁊ posterius mag
assimilatur quadrupedi. ¶ Ampli⁹ aūt in caudis sunt mul/
te differentie quibus natura nō vtitur ad vnū opus tm̄ qd
est ani custodia: sed ad multa adiutoria: hec igit est dispo
tio genitalium ⁊ caudaꝝ animalium. ¶ Ampli⁹ autē in pe/
dibus qui multum sicut diximus in cauda cōicāt est multa
diuersitas animalium. Quedam enim in pedib⁹ habēt so/
leas tm̄: ⁊ quedam habent sotulares: ⁊ quedaʒ sunt fissi pe/
dis in duos aut plures digitos: solee autē sunt in animali/
bus habētibus magnum corpus. In qbusdam multa pars
terrestris deriuata ad magnoꝝ ossium nutrimētuʒ transit
in soleas pedū loco cornuum: soleas enim dico partem cor/
neam pedis quā vsitate calcem vocant: ⁊ aīalia illa cum nō
habeant culmos dentium aut cornua totū terrestre ad cal/
cem pedū trāsmittunt: qa pede indiget munito ꝓpter pon/
dus corporis: ⁊ vt in ipso arma habeat defensionis. Solee
enim in ipsis non sunt nisi loco multoꝝ vnguium continua
torum: ita ꝙ est sicut vnguis vnus: ꝓpter qd etiā hmōi ani
malia a natura chabab non habēt. Chabab autem poste/
riores vngues voco qui inferius in posteriori crurū respi/
ciunt in animalib⁹ in duo vngulam findentibus: ꝓpter qd
etiam hec aīalia difficulter pedes flectūt posterius: qa cha
bab non hūt. Pes autē habens chabab est sicut hūs duos
angulos: ⁊ tunc duas habet inflexiones: ⁊ facile aperitur et
claudit: siue extendit ⁊ cōtrahitur: habēs autem vnū angu
lum non habet chabab ⁊ ille difficulter magis cōtrahitur ⁊
extēditur: chabab tamen magis est ad fixionē pedis q̃ʒ ad
motum: ꝓpter qd etiam aīalia non habentia chabab diffi
cilius inflectunt pedes posteriores. Chabab autē est sicut
mēbrum extraneum a pede inter duo mēbra positum: popli
tem. vʒ. ⁊ pedem: ⁊ inducit pōdus vt habeat aliquam spālē
vtilitatem: facit aūt ad fixionem pedis vt dixim⁹ ꝓpter qd
etiam chabab nō dat pedib⁹ anterioribus eo ꝙ illi sunt le/
uioris ⁊ fortioris fixionis: nō enim sic dispositi debent eē pe
des ꝙ posteriores sint fortiores ⁊ magis firme fixionis: qa
per illos magis aīalia torquent ⁊ inuoluūt gressus suos q̃ʒ
figant per ipsos. Animalia autē in duo diuidentia vngulā
siue sotulares duos habētia in pedibus habent chabab: ꝓ
pter qd etiam pedes ipsoꝝ sunt leuioris motus. Ea autem
que nec soleas siue calces habent nec in duo vngulam diui
dunt: sed multos habent: ⁊ si chabab haberent nō possent
esse multoꝝ digitoꝝ: digiti enim dominant super locū cha/
bab: ⁊ propter hoc sotulares sunt in plurium aīalium pedi/
bus que chabab habēt. ¶ Amplius aūt homo rationabilr
magnos habet pedes respectu sui corporis: tales enim exi
stentes ferre possunt pōdus sui corporis: ꝓpter qd etiā ha/
bent longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ pluralitatem digitorū:
lōgitudo autem digitoꝝ econuerso est longitudini digitoꝝ
manus: operatio enim manuuʒ est in acceptione ⁊ retētio/
ne: ⁊ ideo sunt longiores: ⁊ si non esset longitudo digitorum
⁊ laxa iunctura articulorum ⁊ flexibilitas non optima eēt re
ceptio: operatio autem pedis est ad figendum pedū pedeʒ
⁊ portandum corpus: ⁊ ideo digiti pedis fortis sunt creatio
nis ⁊ curtioris: qa sic melius ferunt congrue etiā principiū
siue finis: aut extremitas pedis anterior hʒ fissuram in digi
tos: ideo ne occasio infirmitatis accidēs digito vni accidat
alteri: ꝓꝑ qd ēt vngues facti sunt in extremo digitoꝝ ad cu
stodiā: scissio ēt pedis facit ad fortiorē ⁊ firmiorē fixionē.

¶ Cap. 5m. De membris quadrupedum ouantium mani/
festis ⁊ causis eorum physicis.

Quarto [...] tibus anima[...] lium cap. [...]

Sic igitur determinato de membris animaliū
habentium sanguinem: ⁊ animalium quorū/
dam ouantium: dicemus iteruʒ ꝙ quedā ani
malia habent quatuor pedes: ⁊ quedaʒ carēt
pedibus oīno sicut serpentes: iam autem teti
gimus cām quare serpentes carent pedib⁹ in
prehabitis vbi locuti sumus de motu serpentiū. Dicemus
autem etiam adhuc in sequentib⁹ vbi de natura reptilium
prosequemur in speciali. ¶ Animalia autē quedā habēt for
mam sicut est forma quadrupedis ouantis: ⁊ hoc animal ēt
habet caput ⁊ membra quidem que in eo sunt que dicta est
in aliis. Animalia vō habentia sanguinem linguam habēt
in ore preter tencheam. Opinio enim est ꝙ hoc animal nō
habet linguam: sed aliquid loco lingue. Aquosa enim mul
ta carent lingua sicut in ante habitis dictum est. In piscib⁹
enī non apparet lingua nisi diligenti inspectione: valde enī
sunt gulosi: ⁊ lingua eoruʒ non est soluta neqʒ prominēs: nō
enim indigent lingua nisi parum ad gustandum ⁊ non ad
masticandum. Hoc ergo membrum qd in eis est loco lin/
gue sentit humiditates siue sapores: ⁊ sapor quidē cibi erit
in piscibus in descensu cibi ad interius: pisces enim ⁊ sibi si
milia aīalia in transglutione sentiunt res calidas pingues
⁊ paucos alios sapores. Animalia autem que generant ani
malia habent istum sensum: ⁊ sentiunt fere omnes sapores
cibi in transglutiendo. In ipsa enim isophagi apertione ci/
bi sapores percipiunt: ⁊ ꝓpter huiusmodi debilem sensum
cibi gulosi sunt valde pisces: ⁊ multi sunt appetitus ad ci/
bum: etiam ꝙ quidaʒ non possunt vel vix possunt abstine/
re a cibo ex quo senserint saporem ipsi⁹: pisces igitur ex his

similia

similia sentiunt modo quo diximus. Ex animalibus autē
quadrupedibus ouantibus est lacerta cuius lingua aū fis/
sa est in duos ramos sicut lingua serpentis: ⁊ extrema illo/
rum ramorum sunt gracilia sicut pili: chochi autem etiam
habent linguam fissam in duos ramos: propter qd etiā oēs
isti modi animalium facti sunt acutorum dentiū que sunt
quadrupedia ouantia: dentes enim horum animaliū sunt
sicut dentes piscium: sed omnia instrumenta sensuum ine/
niuntur in istis modis animalium sicut in alijs animalib⁹:
⁊ habent nasum qui est organuꝫ olfatus: ⁊ oculos qui sunt
organa visus: ⁊ auriculas que sunt organa auditus: sed nō
habent auriculas prominentes: sicut neqꝫ in auibus promi
nēt: ita ꝙ sunt in eis tm̄ vie auditus: ⁊ causaꝫ illius in ante
habitis vt in auibus quidem diximus esse duritiem cutis:
⁊ similiter est in istis. Aues enim habent plumas ⁊ alas pē
nosas quibus induratur cutis. Hec enim animalia habēt
cortices aut squamas que dura sunt naturaliter: sicut patet
in tortuca ⁊ serpentib⁹ magnis ⁊ tenchea ⁊ alijs cocodrillis
fluuialibus: ⁊ squame etiam ossibus duriores ⁊ fortiores:
sunt enim de natura ossium: ⁊ ꝑpter hoc superius diximus
ꝙ omnes isti modi carent palpebra superiore: sicut ⁊ aues
non claudunt oculos per palpebram superioreꝫ sed per in/
feriorem: sicut animal de quo diximus oculos nequaquam
claudit eo ꝙ cutis eius durior est cute auium: ⁊ fricatio ei⁹
super oculos lederet substantiam oculi. Aues autem clau/
dunt oculos membrana sicut diximus superius: eo ꝙ indi/
gent acuto visu: qa aliter non longe possent contēplari escā:
⁊ tunc malum esset regimen vite sue: modus animaliuꝫ di/
ctorum duros habet oculos obtusi visus: eo ꝙ non indigēt
visu acuto: quoniam mansio eius est in lapidibus ⁊ forami
nibus ⁊ fissuris terre ⁊ edificiorum. ¶ Amplius autē caput
istius animalis est diuisum in duo. s. in partem superiorem
capitis que tota sibi coheret os: ⁊ est multum solidum ⁊ in
mādibulam inferiorem que alligata est ossi capitis homo
⁊ omne animal quadrupes mouet mandibulaꝫ vnam que
est inferior motu triplici. s. ab inferiori superius: ⁊ a supe/
riori inferius: ⁊ in latus a dextro ad sinistrum ⁊ econuerso:
iste enim est actus ⁊ operatio mandibule: qa motus ab in/
feriori superius est ad cibum diuidendum: motus autem
in latus est ad conterendum ⁊ molendum eūdem. Pisces
autem ⁊ aues mouent mandibulam inferiorem superius ⁊
inferius tm̄: motus enim in latus sicut diximus ꝯuenit ma
sticationi ⁊ contritioni siue mollificationi cibi in expressiōe
humoris proprij ⁊ permixtione humoris saliualis: hoc aūt
non conuenit piscibus propter causam quā superi⁹ sepe di/
ximus: propter qd natura priuauit eos isto motu ⁊ molari/
bus pertinentibus ad hunc motum vt in pluribus: eo ꝙ na
tura nihil facit ociose: ⁊ vniuersaliter omne animal notuꝫ
nobis mouet mandibulam inferiorem preter tencheā que
mouet superiorem. Causa autem illius est: qa cum pedes
eius sint valde parui proportione corporis sui non sunt cō/
uenientes ad accipiendum ⁊ tenendum cibum: propter er/
go restaurum huius defectus aptauit ei ad motuꝫ natura
mandibulam superiorem: vt vno eodemqꝫ instrumento ac
cipiat ⁊ teneat ⁊ diuidat cibum. Manifestuꝫ eni est ꝙ per/
cussio que fit a superiori fortior est multo ꝙ̄ illa que fit ab i/
feriori: ⁊ ideo vt esset vnum idemqꝫ instrumentum conue/
niens ad accipiendum ⁊ tenendum ⁊ incidendum: cū neqꝫ
manus neqꝫ pedes haberet quibus acciperet ⁊ teneret: cō/
fortauit ei natura os in tria opera: non autem poterāt fieri
motu mandibule inferioris: ⁊ ideo fecit moueri superioreꝫ
in hec opera. Hec enim etiam est causa quare cācer mouet
illam parteꝫ forficis qui habet loco manus que claudit for/
fices ex parte iteriori domestico forficis vt sic accipere ⁊ te/
nere possit. Forfices igitur in cancris sunt organa conueni
entia ad accipiendum ⁊ mordendum: morsus auteꝫ prima
⁊ principalis est abscisio cibi ⁊ diuisio. Facultas igitur com
pleta ad accipiendum est in cancris ⁊ in omnibus sibi simi
libus animalibus que mollis teste in genere dicuntur per
duos culmos forficum suarum: ⁊ similis facultas est in oī/
bus animalibus: quorum tamen non generaliter māsio est
in aqua: ⁊ hec omnia facultatem accipiēdi habent per ma/
nus aut pedes: ⁊ diuidendum cibū per orificia sua. Opor/
tuit autem orificium tenchee esse conueniens tribus simul
operationibus: ⁊ ideo conueniens fuit vt superiorem mo/
ueret mandibulam. ¶ Amplius autē omnes isti modi ani
malium habent collum propter pulmonis indigentiam et
per cānam que est trachea arteria accipiunt spiritum: voco
autem collum membruꝫ qd est inter caput ⁊ spatulas. Ser/
pens tamen ſm opinionem multorum collū non habet: sed
aliud quoddaꝫ membrum loco colli qd est distinctuꝫ in ex/
tremitatibus capitis ⁊ scapularum que iam nota sunt per
ante dicta. Serpentes autem ſm genera sua hoc videntur
habere proprium ꝙ caput mouēdo circūducere possunt ad
latus ⁊ ad posterius corporum suoruꝫ quiescente. Similis
autem causa huius est que est causa anulosi corporis: ꝙ vi/
delicet armille spondilium sicut ⁊ anuli anulosoꝝ facte sunt
ex cartilagine ad hoc vt bone sint flexionis: ⁊ hec causa ne/
cessaria est ad hoc accidens. Ipsum autem accidens vtile
est serpētum saluti: scilicet ꝙ ad posterius respicere possint
ad totam longitudinem corporis sui que multis occasioni/
bus exponitur tracta per terram: eo ꝙ serpentum nulla spe
cies inuenta est habere pedes: neqꝫ manus: neqꝫ aliud or/
ganum ad accipiendum cibum ⁊ tenendum ipsum: ⁊ ad cu
stodiam corporis posterius a nocumentis: neqꝫ sufficienter
iuuarentur eleuatiōe capitis nisi possent aspicere posteri⁹:
qa corpus suum totum est posterius cui est prospiciendum.
¶ Amplius autem in huiusmodi animalibus qualia sunt
de quibus hic loquimur sunt membra quidem pectori con
uenientia: tamen mamillas nō habēt: neqꝫ in pectore: neqꝫ
in aliqua residua parte corporis: sicut neqꝫ hec membra in/
ueniuntur in auibus: neqꝫ in speciebus piscium aliquib⁹:
eo ꝙ illa species animalium ouātium habeat lac: eo ꝙ oua
faciunt: ⁊ humiditas mollis que pertinet ad nutrimentuꝫ
partus profunditur in ouis. Animal vō generans animal
habet lac: ⁊ ideo caret ouis. ⁊ de causa horum subtiliter di/
cemus in sequentibus vbi agemus de animalium genera/
tione. ¶ Amplius autem omnes species ⁊ modi predicto/
rum animalium caudam habent: sed differūt in ea ſm ma
iores ⁊ minores habere caudas: sed caude causam iam ge
neraliter determinauimus in prehabitis. ¶ Amplius au/
tem est quoddam speciale animal quod hamaleon dicitur
qd latine sonat leo terre vt dicit Auicenna: in figura lacer/
te in terra quasi semper iacens frigidum valde ⁊ timidum
⁊ pigrum ⁊ paruum ⁊ macrum magis omnibus quadrupe
dibus ouantibus eo ꝙ est valde pauci sanguinis: neqꝫ est
valde carnosum: ⁊ quandoqꝫ in timore ita retrahitur spi/
ritus ad interius ꝙ mutatur color eius in multos colores:
⁊ efficitur immobile: timor enim eius augetur ex modica
causa in ipso propter paucitatem sanguinis ⁊ caloris ipsi⁹.
Sic igitur de dispositione habentium sanguinem ⁊ q̄dru/
pedibus ouantibus: ⁊ de non habentibus pedes ⁊ de mem
bris eorum interioribus ⁊ exterioribus determinatum sit:
sufficit enim quod dictum est de causis istorum quo ad pre
sentem speculationem.

¶ Cap. 6m. De membris auium manifestis ⁊ de causis phy
sicis eorum.

Aues autem magnam habent diuersitateꝫ in
membris suis. Qd eniꝫ statim apparet est ꝙ
quedam habent valde longa crura: ⁊ quedaꝫ
habent in digitis pedum vngulam latam: et
quedam strictam: ⁊ similes his diuersitates
in membris alijs: non solum autem differen/
tia inuenitur inter aues valde dissimiles: sed etiam in his
que similitudinem videntur habere differentie inueniunt
in membris earum inesse: lꝫ minor sit diuersitas: inter aues
aūt ⁊ cetera aīalia differētia est ſm membroꝝ figuras ⁊ for/
mas. ¶ Qd autē oīb⁹ auib⁹ conueniens ⁊ ꝓpriū est eis ha/
bere plumas ⁊ pēnas: quedā eniꝫ sicut diximus sepius aīa/
lium hn̄t squamas: quedā autem cortices ⁊ sic aues habēt
alas ⁊ plumas. Adhuc aūt ale quarūdā auium sunt diuer/
sarum pēnaꝝ abinuicē: ita ꝙ aspect⁹ eaꝝ non videt̄ eē aspe
ctus alaꝝ continuaꝝ: sicut est videre in extremitatib⁹ alarū
magne aquile. Quedā autem hn̄t alas que sunt cōposite ex
pēnis sicut paries ex cānalib⁹: ita ꝙ cāna sit iuxta cānam: et
tertia cāna tegens quaslibet duas: ⁊ quedā nō hn̄t alas hu
iusmodi. ¶ Amplius autē proprium mēbrum habent aues
in capite qd non inuenitur nisi in paucis alioꝝ animalium:

Quarto d' pti b⁹ aialiū ca. ii.

⁊ hoc est rostrū qđ omnes aues habent: ⁊ pauci pisces. Si/
cut autem elephas habet nasum loco manus ⁊ anulosa ha
bent linguam loco manus: ita aues loco mādibularum et
dentium ⁊ manuum habent rostrum qđ ex osse est creatū:
habēt etiam collū extensum ꝓpter causaʒ quā diximus que
cōmunis est ⁊ alijs animalibꝰ: vna enim cōmunis causa est
ꝓpter quā collū datur animalibꝰ. ¶ Collum autem quedā
aues habent lōgum: ⁊ quedaʒ curtū: sed in maiori parte di
mensio colli sequit̄ dimensionem crurium: ita ꝙ auis longi
cruris est longi colli: ⁊ si curtum crus habuit habebit curtū
collum: preterq̄ʒ in auibꝰ aquaticis que membranas hn̄t i/
ter digitos pedum: quedam enim illarum hn̄t collum cur/
tum ⁊ crura longa: sed ille habēt rostrū longum valde: sicut
aues que peditantē in aquis querunt victum: ⁊ ideo si hoc
esse in auibꝰ manentibus in terra nō esset possibile: in aui/
bus autem habentibus corium inter digitos est possibile:
quoniam mansio illarū est in aqua: ⁊ ideo non habent lon/
gum collum. Scias tamē ꝙ rarissime contingit ꝙ aues lō/
gorum crurium habent corium inter digitos: ⁊ habent cur
tum collum: sed aues alique habentes coriuʒ inter digitos
habent valde longum collū ⁊ crura: sicut cygnus ⁊ auis ma
xima alba que saccum rubeū habet ante collum de qua di/
ximus in ante habitis: sed contingit aues longoruʒ cruriū
esse breuis colli: oportet ꝙ recompenset lōgitudo rostri bre
uitatem colli: pauce tamen de auibus nobis notis sunt ta/
lis dispositionis. ¶ Amplius autem aues vncoruʒ vnguiū
que dicūtur rapaces eo ꝙ non sunt longoꝝ crurium nō pos
sunt esse longi colli: ⁊ aues quedam aquatice habent inter
digitos corium habent longum collum vt cygnus: qa hoc
conuenit sue operationi: talis enim sui colli dispositio con/
uenientior est ad cibi acceptionē ex fundo aque. Crura au
tem istarum auium curta conuenientia sunt ad natanduʒ.
¶ Amplius autem rostra auium diuiduntur ꝑm modos ⁊
regimen sue vite. Quedam enim aues habent rostrum re/
ctum: ⁊ quedam incuruatum. Rostrum autem rectum erit
in auibus indigentibus ad accipiendum cibum tm̄. Incur
uatum autem rostrum erit in auibꝰ comedentibus carnes
ad lacerandum carnem crudā que est tenax ⁊ viscosa: opor
tuit enim talem sui rostri esse facturam: eo ꝙ acquirit cibū
ex venatione animalium. Aues autem non rapaces pacifi/
ce que viuunt ex herbis ⁊ seminibus in luto tm̄ rostruʒ la/
tum debent habere: hoc enim est conueniens ad cauanduʒ
⁊ scindendum herbas: propter qđ etiam extremitas rostri
talis est denticulata sicut sit secta sicut falx in dēticulos par/
uos: sicut in rostro anseris. Et quedam quidem aues istiꝰ
generis longum habent rostrum propter colli longitudinē:
eo ꝙ suum cibum querūt ex profundo aque. Quedam au/
tem habentium inter digitos corium simpliciter habent ēt
membrum aliquando per qđ deprehendunt ea que sunt in
aqua: ⁊ collum illiꝰ est sicut harundo piscatorum: ⁊ ideo est
longum: rostrum autem eius est sicut hamus accipiens ci/
bum: ⁊ talis est auis que meba Germanice vocat̄. ¶ Am/
plius autem in auibꝰ est anterius corporis: ⁊ id quod dicit̄
posterius ⁊ membrum qđ pectus vocatur: hoc autem pectꝰ
in omnibus quadrupedibus est continue inter crura ante/
riora pendens super asseith anteriorum crurium. Aues au
tem inter collum ⁊ pectus habent proprium alas. vʒ. ⁊ sunt
inter spatulas iuxta superiorem finem dorsi. ¶ Amplius au
tem aues habent duos pedes sicut homo: ⁊ hoc quideʒ est
necessarium: quoniam sunt de numero animalium sangui
nem habentium ⁊ insuper habent alas. Animal vō q̄dru/
pes ouans non habet ad motum nisi quatuor organa: hn̄t
enim membra similia membris animalium ambulantiuʒ.
Aues autem habent loco pedum anteriorum ⁊ loco asseith
cōmuniter alas: ⁊ in eis est fere totus vigor earum ad mo/
tum volatus: ⁊ ideo etiam non debent habere nisi duos pe
des tm̄. Sic enim quatuor organa habebit ad motum pro
cessiuum sicut fere omnia animalia ambulātia sanguinem
habentia: duas. vʒ. alas ⁊ duos pedes. ¶ Amplius autem
omnes aues habent pectus rotūdum ⁊ quasi acutum car/
nosum: quoniā quanto fuerit magis acutū eo erit auis me
lioris volatus: si enim esset pectus latum moueret multum
aeris ⁊ esset grauis motus per aerem: carnosum autem est
eo ꝙ acutū esset debile nisi cooperiret̄ multa carne. ¶ Am/
plius autem sub pectore auium est venter perueniens ad lo
cum exitus superfluitatis: sicut in quadrupedibus ⁊ in ho/
mine: ⁊ hec sunt membra auium que sunt inter alas ⁊ cru/
ra. ¶ Amplius autem omne animal generans animal ⁊ id
quod primo ouat ⁊ postea parit animal habet partum ha/
bentem vmbilicum tempore partus: ⁊ quando creuerit la/
tet vmbilicus: ita ꝙ tādeʒ non apparet omnino: continua/
tur enim intestino per aliquam partem alicuiꝰ vene de qua
in anathomia dictum est: ⁊ oportet ꝙ simile aliquid sit in
auibus: non extra quidem sed intra per qđ trahant nutri/
mentum ab humore vitelli. ¶ Amplius auteʒ quedā aues
sunt boni volatꝰ habentes bonas ⁊ magnas ⁊ fortes alas:
quedam autem non boni volatus. Boni volatus sunt ma
xime aues rapaces curuorum vnguiū: ⁊ precipue falcones:
boni etiam volatus sunt ille aues quibus natura bonitatē
volatus dedit propter salutem eo ꝙ de regione in regioneʒ
transferuntur. Que autem sunt mali volatus sunt que pro
pter pondus corporis si bene volant: ⁊ sunt ille quarum mā
sio est super terram: ⁊ cibus earum est in ea: grana eniʒ co/
medunt: ⁊ quedam etiam mali volatus sunt que manēt in
aquis que sunt ponderose ⁊ frigide. ¶ Amplīꝰ autem cor/
pora auium rapacium parua sunt ⁊ subtilia preter alas q̄s
magnas habent eo ꝙ cibꝰ transit in alas: vigor enim earuʒ
ex maxima parte est in alis. Auium autem quedaʒ mali vo
latus existentium corpora sunt ecōuerso disposita: sunt eniʒ
magna ⁊ ponderosa: ⁊ ale sunt parue proportione suoꝝ cor
porum: quedam tamen istarum aliam habent defensioneʒ
loco alarū: vngues enim aliquando longos habent in cru/
ribus sicut gallus. Nulla omnino autem auis est que simul
habeat vngues in cruribus ⁊ pedibꝰ: eo ꝙ natura nihil fa/
cit superflue. De vnguibꝰ autem que sunt in cruribus non
indigent aues que habent vngues curuos in digitis pedū:
vngues enim qui sunt in cruribus magis conueniunt his
auibus que fixe ⁊ manentes vadunt super terram: his eniʒ
natura hos vngues dedit in arma: ⁊ he sunt aues pōderosi
corporis que non habent vngues curuos: non enim ꝓdes/
sent ambulationi sed nocerent: eo ꝙ per ipsos inuolueren/
tur in vepribꝰ ⁊ alijs super que ambulant. Hec eniʒ est cau/
sa ꝙ rarissime ambulat auis curuorum vnguium: neqʒ insi
det ramusculis arborum: eo ꝙ dispositio naturalis suoruʒ
vnguium impeditiua est horum duorum: hoc est ambula/
tionis ⁊ huiusmodi sessionis. Auibꝰ autem ponderosi cor/
poris accidit ponderositas ex terrestreitate: ⁊ cum illa ter/
restreitas declinat ad crura efficiuntur ex ea vngues longi
qui sunt in cruribus: ⁊ illa est causa magnitudinis ⁊ forti/
tudinis vnguium: ⁊ si non esset ista pars terrestris ⁊ super/
fluitas in auibꝰ essent valde debilis nature. Ex huiusmo/
di etiam terrestreitate cum aquosa permixta generat̄ mē/
brana que est inter digitos quarūdam auium natantium:
ita ꝙ digitos habent latos ⁊ cōtinuos: hec igitur membra
habent aues propter causas preinductas. Pluma autem
istaruʒ auium que cooperit sua membra ⁊ prouenit vsqʒ ad
poplitem pedum conueniēs est ad natandum: quia leuita/
te ⁊ aeritate suprafertur auis natans per pennas. Coriuʒ
autem pedum est sicut remi: sicut sunt preme siue ale pisciū
quas habent prope caput: propter qđ etiam pēne non sunt
inter pedes auium: quia pedes leuitate pēnarum suprafer/
rentur. ¶ Amplīꝰ autem quedam aues sunt longorum cru
rium: ⁊ causa illiꝰ est debilitas sue vite: omnia enim instru/
menta que natura dat: dat ꝑm conuenientiam quā habent
ad operationem: non enim preparat operationem ꝑm instru
mentum: sed potiꝰ econuerso organum dat ꝑm operationeʒ
congruentem. Et qa huiusmodi aues peditāt in humidis
⁊ non natant raro posuit natura membranaʒ inter digitos
huiusmodi auium: ⁊ aliquando sunt mali volatus eo ꝙ pō
derose sunt manentes in terra humida iuxta cibum suuʒ.
Cibus autem terrestris qui deberet transire in caudas ea
rum ⁊ in pectora transit in crura longa: propter quod etiam
longa crura acquirunt: ⁊ ideo etiam in volando vtūtur pe
dibus loco caude: ⁊ extendunt pedes posterius pro guber/
naculo volatus: hoc enim modo conuenit sibi factura cru/
rium longorum. ¶ Amplius autem quedaʒ habent pedes
paruos ⁊ crura curta: ⁊ ille cum volant constringunt ea ad
ventrem ne prohibeant eas a volatu. ¶ Amplius autē pe/
des auium

Et i pluribꝰ di
mēsio colli se
quit̄ dimēsio/
nē crurium.

Propter qd
aues hn̄t pectꝰ
acutū ⁊ carno
sum.

des auium rapacium que habent curuos vngues sunt con/
uenientes ſm aptitudinem apprehensioni ⁊ tensioni vena/
tionis.¶ Amplius autem aues omnes longorum pedum
que collum habent grossum ⁊ spissum: ⁊ volant extenso col/
lo: ⁊ si habent longū collum debile declinant: ⁊ contrahunt
ipsum in volādo sicut ardea.¶ Amplius aūt omnes aues
habent anchas ꝗuis multi opinentur aues anchas nō ha
bere: anche autem vsq̄ ad medium ventris extenduntur.
Quecūq̄ enim animalia bipedia sunt duas anchas habēt
necessario: aues igitur anchis nō carent sicut animal qua/
drupes. Due autem anche auiū sunt versus partem ani: ⁊
core superius applicate sunt anchis vt totum simul leuare
possint corpus. Hec enim est causa ꝙ ⁊ homo bipes existēs
corpus leuare poterit. Animal v̊o quadrupes declinat ad
terrā propter sui capitis ponderositatem: nec aūt quolibet
eleuatur tempore: sed hoc est ꝓpter sui idigētiā ad cibi in/
quisitionez.¶ Amplius aūt aues nō habēt nisi duos pedes
tm̄: eo ꝙ loco alioꝝ pedū a natura alas acceperunt: propter
qđ etiā natura anchas fecit auibus valde longas quasi in
medio corporis ad sustinendū corpus vt sit pondus equale
posterius ⁊ anterius: ⁊ vt possint volare ⁊ ambulare: ⁊ sint
ipsa crura bone fixionis in portādo corpus totū ⁊ quasi per
mediū est diuisum in anchis. Sic igit̄ dicta est causa ꝓpter
quā aues habēt tm̄ duo crura.¶ Amplius aūt in cruribus
auiū nō est caro aliqua: ⁊ eadem est causa propter quā etiaz
quadrupedia carnes nō habent in pedibus: ⁊ hec superius
est determinata.¶ Amplius aūt in quolibet pede auiū pre/
ter strutionē sunt quatuor digiti: sed de strutione que est in
ꝓuintia que nubia vocat̄ posterius dicemus. Est eni opi/
nio aliquoꝝ nō omnino hoc animal esse de genere auiū ꝓ/
ter diuersitatem sue facture: sicut ⁊ olim in prehabitis hu/
ius scientie diximus: habet enim tres tm̄ digitos in vtroq̄
pedū suoꝝ propter suas alas: ⁊ ꝓpter maximū suū pōdus:
⁊ habet plus de carnibus in tibijs ꝗ̄ competat auiū natu/
re. Id tamē in quo cū auibus magis cōmunicat est accidē/
tia que accidunt auibus longi cruris: ⁊ precipue cōuenit cū
auibus que gocoz grece vocant̄: hoc enim genus auis etiā
nō est multoꝝ digitoꝝ. Hec igit̄ est dispositio digitoꝝ auiū.
Animal aūt qđ grece gocoz dicit̄ nō habet in anteriori nisi
duos pedes tm̄: ⁊ causa illius est ꝙ corpus suū nō declinat
ad anterius sicut ad posteri⁹.¶ Amplius aūt omnes aues
habēt duos testiculos ⁊ sunt intra corpus: propter qđ etiaz
omnes velocis sunt coitus: ⁊ causam huius inferius deter
minabimus vbi de animaliū loquemur generatione. Hec
igitur de auium membris manifestis dicta sunt.

¶ Cap.7m. De membris manifestis piscium ⁊ causis phy/
sicis eorum.

Quarto de ptib⁹ aialiū capitulo.12.

GEnus v̊o pisciū valde est imperfectū in mem
bris exterioribus: neq̄ enim alas habet neq̄
manus neq̄ pedes ⁊ corpus eius sine aliqua
distinctione cōtinuat̄ cuz capite ⁊ cauda. Ad/
huc aūt ⁊ capita eoꝝ nō sunt omnino ꝯsimilia
sed quedam ex ipsis ꝓpinqua similitudini vi
dent̄: quedā aūt omnino sunt dissimilia.¶ Amplius autez
quidā pisces lati habent caudā longā ⁊ spatiosam: ⁊ ab illo
cōtinue auget̄ latitudo eoꝝ in corpore: sicut est corp⁹ piscis
qui grece acro vocat̄.¶ Amplius aūt ex piscibus sunt qui
habent multā carnem ⁊ sunt curti ꝓpter eādem cām ꝓpter
quā fuit cauda hoꝝ multū curta ⁊ multum carnosa. Rane
aūt accidit econuerso ei qđ diximus: qm̄ latitudo sui ante/
rioris est pluris carnis posteriori: qđ enim diminuit ex po/
steriori ⁊ cauda: augmentauit natura in anteriori. Pisces
aūt nō habēt membra perfecta: natura enim eoꝝ est ad na
tandū: ⁊ natura nihil facit ociose.¶ Amplius aūt substātia
piscis est flegmatica aquatici sanguinis si sanguinem hēt:
natat naq̄ ⁊ hꝫ alas nō aūt ambulat: q: pedes nō hꝫ: habe/
re enim pedes nō est cōueniens nisi cuidā motui qui vocat̄
ambulatio. Similiter aūt nō ꝓdest piscib⁹ habere quatuor
alas ⁊ duos pedes aut duas alas ⁊ duos pedes: aut aliud
membrū oīno ambulationi deseruiens: q: ⁊ si hec haberēt
nō ꝓpter hoc haberēt sanguinē nisi paucū ⁊ frigidum ⁊ vix
mouerent hoc ⁊ lente. Est tamē quidā piscis habens duas
alas mēbranales qui volat ad spatiū modicū: ⁊ postea va/
dit in mare quez italici vocāt hyrūdinem maris: ⁊ sunt ale
sue membranales: ⁊ volat ad modicū spatiū. Est etiam pi
scis in mari Flandrie ⁊ Germanie quē lingua sua aslec vo
cant quē ego diligenter cōsideraui: ⁊ inueni ꝙ habuit duos
pedes ⁊ quatuor alas que mouent̄ flexe ad domesticū ven/
tris ⁊ pectoris sui sicut ale auis. sunt aūt due ale ante iuxta
brāchos ⁊ due posterius ante caudam: ⁊ sunt ale membra/
nales: spisse quidem valde iuxta corpus in parte que est lo/
co adiutorij bracchij: ⁊ tenuiores in parte anteriori ale que
est loco asseith: ⁊ hanc dispositionem habēt etiam ale poste
riores. Brāche aūt isti⁹ piscis nō habēt fissuraz versus vē/
trem vel pectus pertingētem: sed habēt brāchos qui termi
nant̄ super humeros alarū anterioꝝ quatuor foraminibus
quadratis: ita ꝙ duo sint propinquiora capiti: ⁊ duo ꝓpin/
quiora ale dextre: ⁊ similiter disponunt̄ branche in sinistro
latere. Caput aūt istius piscis ⁊ color pellis ⁊ figura corpo/
ris ⁊ sapor carnis est fere sicut piscis qui raya vocat̄. Cru/
ra autem eius sunt cartilagines sine iunctura: ⁊ subtus in
pedibus habet foueas vt fortius figatur aut cauda ei⁹ nō
est cauda raye: sed est similis caude aliorum piscium nisi ꝙ
est aliquātulū longior: ⁊ ante caudam in loco dorsi vbi strin
gitur solida pars corporis que est post concauum ventris
habet pinam que est sicut pina alterius piscis: sed est valde
magna respectu sui corporis. Dicit etiam Aristo. ꝙ modi
piscium qui foidoloz dicuntur habent branchos ⁊ pedes:
sed non habent alas: sed caudam habent latam ⁊ spissam.
Pisces autem lati corporis hi qui grece bocoz vocant̄ ha/
bent quatuor alas: duas in ventre ⁊ duas in dorso: ⁊ ale vo
cantur hec pine: ⁊ sic per omnia habent pisces quos nos le/
pores maris Gallici aūt gornais vocant: hi enim duas pi
nas habēt in ventre: ⁊ duas directe super eas in latere ver
sus dorsum. Quidam autem longam habent pinnam vel
alam ſm longitudinem dorsi inferiorem que est super soli/
dum qđ est post concauum corporis: sicut enchiliz qđ est an
guilla ⁊ sicut murena ⁊ sicut id qđ vocamus nouem oculos.
Similiter aūt habet id quod grece bēchetor vocatur. Si/
mile autem his in hoc esse dicitur etiam quoddam genus
fastaroz: ⁊ ibi inueniūtur in mari orientalis grecie: ⁊ est iste
modus longi corporis: ⁊ assimilat̄ in creatione serpentibus
qui grece astaiorimi vocantur: ⁊ hic modus alas nō habet:
neq̄ natat nisi per flexionem corporis sicut serpens: mouet̄
enim in aqua sicut faciunt serpentes quando repunt in ter
re superficie: natāt tamē in aqua serpētes sicut repūt super
terram. Una naq̄ causa est propter quā iste modus pisciuz
nō habet alas ⁊ propter quam serpentes nō habēt pedes: ⁊
iam determinauimus de causa ista superius vbi locuti su/
mus de ambulatione ⁊ motu aīaliū. Si eniz habuissent pe/
des oporteret ꝙ essent mali motus: eo ꝙ oporteret ꝙ eēnt
plures ꝗ̄ q̄tuor: ⁊ cuz sint stricti corporis si habuissent alas
oporteret ꝙ essent valde propinque adinuicem: ⁊ sic opor/
teret ꝙ essent grauis motus valde. Si v̊o etiam concede/
retur ꝙ essent remote abinuicem adhuc eēnt mali motus:
eo ꝙ tunc longa pars corporis esset inter alaz ⁊ alam: ⁊ hoc
grauaret inferius. Si autem multa signa haberent in qui/
bus posita essent corpora motus tunc sanguinem non habe
rent: ⁊ hec est causa ꝙ hi pisces ⁊ similes eis neq̄ habēt alā
neq̄ pedem: q: factura eorum que est flexibilitas corporis
est eis loco duarum alarum: ⁊ propter hoc repunt in terra
⁊ viuunt longo tempore.¶ Amplius autem aliquando in/
uenitur ꝙ aliqui pisces habent tm̄ duas alas in dorso sicut
inuenitur etiam in illis piscibus qui a natatione ꝓpter cor
poris latitudinē nō ꝓhibent̄. Quidā etiā statim ꝓpe caput
alas habent: eo ꝙ nō habēt longū corpus. Modus v̊o qui
grece bacoz dicit̄ ⁊ sibi similes habent latitudinē loco alarū
posterioꝝ ⁊ per illā natāt longitudinem flectendo se ⁊ exten
dendo: sicut facit etiam modus qui dicit̄ giddoz ⁊ rana ma
rina: hec enim omnia natant cum inferiori latitudine cor/
porum: ⁊ ale que sunt prope caput nō ꝓhibent ipsum a mo
tu propter latitudinem: loco enim eius ꝙ ita disposite sunt
ale erunt ille ale minores ꝗ̄ ale posteriores. Modus autez
qđ dicitur giddon habet duas alas prope caudam ⁊ vtitur
latitudine loco aliarum alarum.¶ Amplius autem pisces
habent proprium membruz qđ non est in alijs animalibus
precipue sanguinem habentibus: ⁊ hoc membrū est natura
branchoꝝ: ⁊ iam in antehabitis diximus causam ⁊ vtilita/

tem membri illius. ¶Pisciū aūt qui habent branchos qui-
dam habēt coopertoria super branchos oīno: eo ꝙ brāchi
eius sunt spinosi: ⁊ coopertoriū eius similiter est spinosum.
Omnes autem modi celeti habēt brāchos cartilaginosos.
Creatio vō branchoꝝ spinosa que est sicut fit ex rubeis spi-
nis mollibus ⁊ carneis magis cōueniens est motui: q2 mo-
tus coopertorij brāchoꝝ qđ est os qđ est super brāchos de-
bet esse velox vt per hoc sit cōuenientior vtilitati brāchoꝝ.
¶Amplius aūt quidā pisces habēt paucos brāchos: ⁊ qdā
multos: ⁊ aliquādo sunt in quibusdā valde paruis piscib⁹:
⁊ aliquādo sunt brāchi valde tenues sed extēsi: ⁊ hoc vō co-
gnoscit̄ ex pisciū anathomia: ⁊ aliqualiter cognoscit̄ ex ser-
monibus quos in prehabitis huius scientie libris induxi-
mus de pisciū anathomia. Causa aūt multitudinis ⁊ pau-
citatis brāchoruz est calor cordis: maior enim calor cordis
motu maiorem ⁊ velociorem requirit motū cordis: ⁊ qui ta-
les habent brāchos talem habent naturā: habēt enim ma-
iorem caloris cordis fortitudinē his qui minores brāchos
habent ⁊ extensos: propter quod etiā in terra extra aquam
longo tempore viuūt habentes multos brāchos sicut viuit
enchelis hoc est anguilla: ⁊ omnes modi pisciū quoꝝ factu-
ra similis est facture serpentis: hi omnes nō multa īdigent
infrigidatione. ¶Amplius aūt modi pisciū in factura cor-
poris diuersant̄: quidā enim habēt orificiū ante in opposito
corporis statim vt corpus opponitur rebus exterioribus: ⁊
quidā habēt illud in inferiori sui capitis sicut sturio ⁊ preci-
pue piscis qui dicit̄ caliga: hic eniz inferius quasi in medio
sui corporis habet orificiū. Quidaz aūt habent in dorso si-
cut delphinus ⁊ omnes modi animalis qđ celeti vocat̄ qui
cibū nō accipiūt nisi quādo super dorsuz reuersant̄: ⁊ mani-
festū est ꝙ natura fecit in eis talem dispositionem: nō pro-
pter salutem tm̄ sed vt retardentur a cibi acceptione: habet
enim iste modus pisciū additamentū rotūdū tenue: ꝑpter
qđ nō potest esse bone abscisionis ⁊ incisionis cibi: quoniaz
si esset leuis comestionis cito moreret̄ propter nimiam re-
pletionem. ¶Amplius aūt quidā modi habētes orificia in
parte superiori habent orificia multe apertionis: ⁊ quidam
parue. hi enim qui comedunt carnes habent orificia bone
apertionis. hi aūt qui nō comedūt carnes habent orificiuz
paruū parue apertionis. ¶Amplius aūt quedā hoꝝ aīaliū
habent coriū plenū corticibus sicut squamis quibusdam: ⁊
quedā alio modo habent coriū asperū sicut id quod vocat̄
cohabycoz: huius enim animalis pauca sunt valde que co-
riū leue habeāt. Celeti vō cortices habēt ⁊ corium eius est
asperuz: eo ꝙ creatio eius est cartilaginosa ⁊ spinosa: eo ꝙ
pars sua terrestris naturaliter trāsit in coriū: ⁊ nullus istorū
modoruz habet testiculos: neqꝫ intus neqꝫ extra: sicut neqꝫ
animal carens pedibus testiculos inuenit̄ habere: sed ser-
pentes habent vasa ⁊ cānales in quibus currit ⁊ exit semi-
nis eoꝝ superfluitas: ⁊ alia habent animalia que generant
animalia similia que sunt quadrupedia. Serpentes vō nō
habēt viam exitus vrine: eo ꝙ nō habēt vesicam. Hec igit̄
est differentia inter genus pisciū ⁊ alioꝝ genera animaliuz.
¶Delphinus aūt ⁊ balenarū genera ⁊ sibi similia que sunt
aīalia magni corporis nō habēt brāchos: sed habēt cānas
que vocant̄ trachea arteria: eo ꝙ habent pulmonem: neqꝫ
multū diu cibū tenent in ore: q2 si diu retinerent aqua sub-
intraret: eo ꝙ cibū accipiūt in aqua ⁊ nō emitteret̄ per brā-
chos. ¶Ex dictis igit̄ manifestū est ꝙ brāchi ꝯueniūt mo-
dis animaliū aquaticoꝝ qui cāna ⁊ pulmone carēt ⁊ anhe-
litu: ⁊ iam quidem in prehabitis causam determinauimus
propter quā hoc accidit vbi de membris piscium locuti su-
mus. Nullus eni omnino ex modis pisciū potest simul ha-
bere brāchos ⁊ spirare: sed tm̄ modus spirans habet viam
quādā ad exitum aque que est sicut cānalis: ⁊ est via illa in
anteriori parte cerebri sui. Causa aūt ꝑpter quā talis mo-
di piscis habet pulmonem ⁊ inspirationem est: q2 est de nu-
mero magnoꝝ animaliū multo calore indigentiū: q2 aliter
corpus suū mouere nō posset: ⁊ ideo pulmonez plenū habet
sanguine ⁊ calore naturali. hoc enim animal in aliquo con-
uenit cū terrestri animali lꝫ sit aquosum: in hoc videlicet ꝙ
inspirat aerem sicut terrenū: ⁊ caret pedibus: ⁊ accipit cibū
actu humidū sicut aquosuz. Similiter aūt modus qui gre-
ce dicit̄ chokaz ⁊ rapaz siue hyrūdo etiā vt dicūt quidā cō-
munis est terreno ⁊ aquoso animalib⁹: ⁊ certū est ꝙ chochi
qui est vitulus marinus cōmunicat terrestribus ⁊ aquosis.
hinc enim est ꝙ habet spinā chochi: habet quidem pedes
sicut aquosum ⁊ agreste ⁊ alas: pedes enim sui anteriores
valde pedibus pisciū assimilant̄. ¶Preterea omnes dentes
huius animalis sunt acuti sicut pisciū ⁊ prominēt extra: hy-
rūdines aūt habēt quidem pedes sicut aues: sed cauda ca-
rent: ⁊ in hoc sunt sicut agrestes: ⁊ ideo accidit qđ diximus
prius: q2 ale hyrundinū sunt membranales ⁊ nō habēt cau-
dam: ⁊ si haberēt caudā: cauda illa impediret motū alaruz
eo ꝙ ale nō sunt diuise sicut ale pēnate. ¶Amplius autez ⁊
strutio est animal cōmunicās cū diuersis animaliū generi-
bus. In factura enim corporis auibus assimilat̄: ⁊ ſm ali-
quid etiaz assimilat̄ quadrupedibus: q2 sicut animal qua-
drupes nō eleuat̄ neqꝫ volat in aere: eo ꝙ ale eius nō cōue-
niunt volatui: q2 pēnatio earū est tenuis sicut si sint pili gros-
se lane vel alioꝝ piloꝝ. Adhuc aūt sicut animal quadrupes
hꝫ palpebras superiores: ⁊ similiter pars capitis est diuisa
⁊ qđ vicinū est collo ipsius: propter qđ etiā pili palpebraruz
ei⁹ sunt graciles: nō sicut plume vel pēne sed sicut pili. Quia
vō etiā est sicut auis: verā plumā habet inferius in corpore
suo. ¶Amplius autem duos pedes habet sicut auis: ⁊ ha-
bet duos digitos ante sicut animal quadrupes qđ in duo
findit vngulā. Et causa huius est: q2 magnitudo sui corpo-
ris nō assimilat̄ magnitudini auiū: sed potius magnitudi-
ni quadrupedū. Magnitudo enim corpoꝝ auiū necessario
est minor generaliter ſm genus suū: eo ꝙ simul nō possunt
habere magnū corpus ⁊ velociter moueri per aerem. Dis-
positio igit̄ membroꝝ ⁊ causa propter quā est qđlibet mem-
brum in corporibus animaliū ſm quodlibet genus ⁊ quāli-
bet speciem animalis hoc modo a nobis determinata sit:
consequenter aūt his de generatione aīalium inquiremus
causas generationis eoꝝ physicas assignantes.

## ¶Incipit Liber. XV. animalium qui est de causis generationis animalium. Cuius tractatus primus est de distinctione sexus.

nis creature cũ virga in masculo respõdet: ⁊ est ꝓportiona-
tuꝫ illi: sed in altero illoꝝ est cõpleta mã generationis ⁊ exit
extra: in altero aũt est diminuta ⁊ retẽta intus: ⁊ est sicut in
anathomia diximus quasi ociũ in mare sic matrix in femi-
na: ⁊ quasi veretrũ sit collũ matricis: ⁊ vulua ⁊ duo testiculi
mulieris sunt sicut duo testiculi viroꝝ: sed in viris sunt ma
ioris quãtitatis ⁊ longioris cum rotunditate detenti ⁊ exte
rius. In mulieribus aũt sunt minores ⁊ lati magis q̃ꝫ rotun
di: ⁊ sunt curti ⁊ iterius. ¶ Amplius aũt sicut mares habẽt
vasa spermatis inter locuꝫ exitus vrine in radice virge: ita
mulieres habẽt inter testiculos ⁊ orificiũ matricis quedaꝫ
vasa dimidialia: sed in maribus icipit sperma in testiculo:
⁊ eleuat in sursum: ⁊ figit se ponendo in quãdam cõcauita-
tem a qua pendent testiculi: ⁊ post tortuose descendit infe-
rius: ⁊ complet ſm spermaticam digestionem sic curue re-
uersuꝫ quousqꝫ exeat per viã que est in radice virge a dua-
bus partibus qui locus ꝓpinquus est collo vesice: ⁊ hoc q̃-
dem longũ est in maribus: curtũ aũt in mulierib⁹: eo ꝙ col
lũ vesice mulierũ est curtũ. Sperma aũt in mulieribus ꝓce
dit a duobus testiculis sicut duo cornua: ⁊ expanse ꝓcẽdit:
⁊ harũ duarũ viarũ capita cõtinuant cũ testiculis ⁊ cõstrin-
guntur in delectatione coitus: ⁊ concupiscentia coitus que
est ante delectationẽ: ⁊ protendunt equaliter orificiũ matri
cis. Cum enim cõtrahunt a duabus partibus aperit orifi-
cium matricis ⁊ ampliat ⁊ suggit sperma. Hec aũt sunt bre
uiora sibi ꝯsimilibus que sunt in maribus. ¶ Amplius aũt
differunt in hoc ꝙ vasa spermatis in mulieribus ꝯtinuan-
tur cum testiculis: ⁊ transeunt ad additamenta cornualia
quiddam qᷓ nascitur ab vtroqꝫ testiculo ⁊ vomitat sperma
intra vas: ⁊ hec duo sic a testiculis nata vocant vomitãtia
sperma. Uasa ergo spermatis ista in mulieribus cum testi
culis continuantur: eo ꝙ hec vasa in mulieribus ad molli-
tiem accedunt ⁊ leuitatem. Nõ enim fuit opus vt essent du
ra: neqꝫ etiaꝫ ꝙ mẽbrana ipsoꝝ dura esset: eo ꝙ bene coope
riuntur neqꝫ indigent longitudine sicut in maribus: sed in
viris nocumentũ afferret si hec cum testiculis fuissent con-
tinuata: qꝛ constrictione sua lesioneꝫ intulissent: propter qᷓ
medium inter illa positum est. ¶ Amplius autẽ ſm Aristo.
vasa spermatis in mulieribus euomittant sperma ante ori
ficium matricis interius iuxta foramen virge que est colluꝫ
vesice sue. Hoc autem non bene certificat nisi per anatho-
miam ⁊ inspectionem mulierum. Signum tamẽ est huius
ꝙ cum mulier extremitatẽ virge sue mouet trahendo ma-
nu ꝙ sentit delectationem coitus ⁊ polluit. Cum autẽ illuc
proijcitur sperma orificiuꝫ matricis statim vt senserit pro-
prium sperma festinat ad suggendum ipm: ⁊ cum ipso sug-
git sperma maris: eo ꝙ ambo cadunt in vnũ locũ. Si autem
matrix esset attractiua spermatis maris per se sine sperma
te proprio: ⁊ sic naturaliter non attraheret nisi sperma viri
accideret ꝙ semper equaliter matrix intenderet attrahere
sperma viri: ⁊ tũc non esset necesse mulierem emittere sper
ma in coitu: qᷓ falsum est: que causa lꝫ ſm Aristo. videat
vera esse ⁊ hoc inferius queretur ⁊ superius que de his di-
cta sunt. Oportet igitur ꝙ sperma viri sit excitatiuum pro-
prij spermatis: ⁊ simul i vna hora duas matrix cõplet ope-
rationes

De carẽ re caret ⁊ testiculis

Prio d tione aia cap.17.

rationes: electionem. vz. proprij spermatis ꝛ receptionẽ al-
terius. In hac tamen re multum credẽdũ est mulierib⁹ dis-
cretis in natura ꝛ modo coit⁹. ¶ Amplius aũt quidam an-
tiquorum sapienter tradiderũt ꝙ via exit⁹ spermatis mu-
lierũ ꝛ etiam viroꝝ est valde stricta: ꝛ circũstant eam in cir-
cuitu ꝛ cooperiunt carnes glandulose: ꝛ carnes ille glandu-
lose ꝛ collum vesice emittũt a se quasdam humiditates ca-
lidas que venientes ad orificium matricis stimulãt ad lu-
xuriam: ꝛ iste humiditates sunt albe tenues. ¶ Ampli⁹ au-
tem sperma in marib⁹ est magis digestum: ꝛ venit ad testi-
culos per venas tortuosas multas sicut sunt rami qdam: ꝛ
he vene portant eis sanguinez qui digeritur ꝛ alteraẽ quo-
usqꝫ testiculis assimileẽ ꝛ humiditati que est in eis: ꝑcipue
tamẽ assimilaẽ spiritui aereo qui ibi generaẽ ꝛ per illuz al-
bescit sicut spuma gracilis. ¶ Amplius autem matrix crea-
ta est ex venis multis que ramificanẽ in substãtia ei⁹ ex q-
bus manat embrionũ sustentatio: mẽstruũ eni per illas de-
scendit. Ligaẽ aũt matrix fortib⁹ loris cũ dorso ne decidat.
Adhuc aũt facta est ex substãtia neruosa eo ꝙ multa sepe i-
diget extensione in incremẽto fetus ꝛ diminutiõe idiget in
exitu part⁹: ex hoc enim habet ꝙ inculcaẽ supra fetũ in tem
pore part⁹: ꝛ premit ipm vt exeat. Sua aũt concauitas non
compleẽ nisi sit neruosa telaris: sicut ꝛ duaꝝ mamillaꝝ com
pleẽ concauitas in sua quantitate. Si enim hec opa fet⁹ et
part⁹ non essent: nulla esset indigentia matricis ꝛ mamilla-
rum. ¶ Amplius autez in hominib⁹ matrix habet duas tu-
nicas ꝛ duas diuisiones sicut diximus in anathomia. In alijs
autem aialib⁹ diuisiones ei⁹ sunt ſm numeꝝ mamillarum.
¶ Amplius aũt ouantia etiaz habẽt multas matrices: sed
ouantiũ q̃dam sunt que intra cõplent oua sua: q̃dam autez
sunt que ponũt ea intra ꝛ emittũt animalia foras: q̃daz aũt
ex toto complent ea sicut piscis: q̃dam aũt ouant primo po-
stea pariũt animal: exit aũt ex ouo in inferiori matricis: qa
si superi⁹ exiret comprimeret diaphragma: ꝛ propter longi-
tudinem vie fieret grauis part⁹. ¶ Amplius autem ea que
sunt mollis cutis faciũt oua ꝛ ponũt ea extra: qd aũt est du-
re pellis non hꝫ oua posita foris: sed aialia talia habent in
circuitu testee pellis sue quasdã cõcauitates in qb⁹ reponũt
ꝛ tegũt oua sua. ¶ Ampli⁹ autem fere omnia ouantia sunt
talia ꝙ non habẽt separatã viam vrine a via stercoris: pre-
ter tortucaz que hꝫ vesicam sicut in ante habitis diximus.
¶ Ampli⁹ aũt quedã ouantiũ coeunt manifeste sicut aues:
quedam aũt non faciunt nisi ꝙ impingũt ad seinuicez ꝛ cõ-
tingunt se in loco exitus ouoꝝ ꝛ spermatis: ꝛ contact⁹ extre-
mitatũ suaꝝ est eis pro coitu. Quedam etiam inuoluunt se
ad inuicem. Quedã etiam anulosorum non coeunt aliquo
modo sed generãt se ex seipsis sicut plante. ¶ Ampli⁹ autez
quedã coeuntiũ ouantiũ in sexu feminino q̃ꝫ masculino mi
noris sunt quãtitatis: sicẽ est in multis auib⁹ rapacib⁹ ꝛ alijs
quibusdam: sed generalr quãdo aues coeũt femina suppo
nit dorsum masculo: ꝛ mas intorquet caudaz sub cauda fe-
mine: ꝛ femina erigit caudã ꝛ parat poruz per quem conci-
pit: ꝛ suggit sperma masculi ab exteriori poro. Et per hec
dicta patet intellect⁹ oium que de mẽbris genitalib⁹ mariũ
ꝛ feminarum dicta sunt in hoc libro a principio.

## ¶ Tractatus Secũdus. xv. Libri de animalibus: qui est de natura spermatis.

### ¶ Cap. pᵐ. De questionib⁹ que sunt de spermate: ꝛ an sperma descindatur ab omnibus membris per modum quem dixit Plato.

Ponio ꝺ gñatione aialium cap. 17.

Nunc autẽ superest loq
de spermate ꝛ natura ipsi⁹. Manifestũ est
aũt ad sensum ꝙ a qbusdam animalibus
sperma exit: sꝫ latet vtrũ exeat ab alijs san
guinem non habentib⁹. Sãguinez eni ha-
bentia omnia spermatizãt: sed ea que sũt
anulosi corporis: ꝛ que sunt de genere ma-
lachie in plurib⁹ nõ manifeste sperma habere inueniuntur.
Querendũ igiẽ in primis est an oium aialium mares sper-
matizãt: an non. ꝛ si cõcessum fuerit quosdam nõ spermati-
zare querendũ erit: quare qdaz animaliũ mares semp sper
matizant ꝛ qdam non. ¶ Ampli⁹ aũt querendũ est an femi-
ne spermatizent: ꝛ si spermatizent que sit ꝯuenientia spma-
tis earum ad generationẽ eaꝝ. ¶ Adhuc aũt considerãduz
est que spermatis cõuenientia ad generationẽ: ꝛ que est nã
ipsi⁹ vniusr: ꝛ que natura mẽstrui in animalib⁹ a qb⁹ exit hu
iusmodi humiditas. Est vna q̃dam de his opinio eorum
qui genituram principiũ esse dixerũt generationis genitu-
ram sperma vocãtes. Hi enim dixerũt omne qd generaẽ a
spermate nasci: ꝛ ꝙ omne sperma distillat a gignẽtib⁹: nec
vnqꝫ generatio fieri potest sine hmõi distillatiõe: ꝓpter qd
etiam Venerẽ natam a spuma testiculoꝝ esse testanẽ: ꝛ hãc
esse deam ꝛ principiũ omnis generationis: ꝛ deoꝝ filij ꝛ ne-
potes: ꝛ deoꝝ patres ab hmõi natos esse dicũt cõmixtione.
¶ Ingrem⁹ igiẽ in primis vtrũ mas ꝛ femine ambo spma-
tizent: an alter illoꝝ tm̃: ꝛ vtrũ sperma vniusr exeat a toto ꝛ
omnib⁹ membris corporis: aut non. Quidã enim dicunt ꝙ
aut non debent descindi a toto corpore: aut debet esse dupli
cis nature. s. ꝙ descindaẽ a mare ꝛ femina. Propter qd in
hac dubitatione cõsiderandũ est ꝛ ingrendũ vtrũ descidaẽ
a toto corpore: ꝛ quomõ. Multi enim sicut prediximus opi
nati sũt ꝙ sua descisio sit a toto corpore: ad qd etiam ꝓban
dum q̃druplex inducũt testimoniũ. ¶ Quoꝝ primũ est dele
ctationis fortitudo ꝛ vehementia. supponũt enim hi ꝙ de-
lectatio que est ab omnib⁹ mẽbris fortior est ꝛ vehemẽtior
q̃ꝫ ea que est a paucis. Cũ enim vt dicũt delectatio est ꝓfun
datio ꝛ generatio cõuenientis insensibilem animam: vt di
cit Plato: maxima delectationũ erit ſm generationem cõ-
uenientis in omnia organa sensibilis aie: hec aũt sũt omnia
membra corporis. Descindiẽ igiẽ sperma ab omnib⁹ mem
bris corporis. ¶ Scdꝫ aũt testimoniũ est ex hoc qd accidit
generatis ex generatiõe: multotiens enim imperfectũ ge-
neratur ab imperfecto: sicut multotiens canis carẽs cauda
generat non caudatũ filiuz: ꝛ de auib⁹ est similiter: a mẽbro
enim qd deest generãti non exit sperma: ꝛ ideo deest idem
membrũ in generato vt dicũt. ¶ Tertiũ aũt testimoniũ est
similitudo geniti ꝛ generãtis que frequẽter fit ſm totũ cor-
pus ꝛ non ſm partẽ tm̃: hui⁹ enim ſm omnia mẽbra simili-
tudinis dicũt aliam nõ posse esse cãm nisi descisionem sper-
matis ab omnib⁹ membris. ¶ Quartũ aũt testimonium su-
mũt a syllogismo rectũ esse dicẽtes ꝙ sperma descindaẽ ab
omnib⁹ membris. Idẽ enim est totũ qd omnes sue partes.
Constat aũt sperma descindi a toto generante primo ꝛ pri
mo: quoniã illud totũ habet sperma: ꝛ multitudinẽ spma-
tis hꝫ tantã que sufficit ad generationem omniũ membro-
ruz similiũ ꝛ dissimiliũ generanti: hec aũt testimonia dicũ-
tur sufficere his qui istã sustinent opinionem: ꝛ ꝑcipue hoc
qd dictũ est de assimilatione generãtis ꝛ geniti: hoc eni fre
quenter nõ est tm̃ in substãtialib⁹: sed etiam in accñtalibus
que cõsequunẽ subam. Multi enim natoꝝ habẽt in corpo-
re maculas ꝓgenitoꝝ suoꝝ: ꝛ habent eas in eisdez locis: ita
ꝙ etiam aliquãdo cicatrices vulneꝝ patris effigiari vidẽ-
tur in corpore filij ꝛ in eisdẽ locis in qb⁹ sunt in corpore pa-
tris. Quidam enim nat⁹ vt dicit Aristo. oino simile signuz
habuit in bracchio ei qui añ erat in bracchio patris sui: qd
accidisse dicit in ꝓuincia alkydor vocata: ꝛ videbaẽ diuisuz
non adunatũ sed sparsuz in bracchio nati sicut erat in pr̃is
bracchio. Ex his igiẽ rõnib⁹ hi confitenẽ hoc qd dictũ est:
ꝙ. vz. sperma ab omnib⁹ mẽbris descindaẽ. Videnẽ aũt hi
ponere ꝙ partes spermatis determinate: virtutes hñt mẽ
brorum a qb⁹ descindũtur: ꝛ per speciales ꝛ partiales ṽtu-
tes partiũ spermatis quelibet opereẽ membrũ vnũ ex par-
te spermatis in qua est: ita ꝙ non sit vna vniuersalis virt⁹
formatiua in spermate que opeẽ totũ ex vno aliquo qd est
ꝑncipiũ toti⁹ sicut cor diciẽ esse: qa aliter preinducta nihil va-
lerent testimonia nisi ita intelligerẽt hoc quod induxerũt.
Fuit aũt hec positio Platonis ꝛ seq̃ciũ ei⁹ qui multas aias
esse ponebant in quolibet corpore ſm diuisionez membroꝝ
principaliũ. ¶ Si qs aũt hec subtiliter cõsiderauerit inue-
niet ꝓculdubio rem cõtrario mõ se habere q̃ꝫ hi dicunt: nec
est difficile omnib⁹ his que induxerũt ꝯdicere. Nõ eniz cui
magis innitunẽ que ex similitudine nati ad gñantẽ nõ stabi-
lit istã positionẽ. Sepe enim nat⁹ similis est genitori suo in
pilis ꝛ vnguib⁹ ꝛ voce ꝛ huiusmodi partib⁹ a quib⁹ impossi
bile est sperma descindi. ¶ Ampli⁹ autez multi generantes
neqꝫ pilos habent neqꝫ barbã: ꝛ si sperma descindiẽ a quo-

Rõnes asserẽtiũ semẽ a toto corpore ꝺcidi.

Impugnatio predicte opionis ꝑmo ꝺ generatiõe aialium cap. 18.

libet membro simili ⁊ dissimili: quando diceremus ꝙ nati haberent pilos ⁊ barbam: ⁊ hoc tamẽ frequenter videmꝰ fieri in natis. ¶ Ampliꝰ aũt frequẽtissime contingit ꝙ natꝰ non assimilaẽ patri vel matri: sed potius auo vel proauo aliqñ quorum nulla pars seminis est in ipso. ¶ Ampliꝰ aũt similitudo hec aliquando est ad eũ qui precessit ante plures generatiões: sicut fertur ab Aristo. accidisse in regiõe ꝑlas vocata: vbi quedam mulier coiuit cũ ethiope ⁊ albaꝫ peperit filiam: ⁊ postea per viꝝ concepit illa filia alba ⁊ peperit per illũ virum filiam nigram. ¶ Ampliꝰ cõtra defensores huiꝰ opinionis obijcitur a similitudine arboꝝ. Si enim semen arboꝝ descindaẽ ab omnibꝰ partibꝰ arboꝝ videbiẽ incõueniens: eo ꝙ quedam partes arboꝝ sunt diminute: quedam autem nec dum orte sunt ipsis: ⁊ quedam sunt que non applicantur eis in ramis a quibꝰ exit fructus ⁊ semen: ⁊ oporteret etiam ꝙ descinderet semen ex corticibꝰ fructus ⁊ semen continentibꝰ ꝙ tales cortices in alio operantur si ponatur descindi de qualibet parte que omnia sunt absurda. ¶ Adhuc aũt querere oportet vtrum descindaẽ ex mẽbris consimilibꝰ tm̃: vbi gratia: vtrum descindaẽ ex carne ⁊ osse venis ⁊ neruis ⁊ chordis ⁊ ligamentis: aut etiaꝫ descindaẽ ex membris organicis: sicut ex facie ⁊ manibꝰ ⁊ pedibꝰ. Si enim exeat sperma ex altero istoꝝ membroꝝ: tũc ſm illam positionem in illis tm̃ debet esse similis natꝰ generanti: vt si erit ex officialibꝰ assimilabitur natus generãti in officialibꝰ tm̃: in facie. vꝫ. manibꝰ ⁊ pedibꝰ: hoc autem absurdum est. Manifestũ est ergo ꝙ similitudo nõ est propter descisionem spermatis a toto corpore: sed ꝑpter aliaꝫ cãm quã nos in ante habitis istiꝰ scientie assignauimus. Si eniꝫ dicatur sperma descindi a consimilibꝰ membris omnibꝰ: eo ꝙ mẽbra similia ſm viam cõpositiõis sunt: aut officialia eo ꝙ cõpositio ipsa est in facie ⁊ manibꝰ: tunc deberet natus in his semper parenti assimilari: ita ꝙ similis esset in carne ⁊ vnguibꝰ ⁊ alijs partibꝰ similibꝰ. Si aũt dicatur ꝙ sperma erit ex vtrisqꝫ membris tũc queritur ab eis quis sit modus generationis: nos enim videmus officialia mẽbra composita ex similibꝰ. Si aũt dicaẽ ꝙ sperma erit ab vtrisqꝫ prius debet descindi a similibꝰ ⁊ posteriꝰ ab officialibꝰ: quinimo dignius est vt exeat ex simplicibꝰ qꝫ ex compositis: qa composita non sunt nisi compositio simplicium: sicut si diceremꝰ ꝙ aliquid erit a nomine vel oratione oportet ꝙ exeat ex syllabis que sunt partes nominis ⁊ oratiõis: ⁊ simiľr qđ erit ex syllabis oportet ꝙ exeat ex litterarũ elemẽtis. Similiter autem si dicaẽ ꝙ sperma erit a toto corpore oportet ꝙ exeat a mẽbris similibꝰ ⁊ dissimilibꝰ: ⁊ si erit ex illis oportet ꝙ exeat a partibꝰ illarum partium primis: ⁊ sic exibit ex elementis: ꝑpter exitum aũt ex illis non oportet ꝙ sit aliqua similitudo generati ad parentem: ergo per similitudinem natoꝝ ad parentes non ꝓbatur sperma exire a toto corpore. Hec igitur Platonis opinio non continet veritatem.

¶ Cap. xiii. An sperma descidatur a toto corpore sicut dixit Empedocles ⁊ Anaxagoras.

Prio õ gñatiõe aialiũ ca 13. parum post principium.

Sunt autem adhuc ⁊ alie due opiniones consitentes sperma a corpore generãtiuꝫ descindi. Empedoclis. vꝫ. ⁊ Anaxagore de quibꝰ oportet inquiri. Dicebat enim Empe. ita sperma descindi a toto corpore ꝙ omnia membra similia ⁊ dissimilia sunt in eo actu: sed non continuata neqꝫ visibilia: ita ꝙ etiam in spermate geminorum sunt capita vtriusqꝫ geminoꝝ ad suas ceruices non continuata. Iste eniꝫ est de illis qui ponit omnia esse in omnibꝰ siue similia siue dissimilia. Lis autẽ ⁊ amicitia dispgendo ⁊ cõgregando continuant vnũquodqꝫ membrum ad id qđ est sibi congruũ: ⁊ diuidũt ipm ab eo qđ est sibi incongruũ. Anaxagoras aũt dicebat sperma esse decisum ex omnibꝰ similibꝰ membris: ⁊ in ipso esse omnia actu sicut esse ipm dicẽ carnem inuisibilẽ ex carne visibili generãtis ⁊ sanguineꝫ ex sanguine ⁊ os ex osse ⁊ sic de alijs. Et qa hec latent in spermate: ideo dicit intellectũ separare ⁊ coniungere conueniẽtia ab inconuenientibꝰ. ¶ Si ergo dicaẽ sicut isti dicũt: tũc oportet ꝙ membra illa que debent esse in semine: aut sũt diuisa: aut cõtinuata ⁊ coniũcta. Si aũt sunt diuisa non possunt viuere: quoniam vita nõ conuenit nisi organico cõiuncto: ⁊ si non viuit tunc non est ex toto viuo: neqꝫ generaẽ ex ipso totum viuum ſm istos. Si autem membra sint continuata adinuicem: tũc sperma erit organicũ corpus viuũ: et tale est animal: ergo sperma erit paruũ animal qđ est absurdum. ¶ Amplius autem qualiter habebit se sperma duoꝝ coniũctũ sicut sperma mulieris coniũgiẽ cũ spermate viri. Si enim vtrũqꝫ istorum descindiẽ a toto corpore femine ⁊ a toto corpore maris: oportet ꝙ natꝰ ex spermate in omnibus membris habeat expressam similitudineꝫ femine ⁊ similitudinem maris: ergo sicut iam ante diximꝰ non est vnũ animal sed duo: ⁊ ex his duobꝰ duo generabũtur animalia quãdo vnũ non agit in aliud ſm istos: sed a mẽbris que sũt in spermate hñt virtutem formatiuam siue distinctiuam ⁊ non a testiculis. Si aũt hoc modo dicat aliquis erit absqꝫ dubio cõueniens sermo Empedo. hic eni opinaẽ ꝙ in mare ⁊ femina est quedam natura essentialeꝫ hñs similitudinem nature in qua sunt mas ⁊ femina: ⁊ ꝙ totũ sperma nõ erit ex altero generantium: sed ex toto corpore vtriusqꝫ: cui tamẽ membroꝝ sit distinctio: ⁊ ꝙ a distinctis naturis ꝓfluit videtur distinctam hẽre figuram ⁊ virtutem ⁊ operationeꝫ. ¶ Amplius autẽ qua de causa femina per se sola nõ gignit si sperma erit a membris: ⁊ habet virtutem ab illis: quinimo sola debet concipere femina ⁊ parere eo ꝙ sperma formatiuã hꝫ a membris: ⁊ in ipsa femina receptaculuꝫ est matricis in qua embrio formari poterit ⁊ compleri: ⁊ nihil amplius exigiẽ ad generationẽ. Videẽ autem ex his alterum duoꝝ sequi necessario. s. ꝙ aut sperma non erit a toto corpore: aut sicut diximus erit ex vtroqꝫ parente mare. s. ⁊ femia: ⁊ huiꝰ signũ est: qa generatio non fit sine coitu vt ambo spermata sint simul: ⁊ tũc sequunẽ inconuenientia que supra diximus. ¶ Ampliꝰ autem incõueniẽs hoc esse videẽ: qa qñcunqꝫ est vnũ sperma multoꝝ geminoꝝ siue filiorũ: tũc oporteret ꝙ in illo spermate saluarenẽ membra distincta lꝫ inuisibilia. Et qa mẽbra distincta hñt virtutes ⁊ potentias ad vite operatiões oporteret ꝙ ipsa eẽt animata: qm̃ sicut anima tota est endelechia totiꝰ corporis: ita partes sunt endelechie partiũ: qa si oculus esset animal visus eẽt anima eiꝰ: sicut diximꝰ in libro de anima. Hoc tamẽ dixit Empedo. asserẽs ꝙ in semine essent capita geminoꝝ sine cõtinuitate ceruicis que postea per amicitiam cõtinuata sunt. Manifestum aũt est ꝙ sic in semine nõ possunt saluari mẽbra anima carentia nõ cõtinuata: qa tunc non operarẽtur ſm vite potẽtiam sicut dixit Empedocles. Similiter cõstat ꝙ non est animal: qa animal ſm Empedo. ⁊ in veritate nõ est nisi ex organis multis continuatis ⁊ compositis: neqꝫ iteruꝫ potest dici ꝙ illa mẽbra sint multa animalia: ita ꝙ qđlibet per se sit animal: sicut diximꝰ ꝙ si oculus esset animal visus eẽt anima ipsius. Sic enim non potest dici ꝙ membra que ſm Empedo. sunt in semine sint multa animalia que cõtinuãtur ⁊ ordinanẽ adinuicem ad cõstituendum vnũ ex multis animalibꝰ compositum: talis enim sermo non poniẽ nisi ab eo qui opinaẽ ꝙ sperma erit a corpore in substãtia mẽbroꝝ: sicut diximus ꝙ aliqđ clausum erat in terra: nõ sicut in materia sed sicut in loco oriẽ: ex ipa autẽ effoditur ⁊ deducitur ad lucem: ⁊ talem ortũ spermatis in omnibꝰ mẽbris insimul congregatis dixit Empedocles eẽ ex amicitia cõgregante mẽbra in vnam spermatis subam: ⁊ ſm hãc positionẽ sperma erit membrũ latẽs qđ exiuit a membris corporis. Sed cõtra hoc est ꝙ mẽbra nõ possunt esse cõtinua vt id qđ exit ab eis sit q̃si continuũ adunatũ sicut dicit Empedo. lꝫ eniꝫ sint colligata in corpore aialis: tamẽ forme eoꝝ sunt diuerse: qa vna est caro ⁊ altera est neruꝰ ⁊ tertia os ⁊ sic de alijs: ⁊ qđ exit a talibꝰ retinẽs formã eiꝰ qđ exit nõ est continuum ⁊ adunatũ in vno loco: ⁊ actu humiditatis spermatis eo ꝙ mẽbra sicut diximꝰ non adunãtur. Ridiculum enim videẽ membra superiora ⁊ inferiora: ⁊ dextra ⁊ sinistra: ⁊ exteriora ⁊ interiora distincta eẽ: ⁊ tamẽ esse in vno actu spermatis. Omnes igiẽ sermones sic opinantiũ falsi sunt oino. ¶ Amplius aũt quedam membra distinctas ⁊ principales habẽt virtutes sicut in ante habitis huiꝰ scientie determinatum est. Quedã aũt nõ propter se sunt: sed per accidens: siue ꝓpter aliđ eo ꝙ sunt principalibꝰ subueniẽtia: ⁊ qualiter hec membroꝝ distinctio soluatur in spermate: non potest assignari etiam si fingere liceat. ¶ Ampliꝰ si loqui volumus de positiõe ista ꝓfundius inueniemus membra dissimilia di-

stingui

singula similibꝰ in hoc ꝙ ista: qa officialia sũt possunt agere actiones suas: sicut lingua loqui ⁊ oculus videre ⁊ manus suã facere operationem ⁊ pes: cõsimilia aũt distinguũtur abinuicem per mollitiem ⁊ duritiem ⁊ alia accidẽtia ꝓpria conuenientia eis: ⁊ has distinctionum differentias impossibile est in spermate reperire. Manifestuz est igitur ꝙ impossibile est ꝙ sperma decisum a corpore hominis sit cõmunicans cum omnibꝰ membris similibꝰ ⁊ dissimilibus: ꝙ videlicet sanguis sit ex sanguie ⁊ caro ex carne: ⁊ hũc ẜmonem non dicunt nisi illi qui dicũt esse ex membris omnibꝰ: ponit enim esse ex huiꝰ rationis membro etiam si non cõcedamus sanguinem esse ex sanguine: qa in vno quolibet ẜm Anaxa. sunt omnia alia. Si eniz oĩa sunt in omnibꝰ qua de causa non posset esse spina ex aliquo vno mẽbro simili. Hec enim positio similis est positioni Anaxagore qui opinatur sperma non esse nisi ex consimilibꝰ partibꝰ sicut superius diximus. Sed Anaxagoras non affirmat dictum suuz nisi ex generatiõe animalium que tales inueniuntur habere partes similes ex quibꝰ alie componũtur que non possunt ex nihilo. Oportet igiẜ ꝙ ipse sint precedẽtes in semine lz sint latentes. Empedo. aũt hoc qđ dicit affirmat ex omnibꝰ generaliter entibꝰ ⁊ motibꝰ qui nõ sunt nisi composita per amicitiam ex his que prius erãt in actu forme lz nõ essent in actu compositiõis. Dicit enim ꝙ in augmẽto addũtur que ꝑus erãt per amicitiam: ⁊ in diminutione subtrahũtur ⁊ in alijs motibꝰ similiter. Sed nos queramus ab istis qualiter mẽbra embrionum crescũt ad debitam quãtitatem si nihil est in eis nisi qđ decisum est ab omnibꝰ membris generantis. Nõ enim possunt dicere ꝙ membra sunt in spermate ẜm illam quãtitatem quã hñt in nato cum primo nasciẜ: qa tũc essent visibilia ⁊ distincta ẜm sitũ ⁊ visum: qđ est manifeste falsuz. Propter qđ etiaz sermo Anaxagore tolerabilior est sermone Empedo. Dicit eni in augmẽto membroꝝ addi carnem carni: ⁊ sic de alijs membris similibꝰ: ⁊ nõ manuuz manui ⁊ pedem pedi. Empedo. autẽ ⁊ sequaces eiꝰ in hoc cõtradicunt ei: dicentes quidem carnem maiorem effici et augeri ex additione cibi: cibuz tamẽ hũc nõ alterari in carnem eo ꝙ cibꝰ ille non subito efficitur sperma qđ est simile carni ⁊ reliquis membris in forma: sed potius vt dicunt ex spermate omnia mẽbra generari: eo ꝙ omnia membra in se hz ⁊ erit ex omnibꝰ: ⁊ cum cibꝰ transit per membra colligit membra inuisibilia: ⁊ ex illis augeẜ corpus cibatũ: ⁊ facẽ hoc modo carnem ⁊ sanguinez ⁊ alia membra: ⁊ hec est positio fundata super hoc ꝙ suba membroruz fine sui diminutione emittat a se aliam substantiam omnia illa membra inuisibiliter continẽtem nõ continuata ⁊ distincta: quasi ipsa substãtia multiplicetur in seipa a talis humoris vel substãtie emissione: quem errorem vsꝙ hodie multi nostri temporis pleni errore homines defendũt. Hic autẽ sermo stare non potest: ideo qa nos videmus ꝙ id qđ exit a corporibus animaliũ exit per cõmixtionem sicut vinuz cõmiscetur cũ aqua qđ ante non fuit admixtum: sed postꝙ fuit apposita ad vinum attenuabitur vinum ⁊ subiectum est substãtie subtilioris ⁊ magis penetrans. Que autẽ cõmixta sunt: sũt indistincta sed vnita sunt in actu mixti: igitur quecũꝙ sunt in spermate indistincta: sunt ⁊ vnita in actu mixti.

Cap. 3^m. De improbatione dicti Empedoclis ⁊ Anaxagore per causam masculinitatis ⁊ femininitatis: ⁊ ꝑ causaz generandi dissimilia sibi in genere.

Prio de gña tiõe aialiũ ca. 18. circa dimidium.

S Ermo võ eius qui dicit sperma esse carnez ⁊ os ⁊ quodlibet aliud membrũ ẜm actum sicut neruus: ⁊ ꝙ sic compositũ est ex neruo ⁊ carne ⁊ alijs membris oĩno cõtradicit sermonibus nostris physicis: ⁊ nostre positionis in causa sexus masculini ⁊ feminini: ⁊ precipue quantũ ad hoc qđ dicit Empe. Dicit eni Empedo. ꝙ causa generatiõis femine vel masculi est in tẽpore impregnationis: quoniã si in illo tẽpore cõcipit sperma qđ exit a toto corpore viri erit conceptus masculus: ⁊ tũc effluit sperma mulieris erit embrio femina ⁊ tũc effluit sperma masculi: ⁊ si concipit ambo spermata cõcipiet geminos: quoꝝ vnus erit femina ⁊ alter masculus. Sz cõtra hoc est qđ ꝓbauimꝰ per experimẽtum: videmus eni mulieres primo non cõcipientes que post alterationez aliquam corpoꝝ suoꝝ ex etate vel medicina vel aere vel loco postea cõceperũt ⁊ vidimus easque semper per aliqđ tẽpus pepererunt mares ⁊ postea feminas: ⁊ quedaz sunt ecõuerso disposite: ⁊ irrationabile est dicere ꝙ semper effluat alter seminũ continue ⁊ nũꝙ concipiaẜ. Femininitas ergo ⁊ masculinitas nõ causanẜ ex hoc ꝙ sperma cõcipiatur qđ exit a toto corpore maris ⁊ femie: sed ꝓpter aliam cãm quã in ꝑhabitis istius sciẽtie assignauimus: que est tẽperantia spermatis: ⁊ intẽperantia que est in spermate viri ⁊ mulieris siẜ cõmixtis. Ex his eni que hic ⁊ in ante habitis istius sciẽtie dicta sunt manifestuz est ꝙ id qđ cõgregatur ex duobꝰ spermatibꝰ est res que ꝓprie cõuenit generatiõi membri qđ ostẽdit masculinitatem ⁊ femininitatẽ: ex vno eni spmate sic ex duobꝰ cõmixto ẜm substãtiam potest eẽ mas aliquãdo: ⁊ aliquãdo femia: nõ ideo ꝙ ex eo sit aliqđ mẽbrum qđ prius latuerit in ipõ: sed qa in spermate est virtus formatiua que est cõueniẽs generationi membri masculi vel femie ꝓueniẽs ex diuerso calore vel frigore que sunt in cõplexione spermatis. Et per omnia eodem modo dicimus de membris alijs: qa si ꝓbatum est ꝙ nõ necessario ad generationẽ matricis oportet egredi sperma ex matrice generãtis: erit idem modus rationis ꝓbandi de omnibus alijs membris: ⁊ sic nõ opz ꝙ sperma exeat ab aliquo mẽbro. Amplius sicut in precedẽtibus diximꝰ quedam animalia in prima generatione parta non sunt similia se generãtibus in specie: neꝙ tamẽ finaliter remanebunt dissimilia a suo genere: sicut quedaz musce ⁊ apicule. Ex istis igiẜ generata non statim sunt similia eo ꝙ generãt vermes. Cõstat autem ꝙ sic generatiõe diuersa ⁊ dissimilia non sunt a spermate qđ exiens ab omnibꝰ partibus generãtis in se similia mẽbra mẽbris generantis retineat. Si enim ex tali nascerẽtur spermate ꝓ certo essent similia statĩ primis generãtibus precipue ẜm istos qui dicunt ꝙ similitudo signuz est ꝙ sperma exeat ab omnibꝰ mẽbris ⁊ a toto corpore. Amplius ex vno coitu quedaz alia generãt multos filios: hoc tamẽ magis accidit in plãtis ꝙ ex vno simul ascendente succo generant multos fructus ⁊ multa semina in quolibet ãno semel vel pluries. Si ergo semẽ est factiuũ membrorum omniũ: qa est decisum ab omnibus habẽs in se membra ⁊ virtutes mẽbroꝝ inuisibiliter: oportet ꝙ in exitu vnius spermatis qđ vno motu exit multa mẽbra inuisibilia cum virtutibꝰ suis egrediantur: ⁊ hoc valde est absurdum. qualiter eniz hoc posset esse: qa si sperma a toto ꝺscinditur vt isti dicũt: constat ꝙ non exit nisi vno modo ⁊ vnica operatione membroꝝ vnum ⁊ idem sperma. Effluit enim vnũ sperma ex vno coitu ⁊ vna membroꝝ diuisiõe: nec põt dici ꝙ in matrice diuidatur in multoꝝ membra ⁊ virtutes: qa isti dicũt ꝙ sperma efficiẜ diuisum in mẽbra: ⁊ ex hoc ꝙ exit ex omnibꝰ membris animaliũ: hoc aũt impossibile esse iã probatũ est. Amplius autem rami arboꝝ abscisi ab arbore ⁊ infixi in terram inueniunẜ aliquãdo qui fructificant ⁊ semen faciũt ex quo germinat tota arboris species: cũ tamen non possit dici ꝙ hoc semen exit ex omnibꝰ partibꝰ arboris: exit enim ex his ramis sperma: siue semen per se: siue sine cõiunctione ad totã arborem: ⁊ manifestũ est ꝙ virtus fructificãdi est in eis anteꝙ ex se emittãt radices ex seipsis. Cõstat igitur ꝙ sperma huiꝰ fructificatiõis a tota nõ exit arbore. Huiꝰ autem qđ diximus signum est ꝙ multotiens videẜ in animalibꝰ anulosis quibusdam: ꝙuis nõ accidat hoc in toto ⁊ omni anulosoꝝ genere: in pluribꝰ eni accidit si quis diligenter cõsideret: hoc aũt est ꝙ femina habet membrum genitale per qđ concipit ad modũ veretri ⁊ imponit illud intra corpus maris ⁊ bibit ex eo sperma: hoc enim ꝓbaẜ ex hoc ꝙ in omni animali id qđ supponitur in coitu est femina. In istis autẽ anulosis suppositum inferiꝰ erigit veretrum per modũ caude factũ: inferiorẽ. vz. partez corporis sui ⁊ intrudit ipm in corpꝰ incũbẽtis sibi corporis anulosi: ⁊ bibit ex eo humorẽ spermatis. Non aũt fit hoc in oibꝰ anulosis vt diximꝰ sed in pluribꝰ. Et cõstat ꝙ nõ bibit nisi humorem iferiꝰ in corpore inuẽtũ. Manifestũ ergo est ꝙ causa gñationis in spermate nõ est ideo qa a toto exeat corpore: sed alia q̃dã est huiꝰ causa quã posteriꝰ ingremus. Melius eni ⁊ cõuenientius diciẜ ꝙ causa gñationis non est exitꝰ spermatis ab oibꝰ membris ⁊ a toto corpore: sed potiꝰ est ab operatiõe virtutis formatiue que sicẽ artifex est ope-

ratrix totius corporis: sicut etiam dicimus scānum ſm formaz scāni esse a carpētario ⁊ nō a materia generaliter ptes scāni in se hñte. Isti enim mirabile figmētum inducunt in causa similitudinis gñati cum generāte: sicut si aliquis diceret ꝙ ideo similis est filiꝰ patri: qa hʒ consimilia membra cum membris patris. ¶ Adhuc autē magne delectationis que est in coitu nō est causa illa quā inducūt: exitus. vʒ. spermatis a toto corpore ⁊ ab omnibꝰ partibus eius: sed potiꝰ huius delectationis est causa profundus ⁊ fortis motꝰ spermatis qđ inferius tangit loca neruosa genitalium: ⁊ precipue locū preputij in viro ⁊ neruos matricis in femīa: cooperatur autem hec fricatio aperiēs ⁊ calorem inducēs: cuiꝰ signum est ꝙ minus delectātur in coitu hi qui multuʒ coeūt: quoniaʒ ifrigidati sunt ex vsu coitus ⁊ laxe sunt vie per q̄s effluit semē: ⁊ iđ nō subtilr̄ tāgit. ¶ Preterea delectatio nō est nisi in fine coitꝰ ⁊ in membris genitalibꝰ: ſm dictum autem istoꝝ deberet esse in toto corpore ſm omnia mēbra eq̄liter. Non enim dʒ esse delectatio in quibusdam membris ante: ⁊ in quibusdaʒ post: qa si ita esset multuʒ tempus duraret delectatio coitus anteq̄ʒ trāsiret successionem omniū membrorum qđ nō est verum: qa delectatio per paruuʒ tēpus durat: ⁊ hoc tamē mirum est. Si eniʒ delectatio equaliter est ſm membra ⁊ in vno tempore: oportet ꝙ ita cito descendat sperma a membro lōge distāte sicut a membro qđ est prope iuxta exitum ipsius: ⁊ hoc est impossibile cum vno motu ⁊ vno mouēte moueātur ad delectationeʒ omnia mēbra. ¶ Ampliꝰ si verum est qđ isti dicūt erūt filij mutilatoꝝ ⁊ imperfecta ⁊ diminuta membra habentium semper mutilati ⁊ imperfecti in mēbris ⁊ diminuti: qđ falsum esse vidēmus ad oculum. In sequētibꝰ autem causaʒ vtriusq̄ȝ horum. s. tam causam similitudinis filiorum cum parētibꝰ q̄ȝ etiam diminutionis mēbroruʒ: que aliquando est in parētibus ⁊ non in filijs inquiremus. Hec enim questio cōmunis est de vtriq̄ȝ dictis accidētibus. Causa igit̄ eorum que dicta sunt non est exitus spermatis a toto corpore ⁊ ab oībus membris. Nulla autē falsitas sequit̄ contra ea que diximus etiā si confiteamur sperma exire a femina. Nos eniʒ cōfitemur ꝙ femina per sperma suuʒ ⁊ conceptuʒ matricis est aliquo modo causa generatiōis sicut post dicemus.

> Propter qđ sit vehemēs in coitu delectatio.

¶ Cap. 4m. Cuiusmodi sit principium generationis quando dicitur ꝙ ex spermate fit generatio.

> Prio đ gñatiōe aialiū ca. 18. i medio capituli.

His autem sic determinatis ⁊ probato ꝙ sperma non exit ex omnibꝰ mēbris corporis: oportet primū inquirere naturaʒ spermatis ⁊ ipsaʒ determinate cognoscere: quoniaʒ si hoc perfecte fuerit a nobis cognitum de facili cognoscemus omnes operationes spermatis ⁊ causas accidentium que accidūt ei per se ⁊ ſm naturā. ¶ Dicamꝰ igitur ꝙ sperma ex quo fit generatio oportet ꝙ sit in quo ē sustentatio naturaliter totius geniture: hoc autē non cōuenit ei nisi sit primū qđ subijcitur in generatiōe ⁊ ex quo erit qđ primum fundamētuʒ ⁊ sustentamentuʒ est creature formāde: ⁊ hoc est videre in spermate qđ erit ex homine: hoc eniʒ est in virtute sicut homo in actu: ⁊ est sicut hō a quo primo erit operatio hominis: similr̄ auteʒ est in alijs animalibus. Opʒ aūt scire ꝙ aliqđ fit ex alio ſm multos modos. Uno eni modo dicit̄ aliqđ fieri ex alio sicut fit imago idoli ex ere vel ex lapide ⁊ scānuʒ ex ligno: ⁊ generaliter ſm ꝙ aliquid ex aliquo dicit̄ eē ⁊ fieri sicut ex materia. Scđm alium autem modū dicit̄ fieri aliqđ ex alio sicut fit ex musico non musicū: ⁊ ex sano egruʒ: ⁊ vniuſr ex cōtrario cōtrariū. Scđʒ tertium aūt moduʒ diuersuʒ ab ambobꝰ dictis dicit̄ aliqđ fieri ex alio sicut dixit Antiphon ꝙ ex incēso fiunt olympia: aut etiā ex sulphuratiōe fiunt pugne: aut etiā ex alio ex quo pugna sequit̄: odorato eni sulphure vel incēdio tyrones scientes esse hostes incēdentes patriaʒ ꝓpe mouebāt pugnā: ⁊ cuʒ sic ex incēdio fit pugna: nec vnuʒ fit ex alio sicut ex materia: neq̄ȝ sicut ex cōtrario: sed potius sicut ex signo. Quocūq̄ȝ autē istorum modoꝝ dicatur vnuʒ fieri ex alio: oportet ꝙ habeat aliud principiū motus: quidaʒ autem ꝑdictoruʒ modoꝝ hñt pricipiū motus in seipsis sicut duo modi quos vltimo diximus: incēdiū eni siue iniectio ignis sulphurati est ꝑncipiū mouēs ad pugnā. Quedā eniʒ hñt cām extrinsecam vt aliquid fiat ex ipsis sicut diximus ꝙ ars est ꝑncipiuʒ apothelesmatis siue artificiati: sicut quādo idoliū fit ex ere: ⁊ sicut diximus ꝙ candela que nihil domus est est ꝑncipiuʒ illuminationis in domo. ¶ Manifestuʒ autē est ꝙ sperma cadit in aliquo dictoꝝ modoruʒ quādo dicimus ꝙ sperma est principiuʒ generationis sicut ex quo fit generatio: id eni qđ est ex spermate non est ex ipo sicut ex materia vel sicut ex motore: non eniʒ potest esse ꝙ significet hoc esse post hoc: sicut quādo dicimus ꝙ ex mane fit meridies sicut dixit Homerus ꝙ ex nauigatione Achineʒ submersa est nauis: neq̄ȝ potest esse ex spermate creatura sicut vnum cōtrariorum ex alio: nō eniʒ modus est ꝙ dicaʒ cōtrarium fieri ex cōtrario ⁊ aliquid fieri ex elemēto ⁊ subiecto: qa cōtrarium nūq̄ȝ est elemētuʒ vel subiectum: elemētuʒ eniʒ potest esse per se sine vtroq̄ȝ cōtrarioruʒ: cōtrarioꝝ autem nulluʒ est sine subiecto siue elemētuʒ: in contrarijs enim semper oportet esse aliam rem subiectam ex qua est id qđ fit preter contraria: ex quo igitur sperma: aut est sicut motor: aut forte sicut vtrūq̄ȝ opʒ considerare naturaʒ seu dispositioneʒ spermatis vtrum sit sicut materia. Si eniʒ sic est tunc est sicut id qđ agitur ⁊ mouetur. Cōsideranduʒ etiaʒ est si non est sicut materia vtruʒ sit sicut forma faciēs sicut est ars ⁊ artifex. Manifestum est auteʒ ex ipsa natura ⁊ operatione spermatis ꝙ sperma erit equaliter principiū generationis vtrorūq̄ȝ istoruʒ: ⁊ sic sperma erit ambo hec equaliter: ꝙ. vʒ. est aliquid eius sicut materia ⁊ aliquid sicut forma ⁊ artifex: generatio auteʒ que est ex cōtrarijs est quidē naturalis: qa est primoꝝ generabiliū simpliciū: sicut diximus in libro perigeneseos: ⁊ hec cōtraria que sunt elemētoꝝ qualitates sunt in spermatibus: ⁊ ex eis etiaʒ sicut ex trāsmutātibus est generatio que est ex spermatibꝰ ſʒ ꝙ est trāsmutatio physica. Est aūt substātia spermatis in hoꝝ principioruʒ ratione ⁊ in se habens cōtraria trāsmutantia aliquādo ex mare ⁊ femina: aliquādo autem non est emissa nisi ex vno: sicut est videre in semine arborū ⁊ generaliter omniū plantarū: ⁊ sic etiaʒ est in quibusdā animalibus de quibus diximus in antehabitis ꝙ nō est in eis differentia sexus maris ⁊ femine: ⁊ tūc fit ex vno hñte virtutes vtriusq̄ȝ sexus sicut esset ex mare ⁊ femina: sicut in libro de plātis diximus esse vnitas virtutes sexuum in ouo. Sperma eniʒ est substātia que exit a generāte ſm oēs species ⁊ modos aīalium coeūtium ⁊ nō coeūtiū que generāt: ⁊ est naturaliter primū subiectum in quo vniūtur virtutes vtriusq̄ȝ coeuntiū generātium siue nō coeuntiū: permixtas tamē virtutes sexuū hñtium sicut hñt arbores ⁊ animalia in quibꝰ nō est sexuum differentia vt diximus: in his enim est sperma sicut esset ex mare ⁊ femina hñs virtutes vnitas sicut vnite sunt in ouo: ⁊ diximus subtiliter in libro de plantis. In talibꝰ eniʒ seminibus est vtraq̄ȝ virtus que in qbusdam erit ex duobus diuisis. s. mare ⁊ femina. In plantis tamen inter semen ⁊ fructū aliquādo sunt ideʒ ſm subiectuʒ: fructus eniʒ est id qđ primū exit ex planta: sicut mala pira ⁊ citonia ⁊ malāgi ⁊ huiusmodi: ⁊ ideo fructus quoddaʒ ꝑncipium est seminis. Semē auteʒ est qđ est completū vltimū ⁊ finis qđ vt germinatiuuʒ similis est sibi producit planta. Si autē in aliquibus plantis hec non inuenitur differētia: in illa res vna sunt fructus ⁊ semen sicut est in tritico ⁊ ceteris granis seminuʒ que in substantia carnosa nō crescunt. Ex dictis autē colligitur ꝙ sperma est principium generationis habens se ad generationem vt materia ⁊ vt artifex ex hoc ꝙ in ipso sunt vnite virtutes amborum sexuum.

¶ Cap. 5m. Per quem modum sperma est in corpore spermatizantis.

> Prio de gñatiōe aialiū ca. 18. paꝝ post medīū cap.

Semen insuper est in quo est primū natura tota eius cuiꝰ est semē ſm virtuteʒ ⁊ ſm potētiā materie: naturā auteʒ dico eius cuiꝰ est semē qđ sperma grece vocatur. Omne enim qđ est in corpore a quo semē descindit̄ aut est ex his que cōnaturalia sūt corpori: aut ex his que nō sunt cōnaturalia. Cōnaturalia autē voco que sunt cōponētia corpus sicut similia: aut ea mēbra que cōstant ex similibus. Nō naturalia autē voco superfluitates que sunt in corpore nō cōnaturales corpori: eo ꝙ nō attingerūt ad aliquā speciem mēbri qđ ſm actum est pars corporis: ⁊ hoc est sicut superfluitas aliqua aut aggregatio humoꝝ in corpore: aut etiā sicut superfluitas cibi. Si igitur sperma est in corpore

pore

pore ⁊ exit ex ipſo: oportet ꝙ ſit in ipſo: aut ſicut cōnatura/
le: aut ſicut non cōnaturale. Manifeſtum autē eſt ꝙ nō eſt
cōnaturale corpori ſicut pars aliqua corporis. Partes enī
aut ſunt etherogenee aut homogenee. Etherogenea autē
pars ſperma nō eſt: eo ꝙ per partes ſpermatis omnes aſſi
milātur adinuicē: etherogenee autē partes ſunt diſſimiles.
Similiter autē conſtat ꝙ nō eſt pars ſimilis: qa ex ſimilibꝰ
componūtur diſſimilia ſicut ſit compoſitio diuerſoꝝ orga/
noꝝ ex carne ⁊ neruis. Ex ſpermate aūt nullū omnino mē
broꝝ componitur. ¶ Amplius aūt omne membrū ſiue ſit
ſimile ſiue diſſimile eſt diſtinctū in virtute ⁊ forma ⁊ ope/
ratione in corpore cuius eſt pars: talē autē diſtinctionem
ſperma nō habet. Alie vō res omnes que ſūt in corpore ſi/
cut diximus ſunt in corpore diſtinctionē habentes per mo/
dū quē diximus. Siliter autē ſperma nihil eorū eſſe vi/
detur que ſunt nō cōnaturalia corpori: neqꝫ videtur eē res
occaſionata ex infirmitate aut dominio alicuius diſcraſie
in corpore: eo ꝙ eſt in omnibus corporibꝰ in nature virtute
⁊ ſtatu exiſtentibus: ⁊ ex eo ſuſtētatur ⁊ permanet natura.
Manifeſtū etiā eſt ꝙ non eſt in corpore ſicut cibus: cibus
enim eſt impoſitus ab extrinſeco in corpus ⁊ eſt extra car/
nem: lꝫ ex ipſo fiat vt id qđ eſt potentia caro ⁊ potētia ner/
uus ⁊ os ſit actu caro: ⁊ actu neruus ⁊ actu os. Si aūt for/
taſſe aliquis vellet dicere quemadmodū dixerūt Empe/
docles ⁊ Anaxagoras ꝙ eſt quedā ſuperfluitas exiēs ab oī/
bus membris ex diſſolutiōe membrorum quemadmodū
ſudor. Hi enim dicūt ꝙ exit a toto corpore propter calorē
excitatum a motu coitus: ⁊ virtutē eoꝝ a quibus exit per
diſſolutionem: tūc oportet ꝙ ſperma ſit ſuperfluitas quedā
exiens a membris corporis: ⁊ talis ſuperfluitas ſperma eē
non pōt: omne enim tale ſuperfluū eſt ex cibo: ⁊ eſt tale cu/
ius nulla eſt indigētia ad aliquid naturaliū: ſed potius eſt
nature impedimētū: ⁊ ideo expellitur: eo ꝙ nulli operatiōi
nature poteſt eē conueniens: ſed potius indiget natura vt
cōſumatur maior pars huius ſuperfluitatis: cuiꝰ nulla eſt
indigentia in nature operatiōibus: ⁊ huius ſignū eſt ꝙ mē
bra alleuiātur per conſumptionem huiuſmodi ſuperfluita
tum. Manifeſtū autē eſt ꝙ ſperma nō eſt huiuſmodi ſu/
perfluitas. Tales enī ſuperfluitates multe ſunt in quibuſ/
dam infirmantibꝰ habentibus complexionē debilē ⁊ vir/
tutes membroꝝ debiles quas ſuperfluitates in corpore ge
neratas a ſe non poſſunt expellere: ſperma autē aut modi/
cum eſt in eis: aut nihil omnino: aut ſi eſt nō eſt conueniēs
generationi perfecte: qa ſi generat partus erit egrotus aut
morietur eo ꝙ cū ſpermate taliū corporū admiſcetur pſ
male ſuperfluitatis. ¶ Amplius autem ſuperfluitas primi
cibi qui a ſtomacho trahitur ad epar ex indigeſtiōe proue
niens eſt flegma vel aliquid flegmati ſimile eo ꝙ flegma eſt
ſuperfluitas viſcoſa boni cibi nō aduſti: ⁊ hoc idigetur ſicꝫ
ſuperius diximus: aut ad nutrimentū membroꝝ flegma/
ticoꝝ: aut etiā ideo qa per calorē digerentē conuertibile
eſt in cibū: huius autē ſignū eſt: qa admiſcetur cum ſan/
guine qui eſt cibus: ⁊ ꝓcedente tempore quādo diſſolutum
fuerit a calore erit ſicut cibus: ⁊ ꝯſumitur mutādo ſe in ſan
guinē quādo laborat corpus per calorē excitatū ex labo/
re: ⁊ ſi cibatur ex ipſo membrū corporis hoc erit membrū
vltimū in cibū accipiendo: ⁊ iſta ſunt membra que cibanꝛ
ex vltimo digeſto ⁊ nutrimēto. Primū autē membrū qđ
a primo cibo accipit nutrimētū nō cibatur illo humore fle
gmatico. Cibatur etiā humore flegmatico membrū poſt
tione vltimū qđ eſt cerebrum: ſed primū qđ eſt cor non ci
batur illo: ſed potius calido ſanguine cholerico. Id autem
ſuperfluū qđ vltimo poſt omnes digeſtiones relinquiꝛ eſt
valde modicū: etiam ſi multū ſit de primo cibo ex quo re
linquiꝛ: ⁊ hoc frequēter conuertitur in augmētū membro/
rum qđ eſt: aut ſm lōgitudinem: aut ſpiſſitudinem: aut lati
tudinē. Scimus enī ex his que in ante habitis libris no/
ſtris phyſicis determinata ſunt ꝙ oīa animalia ⁊ arbores
creſcūt paulatim quouſqꝫ perueniūt ad ſuū terminum na
turalē qui eſt finis ſue magnitudinis. Cōſtat igitur ſper/
ma nō eſſe huiuſmodi ſuperfluitatē que ſola habet conue
niētiā cū ſpermate: qa ſperma eſt viſcoſū ⁊ aqueū. Cho/
lerica enim ⁊ melācholica ſuperfluitates nō habēt cōueniē/
tiam cū ſpermate: ⁊ ideo nō oportet nos loqui de ipſis. Sā/
guis autē non eſt ſuperfluitas ſed cibus: ſicut patet ex ſupe/
rius in hac ſciētia determinatis. Ex oībus igitur que dicta
ſunt manifeſtū eſt ſperma huiuſmodi ſuperfluitatē non eē:
nec ita exire ab omnibꝰ mēbris ſicut expellitur id qđ per ca
lorem reſoluitur a corpore. ¶ His aūt ſic probatis oportet
dicere de natura ſpermatis ſermonē omnino cōtrariū oī/
bus eis qui ante nos de ſpermate locuti ſunt de quibus in
phyſicis fecimus mētionē. Illi eni omnes conueniebāt in
hoc ꝙ ſperma exit a toto. Nos autē dicimus ꝙ ſperma q/
dē eſt illud qđ hꝫ naturā ex forma agente ⁊ materia ꝙ ſit
toti cōueniens: ſed nō hꝫ ſimilitudinē ad omnia corporis
mēbra. ¶ Adhuc autē illi dicebant ꝙ ſperma eſt qdā diſſo/
lutio corporis ſiue humor ex diſſolutiōe corporis egrediēs
ſicut ſudor. Nos autē dicimus ꝙ eſt quiddā ſuperfluū qrte
digeſtionis quo indigetur ad ſalutē ſpeciei quo ad eſſe qđ
hꝫ in indiuiduoꝝ ſucceſſione: ⁊ ideo melius diciꝛ ⁊ cōueni/
entius ꝙ ſit ſuperfluū vltimū hoc eſt ex vltima digeſtione
relictū qđ additū fuit ſuper illud qđ eſt corpori vltimo aſ
ſimilatū. Taliter autē additum eſt ſuperfluum indiuiduo
habens potentiā vt toti corpori efficiatur ſimile ſm actū:
hoc eſt igitur qđ eſt corpori deſeruiens: hoc enim iā habꝫ
virtutes oīum membroꝝ corporis: ⁊ hꝫ poſſe ex illa ſimi/
litudine quā paſſum eſt ſicut eſt poſſe artis ⁊ artificis ſuper
materiā artificiati: ſicut Polycletus habet virtutes faciē/
di ſtatuas idoloꝝ ad ſimilitudinē hoīum figuratoꝝ. Sic
igitur dicentes non dicemus ꝙ ſperma ſit quiddā per diſ
ſolutionem a corpore egreſſum: omne enī a corpore aīato
egreſſum corrumpitur ⁊ mutat naturā: ſperma autem non
corrūpitur: ſed pre omnibus rebus naturalibus mirabiles
perficit operationes intātū ꝙ res diuina a quibuſdā eſſe
putetur ꝓpter creatricem ⁊ formatricē virtutem que eſt in
ipſo. Qꝛ autē ſm rationē talis ſuperflui emittatur de corpo
re: ⁊ non ſm viā ⁊ modum diſſolutiōis ſignificatur per hoc
ꝙ animalia magni corporis ſm ſue ſpeciei ꝓportionē pue
ſunt generationis ⁊ pauci ſeminis: ⁊ ea que ſunt parui cor/
poris ſunt multe generatiōis ⁊ multi ſeminis. Neceſſariū
tamē eſt ꝙ in animalibus magni corporis multū ſit diſſo/
luti a mēbris ⁊ corrupti humoris: modicū autē ſuperfluum
quarte digeſtionis eo ꝙ totū qđ illa digeſtione completū
eſt fere attrahitur a membris magnis que multo indigent
nutrimēto ꝓpter qđ parum remanet de ſuperfluo. In ani/
malibus autē parui corporis exiſtentibus totum eſt ꝯtrā.
¶ Amplius diſſolutus humor ſuperfluus hoc eſt per diſſo
lutionē a membris corporis reſolutus nō habꝫ vas natu/
rale ⁊ locū ſiue receptaculū in corpore: ſed potius expelliꝛ ⁊
ante expulſionē vagaꝛ caſualiter in mēbris ⁊ grauat. Oīa
vō ſuperflua omniū digeſtionū loca ⁊ vaſa habēt natura/
lia ad que dirigūtur: que loca ⁊ vaſa nota ſunt in animaliū
corporibus: qa ſuperfluū digeſtionis que ſit in ſtomacho
dirigiꝛ ad inferius inteſtinū ⁊ ſeceſſum. Digeſtiōis aūt ſu/
perfluum que ſit in epate dirigitur ad veſicā in his que ha
bent veſicam: ⁊ in his que nō hn̄t dirigitur ad inteſtinum.
Et digeſtionis que ſit ſub corde cholera quedā ſuperflua
dirigitur ad chiſtim fellis. Melācholia autē ad ſplen. Fle/
gma autē conuertibile eſt in ſanguinē ſicut ſuperius dixi/
mus: ⁊ per hūc modū ſuperfluū quarte digeſtionis que eſt
in extremitatibꝰ venarū ad matricem in mulieribꝰ: ⁊ ge/
neraliter loquēdo dirigitur ad vaſa ſeminaria que ſūt mē/
bra ad coitū deſeruientia: ⁊ per eūdē modum lac qđ eſt ta/
lis ſuperfluitas dirigiꝛ ad vbera. ¶ Amplius autē ex acci/
dentibꝰ conſequētibus exitū ſpermatis probatur nō eē diſ/
ſolutū a corpore: ſed ipm̄ eſſe humorē in quo maximū na/
ture eſt auxilium. Si eni ſperma vltra ꝙ̄ oportet exit a cor/
pore multā inducit corporis deſtitutionē ⁊ diſſolutionē ⁊
debilitatem manifeſtam: eo ꝙ tūc non hꝫ in ſe ſuperfluum
qđ ex cibo vltima cōpletione cōpleto relictū eſt: ⁊ ideo non
hꝫ vnde reſtauret deperditū a mēbris. Paucis autē val/
de hoībus accidit quies poſt exitum ſpermatis: ⁊ illi ſūt iu
uenes multi ſpermatis: ⁊ pauci vel nullius coitus exiſtētes
in quibꝰ ſperma multiplicaꝛ vltra menſuram: tūc eni ſper/
ma multiplicatū inducit grauitatem ſicut accidit corpori
repleto grauitas ex multo optimo ⁊ cōuenienti nutrimēto
qđ nō peccat in aliqua cōplexionali qualitate: ſed ex ꝙ̄tita/
te ſuperfluente ſolum inducit ponderoſitatē mēbris ⁊ to/

Vera Ar. ſen tētia d̄ ſpmate ⁊ eiꝰ dcīſiōe.

ti corpori: ⁊ cum aufert per euacuationē causa illius grauitatis alleuiatur ⁊ reparatur corpus: ⁊ fit bone dispositionis. Mul⁹ tamē alleuiatiõis que post exitū spermatis aliquando sentitur non est causa sola spermatis emissio: q̄a a viro nõ exit solum sperma purū ⁊ bonū: sed frequēter exit sperma admixtum cū superfluitate aliqua alicuius vel aliquorū humorū corruptorū que superfluitas mala est ⁊ infirma: ꝓpter qđ etiā multi hoies hoc modo sperma cõmixtū malis humoribus hñtes nõ generant. Alleuiatio ergo corporis post hmõi spermatis emissionē: aliqñ est pp humorē malū admixtū a quo liberat̄ corpus ⁊ nõ ꝓpter emissionē spermatis. ¶ Amplius nõ est sperma in p̄ma etate que est infantie etas ⁊ puerilis: neq̄ est in vltima senū etate: neq̄ in multū infirmis p̄cipue in calidis febrib⁹. In infirmis eī cõsumit̄ ꝓpter debilitatē ⁊ calorē. In senib⁹ aūt non digerit̄ ex frigore: ⁊ fit humor viscosus extrīsec⁹ mēbris adherens. In pueris aūt trāsit in augmētū: cuius signū est ꝙ videm⁹ hoiem in primis quinque annis etatis sue medietatē totius lõgitudis sue vel ampli⁹ vt in plurib⁹ accipere quā habebit in tota vita sua. Scd̄m aūt dc̄m modum multas hñt in habēdo sperma differētias adinuicē aiata: sicut arbores ⁊ aialia: ⁊ nõ solū has differētias participāt genera adinuicem cõparata: sed etiā idiuidua cõueniētia in specie ⁊ figura spēm suā cõsequēte: sicut quādo cõfertur homo homini vel equus equo ⁊ nobilitas cõplexionis vnius ad nobilitatē cõplexiõis alterius. Quidā eni sunt multi spermatis ⁊ quidā pauci: ⁊ q̄dā nõ hñt sperma oino ⁊ nõ ꝓpter debilitatē vel infirmitatē: sed poti⁹ pp cõtrariū: q̄a q̄dā sani multe carnis existētes ⁊ multe pinguedinis nõ spermatizāt nisi modicū valde: neq̄ desiderāt coitum nisi raro. Hoc ēt accidit multis plātis ⁊ fertilib⁹ quarū fructus corrumpūtur ⁊ cadūt vel formant̄ incõpleti ꝓpter multitudinē sui cibi q̄ remanet incõplet⁹ ⁊ idigestus. Hoc aūt ēt accidit aialib⁹ ⁊ p̄cipue capris: q̄a hi nõ multū coeunt: q̄a multū ip̄regnant̄: ꝓpter qđ etiā capras gregū sagaces pastores moderate macrificant vt plurīū caprarū per coitū possint implere ꝯceptū. Et siˡi igenio cultores agrorū aliquādo moderate macras faciūt plantas vt fertiliores efficiātur. ¶ Hac eadē de causa homines valde pingues raro generant minus q̄ hi qui habēt corpora moderata iter maciē ⁊ pinguedinē. Et silē quidē accidit etiā in corporib⁹ mulierū. Causa aūt est ꝙ superfluū qđ est in corporib⁹ pinguibus digerit̄ cito ⁊ trāsit in pinguedinē eo ꝙ est valde cõuertibile ⁊ aquosum subtile. Hac etiā de causa quedā arbores nõ fructificant sicut salices: vel paruū fructificāt sicut nux romana: magne eni sunt corpore hmõi plante ⁊ plurimū trahentes nutrimentum. Possunt etiā alie esse cause huiusmodi accñtiū sicut diximus. Accidit eni aliquādo carentia spermatis ex debilitate: ⁊ multitudo spermatis accidit aliqñ pp vigorē: aliquādo etiā ꝓpter nimiā retētionē spermatis in ifirmis corporibus aliquādo accidit cõgregari multas malas superfluitates quibus nihil iuuat̄: sed plurimū impedit̄ corp⁹. Propter qđ etiā aliqñ ex spermate retēto vltra modū accidunt multe male ifirmitates: ⁊ aliquādo mors quando pp sperma cõgregatū corpora purgari nõ possunt. Et sic quidā sanātur per coitū ⁊ q̄dā moriūtur: sicut frequenter accidit in quibusdā hoibus vel gentibus aut nimis abstinētib⁹ a coitu aut nimis vtētibus eo. ¶ Ampli⁹ autē in multis corporibus animatis vie exitus superfluitatū non sunt eedē sicut in homine in quo est superfluitas sicca ex cibo ⁊ superfluitas humida ex potu: ⁊ nõ exeunt per eādem viam: ⁊ tūc superfluitas humida exit per viam exitus spermatis: superfluitas v̇o sicca habet aliam viam per se separatam ab ista. Et ex hoc patet ꝙ sperma nõ est dissolutio: quoniā dissolutio nõ expellitur per viam determinatam: sed per oia mēbra expellitur sicut ⁊ in omnib⁹ mēbris vagat̄. ¶ Ampli⁹ sicꝰ prius diximus exitus superfluitatis ois quādo nimia est alleuiat corpus. Exitus aūt dissol̄onis quādā relinq̄t debilitatē lꝫ corpus alleuiet: sicut pꝫ in his qui multū sudauerunt ex quacūq̄ cā factus sit sudor: nõ igitur sperma est dissol̄o. ¶ Amplius aūt in exitu spermatis exeunt aliqñ simul ambo: sperma. vꝫ. ⁊ dissolutio pp admixtionē boni cibi cū malo humore. Si aūt sperma esset qđ per dissolutionē caloris dissoluitur a mēbris sicut opinati sunt quidā homines eēt totū mali humoris superfluitas. Nos aūt videmus per experimentū ꝙ sperma nullo mõ facit qđ facit sic dissoluta a mēbris superfluitas sicut pꝫ per añdicta. Falsus est igit̄ sermo opinantiū ꝙ sperma separat̄ a mēbris sicut sup̄fluitas per calorē dissoluta ab eis. Propter qđ relinquitur sp̄ma esse superfluum cibi ex quarta digestione completi. Et hoc manifestum est ex omnibus preinductis.

¶ Cap. 6m. De nã spermatis ⁊ menstrui tā femine q̄ masculi quā habet id qđ est principium generationis.

Relinquitur igit̄ deinceps declarandū que sit ista cibi superfluitas: ⁊ ꝙ inquiramus que sit dispõ menstrui. Hoc eni bene declarato q̄si ex correlario relinquit̄ ⁊ scit̄ que sit dispositio feminarū aialiū: vtrū. vꝫ. spermatizant sicut viri vel nõ: ⁊ vtrū illud qđ hꝫ virtutē creatricem ⁊ formatiuā ⁊ generatiuā est cõnexū ex duobus spermatibus: viri. s. ⁊ mulieris ⁊ generaliter femine vel masculi vel nõ: sed exeat sperma tm̄ ex viro. Et si cõceditur ꝙ non exit a femina erit inquirēdū a nobis an femina aliquā habeat conueniētiā ad principiū generationis: aut nihil conuenientie habeat in ipso. Et si dicat̄ habere cõuenientiā cū generatione hoc mõ ꝙ accipiat sperma in vas debitū ⁊ sicut adiuuās ad illud per modū preparatiõis: fouet eni ⁊ tenet ⁊ ministrat nutrimētū creature. Si hoc dicat̄ queremus si aliquā aliā habeat conueniētiā ad causalitatē generationis aliquo mõ. ¶ Incipiētes igitur querere de istis dicim⁹ qđ iā superius declarauimus ꝙ sanguis est vltimus cib⁹ in habētib⁹ sanguinē: in animalib⁹ autem non hñtibus sanguinē vltimus cibus est humor qui est loco sanguinis cõueniens sanguini. Probauimus etiā in physicis hui⁹ sciencie de aialib⁹ ꝙ sperma est superfluitas cibi vltimi hoc est quarta digestione cõpleti: cibus aūt ille per subā nõ est nisi sanguis aut humor cõueniens sanguini vltimo decoctus ⁊ cõpletus. Nullū enī mēbrū nutritur ⁊ perficit̄ nisi ex sanguinis digestione: ⁊ cū sperma digeritur ⁊ decoquitur vsq̄ ad terminū ⁊ exitum debitum ⁊ alteratur nõ est in colore simile sanguini sicut diximus in p̄habitis vbi determinauimus spermatis g̃ñatiõnē: est tamē de substātia sanguis. cuius signū est: qm̄ si aliquādo per aliquā cām exit non digestū vsq̄ ad terminū: erit in colore sanguinis: ⁊ hoc qñ virorū aliq̄s nimiū satagit coire per aliq̄d mouens ad coitum sicut est stincus vel aliq̄d huiusmodi: ex hoc eni manifestat̄ ꝙ sperma b̄m subam nõ est nisi superfluitas vltimi cibi qui est sanguis qui spargit̄ per mēbra in vltima digestõe ꝓpter qđ etiā permaximū dat vigorē corpori: ⁊ subtractū multum debilitat: ⁊ si vltra modū egrediat̄ laxū facit corpus. Propter qđ etiā multū coeuntes cito senescūt ⁊ citius moriunt̄. Quia igit̄ sic sparsū est per mēbra rõnabiliter efficiunt̄ plerūq̄ filij parētib⁹ similes. Sperma eni qđ est pars nutrimēti qđ exit a mēbris simile est in virtute ei qđ remāsit i ipsis: ⁊ ideo sicut id qđ remāsit assimilat̄ membris per virtutem quā iā recepit a mēbris: ita etiā id qđ exit virtutē hꝫ similia illis mēbris operandi: ⁊ sic virtutē simile quid faciendi habet sperma qđ exit a manu ⁊ facie ⁊ a toto aiali: quoniā lꝫ nõ dicat̄ sperma habere manū distinctā ⁊ faciē distinctā: aut etiā totale distinctū animal: tamē virtute ⁊ potentia ⁊ sicut forma artificis hꝫ similitudinē ad quodlibet mēbrū ⁊ totale animal. Est igitur sperma in potentia simile omni mēbro qđ est i actu. ¶ Adhuc aūt ex ista determinatiõe nõ satis est manifestū nobis vtrū sit simile cuilibet mēbro b̄m substātiā: aut b̄m virtutē tm̄: nec est satis manifestū ex hoc qđ diximus hic vtrū solus vir sine muliere causa sit efficiēs in generatiõe per sperma suū: sicut artifex causa est efficiēs apotelesmatis per formā artis quā habet apud seipsum. Adhuc autē non satis patuit per ea que dicta sunt vtrū idē sit causa generatiõis ⁊ causa corporis ⁊ quātitatis ⁊ figure ipsius: aut oporteat ꝙ habeat aliquā dispositionē ⁊ principium motiuum ab anima: eo ꝙ nos scimus ꝙ nullo modo possibile est ꝙ manus sit in forma manus: aut aliud quodcūq̄ mēbrū corporis sine virtute anime: qđlibet enim mēbrū cõmuniter participat virtutem aialem aliquam: ⁊ hec est virtus anime: ꝓpter qđ etiā tam mēbrū q̄ totū corp⁹ in nomine cõmunicāt: eo ꝙ aiata dicuntur: ⁊ si mēbrum eēt diuisum virtus anime que in ipso est eēt aia ipsius. Ex antedictis

Propter qđ hoies valde pingues raro generant.

Prio d g̃ña tiõe aialiū ca 19.

Sãguis est vltimus cib⁹ in hñtib⁹ sanguinem.

tedictis autē manifestū est ꝙ dissolutio ⁊ debilitas que accidit hominib⁹ ex multo exitu superfluitatis. Accidit autē hoc ꝙ sperma per calorē aliquem in primo dissoluitur sicut dissoluitur suffumigatio aliqua quādo ponit̃ super ignem. Sic eniꝫ aliquando in mēbris ⁊ in corpore dissoluit̃ vltim⁹ cibus ex aliqua calida infirmitate que accidit corpori. In corporib⁹ eniꝫ infirmoꝝ multe necessario generant̃ supflui tates: eo ꝙ mēbra infirmoꝝ debilia sunt ad expellēdū: ⁊ digestio superfluitatis illius erit minor ⁊ debilior eo ꝙ īfirmi modicū calorem hñt naturalem ⁊ digestiuuꝫ eo ꝙ resoluit̃ per infirmitatem. Siliter igitur de corporibus feminarū loquentes dicimus ꝙ sicut superius declaratuꝫ est natura feminaꝝ est debilis ⁊ minoris caloris ꝗ̃ natura marium: ꝓpter qđ etiā necessarium est ꝙ vltimus cibus in feminis fit minus bene digestus ⁊ decoctus: ꝓpter qđ etiaꝫ superfluuꝫ quarte digestionis in ipsis magis habebit rationeꝫ sanguinis ꝗ̃ rationē spermatis: quoniā sperma suo nomine ⁊ ratione sua importat virtuteꝫ formatiuaꝫ: ⁊ hoc non est in superfluo mulieris: sed potius in superfluo viri: sicut etiaꝫ in ante habitis vbi de spermate locuti sumus tradidim⁹. Et ideo lꝫ id qđ exit a muliere in colore conueniat cuꝫ spermate viri: tamē in virtute nō conuenit: qa aqueum est ⁊ tenue magis natuꝫ formari ꝗ̃ formare: ⁊ ideo magis sanguis mēstrui ꝗ̃ seminis siue spermatis habet rationeꝫ. ꝙ enim distillatio sanguinis menstrui fiat a femina sicut spermatis a viro videt̃ ex hoc ꝙ fere eadē cōiter accidētia sūt vtriusq̃. ¶ Circa eni vnuꝫ ⁊ ideꝫ tēpus etatis incipit esse sperma in viris ⁊ mēstruuꝫ in mulierib⁹: ⁊ in illo tempore mutat̃ vox ⁊ eleuātur poma mamillaꝝ in eis. Adhuc autē in eadē etate senectutis deficit in mulierib⁹ menstruuꝫ ⁊ cessat virt⁹ generatiua in spermate viroꝝ. Ex his enim ⁊ huiusmodi signis cōfirmatur ꝙ mēstruuꝫ est ꝓportionaliter talis superfluitatis in corporib⁹ feminaꝝ sicut est sperma in corporib⁹ viroꝝ. Distillatio auteꝫ menstrui qa est multa in feminis: ideo sepe liberātur ab alijs fluxibus sanguinis: sicut non sepe femine ex venis ani patiunt̃ hemorroidas: neq̃ eni frequenter sanguinem emittūt per nares postq̃ habent menstruuꝫ: ⁊ liberant̃ a doloribus sciaticis quando cōueniēter ⁊ ꝓportionate mūdantur per fluxū menstruoruꝫ. Adhuc autem ꝓpter eūdem fluxum mēstrui: corpora feminaꝝ sunt laxa ⁊ mollia ⁊ lenia ⁊ paucoꝝ pilorum: ⁊ corpora masculoruꝫ sunt ecōuerso: superfluitas enim que mēbra ⁊ carneꝫ repleret: ⁊ pilos generaret exit cū sanguine mēstruo. Et ſm qdē veram opinionē est hec eadē causa paruitatis corporum feminarum: sua eniꝫ corpora minora sunt vt in plurib⁹ ꝗ̃ corpora mariuꝫ. In omni eniꝫ genere aīalium generantiū animalia sibi similia eo ꝙ fluxus mēstrui nō est nisi in istis generib⁹ feminaruꝫ: ⁊ non est in oīatibus in quibus aliquando femine maiores sunt maribus: hoc tamen magis manifestatur in mulieribus: eo ꝙ plus exit ab eis de sanguie mēstruo ꝗ̃ ex omnib⁹ alijs feminis animalium alioruꝫ: ꝓpter qđ etiam vene earum sunt latentiores: ⁊ ipse sunt minoris corporis sicut diximus. Manifestuꝫ est ergo ꝙ menstruuꝫ in mulieribus analogiam habet ad sperma in maribus in animalibus que generāt animalia: ⁊ non est possibile vt sit exitus spermatis a femina ſm veram ⁊ perfectaꝫ spermatꝫ rationem. Ex his autē manifestū est ꝙ sperma femine nō habet illam causalitatē ad generationem quā habet sperma viri: neq̃ in illo modo conuenit generationi. Qđ enim sperma est rationeꝫ menstrui non habet: ⁊ ecōuerso quod menstruuꝫ est cadit a spermatis ratione. Patet etiaꝫ ex dictis qualiter sperma vocatur superfluitas: hoc etiā testant̃ accidētia cōmuniter spermatizantibus. Pinguia eniꝫ sicut superius diximus pauci sunt spermatis: eo ꝙ pinguedo generat̃ ex superfluo qđ transiret in substātiā spermatis si pinguedo non esset. Sperma eni est superfluū ex sanguine bene digesto ⁊ decocto: lꝫ autē mēstruum sit analoguꝫ spmati: non tamē generatio mēstrui ⁊ generatio spermatis sunt ſm vnam ⁊ eandē viam. Propter qđ etiam facilis est ipregnatio omniū generuꝫ malachie: ⁊ eoꝝ que sunt dure teste vocata animalia: eo ꝙ nec sanguinē habent nec pinguedinem: sed habēt aliud pinguedini cōueniēs: ⁊ huius superfluum est sperma ipsoꝝ. Sicut igitur diximus iste due superfluitates exeunt a corporibus mariuꝫ ⁊ feminarum: ita ꝙ vna ab vno ⁊ alia ab alio: ⁊ quādo mēstruuꝫ albescit dicūt quidā hoc signum eē ꝙ femina spermatizat: ⁊ hoc est signū fallax sicut patet per ante dicta: qa lꝫ humor albus exiēs in coitu a corpore femine sit magis cōueniens generationi ꝗ̃ rubeus sanguis mēstruus: tamē non habet analogiā spermatis: sꝫ materie sicut ⁊ sanguis mēstruus: neq̃ enim nat⁹ procreat̃ per examinationē duoruꝫ spermatū: sed poti⁹ vnū est qđ operatur: ⁊ alterū suscipit ⁊ sustinet operatiōes illi⁹ sicut patitur lac coagulo: cuius signū est ꝙ mulieres experte in conceptu ⁊ coitu dicūt ꝙ multotiēs impregnat̃ mulier sine delectatione coitus tēpore: sicut etiaꝫ impregnat̃ quando habet delectationē in coitu: quādo autē nō est delectatio signuꝫ est ꝙ non descēdit humor albus quē quidā male sperma vocauerūt. Sed vere dicit̃ ꝙ quādo spermatizant vir ⁊ mulier in eodē tēpore conuenientior fit eis generatio non duoꝝ: sed vnius ꝓpter coniunctionem actiui ⁊ passiui analogiā habentiū ad seinuicē ⁊ ad generationē: hoc autē ex multis accipit impedimētum accidētibus. Si eni humiditas tēperata que est q̃si ex residuo mēstrui albi qđ descēdit in coitu remanserit in matrice facile cōcipit bonū partuꝫ: si autē multū de tali humiditate exiuit ⁊ impura remāsit nō cōcipit: ꝓpter qđ nō de facili parit mulier multū mēstruās: qa aut in matrice nō remanet cibus: aut nō tantus de quo possit sustētari cōceptus in talib⁹ feminis: quādo etiaꝫ concipiunt de virtute spermatis: aliquādo ēt multiplicatur nimis humidū ⁊ corrūpet secūdinam: ⁊ tunc nō continet̃ conceptus ⁊ parit: sed quādo humiditas fuerit tēperata: tunc exibit superfluitas ex ea: ⁊ qđ remanet sufficit ⁊ cōuenit generationi ⁊ conceptui ⁊ ex illo procreatur ⁊ sustentatur aīal. ¶ Amplius auteꝫ quando non fuerit menstruuꝫ nō erit generatio. Adhuc autē si multa sit in principio ⁊ statiꝫ deficit peribit conceptus: ⁊ simil̃r si multa sit in principio ⁊ medio ⁊ abscidat̃ ante finē ꝓpter qđ multuꝫ minuentes mulieres ⁊ precipue sub talo in domestico pedis extingūt cōceptuꝫ. Causa autē oīuꝫ istoꝝ sumitur ex hoc ꝙ remanet aliquādo in matricibus multa superfluitas intātuꝫ exuberans ꝙ per os matricis egreditur: ⁊ emollit orificiū eius. Propter qđ etiaꝫ pluriuꝫ mulieꝝ matrices inferius post purgationem mēstrui exiccātur quādo cōsumitur multitudo exuberās ⁊ cuꝫ matrix remanet non oīno sicca: tunc facilius recipit matrix sperma iniectū per coitū: ⁊ ex illo ipregnatur. ¶ Ampli⁹ aliquando mulier inuenit aliqđ de menstruo post ipregnationē: ⁊ hoc non gñaliter est malū. Jam eni expertū est ꝙ cōtingit quibusdā ipregnantis mēstruuꝫ eo ꝙ tēpore quo impregnate fuerūt: sed erat fluxus sanguinis modicus: ⁊ accidit ex corporis infirmitate ⁊ raro: ⁊ ideo nō ipediuit conceptuꝫ. ¶ Amplius quando mēstruū fuerit ꝓportionaliter in quātitate ⁊ qualitate terminatū erit ſm nāꝫ: ⁊ tunc bona fit impregnatio. Ex oīb⁹ igit̃ dictis manifestū est ꝙ femia habet cōuenientiā in gñatione ipregnatiōis sue ſm analogiaꝫ materie que est sub̃a mēstrui: ⁊ ꝙ mēstruū nō est nisi superfluitas de qua dixim⁹. ¶ Qđ aūt opinat̃ medicoꝝ iperituꝫ vulgus ꝙ femina causalitatē pricipij mouētis habeat in generatione pp humoreꝫ sileꝫ spermati quē eijcit in coitus delectatiōe est falsuꝫ: veꝝ qdē est ꝙ exit tunc qđdā humidum albū: qđ tñ spermatis nō hꝫ virtutē ⁊ rōnē: sed poti⁹ est appropriatū matrici: ⁊ exit a qbusdā mulierib⁹ ⁊ a qbusdā nō exit: frequētius enim exit a mulierib⁹ albis ⁊ pallidis: ⁊ ab his que frequentius pariūt femias. Raro aūt exit a nigris vel fuscis mares pariētibus. Talis eni emissio illius qđ ab illis vocat̃ spma multitudinē in eis significat humiditatiꝫ: pp qđ etiā cibi diuersitas magnā prestat cām in diuersitate huius humoris. Propter cibū eiꝫ humidū vel siccū multiplicat̃ hmōi humor ⁊ minorat̃ sicut per ea que spma gñant sicut semē eruce: ⁊ q̃daꝫ alia de qb⁹ in libro de plātis fecim⁹ mētionē: sicut accidit ēt ecōuerso currētib⁹ in equis a quib⁹ exit multa humiditas ⁊ exiccantur corpora eoraꝫ ꝓpter fortem motum ⁊ frequentem ⁊ ꝓpter impulsum humoris ad inferius ad loca per que exeunt superfluitates.

¶ Cap. 7[m]. De cā dlectatiōis coit⁹ ⁊ de q̃litate hūoris q fluit ex femia p loca genitalia.

Delectationis vō que est in coitu non tantū modo est causa exitus spermatis: sed aliquādo causatur ab exitu spiritualis ventositatis



Circa idē tp̄ꝫ etatis icipit et d̄finit mēstruum i mlierib⁹ ⁊ semen in viris.

Nō ꝫ medicos ꝑmo d̄ generatione aīaliū cap. vltio.

Ibidē cap. vltimo paꝝ post ꝑncipiū cap.

⁊ spiritus. Signuʒ autem huius est qa multus spiritus est
in spermate ⁊ est quasi substantiale fundamentuʒ ipsius: ⁊
ipse est virtutis formatiue instrumentum ⁊ vehiculū. Qđ
auteʒ aliquādo non egrediatur nisi spiritus significatur in
iuuenibus qui adhuc spermatizare non possunt: ⁊ tamē de
lectantur ex cōfricatione ꝑpter tactum spiritus ⁊ motuʒ in
membris genitalibus. Id autē accidit in multis viris ⁊ p̄
cipue in his quoruʒ tantus est calor ꝙ exiccat in eis humo-
rem spermaticum. In omnibus eni huiusmodi accidit de-
lectatio propter confricationē. Complexio auteʒ mulieris
assimilatur puero cuiꝰ calor multo hebetatus humido non
peruenit ad tēpus in quo sperma inspissari possit ad causaʒ
generationis. Talem eni humoreʒ emittit mulier. Sed in
hoc est differentia ꝙ mulier emittit: puer autē non emittit
propterea ꝙ humor transit in augmentuʒ. Propter qđ in
veritate mulier cōparatur viro qui generare non potest ex
multo humido qđ quidem emittit in coitu: sed tamen im-
perfectuʒ est eo ꝙ non est completū calore terminante: hoc
igitur accidit ei propter caloris debilitatem qui sperma di
gerere non potest qđ relinquitur ex vltimo cibo qui est san
guis aut humor qui est loco sanguinis sicut supius sepe di-
ctum est. ¶ Amplius autē sicut accidit fluxus ventris pro-
pter debilitatem digestionis qui lientericus fluxus vocatꝰ:
ita fluxus accidit sanguini in venis non digesto: ⁊ tunc erit
exitus menstrui sanguinis qui fluit aliquando ex orificijs
venaruʒ ani que hemorroide vocantꝰ: ⁊ fere similiter fluit san
guis menstruus nisi ꝙ est fluxus sanguinis nālis. Hemor
roide autē sunt fluxus innaturalis: propter cōnaturalitateʒ
tamen sanguinis ad sperma accidit ꝙ hi quibus fluūt he-
morroide parum spermatizant ⁊ raro nocturno somno pol
luūtur. Manifestum est igitur ex dictis ꝙ rationabilr ge-
neratio aliquo modo fit ex menstruo. Menstruum eni est
sanguis non purus qui indiget ampliori digestione: ⁊ ideo
in generatione non habet operationem actiuam. Et est de
modo menstrui sicut est de modo humoris ex quo fit gene
ratio arboꝝ: ille eni aliquando est incōpletus ⁊ indigestus
⁊ tunc indigent arbores aliquo quodā in se operāte ⁊ dige-
rente ⁊ purgante humoreʒ sicut est calor solis: ⁊ tunc sole di
gerente conuertitur ad principiuʒ generationis ⁊ transit in
semen vel in ramū ⁊ vniuerliter in plantam: ⁊ per omneʒ eū-
dem moduʒ quando sperma viri cōpletuʒ fuerit mixtuʒ cū
menstruo sicut cuʒ cibo malo ⁊ incompleto digerit ⁊ purgat
ipsuʒ ⁊ mūdat: ⁊ tunc erit generatio effectiue quidē ex sper-
mate: cibus aūt ⁊ materia erit ex sanguine mēstruo. Signū
auteʒ eius qđ diximus: ꝙ. vʒ. femina non semper delecta-
tur in coitu ex hoc ꝙ spermatizat est: qđ vir etiaʒ frequen-
ter ex solo tactu delectatur ⁊ titillatur contactu absqʒ emis-
sione spermatis. Adhuc autē qa exitus huiusmodi humi-
ditatis non omnibus accidit mulieribus: sed his que abū
dant in sanguine tm̄: nec accidit hoc omnibus feminis ani
maliū habentiū sanguinē: sed illis proprie que non habēt
matriceʒ exaltatā sub pariete vbi locꝰ est generatiōis ouo-
rum sicut diximus in ante habitis. Siliter autē emissio hu
iusmodi humoris in coitu non accidit feminis aīalium ca-
rentium sanguine. Sicut eniʒ sepius diximus sicut in qui-
busdam animalibus est sanguis: ita in quibusdā est aliꝰ hu
mor qui est loco sanguinis que carent sanguine. ¶ Ampliꝰ
auteʒ siccitas corporuʒ in nōnullis hominibus ⁊ alijs ani-
malibus causa est propter quā corpora feminaruʒ priuantꝰ
huiusmodi purgatione sanguinis ⁊ emissiōe humoris: qui
etiaʒ non est in feminis non habētibus sanguinem: neqʒ in
his quoruʒ matrix subter parieteʒ eleuatur sicut fit in ouā-
tibus: siccitas eni huiusmodi diminuit superfluum humo
ris: qa non est in talibus humor nisi qa sufficit substātie ge
nerationis: nec est in talibus aliquid qđ exire possit in coi-
tu. Patet igitur ꝙ talis humiditatis descēsus nō semp est
in coitu causa delectationis. Animalia auteʒ que generant
animalia ⁊ non ouant sicut homo: ⁊ illa quadrupedia que fle
xuram poplitis in posterioribus crudibꝰ habēt ad posteriꝰ
humiditatē similem in colore ejciunt: ⁊ omnes modi hu-
iusmodi animaliū generāt animalia sibi similia ⁊ nō ouāt.
Omnibus igitur istis huiusmodi accidit exitus humidita
tis nisi occasionentur in generatione ex generatiōe dissimi-
lium specierū sicut generatur genus mularum: ⁊ ideo mule
non nisi in quibusdam terris generantꝰ: sed hic fluxus men
strui parum manifestatur in feminis aliorum animaliuʒ si-
cut manifestatur in feminis hominum: quoniaʒ menstruū
mulierum est multum valde: ⁊ etiam sperma viri multum
est respectu sui corporis. Sperma eni multiplicatur in cor-
pore cuius complexio est calida ⁊ humida: qa in illa calidū
bene digerit ⁊ humidam ministrat materiā: propter quod
multa superfluitas ſm naturam bene digesta debet eē in ta
li complexione. Mulier auteʒ pre ceteris feminis anima-
lium habet multas humiditates eo ꝙ non habet illa mē-
bra in que conuertitur humiditas in animalibꝰ alijs. Alia
enim animalia aut habent multos pilos aut cuʒ his habēt
cornua ad que conuertitur humiditas. Mulier autē cum
nihil horuʒ habeat ⁊ multū sit humida: oportet ꝙ mēstruū
multuʒ habeat per qđ purgatur corpus eius. Menstruum
autem mulieri non accidit nisi in tēpore in quo accidit sper
ma viris sicut iaʒ ante diximus. Huius auteʒ causa est: qa
locus genitaliū in quibus sunt vasa recipientia dictas du-
as superfluitates in vno tempore aperiuntur ⁊ effundunt
eas: sicut viri ⁊ femie est vna natura cōmunis speciei: ⁊ tūc
propter declinationem humoris ad dicta loca tā in mulie-
ribus ꝙ̄ in viris incipiunt oriri pili in pectine: ⁊ tunc eleuā-
tur mamille feminaruʒ. Quando eniʒ mamille eleuantꝰ ad
duos digitos: tunc incipit vt in pluribus fluere menstruuʒ
⁊ in illo tempore tumescere incipiunt testiculi feminaruʒ si-
cut si essent apostemata. In animalibꝰ auteʒ in quibus ma-
res non distinguuntur in figura genitalium a feminis sunt
multi cōceptus ex vno ⁊ eodem spermate: ⁊ huiꝰ causam in
precedentibus assignauimus. Natura eni spermatis in ar
boribꝰ ⁊ aīalibus diuersificatꝰ: qa tamē vtrūqʒ est semē cōue
niunt in hoc ꝙ sicut in vno semine in granis aliquādo pul-
lulant multe plante: ita ex vno semine in aīalibus aliquan-
do ejciuntꝰ multa aīalia. Signū aūt huius est ꝙ vnū semē
plerūqʒ est qđ est ex vno coitu. Ex vno aūt coitu plerūqʒ ge-
nerantur aīalia multa in feminis illoruʒ aīalium quoꝝ na-
tura est multa ꝑducere simul sicut cattus ⁊ canis ⁊ hmōi.
Ex quo etiā ꝓbatꝰ sperma non de toto exire corpore. Non
eni subito posset in vno cōcubitu exire distinctū ad multas
conceptuū generatiōes: neqʒ posset simul exiens in matrice
distingui in tot cōceptus ex distōne feminaꝝ quas in seipo
ex mēbris ex quibus effluit haberet: qa simul exiēs nō exit
nisi vna vice: ⁊ vna vice exiens non pōt accipere nisi vnam
formā mēbroꝝ. Rectissime aūt accidit hoc modo qđ dictū
est ꝙ videlicet sperma viri dat formā ⁊ principiū motus: et
id qđ exit a femina dat corpus ⁊ mām: ⁊ sicut accidit in la-
cte coagulato ꝙ corpus ⁊ mā sunt a lacte: coagulatio auteʒ
a coagulo: ita se hūt adinuicē sperma qđ descinditur a ma
re ⁊ humor qui effluit in matrice ex femina. Causaʒ auteʒ
multoruʒ conceptuum ⁊ ꝑpter quam aliquando sperma in
multa diuiditur iaʒ in ante habitis determinauimus. Ali-
quando enim diuiditur in multos cōceptus: aliquādo au-
tem in paucos: ⁊ aliquādo nō concipitur ex eo nisi vnus so
lus cōceptus. ¶ Subtilius aūt huius causam scire cupien-
tibus dicemus ꝙ in veritate quo ad id qđ format oēs hu-
iusmodi ꝯceptus nulla omnino est diuersitas in forma. Id
eni qđ diuiditur vnū est equalis forme in omnibꝰ: fit auteʒ
diuisio ſm materiā: ⁊ cū in illa sit id qđ est formans diuiditꝰ
⁊ ipsum. Diuisio autē fit aut per loca matricis aut ex motu
eius: aut per vices iniectionis spermatis: aut qa multū est
sperma: ⁊ virtutes ipsius cōstant in diuersis locis quando
expanditꝰ per matricem sicut diximus superius: in se tamē
neqʒ est multū simpliciter: neqʒ paucū simpliciter: neqʒ indi
get alia quadā a matrice superueniente digestiōe: neqʒ eni
prohibetꝰ quin sustentet ⁊ teneat mēstruū qđ tangit: sic eniʒ
habente se spermate lʒ sit vnum in substātia ⁊ multiplex in
virtute ex causis erunt in matrice cōceptus multi ⁊ in quo-
libet erit generatio ex principio spermatis sustentantis ma
teriā. Ex his oibus rōnibꝰ quas diximus satis manifestuʒ
est ꝙ femina nō cōuenit cū principio gn̄ationis effectiue ex
spermate aliquo qđ exeat ab ea qđ spermatis verā habeat
rōnem: sed potiꝰ cōuenientia quā hʒ est ex sanguie mēstruo
quem habent omnes femine animalium sanguineʒ habē-
tiuʒ. In alijs aūt est humor qui est loco sanguinis. Et gn̄-
ꝙ habet sermonem vniuersalr in omnibus aīalibꝰ ⁊ nō in
homine

Probatio ꝙ semen ex toto corpore nō decidatur.

homine solo attenderit inueniet hanc solam esse veritatez quã diximus. Sed error quorũdam causatus est: qꝛ nõ nisi in homine consideraverũt modũ generationis: ⁊ qꝛ mulier in coitu aliquãdo albũ humorem emittit putauerũt ipsam sperma habere cũ in veritate sperma nullũ habeat nisi equiuoce nomen spermatis accipiat. Ratio aũt per quã ꝓbat per syllogismũ dictũ nostrũ est: ꝙ in omni genere necessario opꝫ esse generans formaliter ⁊ effectiue ⁊ generatũ passiue in qꝺ agit id qꝺ est generans: ⁊ hec opꝫ non esse diuersa omino: sed vnius generis: qꝛ aliter passiuũ non esset natũ suscipere actiones agentis: diuersitatem tamen habent ex parte forme que dat esse ⁊ distinctionem humoribus qui sunt in generatione. In omnibus enim rebus que habent virtutes distinctas ⁊ corpora siue subiecta distincta ⁊ naturas diuersas opꝫ necessario diuersas esse potẽtias operantis siue agentis ⁊ patientis: si igitur vir est sicut mouens ⁊ operans in generatione: femina võ sicut patiens manifestum est ꝙ sperma femine non conuenit cũ spermate viri ꝺm vnũ modum causalitatis in generatione: sed potius hẽt se ad ipm sicut mã. Et ex his que diximus manifestũ est ꝙ mã prima generationis ⁊ proxima est id qꝺ habet naturam ⁊ rationẽ mẽstrui. ¶ Hec igitur de virtute spermatis quo ad hec dicta sunt sufficienter.

¶ Cap. 8m. De modo quo se habent adinuicem sperma qꝺ exit a mare ⁊ humor qui effluit ex femina.

Prios d gnõne aialiũ capitulo vltimo in dimidio capituli.

Consequenter aũt inquirere opꝫ ⁊ considerare spermatis dispositionem qualiter videlicet sit causa sustinens mãm generati ⁊ formã ⁊ fundans eã inesse ⁊ figura: an. vꝫ. sit sicut pars corporis ⁊ mãe quedam que ꝓfundet in materia que exit a femina: an nullã habeat oĩno cõmunicationẽ cũ mã ⁊ corpore nihil dans de materia: sed dans tñ virtutez ⁊ principiũ mouens in generatione: sed potius id tota est mã ex qua sustentat ⁊ recipit cibũ: ⁊ hoc est menstruũ. ¶ Est aũt veritas ꝙ substãtia spermatis est i quã attrahit ⁊ intrahit menstruũ ⁊ in ipsa formaẗ sicut in organo ⁊ ꝯuertit ad formã datã a spermate. Apparet enim in oib⁹ ꝙ talis modus operãdi est in omnibus organice ⁊ officialiter operantibus. Generaliter enim consideranti videbit ꝙ id qꝺ efficit nõ efficit nisi per operationem operantis ꝺm naturã: eo ꝙ operans est in patiente: non enim tota virtus est in motore omnino per se solo existente: qꝛ nõ haberet in qꝺ operaret. Opꝫ igiẗ subiectũ habere virtutem operãtis ⁊ organũ in quo operet: ⁊ tũc operabit in id quod virtuti ⁊ subiecto ⁊ organo subijcit: ⁊ ꝺm hũc modũ manifestũ est ꝙ mas per sperma suũ est operans ⁊ femina patiens sicut forma scãni vel tripode est effectiue in carpentario ⁊ in ligno sicut in materia. Patet igiẗ ꝙ nõ est necessariũ ad generationem omniũ membroꝝ ꝙ sperma sic exeat a toto corpore sicut illi opinati sunt quos supra induximus. Non enim sic erit vt sit pars vel partes materiales generati: sed potius erit sicut forma operatiua in qua est principiũ motus efficiendi totũ generatũ: sicut se habet sanitas que est in complexione eius qui fuit infirmus ad sanitatem que est sciẽtia ⁊ ratio medici. Hoc aũt scit ex hoc ꝙ in quibusdam maribus ⁊ feminis sic se habet coitus ꝙ femina membrũ cõceptus imponit in corpus maris vt in quibusdaꝫ anulosis esse diximus.

Probatio q semen ex toto corpore nõ decidatur.

Scimus enim ꝙ in omnibus generibus animaliũ in coitu femina supponit masculo: eo ꝙ huiusmodi situs conueniunt implenti ⁊ impleto: incumbenti enim implere conuenit ⁊ succumbenti conuenit impleri vt bene dicit Plato. In talibus enim anulosis id qꝺ supponitur inferius decet erigere extremum corporis ⁊ ponere in id quod superponitur ei in coitu: ⁊ per hoc scimus ꝙ femina membrum genitale infigit in marem suum qꝺ nullo modo conueniret si femina aliquem humorem in coitu a se eijceret: qꝛ dato ꝙ emittat tunc ille cadit in marẽ ⁊ tũc mas generaret in se ex femina qꝺ est contra rationem maris ⁊ femine in principio istius libri assignatam. Si autẽ dicas ꝙ eijcit primo ⁊ postea suggit eum iterum hoc non est conueniens: qꝛ sic natura nõ faceret conueniens semper ⁊ esset omnino superfluũ primo proijcere ⁊ postea iterũ suggere. Femina igiẗ membrũ imponit masculo quando sperma recipit ab

Platonis sententia.

ipso. hic enim modus animaliũ inuolnit adinuicem quando coit ⁊ per longum tempus applicant sibi ⁊ imobilia sunt in coitu: sed post conceptũ statim post modicũ oua faciunt ⁊ faciunt vermem incompletum. omnes enim dicti modi generant vermes sicut in antehabitis diximus. Horuꝫ aũt que diximus precipuum signum est id quod accidit generibus auium ⁊ pisciũ ouantibus: in istis enim probabilius cognoscitur ꝙ sperma non est ab omnibus membris. Non enim in talibus masculus spermatizat sperma qꝺ ꝺm partes similes generati efficitur in generato: sed potius totum conceptum accipit speciem ⁊ esse ⁊ vitam animalis per virtutem spermatis masculi. Sicut enim iam prediximus de natura animalium anulosorum in quibus femine genitale membrum infigunt in mares: ita aliquid simile fit in istis: quando enim femine oua venti conceperunt ex menstruo suo humore si contingit in eis mutatio per tactum spermatis masculi anteꝗ̃ alterentur a citrinitate ad albugineꝫ circunfusam vitello absꝗ̃ omni spermate femine de nouo aduenientẽ fiunt conuenientia generationi postꝗ̃ mutata sũt ex ouis venti per masculini spermatis solam appositioneꝫ. ¶ Amplius autem si tales femine post conceptum sperma ab aliquo mare coierint cũ alio sui generis masculo ⁊ sperma illius tetigerit aliquod de citrinis ouis que hẽt in matrice per solum tactum illius spermatis complebitur ouuꝫ ⁊ producit pullum similem illi masculo cuius sperma vltimo tetigit ouum. hoc enim ingenio fiunt aues diuersorum colorum ⁊ naturarum. Primo enim admittunt mares ad feminas ⁊ sperma eoꝝ cadens in matricem incipit attrahere materiam ouoruꝫ sicut in antehabitis diximus: ⁊ anteꝗ̃ compleantur oua admittũtur alij mares: ⁊ tũc varietas fit natoꝝ ex virutibus diuersorum spermatum: ⁊ quod exit ex primo coitu miscetur in proprietatibus ei quod exit ex vltimo: ⁊ hoc accidit ex mixtione virtutis: qꝺ non fieret nisi qꝛ sperma sola virtute operatur ⁊ non per hoc ꝙ in se habeat membra similia toti per hoc ꝙ exierit a toto corpore: sicut dicunt illi qui dicunt sperma exire ab vtriusꝗ̃ corpore toto maris ⁊ femine. Sperma eniꝫ viri siue maris facit hoc per suam virtutem nec agit cũ spermate viri: sed potius in humorem femininum agit sicut in materiam sibi subiectam ⁊ aptat eam sibi vt cibum ꝺm aliquem modũ cibi quo cibantur embria: ⁊ ideo illud quod vltimo est receptuꝫ super materiam est faciens ipsam talem quale ipsum est ꝺm virtutẽ ⁊ non ꝺm actum. Nullius enim membri actum habet: lꝫ virtutem habeat omnium. Sperma ergo maris est quod humorem femine materialem digerit ⁊ calefacit: eo ꝙ ad sui supplementum accipit cibuꝫ ex ouo quãdiu in humore oui inuenit facultatẽ. Et similiter accidit generibus pisciũ ouãtium in quibus femina spargit oua subito ⁊ mas sequitur oua eijciendo sperma super ea: ⁊ quodcũꝗ̃ ouum tangitur a spermate ex illo fiunt pisces: quodcũꝗ̃ autem non tangit non efficitur fecundum ad generationem: ⁊ de istis satis tactũ est in antehabitis hui⁹ scientie libris. ¶ Ex dictis igitur manifestuꝫ est ꝙ sperma viri siue maris generaliter parum aut nihil confert materiali quãtitati eius quod generatur: sed potius qualitati siue forme ex virtute formatiua quã habet: eo ꝙ iam probatum est ꝙ non exit a toto corpore. Veruꝫ quidem enim est ꝙ exit a corpore maris spermatizantis sperma ⁊ non a corpore femine: eo ꝙ sperma femine non habet conuenientiam illam in causa generationis quã habet sperma maris: ex masculo enim est principium motus. materia autem ex femina propter quod etiam femina non generat per se solam: sed desiderat masculum sicut principium motus in generatione: ⁊ in multis quidem animalibus nihil omnino format femina: sed tempore quodã emittit mãm sicut in homine ⁊ quadrupedibus pilosis que perfectiora sunt aialia. In quibusdã aũt format quidẽ: sed imperfecte sicut in auibus que faciũt oua venti. Mas autẽ non spermatizat nisi in feminam vel in materiam femine sicut faciunt pisces. Materia enim ex qua creatur fetus est in femina. Hec aũt materia adiuuatur cito ⁊ concipitur ad embrionis substantiam ⁊ coagulatur ⁊ formatur a spermate viri: ⁊ tunc alia materia eiusdem generis cum prima ministrat ad cibũ embrionũ conceptoꝝ. Oportet igiẗ necessa-

rio conceptũ eſſe in femina: eo ꝙ ſperma operaṫ in materia femine: ſicut carpentarius operaṫ in ligno: ⁊ figulus in luto. Ex qua etiã rõne cõmittiṫ maſculus conuenientiã habere in generatione ſicut ars in mã hꝫ cõuenientiã formatiuam ſicut iaꝫ ſepius dictũ eſt: nõ aũt ſpermatizat oĩs mas aialiũ ſed eoꝝ qui ſpermatizant ſperma nõ eſt pars nãlis cõcepti: ſicut neqꝫ carpentarius eſt pars domus lignee quã operaṫ: ſed diciṫ ſpecies ⁊ forma ipſius: eo ꝙ figura per eius motũ induciṫ in lignis que ſunt in mente ipſius. In aĩa.n. artificis eſt forma domus ⁊ ars: ⁊ per artẽ mouenṫ manus conuenientibus motibꝰ: ⁊ per illos motus induciṫ forma: ⁊ per oẽm modũ idẽ facit nã ſpermatis qꝺ erit ex mare. Nã eniꝫ formatiue vtiṫ illo ſpermate quaſi inſtrumento per qꝺ agit in materiã conceptã: motus eñi huiuſmodi virtutis ſpmatis agit ſicut agit ars in materiã. De modo eniꝫ quo ſperma ſpermatizantiũ conuenit generationibus eoꝝ hoc mõ dictũ eſt a nobis.

¶ Cap. 9ᵐ. De modo adunationis ſpermatis maris ⁊ femine ⁊ generatione conceptus.

Pario ꝺ gnõne aialiũ capitulo vltimo verſus finẽ.

M Odi võ illius de quo ſupra dictũ eſt aialis cuius videlicet mas genitale membꝛũ non infigit in feminã: ſed ecõtra femina in mareꝫ ſunt etiã in aliquo ſimilitudinẽ habẽtes operationi artificis ⁊ materie: habẽt eñi motũ mixtuꝫ cũ mã ſicut eſt in arte expedita: ſignũ eñi debilitatis ſpermatis illoꝝ aialiũ eſt ꝙ nã ⁊ virtus formans nõ põt perficere rẽ cõpletã: ſed facit guſanẽ ex ouo ſicut in antehabitis dictũ eſt. Difficile eñi fiunt hmõi motus qñ nã oppreſſa quaſi in ꝯtrariũ litigat ⁊ nã tñ aliquid ꝯſequiṫ in lite: ⁊ hoc videṫ ſimile operationibus magicis ⁊ faſcinationibꝰ in quibus vna nã agit ad alterius impedimentũ: ⁊ nõ hꝫ ſimilitudinẽ hec operatio ad hoc ꝙ nã agit inſtrumento expedito: ſed potius in talibus operaṫ quaſi partialibus ⁊ diuiſis per multa media operationibus: vt primo ouũ ⁊ poſtea vermẽ: ⁊ deinde aial ſicut ſuperius diximus: ſed in oibꝰ aialibus erecto corpore a terra ambulantibus mas a femina diſtinctus inueniṫ: ſed in forma ſpẽi ꝯueniũt ⁊ in nã generis ⁊ ſpẽi: tã marẽ eñi ꝙꝫ feminã dicimus eſſe hominem vel equũ: eo ꝙ vna nã cõmunis eſt tã maris ꝙꝫ femine: ſed ſexꝰ qui diſtinctus eſt in dictis aialibus oĩno cõmixtus eſt in arboribus. In his eñi ⁊ gñaliter in plãtis virtutes ſexuũ commixte ſunt nec diſtinguiṫ in eis mas a femina per actũ generationis: ꝓpter qꝺ etiã per ſe ſole fructificãt: nec vna ſperma ꝓijcit in aliã: ſed ꝯcipit ſemẽ in ſeipſa ⁊ ꝓijcit in terraꝫ quaſi in oĩum plãtarũ matrẽ ſicut bene dicit Pithagoras: ꝓpter qꝺ etiã laudaṫ dcm̃ Empedo. dicẽtis arbores lõgas ⁊ quãtitatis pfecte exiſtẽtes oua per ſe ſola facere: oua fructus arboꝝ appellãs: arboꝛ eñi ſic fructificãs eſt ſicut aial generãs. Fructus aũt eius ſunt ex duabus virtutibus: quarũ vna eſt ſicut formãs ⁊ altera dans mãm fructui ⁊ cibuꝫ: ⁊ ſic pꝫ ꝙ in quadã parte ſpermatis eſt operatiua virtus plãte ⁊ reſiduũ deputaṫ in mãm ⁊ cibũ. Hoc aũt magis accidit generibus aialiũ in quibus per ſexũ diſtinguunṫ mares a feminis nõ per vaſa teſticuloꝝ: ſed alia debiliori differentia: hec eñi quãdo indigent generatione applicanṫ ſibiinuicẽ: ⁊ nõ ſeparanṫ vt in vnũ cõcludant virtutes vtriuſqꝫ ſexus ſicut vnite ſũt he virtutes in plãtis. ¶ Adhuc aũt vt hoc fiat nã inuitat ponens in coitu delectationeꝫ vt ſepius appetaṫ ꝓpter ſpeciei ſalutẽ vt ſic ex mare ⁊ femina virtutibus cõmixtis vnũ aial ſimilis ſpẽi ꝓgenereṫ. Propter eandẽ autẽ cãm modi quidã aialiũ liganṫ adinuicẽ lõgo tẽpoꝛe quouſqꝫ ex ſpermate maris cõpleaṫ conceptũ: eo ꝙ hoc ſperma ſuſtentat ⁊ terminat conceptũ totũ: ⁊ hoc modo coeunt aialia anuloſi corporis: quoꝝ quedã membꝛa coitus ponũt in feminis ſuis. Quedã aũt ecõuerſo accipiũt membꝛa feminarũ in corpora ſua: ⁊ diu valde coeũt ꝓpter frigus cõplexionis ⁊ humoꝛis viſcoſitatẽ: hec eñi eſt cã ꝙ ſperma conceptũ nõ maturaṫ niſi per multos dies: poſtqꝫ aũt exierit ſperma ſeparanṫ abinuicẽ mas ⁊ femina. Aial aũt hmõi fere aſſimilaṫ arboꝛi vel plãte diſtincte per virtutes ſexuũ. In plãta.n. ſeminatiue virtutes eſſe cognoſcunṫ ſicut ⁊ in nã aialis ſepius diximꝰ. Rationabiliter igiṫ creat ⁊ format nã vnũqꝺqꝫ aialium iſtoꝝ: nec eſt omnino alia ſubſtantialis operatio ipſoꝝ niſi generatio ſpermatis per modũ quem diximus: ⁊ hec emiſſio cõpleṫ per coitũ maris ⁊ femine adunatos qui ſibi cõmiſcenṫ ⁊ cõiungunṫ virtutes eoꝝ adinuicẽ in conceptu: ꝓpter quã aũt cãm maris ⁊ femine ſexus nõ ſunt diſtincti abinuicẽ in ſcientia de plãtis ꝯſideratũ eſt a nobis. Sed hic ſcire ſufficit ꝙ operatio ad ſpẽm ⁊ formã aialiũ non eſt niſi generatio tm̃: ⁊ hanc quidẽ operationeꝫ oĩa cõmuniter habẽt aialia. In cognitiõe aũt ⁊ iudicio cõmunicãt ẜm magis ⁊ minus: oĩa enim habent quidẽ ſenſum: ſed hũc habẽt ẜm magis ⁊ minus. Senſus aũt eſt cognitio quedã ſenſibilium: habent etiã magnã adinuicẽ differentiã ẜm induſtriã operationũ ſuarum. Multa enim valde excellũt induſtria multa aũt ſunt quaſi nihil induſtrie habentia in operationibus: ita ꝙ neqꝫ etiã memoria vigere videṫ in eis: ſed videntur ſolũ tactũ participare ⁊ guſtũ ẜm ꝙ eſt quidã tactꝰ. Sic igiṫ in partibus ⁊ viribus aie inter aialia eſt differentia mirabilis. Omne enim aial in eo ꝙ aial eſt deſiderat habere per nãm ſenſus participationem ⁊ cognitionem ſenſibiliũ quãtũ põt: ⁊ ad hoc deſiderat: qꝛ illud eſt nobilius vite aialis ⁊ appetit vnũquodqꝫ nõ eſſe poſitũ in gradibus nõ entiũ ſicut mortuũ qꝺ nullã habeat de ſenſibilibꝰ perceptionem. ¶ Amplius adhuc differũt aialia in perceptione ſenſus: eo ꝙ quedam aialia habent ſenſus fortes: ⁊ quedã debiles: ſicut in viſu differũt oculi duri ⁊ oculi molles. Oĩa tñ conueniunt in hoc ꝙ habent ſenſum: ⁊ omnia communiter habent operationem ad ſpeciei ſue conſeruationem: quãdo igiṫ indigent operatione vite ad permanentiam nature tunc coeunt ⁊ cõmiſcentur virtutes ſexuũ in vno conceptu: ſicut adunatas has vires habet arboꝛ ſicut diximus. Animalia võ dure teſte ſunt media quaſi inter aialia ⁊ arboꝛes in modo generationis: eo ꝙ cõmunicant cũ vtriſqꝫ generibus: in hoc ꝙ carent differentia ſexus maris ⁊ femine conueniunt cũ arboꝛibus: ⁊ ſic non generant aial ſibi ſimile. In hoc aũt ꝙ conueniũt cũ aialibus non fructificant ſicut plante: ſed generant ex materia humida pingui ſicut in antehabitis diximus: ⁊ adhuc in ſequentibꝰ iſtius ſcientie ad hos modos animaliũ reuertemur. ¶ Sic igiṫ dictuꝫ ſit a nobis ꝙ mas ⁊ femina ſunt pꝛincipium generationis.

¶ Cap. 10ᵐ. Et eſt digreſſio declarans ea que dicta ſunt de ſpermate maris ⁊ virtutibus eius.

I Terũ aũt reſumẽtes ad faciliorẽ intellectum dicimus ꝙ fere melius per qꝺ maxime ſcitur doctrina generationis aialiũ eſt in ſpermate: ⁊ ẜm antiquos peripatheticos: Ariſtotelẽ videlicet ⁊ ſuos ſequaces. Porphyriũ maxime ⁊ Theophraſtũ cõpleṫ generatio ex ſpermate viri ſiue maris: etiã ſi ſperma nullũ emittaṫ a femina: ita ꝙ quidã eoꝝ tradiderũt ꝙ mulieres ⁊ femine aialiũ nullũ ꝓprie loquẽdo ſperma habeãt. Hoc aũt maxime ꝓbari dicũt ex hoc ꝙ ꝯceptus aliquãdo formaṫ qñ in coitu nihil emittit femina: ſed tm̃ matrix in ſanguine menſtruo cõcipit gluttiendo ſperma: ⁊ ꝙ ꝯceptus nullus eſt omnino ex hoc ꝙ ambo ſpermata toto ſuo corpoꝛe emittãt. Semen enim vt dicunt eſt id qꝺ eſt formatiuũ: ⁊ ſanguis menſtruus ꝑter oĩa alia que emittit mulier ſufficiens eſt mã ⁊ cibus generationis. hi enim dicũt ꝙ opꝫ diligẽter attendere vtrum ſperma exeat a toto corpoꝛe: ita ꝙ partim exeat a carne ⁊ partim ab oſſibus ⁊ ſic de alijs membꝛis corpoꝛis. ¶ Quidã enim antiquoꝝ hoc cõfitebanṫ ꝓbantes hoc ſicut diximus per delectationem coitus in exitu ſpermatis que totũ ligat ⁊ cõprehendit corpus. Probãt etiã hoc per aſſimilationeꝫ nati ad generantem patrẽ vel matrem: ⁊ hec aſſimilatio eſt aliquãdo ẜm totũ ⁊ aliquãdo ẜm partem: ita ꝙ etiã macule vel defectus membꝛoꝝ eoꝝ qui generant reſultant in generatis: ſicut in antehabitis determinatũ eſt. Huius enim aſſimilationis hi dixerũt non eſſe cãm niſi qꝛ ſperma habet virtutes membꝛoꝝ: ⁊ non poſſet habere virtutes eoꝝ niſi eſſet efflurum ab eis. ¶ Huius aũt rõnis inſtantiã dabant peripathetici dicentes ꝙ aſſimilatio nati ⁊ parentis cadit aliquãdo in vngues ⁊ pilos ⁊ dentes: a quibus tamen non põt dici ſperma effluere. Inſtiterũt etiam per hoc ꝙ aſſimilatio hec aliquando eſt ad auum ſicut dicũt ꝙ niger maurus genuit filiam albam: ⁊ illa genuit natũ nigruꝫ ad modum aui

Pithagore ſententia.

Rõnes anti quorum.

In ſtãtie per patheticoꝝ tra antiquo

nascentis ⁊ tamē nullū sperma ex auo fuit in nato: auus eni fuerat mortuus vt dicunt. Adhuc aūt ducunt ad ipossibile ꝙ si sperma esset partes omniū membroꝝ assimilate cū virtutibus membroꝝ tunc sperma esset aial paruū. Hoc autē aial aut hꝫ membra posita conuenienter in ordine aut nō: si hꝫ cōuenienter posita: tunc absq̧ dubio sperma hois est hō paruus: ⁊ sperma cuiuslibet aialis est aial paruū: qđ ridiculosum esse videt̄. Si aūt non hꝫ membra conuenienter posita tunc viuere non posset: sed esset mortuū: ⁊ tunc non generaret: qꝛ mortuū non generat: sed putrescit. Addunt etiā ꝙ si sperma mulieris ad quā frequenter est natoꝝ assimilatio cōmunicat in nomine ⁊ rōne cū spermate viri sequet̄ ꝙ quādo hec duo simul in vno coitu descendunt ꝙ duo aialia simul concipiunt̄: ⁊ ex hoc sequit̄ ꝙ semper nascant̄ gemini habentes sexus differentiā qđ videmus esse falsum. Addūt etiā ꝙ nihil prohibet tunc mulierē ex se sine viro parere: eo ꝙ in se loco conuenienti hꝫ sperma qđ est aial paruū: ⁊ ipregnatio est ab illo: qꝛ matrix non dat ei ꝑm istos nisi cibū ad quātitate debitā. ¶ Amplius videmus quosdā primo generare feminas ⁊ postea mares: ⁊ quosdā ecōuerso: nec pōt dici ꝙ sperma nō exeat semper ab ipo quādo generat. Que est ergo cā ꝙ aliquādo in genitalibus ꝓducit simile ⁊ aliqñ dissimile. Adhuc aūt que erit cā ꝙ quedā dissimilia producunt in genere sicut apicule ⁊ musce quedā. Adhuc aūt quedaꝫ aialia cōmixtione coitus multa progenerāt: de quibus sunt quedā masculina ⁊ quedā feminina. Querit̄ ergo que est cā huius dissimilitudinis ex vno concubitu natoꝝ: ⁊ nō erit assignare. ¶ Adhuc istant isti dicētes ꝙ ramus plātatus profert fructū: cuꝫ tamen ramus non sit ex fructu nec in se habens fructus. Et si dicat̄ ꝙ fruct⁹ sparsus est in ramo: dicemus ꝙ fructus ille non est totius arboris: quoniā posuimus ꝙ ramus abscisus sit ab arbore. Si aūt dicatur ꝙ fructus sparsus in arbore est quidē mālīter tm̄ in ramo: sed potentialiter ⁊ virtualiter est totius arboris: ⁊ ideo germinat ex ipso simile totius arboris ⁊ non partis tm̄: tūc habet̄ propositū: qꝛ tunc nihil ꝓhibet quin etiā semen descendens a corpore aialis sit mālīter effluens ex vno membro ⁊ hēat virtutē totius corporis: ⁊ ideo generat ad similitudinē totius. Uniuersaliter enīꝫ loquendo in nulla generatione cā generati est mā: sed potius virtus formatiua que est in ea: sicut cā scamni est carpentarius ⁊ cā totius figurationis est forma artis que est in ipso. Et ꝙ dicunt de delectatione nō est vt dicunt: quoniā delectatio nō est nisi in fine coitus: qm̄ iam sperma fluxit in vasa spermatica: ⁊ hmōi vasa sunt neruosa sensibilia ⁊ inflata spiritu forti ⁊ extēdente: ⁊ ideo delectatio fit ex spermate intus tangēte ea ⁊ ex spiritu qui tūc fortius discurrit per ipsa ⁊ iuuat ad hoc confricatio leuis: sicut titillatio fit in apostematibus que tumida sunt quando leue aliquid superducit̄: super ea precipue postq̄ iā maturata est putredo que est in eis: nec delectatio illa est in omnibus equaliter membris: sed intensio eius est solū in membris que sunt vasa spermatis: ⁊ intēsio redūdat in alia mēbra ꝓpter colligantiā alioꝝ cū ipsis. Sperma igit̄ est substātia actu humida que est partiū consimiliū que descinditur a corpore: sed non dissoluitur sicut in antehabitis diximus. Dissolutio enim est innālis: sperma aūt est res naturalissima ⁊ auxiliū nature est ex spermate: sed in eo ꝙ dissoluitur a corpore non est auxiliū aliquod: qꝛ est in via corruptionis nisi ꝙ alleuiatur aliquando per resolutionē ipsius ab ipso. Adhuc aūt ⁊ multe resolutiones fiunt a corporibus ipsorū qui nullū omnino habent sperma: sperma enim est quedaꝫ superfluitas cibi que non est per corruptionē aut per liquefactioneꝫ membroꝝ: nec est superfluitas digestionis prime vel secunde. Flegma enīꝫ ⁊ cholera sunt huiusmodi superfluitates: ⁊ ideo minuitur vomitus cholere ⁊ vomitus sanguinis post digestionem secundaꝫ. Et de hoc possunt poni multa exempla. Sed sperma est superfluitas digestionis vltime ⁊ eius abundantia est quādo multum nutrimentum est in corpore: ⁊ qꝛ superfluitas illa virtute similis est omnibus membris: ideo fit ex illo omne membrum cum tamen sit res ab omni membro: ⁊ qꝛ sic se habet sperma nō est resolutum quid a corpore per moduꝫ liquefactionis: quoniā si ita esset tunc animal magni corporis quod est multarum resolutionum esset multi spermatis, hoc autem non est verum. Cuius signum est ꝙ magni corporis animal paucorū est conceptuuꝫ. Et huius causa est qꝛ cibus talis animalis depuratus a superfluitate secunde digestionis que est vrina dispartitur per totū suū corpus qđ qꝛ magnum est parū remanet ad substantiā spermatis postq̄ quelibet pars est sufficienter nutrita. Et hoc modo homines magni corporis ⁊ arbores procere ⁊ magne sunt pauce generationis: et similiter pauce generatiōis est animal multe pinguedinis: eo ꝙ bonum nutrimentum suum transit in sepum aut pinguedinem. Adhuc aūt liquefactio a corpore non habet vasa in quibus melius digeratur ⁊ formetur: sperma aūt hēt vasa in quibus recipitur ad meliorationē: sicut ⁊ lac in mulieribus habet vasa in quibus completur ⁊ emundetur. lac enim ꝑm aliquem modū assimilatur spermati. ¶ Amplius sperma diminuitur per resolutionem superfluitatum: non est ergo ꝑm viam resolutionis: sed potius ꝑm viam digestionis: propter quod etiam diminuitur in infirmis: ⁊ non inuenitur in pueris propter augmentuꝫ. In pueris enim digestio tertia est valde fortis: ⁊ propter augmentum multuꝫ necessarium habet cibuꝫ. ¶ Amplius aūt omnis membrorum liquefactio facit infirmitatē: sed multa spermatis eiectio non inducit infirmitatem aliquaꝫ: lꝫ debilitatem inducat: nisi fortasse alteretur sperma ad corruptionem: et tunc eius exitus erit aliquo modo ꝑm modū resolutionis. Has autem rationes peripatheticorum contra stoicorum sectaꝫ inductas approbamus. ¶ Dictum tamen stoicorum ⁊ medicorum ꝙ sperma erit a toto corpore non vsquequaq̧ est falsuꝫ: qꝛ ⁊ nos diximus hoc in antehabitis vbi egimus de natura spermatis: sed nos non dicimus ꝙ ideo erit a membris sicut pars erit a toto: sed potius descinditur a quarta digestione que iam virtutem assimilationis a membris accipit anteq̄ membris imbibatur ⁊ vniatur. Sunt eni quatuor in humore quarte digestionis quorum vnum est digestio. Secundum assimilatio. Tertium apprehensio humoris a specie membri quando iam diuisis humor imbibitur membris. Quartuꝫ autem est vnitio quando vnitur: ⁊ prima duo fiunt in humore extra membra: ⁊ secūda duo fiunt in membro quando diuiditur humor ⁊ distribuitur per mēbra: ⁊ post scđꝫ fit decisio seminis: ⁊ qꝛ illa similatio est vniuersalis precipue membris similibus ex quibus vbiq̧ per totum cōponuntur membra composita instrumētalia: ideo vniuersaliter ꝑm illum modum dicitur a toto corpore sperma descindi.

> Qꝫ dictū stoicoꝝ ⁊ medicorū nō vsquequaqꝫ sit falsum.

¶ Cap.ii^m. Et est digressio declarans differentiam duoruꝫ spermatū maris ⁊ femine ⁊ sanguinis menstrui.

tradam: vestrū auteꝫ erit par exequi. Sperma ergo per q̄rtam digestionē bene quidem depuratur: ⁊ silr̄ per calorē testiculoꝝ qui sunt vasa spermatis taꝫ in viro q̄ꝫ in muliere: ⁊ per digestiōes preparat vt sigillari possit sicut cera cōmixta ⁊ mollificata aptatur ad sigilli formam recipiendaꝫ: sed non recipit formam virtutū anime nisi ab illo semente qui datus est dijs deoꝝ exequendus: ⁊ exequūtur tunc illū quando imprimūt sigillādo similes formas materie gn̄abilium. Et hoc modo aias e celo Plato dicit prodire in corpora. ¶ Rationē autē huius dat ex hoc ꝙ calor non educit aliquid viuoꝝ inquantū est calor ignis: sed potius prout lumine celi est informatus sicut in precedenti expositū est capitulo. Adhuc autē qa ois anime virtus est ꝓm potentiam vite: ois auteꝫ virtus vite necesse est ꝙ oriatur ab eo qđ est fons vite. Constat ꝙ fontalis vita nō est nisi in motore celi ⁊ virtutib⁹ celestibus. Socratici ergo omnes soluūt superius inductas q̄stiones dicentes virtutes figuratiuas spermatis extrinsecas esse ⁊ celestes ꝓm originē: ⁊ illas que immediate figurant mēbra etiaꝫ quo ad hoc esse extrinsecas: qa nulla earum educit de materia: sed ab extrinseco in materiam spermatis ingrediūtur ex celo: ⁊ lꝫ sint adherentes substātie spermatis: tn̄ non sunt intrinsece eidem: sicut iam ostēsum est. ¶ Hāc auteꝫ opinionē sicut erroneā impugnat Arist. quoniā in veritate sic extrinsecus adherens nō trāsmutat materiā eo modo transmutationis quo mouet ad formam. Cū enim motus ad formam sit ipsius forme iam incohoate fluxus ad actū completū sicut dictum ⁊ determinatum est in physicis: neꝙ̄ motus esset actus complet⁹ nisi in ipso esset forme aliquid: cōstat ꝙ actu ens cōplete ⁊ extrinsecus adherens nō perficit aliquid ad motū generatiōis. Et hec est melior omnib⁹ rationib⁹ quibus Arist. destruxit istā Platonis opinionem. Adhuc autē iste forme extrinsecus adherētes si deberent mutare materiā oporteret ꝙ ꝓm aliquid moueāt eam: ⁊ nō potest etiaꝫ fingere volenti inuenire quo moueat: quoniā calor non est instrumētum eius: qa est instrumentuꝫ materie ⁊ nō est vna qualitas materie mote ⁊ mouētis ⁊ trāsmutātis: sicut cuilibet per se patet: eo ꝙ inter similia nullus oino est motus ad formam. Hec igitur sunt que dicto mō questiones dictas solui non permittunt. Sūt autem subtiliter hec inuestiganda in prima p̄hia: ⁊ iō modo dimittamus ea. Sufficit enim hoc idurisse duas rationes necessarias quib⁹ hec interimitur positio: ⁊ nunc ꝓm Arist. ⁊ v̄itatē soluēdis inductis q̄ōnibus insistamus.

Nō Aristo. 7. meta. 28.

¶ Cap. 6m. In quo inductarum questionum declaratur solutio ꝓm Aristo. qui vidit veritatem.

Icemus igitur cū Aristo. qui vt mihi videtur veram solutionem dat haꝝ questionum ꝙ rationabile est ꝙ sperma se habeat ad id qđ format aliquo inductoꝝ modoꝝ in q̄ōne. Oportet enim ꝙ mouens aut intrinsecum sit ei aut extrinsecū: ⁊ dicemus ꝙ non simplr̄ est extrinsecum mouēs extra sperma: sed quodāmō est extrinsecum spermati id qđ mouet ipsum. Impossibile enim est ꝙ virtus mouens in spermate in aliquo tēpore sit extriseca spermati: ⁊ hoc est tēpore generatiōis: qa virtus formatiua in spermate mouet ad formas mēbroꝝ generati: tunc eni opꝫ eam esse intrinsecam spermati: per aliquem tn̄ moduꝫ ⁊ in aliquo tēpore est possibile hanc virtutem spermati extrisecam esse: quādo. vꝫ. est in vltima digestione. Tūc eni ad similitudinē virtutis mēbroꝝ sigillatur a virtutib⁹ mēbrorū que sunt sibi extrinsece. Sic ergo quo ad originē primā iste virtutes sunt extrinsece: sed subiecto sunt intrinsece: sic superius in opinionib⁹ Alexādri ⁊ Auicē. dcm̄ est. Silr̄ aūt per aliquē modū est possibilis sermo eius qui dicit ꝙ sperma format ⁊ facit membra: ⁊ per aliquem modū est impossibilis. Impossibile est dicere ꝙ formet ⁊ faciat per v̄tutes oium membroꝝ latentes in ipso: possibile autem erit ꝙ formet ⁊ faciat mēbra per id qđ p̄cipiū mot⁹ formatiōis ⁊ facture membroꝝ est in ipso. Cum enim dicimus ꝙ hoc pōt mouere hoc ⁊ hoc vlteri⁹ aliud opꝫ ꝙ motus ei⁹ qđ est motum a priori sit sicut a primo motore a reb⁹ mirabilib⁹ que sunt per se exn̄tes. Omnis eni ordo motorum necesse est ꝙ stet in aliquo vno ⁊ primo motore a quo virtus motiua est in oib⁹ alijs: ⁊ ille est motor altior ⁊ mirabilior oibus cete-

Scđo de generatiōe aialiū ca. pmo v̄ius finem.

Idē. 8. phy. t. cō. 38.

ris motoꝛib⁹ motis qui ſūt eiuſdē oꝛdinis: ꝛ talis ꝑmo mouens virtus eſt in mēbꝛis. Quādo enim hec virtus ꝑmo in vltima digeſtione mouerit rem ſibi extraneā: extraneā aūt dico non coniūctā: neqꝫ vnitam ſm actū: tunc neceſſario in eo qꝺ mouet̄ ab ipſo ſubito ſm actū aliquem fit virtutis illius quedam ſimilitudo: hoc autē fit ſicut accidit in reb⁹ ꝑ ſe mouentib⁹ ꝛ mouentib⁹ motis: in his enim ſcōm mouet tertiū in eo ꝙ motum eſt a ꝑmo: nec opꝫ ꝙ quādo ſcōꝫ mouet tertium ꝙ coꝛpus ſcōi cōtingat̄ a coꝛpoꝛe pꝛimi tūc: ſed opꝫ ꝙ iā in pꝛeterito pꝛius tetigerit. Per oēm eūdem modum virtus aliquando quieſcēs in membꝛis aliquādo mouet ꝛ impꝛimit ſperma quādo ſuperfluum eſt quarte digeſtionis: qꝺ quādo motum eſt vlterius mouet ad formā ꝛ figuram membꝛoꝝ in matricem ꝓiectuꝫ: nec opꝫ ꝙ tūc a virtute membꝛoꝝ cōtingat̄. Huius autē ſimile eſt in ſcia Polycleti carpētarij domus. In illo eniꝫ exemplo manifeſtum eſt ꝙ id qꝺ mouet formando ꝛ dolando partes edificij non eſt ſicut res cōpleta in figura ꝛ forma domus: qa ſꝫ hoc res cōpleta in figura domus ꝛ forma eſſet ante quālibet cōpletaꝫ domū qꝺ eſt impoſſibile: ſed eſt virtute qdē dom⁹: actu autē non eſt. Eſt eniꝫ pꝛimū mouēs ad domus fabꝛicā ars domificādi que eſt in anima Polycleti: que ars non eſt domus ſm cōplemētū ꝛ actū. Ars igitur in aīa mouet manus ꝛ inſtrumēta ꝛ impꝛimit ea ad hoc ꝙ ſpēs artis ſit in eis ſꝫ virtutis operatiue rōnem. Per hunc igit̄ modum opꝫ nos ſpeculari qualiter qꝺlibet mēbꝛum fiat in embꝛione. Et vt hoc cōuenientius ꝛ intelligibilius fiat reſumemus ſermonē a pꝛincipio. Arbitramur igit̄ quodlibet ex arte factuꝫ dignius eſſe ex eo ꝙ opus permanet in arte ſimilitudinē virtutis artis recipiens ꝛ retinēs: ſicut ſi diceremus artē ꝗ eſt in anima eſſe in manibus ꝛ inſtrumētis Polycleti. In his enim retinet ſimilitudinē virtutis artis: quoniā in his eſt operatiua ſicut in artifice: ſed in lapidib⁹ ꝛ lignis ars inducta non habet ſimilitudinem cuꝫ arte niſi in figura: eo ꝙ in his nullius rei ad artē eſt operatiua. Per ſimilitudinē igit̄ manus ꝛ inſtrumētoꝝ artis factū eſt ſperma a virtutib⁹ mēbꝛoꝝ: ꝓpter qꝺ habet motum formationis ꝛ figurationis membꝛoꝝ: ꝛ habet pꝛincipiuꝫ in ſe mot⁹ huiuſmodi: ꝛ quādo quieuerit motus huiuſmodi formationis fiet quodlibꝫ membꝛum ſm formam ꝛ figurā: qa motus huiuſmodi non quieſcit niſi ad formam que eſt terminus ꝛ finis motus: et hoc eſt quādo quodlibet membꝛum eſt animatū: ita ꝙ aliqꝺ membꝛum ſit facies habēs figuram ꝛ formam ꝛ virtutē faciei: ꝛ hec vocant̄ diſſimilia que faciei ſunt ſilia. Qꝺdam autē membꝛuꝫ eſt habēs formam ꝛ actum ſimilis mēbꝛi in quo motus quieſcit formatiuus ſpermatis. Sic eni fiunt a motu ſpermatis tā membꝛa ſimilia ꝗꝫ diſſimilia: pꝛincipiū eni huius formationis nō poſſumus dicere ꝙ ſit aliqꝺ mēbꝛum ſicut manus ꝛ pes: ſed potius id qꝺ motum eſt a virtutibus membꝛoꝛum retinens formā in ſe pꝛimi mouentis manum ergo ꝛ pedem. Siliter autem ꝛ carnē ꝛ neruum et cetera membꝛa tā ſimilia ꝗꝫ diſſimilia. Nullum igitur hoꝛū membꝛoꝛum erit ſine totaliter formante ꝛ operāte: neqꝫ ſine talis virtutis operatione: tamē qa caloꝛ eſt inſtrumentū huiuſmodi virtutis in ſpermate: ideo neceſſario caloꝛ operatur ꝛ facit in virtute eiuſdem formatiue virtutis: ſed duritie ꝛ mollitie ꝛ viſcoſitas bene cauſant̄ in membꝛis ex qualitatibus elemētalibus que ſunt caloꝛ ꝛ frigus ꝛ ſimiliter alia accidentia naturalia his ſimilia: ſed mixtio ex qua quedā pars ſit caro: ꝛ quedaꝫ os ꝛ ſimilia nullo modo fit ex caloꝛe ꝛ frigoꝛe ſm ꝙ huiuſmodi ſunt: ſed potius ex motu qui eſt a formatiua generātis ſpermatis ſicut diximus. Id enim qꝺ eſt in potentia fit ex eo qꝺ eſt ſm aliquem modum in actu: ꝛ hoc eſt ſicut eſt videre ꝙ accidit in rebus artificialibus. Duritie eniꝫ ꝛ mollitie frigidi fit ex caloꝛe ꝛ frigoꝛe que ſunt qualitates elemētales. Gladius autem ꝛ ſerra ꝛ huiuſmodi non fiūt niſi a pꝛincipio artis qꝺ eſt pꝛincipiū motus ad huiuſmodi formas: ꝛ fiūt ab inſtrumento qꝺ eſt malleus ꝛ forceps ꝛ incus ꝛ huiuſmodi ſm ꝙ mouet ea ſcientia artificis. Ars enim eſt factiuum pꝛincipiū ꝛ forma ei⁹ qꝺ fit per arteꝫ. ¶ Solutionis aūt dicte capitulariter ſūma hec eſt ꝙ ſperma ex hoc ꝙ quarta digeſtiōe aſſimilatuꝫ eſt mēbꝛis actu virtuali ſimile eſt virtutibus mēbꝛoꝛuꝫ: ꝛ quia eſt in actu virtuali mēbꝛoꝛuꝫ poteſt educere materiā ſeminis ꝛ menſtrui mulieris qꝺ eſt in potētia ad actū formationis mēbꝛoꝛuꝫ: ꝛ caloꝛ eſt inſtrumentuꝫ ipſius in virtute triplici. Caloꝛ eniꝫ habet virtuteꝫ elementaleꝫ: ꝛ ſic digerit cōgregans homogenea ꝛ ſeparans etherogenea. Eſt etiaꝫ in caloꝛe celi: ꝛ ſic fundat ꝛ ſtabilit in ſubſtātiante eſſe ꝛ firmo id in qꝺ agit. Eſt itē in virtute anime aut virtutis aīe que mouet ipſuꝫ: ꝛ ſic habet viuificare ꝛ aīatuꝫ facere ſm omnē parteꝫ aīe ſm ſe totā eſt pꝛincipiuꝫ vite in coꝛpoꝛe. Et ſicut ars in tribus eſt ſucceſſiue: ita ꝛ virtus formatiua. Ars eni que eſt in aīa Polycleti eſt ſicut virtus mēbꝛoꝛuꝫ in mēbꝛis generantis. Ars autē in ſecuri ꝛ manu ꝛ dolabꝛo eſt ſicut virtus formatiua in ſpermate. Ars auteꝫ in lapidibus ꝛ lignis inducta eſt ſicut formatiua in embꝛione formata. Hec igit̄ eſt ſumma ſententie Ariſto.

Calor ē i[nstrumentum] ſemis i trip[li]ci virtute.

¶ Cap. 7m. Et eſt digreſſio declarās ſūmā omniuꝫ que dicta ſunt ſummatim colligendo ex oībus inductis.

Si quis autem ex omnium pħoꝛum dictis colligendo que vera ſunt dictas determinare velit queſtiones pꝛo certo ille ſolus perfecti⁹ cognoſcet de virtute ſpermatis. Lꝫ eniꝫ Alexāder in multis dicat contraria veritati: tamen hoc veriſſime dicit qꝺ tradidit de elementoꝝ mixtura que pꝛecipue eſt in ſpermate per multas trāſit digeſtiones: nō eni ſimplex elementuꝫ eſt cibus: ſed aliqd cōmixtoꝝ: ꝛ ideo cibus anteꝗꝫ ſit cibus aīalis multas habuit ſuoꝝ componentiuꝫ digeſtiones ꝛ maturationes: poſtꝗꝫ autem iam cibat digeritur poſt ſeparationeꝫ ſicce ꝛ terreſtris ſuperfluitatis in ſtomacho: ꝛ id qꝺ aſſumit̄ aſſimilat̄. Digeritur etiam per ſeparationē aquoſe ſuperfluitatis ab ipſo in epate: ꝛ id qꝺ aſſumitur ꝛ digeritur ꝛ lauatur ꝛ mundat̄: ꝛ ſub coꝛde coꝛdis vitalem ꝛ motiuam ad membꝛa accipit virtuteꝫ: fluendo auteꝫ per venas pellitur a ſpiritu ꝛ caloꝛe: ꝛ digeritur etiā in eis ꝛ reſidet. ꝛ ex ipſo qꝺ feculētius eſt ꝛ qꝺ viſcoſius ꝛ frigidius eſt ſtat nec ꝓgreditur vſqꝫ ad vltimum terminū venarū: ꝛ qꝺ leuius eſt ſuperenatat ꝛ euapoꝛat ꝛ currit ad mēbꝛa id qꝺ eſt ſincerius ꝛ purius. quarto etiaꝫ in ipſa reſudatione a venis virtute mēbꝛoꝛum digeritur ꝛ ſubtiliatur: qa ſicut diximus ſuperius in ante habitis libꝛis venaruꝫ capita ſtricta ſunt nec tranſit per ea niſi qꝺ eſt ſubtilius: ꝛ tunc demum ſuperfluuꝫ illius ſemini deputatur: qꝺ tamen adhuc vlterioꝛeꝫ in vaſis ſeminarijs accipit digeſtioneꝫ. Et in omnib⁹ his ſunt tres virtutes caloꝛem digerentem infoꝛmantes: virtus ignis. vꝫ. hoc modo quo ſubtiliata eſt virtus ignis vt dictuꝫ eſt ſubtiliter commixto: ꝛ hanc virtuteꝫ infoꝛmat virtus celeſtis que fundat ꝛ ſubſtantificat ea que digeruntur: eo ꝙ eſt virtus coꝛpoꝛis perpetui ꝛ ſubſtantiaꝫ ſuā vno modo retinentis: ꝛ hec virtus habet virtutes multiplicatas ex ſitibus ꝛ motibus coniunctionum ꝛ preuentionū ꝛ alioꝛuꝫ que ſuperius dicta ſūt. Hanc auteꝫ virtuteꝫ celeſtem adhuc vltimo infoꝛmat virtus anime ſicut motus inſtrumēti architectonici infoꝛmat̄ ab architectonico: per quā infoꝛmationē anime incipit operari ad vitam: ſiue qꝺ verius eſt ad viuum ꝛ ad animatuꝫ: ꝛ iſte virtutes ſimul collecte ſunt in ſpiritu ꝛ caloꝛe ſpermatis: ꝛ qa operantur ad ſubam inquātuꝫ ſunt celeſtis coꝛpoꝛis ꝛ aīe: ideo dicunt̄ he virtutes eſſe ſicut ars eſt in inſtrumentis artis: ꝛ qa ſunt aīe ꝛ operantur ad aīatū: ideo ſicut artifex ſtatuarius ſm totā virtutē artis ſtatuarie eſt in manibus ꝛ inſtrumentis quib⁹ operatur ſtatuā: ita anima ꝛ celeſtis influxus ſm totaꝫ virtuteꝫ aīandi ꝛ formandi ſunt in ſpiritu ꝛ caloꝛe ſpermatis: ꝛ hoc eſt qꝺ dixerunt peritioꝛes Peripatheticoꝝ ꝙ aīa eſt in ſemine nō vt endelechia coꝛpoꝛis potentia vitā habentis: ſed potius ſicut artifex ꝛ ars ſunt in inſtrumētis in quib⁹ fit artificiatum. Eſt auteꝫ his adhuc addendū ꝙ cū omne opus nature ſit intelligentie ſicut in alijs libꝛis pꝛehabitis iā determiauimus ꝙ iſtꝺ maxime eſt opus itelligentie in quo virtus itelligētie opus nature terminat ad formā ſibi ꝓpinqoꝛē ꝛ ſīlioꝛem: cum enim vnū ꝛ idem ſit opus nature ꝛ intelligentie: eo ꝙ natura per intelligētiā ꝛ intelligētia in natura operat̄: terminus tamē operis aliquando ꝓpinquioꝛ eſt nature ꝛ aliquando ꝓpinquioꝛ eſt intelligētie. Quādo eniꝫ forme que ſm eſſe ꝛ poſſe ſunt mātles ꝛ coꝛpoꝛee ſunt fines hui⁹ opis pꝛo certo eſt terminus operis ꝓpinquioꝛ nature ꝛ vincūt in opere ꝗlitates

elementales

Quid Alex[ander] der vere di[xe]rit.

Secun[...] gnatiō[...] cap. 2°

elementales prime ⁊ consequentes que causantur ex eis in mixto. Quādo autē eleuatur forma super cōditiones mā̄e corporalis sꝫ ꝙ plus ⁊ plus eleuatur: ⁊ sic plus ⁊ plus appropinquat ad intellectualis nature siue intelligētie silitudinē ⁊ vincūt tunc vires intellectiue in nature opere: ꝓpter hoc intellige ꝙ vnius forme corporalis vna est operatio: cuꝫ ḡ forme vegetatiue plures sint opationes: sicut est viuere nutriri augmentari sibi simile generare sequit̄ ꝙ forma vegetatiua nō est forma corporalis: qa ꝓpinquior est intelligentie q̄ꝫ nature. Et primus quidem huius gradus quo supra naturam corporis eleuatur est in vegetabili qd̄ plura ⁊ non vnum sicut forma corporalis operatur. Secūdus auteꝫ eleuatior gradus est in sensu participātibus que accipiunt formas sensibilium sine materia sicut cera accipit figuraꝫ sigilli sicut in libro de aīa diximus ꝙ nō preualet facere aliqua virtutū corporeaꝝ formaruꝫ. Sūmus autē gradus est quādo ipa forma talis est ꝙ nec actus est alicuius corporis nec ad armoniā corporis aut virtutem armonie operans sicut est participans rōne qd̄ ad similitudinem intelligentie operantis est separatū: cuius nulla phīca causa est nisi ꝙ in generatione virtutes intellectiue vincūt ⁊ preualēt supra virtutes celestes ⁊ elementales: ⁊ ad sui ꝓpinquitatem ⁊ silitudinem perficiunt formā que est finis generationis. De oībus autem his plenius tractabitur in libro de imortalitate anime rationalis quem post deo adiuuante tractabimus.

¶ Hoc aūt qd̄ hoc diximꝰ ꝓpter hoc dictuꝫ est ꝙ in spmate vltima ⁊ simplicissima virtutū est illa que est intelligētie virtus que formalissima ⁊ simplicissima est: ⁊ prima in mouendo ⁊ informat ⁊ anime virtuteꝫ ⁊ membroꝝ ⁊ celesteꝫ ⁊ elementalē. Colligēdo igitur virtutes spermatis dicemus primo mouentē esse illam que est intelligētie: ⁊ sub ipsa moueri virtutem celestis motus cum oībus diuersitatibus et ꝓportionibus situuꝫ ⁊ imaginum ⁊ motuū tam corpoꝝ celi q̄ꝫ radioꝝ ipsoꝝ supra determinatis: ⁊ quas determināt hi qui de causis generationuꝫ per virtutes intēdunt celestes: ⁊ sub ipsa est virtus aīe siue animati corporis sm̄ ꝙ aīatuꝫ est: ⁊ sub illa est virtus membroꝝ digerentium sperma per decursum quatuor aut quinque digestionū: quoniā quintā accipit in vasis spermatis ⁊ sub illa est virtus mixta cibi sꝫ ꝙ est mixtio miscibilium alteratoꝝ vnio. Sic enī numeris ⁊ ꝓportionibus colligant̄ virtutes simplicium vt nō agant̄ actu simplicium: sed actione armonica sicut superiꝰ in Alexādri dictis explanatū est: sic enī quelibet qualitas gradus accipit armonicos: sm̄ ꝙ etiā peritiores medicoꝝ gradus simpliciū medicinaꝝ determinant. Ultima aūt oīum ministra est virtus simplicium qualitatuꝫ que sunt in mixto sm̄ aliquod esse primum saluate sicut ostēdimus in libro perigeneseos. Hec igit̄ est sentētia quā nos de spermatis virtutibus oportuit colligere. Qualiter autē sperma maris hāc virtutem formatiuam ⁊ sperma femine qd̄ non plenam hꝫ rationē spermatis virtuteꝫ habeat informatiuā ⁊ passiuaꝫ: adhuc aūt qualiter sperma femine vt sepius est in matrice inuentuꝫ: q̄uis nō semper in coitu femina spermatizet iam olim a nobis in ꝑhabitis istius sciē satis dcm̄ est. Sufficiāt igit̄ hec ad presens de spermatis virtute ⁊ operationibꝰ.

¶ Cap. 8m. In quo soluūtur due questiones orte ex his que de spermate dicta sunt: quarum vna est vtrū sperma sit animatum vel non: ⁊ secunda vtrum virtutes aīe creent membra successiue: ita ꝙ vnum ex alio vel simul.

Secundo de ḡnatiōe aialiū cap. pº i fine.

Ex omnibus autē que iducta sunt orit̄ questio grauis valde ad soluēdū. Cōstat enim ꝙ cuꝫ natura multipliciter dicat̄ sicut in physicis determinauimus illa natura que per prius natura est ⁊ dicit̄ est natura que est forma: ⁊ hec est actus ⁊ facit in actu eē qd̄ perficit ⁊ in quo est sicut agens ⁊ operās. Ex his auteꝫ que dicta sunt accipi videtur ꝙ hec natura in aīalibus sit anima ⁊ in plantis similiter. Operat̄ autē in semine sicut ex ꝑinductis pꝫ. ¶ Queramus ergo vtrū sperma plantaꝝ ⁊ aīalium sit aīatum vel inaīatum. Si enī animatū esse dicat̄: tūc opꝫ ꝙ sit spma animalis animal paruū ⁊ semen plāte planta parua: ⁊ hoc iam in ante habitis improbatū est. Si autē inanimatū dicatur videt̄ nō habere operationē anime: ⁊ tūc operatio in membro qd̄ fit in cōceptu nō est a semine: sed ab extrinseco aliq̄ꝫ formaꝝ datore: ⁊ hoc etiā in ꝑhabitis est improbatū. Similis autē questio est de mēbris que formant̄ in embrione ⁊ conceptu. Ex his enim que in libro de aīa dicta sunt vnā esse aīam supponimus in toto corpore animato quātūcūqꝫ multiplicem habeat organoꝝ diuersitatem. Quolibet auteꝫ membrum organici corporis ⁊ animati cōicationem essentialem habet cū anima: eo ꝙ aliqua potestatū anime est forma substantialis eius: non enim loquimur de mēbris que equiuoce ꝓpter similitudinem figure membra dicuntur: sicut oculus mortui vocatur oculus. ¶ Manifestū igitur est ex his suppositis ꝙ in quolibet mēbro sit aliqua anime potentia que est potētia vite: in quodā tamē est ꝓpinquior: et in quodā remotior: sicut in osse est remotior ⁊ in carne ꝓpinquior: ⁊ adhuc in corde manifeste ⁊ in epate ⁊ cerebro occultior: eo ꝙ hec sunt insensibilia: ꝓpter qd̄ tā similia q̄ꝫ dissimilia mēbra inequaliter se hn̄t ad vite potentiam: ⁊ ꝓpter hoc ēt inequaliter se hn̄t ad aīam. Possumus ergo dicere ꝙ quedā mēbra se hn̄t ad vite potentiā ⁊ ad aīam sicut potentia que est ex habitu scriptoris se hꝫ in dormiēte: hec eiꝫ oppressa grauitate somni non agit neqꝫ operat̄: ⁊ tm̄ inest ⁊ ita est potētia vite sensus ⁊ vegetationis in cerebro ⁊ ossibus ⁊ alijs insensibilibꝰ: ⁊ tm̄ hn̄t cōicationē cum aīa sicut ēt facultas scribēdi hꝫ cōicationem cū dormiēte: alia aūt mēbra vite operationē hn̄tia cōicant cuꝫ aīa sicut facultas scribendi est cū vigilante qui operat̄ quando vult. Sic igit̄ oībus mēbris cōicationem cū anima hn̄tibus non possumus dicere ꝙ aliqd̄ membruꝫ actu existēs in spermate causa sit generationis oīum membroꝝ cōicantium cū aīa embrionis: qa hoc superius in ꝑhabito huius sciētie libro est iprobatū. ¶ Adhuc aūt cū membrū qd̄cunqꝫ dicat̄ esse in conceptu generet̄ sicut ⁊ alia oporteret ꝙ illud mēbrū generaret seipsum: ⁊ sic idē esset generans ⁊ generatū ⁊ simul eēt ⁊ nō esset qd̄ oīno est ipossibile. Eadē necessitate cōuincit̄ ꝙ nec omnia mēbra latenter in semine existentia actu ⁊ simul pn̄t se generare. Sic igit̄ non potest dici aīal paruum esse generās siue sit tm̄ vnius mēbri latētis in semine siue sit oīa hn̄s membra qd̄ dicat̄ transfigurare se in seipsum: ⁊ ita cōstituere generationē. Si v̄o dicatur ꝙ hoc pascitur semine ⁊ augetur: ⁊ ita accipit membroꝝ manifestationeꝫ: hoc ꝓbabit̄ eē falsum: qa omne generās est principiuꝫ augmēti in eo ꝙ generat in omni aīato corpore: siue sit plāta: siue sit animal. Principiū aūt augmenti in plātis ⁊ aīalibus est per virtutem nutritiuā que est in eis. Generās aūt dico qd̄ est ꝓducens sibi simile: hec enī operatio cōuenit vt dixi tā plātis q̄ꝫ aīalibus oībus. Generatio aūt dicitur duobꝰ modis: homo enī generat hoīem ex materia cibi vniuoce: sol autē generat equiuoce sicut diximus in physicis. Hoc igit̄ supposito ꝙ homo generat hoīem dicemus sperma nō esse aīatuꝫ: sed potius in spermate esse actum ⁊ effectum sicut ars in instrumentis artis: ⁊ sic sperma est in actu hmōi effectus ꝓpter qd̄ operat̄ ⁊ agit formando ea ⁊ viuificando. Nō autē est ante actu constitutuꝫ ab aīa sicut endelechia corporis sꝫ potētias vite operantis sicut pꝫ ⁊ ex hoc ⁊ in libro de aīa dictis. Et dicemus ꝙ sicut mēbra constituta differēter referuntur ad aīalia sm̄ potentias ⁊ operationē vite: ita etiam spermatis partes referūtur differēter ad generationē partiū: ⁊ ideo a formatiua primo cor qd̄ est vite ⁊ aīe sedes formatur: ⁊ ex illo formant̄ alia superius ⁊ inferius sicut determinatum est vbi locuti sumus de formatiōe cōceptus. Sic igit̄ formatiua in quibusdā animalibꝰ cor habentibus cor facit prius ⁊ in nō habentibus cor prius facit mēbrum qd̄ est loco cordis: tunc principiū facture oīum mēbroꝝ aut est a corde aut a mēbro qd̄ est loco cordis: sicut sepius in ante habitis diximus. Sic ergo declaratū est quid est causa generationis cuiuslibet aīati: ⁊ qd est primus motor siue ꝑncipium generationis in spermate: ⁊ solute sunt ad plenum questiōes difficiles oēs que superius inducte sunt. Pꝫ enī ꝙ motor ꝓprimus in generatiōe est intus in spermate ⁊ est in actu sm̄ virtutē: origo aūt eiꝰ prima est a generāte a quo sperma descindit̄ ⁊ remanet in spermate virtꝰ eius: nec accipit virtutē a matris aīa lꝫ accipiat incremētuꝫ materie a mēstruo ⁊ nutrimentū spiritus a spiritu qui pulsat in arterijs matris. Propter qd̄ etiaꝫ in matrice applicat̄ orificijs arteriarum ⁊ venaꝝ tanq̄ꝫ suggat eas sicut per ea patet que

superius sunt exposita: ꝓpter qḋ ⁊ occasionē erroris qdaꝫ medicoꝝ acceperūt putātes totā virtutem vegetātem sperma eē in aia matris qḋ in ante habitis est improbatum.

¶ Cap. 9ᵐ. De solutione questiōis quare sperma nigrescit ⁊ attenuatur in frigore cum album ⁊ spissum sit in animali in quo generatur.

*Secundo de gñatiōe aialiū cap. 2.*

Ueret autem aliquis cuius dispōnis ſm nāꝫ sit sperma: verum. vꝫ. sit de natura aque vel de natura terre ſm primum ⁊ proprium subiectū ipsius. Uidemus enim ꝙ sperma spissum ⁊ album est quando exit ab animali: positum aūt extra corpus animalis quādo īfrigidatur efficitur humidum ⁊ fuscum sicut aqua: ⁊ ꝓpter hoc videtur falsum esse qḋ dicitur subiectuꝫ primuꝫ spermatis eē aquā. Ea eni quoꝝ prima materia est aqua constant ⁊ inspissanẗ a frigore ⁊ soluūtur a calore: sicut ostēdimus in 4° metheoroꝝ: sperma autē spissatur calido in corpore animalis existens: ⁊ soluiẗ frigido qḋ sub diuo stat extra corpus aialis ꝓpter qḋ magis videẗ esse de specie terre. ¶ Adhuc aūt sperma illoꝝ animaliuꝫ in quo est maior pars terrestris cōstat elixatur ⁊ coagulatur sicut lac: ⁊ hoc nullo mō cōgruit ei qḋ est ex natura aque. Si enim esset de natura aque constaret ⁊ inspissaretur infrigidatuꝫ ⁊ liquesceret calefactuꝫ: nūc autem totū contrariū eius qḋ dictum est apparet in spermate. Tota autē huius questionis difficultas est in hoc ꝙ nullo mō videtur verum aque spēm a calore debere inspissari: sed potius liquescere ⁊ solui: sperma auteꝫ inspissaẗ calido existētico in corpore animalis ⁊ soluiẗ ⁊ liquescit frigido qū est extra corpus animalis. Si autē aliquis dicat ꝙ spmatis prima materia nō est aqua: sed potius ꝙ in sua materia est multum terre: ⁊ ideo cōstat ⁊ inspissatur vtroqꝫ tam calido q̄ꝫ frigido: hoc erit contra cōmunem oīum positioneꝫ antiquoꝝ qui aquam posuerunt esse principiuꝫ generatiōis animalium: ⁊ persuasionē acceperunt ex genitura: genituram sperma vocantes. ¶ Solutio aūt questionis iducte sciẗ ex accidentibus his que indistincte determinata sunt de spermate. Est eni sperma substātia aquea butyrosa pinguis cōueniens in multis cū substātia olei: ⁊ est in ipso subtile terreum sicut in pinguib⁹ vincens: tamen in eis que talia sunt est spiritnale humidū aereum. In quib⁹ aūt hmōi est suba non inspissatur tm̄ ex terreo cōstante in ipsis: ſꝫ etiā ex multo subtili ⁊ spirituali ventoso aereo qḋ interduciẗ inter ipa per calorem ⁊ motum: hoc eni totam substātiā materie facit ampullosaꝫ qḋ efficitur sicut spuma: ⁊ quāto fuerint ampulle minores ⁊ latentiores tāto sit substātia albior: ⁊ signū huius est ꝙ tanto spiritus inclusus in ipso sit subtilior ⁊ nobilior. Materia autē aerei ⁊ spiritualis humidi facile conuertiẗ in hmōi spiritū. Hac eni eadem de causa videm⁹ inspissari oleum: qa hoc inspissatur multiplicato in ipso aere ⁊ per calorē ⁊ per frigus. Similiter autē in operibus alchimicis quādo misceẗ litargiriuꝫ siue scoria argenti miscetur cum aqua ⁊ oleo: ⁊ moueẗ fortiter ⁊ percutiẗ per ampullas inspissaẗ ⁊ dealbatur multū cum ante hoc esset nigrum vel fuscum. Causa autē huius est inclusus aer qui cōmisceẗ cū ipso: ⁊ ꝓpter eundē albescit: eo ꝙ ipse est perspicuus ⁊ facit clarescere substātiam eius cū quo misceẗ. Aer enim est cā ⁊ incrementi ⁊ albedinis in materia illa: sicut etiam raritate quātitatē maiorem ⁊ albedineꝫ accipiunt spuma ⁊ nix. Nix eni est spuma quedā congelata. Siliter autē in operib⁹ cōmunibus ad visuꝫ ꝓbatur accidere quando aqua miscetur cū oleo: aqua eni ex tali mixtura inspissaẗ ⁊ albescit ꝑ ampullas quas in ipsa facit aereū humidum. In talē eniꝫ mixturaꝫ duplici de causa intrat aer: ex motu. vꝫ. ⁊ ex oleo. In pinguedine enim oīum oleagineoꝝ parū aut nihil est ex aq̄ ⁊ terra: sed multuꝫ de aere est in ea: ⁊ ideo omne pingue natat super aquā. Aer enim clausus in ampullis pinguium facit ipsa enatare ⁊ defert ea sicut esset in vtre: ⁊ hec est cā leuitatis eius: ⁊ eadem de causa inspissatur oleum quideꝫ in frigore: sed non coagulatur sicut dixim⁹ in quarto metheororum. Aer eni inclusus non coagulatur neqꝫ ꝓprie inspissatur nisi per modū sustentationis ⁊ cōpressionis in subam humidi aquosi ad qḋ reprimitur per frigus cōprimēs. Ex his igitur causis accipitur quare sperma exit spissum ⁊ albuꝫ a corpore gñantis. ¶ Ex calore eni interiori generaẗ ⁊ adiuuatur in eo spiritus multus calidus qui inspissat ⁊ dealbat substātiam eius. Cū autē exierit ⁊ infrigidatur dissoluitur calor qui est in eo ⁊ euolat cum calore spiritus: ⁊ tūc remanet substantiā aquea tenuis ⁊ fusca: ⁊ ideo remanet tūc nigri siue fusci coloris eo ꝙ non remanet in eo nisi aqua ⁊ illa pars terrea que est in ipsa que est altera siue media pars materie ipsius: sicut etiā accidit flegmati quādo infrigidatur: ⁊ precipue illi flegmati qḋ est aqueum. Accidit autem hoc qḋ dictum est spermati ꝑcipue quando infrigidaẗ ⁊ incipit desiccari. Cōpositum enim ex vento est ⁊ aqua: vētus autē est aer calidus qui īfrigidatus euolat ex spermate: habet autē materiā hic ventus qui humorē spermatis īspissatum ꝓpter causas que in eo sunt de quib⁹ diximus. Antiphon autem multū mentitus est de spermate elephātis dicens ipsum esse nigruꝫ ꝓpter terrestreitatem elephātis asserens ipsuꝫ esse valde siccū ꝓpter eādem causaꝫ: ⁊ ideo multa ⁊ magna ossa generari in corpore elephātis: dicit eni ipꝫ vehementer denigrari sicut charabo nigrū est ⁊ siccuꝫ: hoc autē qḋ dicit est impossibile: sed necessarium est ꝙ sperma vnū ad naturā aialis sit magis terrestre q̄ꝫ aliud ſm diuersitatem cōplexionis aialium. Sperma tn̄ aialis cuius corp⁹ est terrestre efficitur terrestre ⁊ albuꝫ ⁊ spissum ꝓpter aeris admixtioneꝫ sicut ⁊ alia spermata: siliter autē is qui vocaẗ Brothocoꝫ phs mentitur dicens sperma ethiopum esse coloris nigri: cū enim viderit dentes ethiopū esse albissimos mirum fuit ꝙ sperma coꝝ esse nigrum asseruit. Causa eni albedinis spermatis est spumositas que est in ipso. Jā eniꝫ per antecedentia scimus spumā eē albi coloris: ⁊ ꝑcipue illa cuius substātia est ex partib⁹ paruis ventosis ⁊ ampullis minutissimis latentibus: ⁊ similiter accidit mixtioni aque ⁊ olei quādo insimul moueẗ fortiter sicut diximus supius: sperma autē esse butyrosuꝫ ⁊ spumosum qḋ antiqui fabulantes nō ignorabant ꝓpter qḋ deam coitus Ueneреꝫ que cupidinem lactat dixerūt natam eē de spuma testiculoruꝫ. Ex eadem autem spermatis virtute manifestum est quare sperma a frigore non constat ⁊ coagulatur: sed potius liquescit ⁊ soluitur sicut diximus in antedictis.

*Era Theodori hꝫ herodotus.*

¶ Cap. 10ᵐ. De dispōne spermatis femine ⁊ maris ⁊ quomodo se habent ad conceptum: ⁊ qualiter animal generatur in conceptu.

*Secundo de gñatiōe aialiū cap. 3.*

Ost predicta aūt inquirere oportet questiōes graues plures: quaꝝ tamē iam aliquarum ex prius habitis determinatio habeẗ. Est autē vna illarum questionū de dispositiōe gutte siue humoris qui per posterius spmatis nomē habet qḋ sit in feminis omniū aīalium generantium. Si eni sperma viri: ⁊ veram habet spermatis rōnem quādo intrat matricē non efficitur pars cōcepti: tunc querūt quidā ad quid valet substātia glandulosa ⁊ corporalis que est in spermate: ⁊ ꝑcipue hec questio habet locuꝫ si ſm predicta totum sperma masculi operaẗ tm̄ cū virtute caloris ⁊ spiritus qui sunt in eo: sic etiā sic operaẗ: videẗ ꝙ totum resoluatur in spirituꝫ qui diffundiẗ per viscositatem spermatis mulieris siue femine nisi aliqḋ humoris ei⁹ maneat qui sit subiectū caloris instrumētalr operātis: ex quo etiā accipiẗ nutrimentū spiritus formantis vt sic totl⁹ corporis mā sit a femina: sed spiritus formās ⁊ calor sit a masculo. Et hoc cōcedit Auicē. ⁊ videẗ probabilius qḋ in hac questione dici pōt ꝙ hec absqꝫ dubio sententia est peripatheticoꝝ. Eam eni sicut olim in antehabitis hui⁹ scie diximus ꝙ in spermatib⁹ conceptis post cōceptum eleueнẗ vesicule ex quib⁹ per formas totaꝫ substantiam spiritus exufflat per corpus vt vehat virtutem ad cuiuslibet membri distinctā formationē oportet totā substātiaꝫ spermatis meliorem ⁊ subtiliorē resolui in subaꝫ huius spiritus: ⁊ id qḋ residuuꝫ est radicale efficitur humidū caloris qui īpellit spirituꝫ ⁊ cōtinue regenerat ex eodē humido ne deficiāt ꝑma principia formātia ⁊ distinguentia mēbra corporis per totū corpus. ¶ Opꝫ ergo prio nos distinguere vtrū illud qḋ intrat in matricem feminaꝝ ⁊ sustentaẗ in ea recipiat aliquid contūctum sibi. Cōstat aūt per superius dicta ꝙ recipit ibi sperma feminaꝝ primo ⁊ postea etiā sanguinē menstruum: aut illud qḋ est loco sanguinis mēstrui in quo sigillādo imprimit formā creature ⁊ mēbroꝝ eius: qa sic operatur ꝯceptuꝫ.

*Nō Auicenne sententiam.*

ptuz. Si autē sic est tunc opꝫ querere dispositionem aīe per quā in conceptu est vita ⁊ sensus vtrū ⁊ ipsa sit in spermate cōcepto vel non. Nullus eni potest dicere ꝙ cōceptum nullam oīno habeat animaꝫ: ⁊ ꝙ sit oīno principio vite priuatum: quoniā semen arboris ⁊ omne semē plāte vl'ter pullulat: ⁊ silr̄ spermata aīalium ꝓducūt animalia: nec posset hoc fieri nisi cōicationem aliquā haberent cū vite ꝑncipio: potētiam eni habet semper conceptū vt ex ipso fiat animal: ⁊ potētiam habet perfectā semen plante vt pullulet in plantā post determinatuꝫ tēpus conceptiōis sue: in quo tēpore adunaꝛ spiritus distendēs cū semine vt formeꝛ. Hec aūt distensio ⁊ formatio fieri nō possunt sine cibo extrinsecus attracto quē cibuꝫ semē plante attrahit a terra: eo ꝙ quando ex humido radicali fit spiritus ⁊ calor pro certo semen germinat ⁊ pullulat formādo grossuꝫ plāte stipitē vel ramū aut foliuꝫ aut aliqd hmōi: ⁊ tunc euacuata destitueretꝛ substantia seminis nisi attracto humore terre restauret id qḋ eleuatū est: nec haberet vnde id qḋ eleuatū est coalesceret nisi per humorē attractū continue cibareꝛ. Attrahere autē cibū ⁊ digerere ⁊ conuertere in mēbra sunt operatiōes anime nutritiue. Nec possumus dicere ꝙ aīa nutritiua non sit vbi sunt eius operatiōes essentiales. Omni aūt eodē modo ꝓbatur aīam nutritiuā in esse in spermatib⁹ aīaliuꝫ: qm̄ etiā in illo humidū calore resolutū adunat spiritum qui ne elabaꝛ viscositate spermatis cōtineꝛ ⁊ confortaꝛ ⁊ sufflādo eleuat vesiculas in spermate ex qbus sufflans perforat ⁊ distendit ipsuꝫ: ⁊ sic sperma in medio sui humore destituitur: qui nisi restaureꝛ destituiꝛ virtus operās ⁊ non habebitur vnde formenꝛ que formāda sunt: ⁊ ideo suggit sanguinem mēstruum a matrice in nutrimentū ⁊ digerit illum ⁊ cōuertit ⁊ vnit eū materie que formatur: ⁊ hec sunt eēntialia opa nutritiue in plantis ⁊ in aīalibus existētis. Ex his eni que in libro de aīa bene disputata sunt a nobis bene constat vegetabilem aīam tā in plantis q̄ꝫ in aīalibus in eē ex partib⁹ etiam ⁊ operationibus que aīe vegetabilis esse ꝓbata sūt. In eodē libro perfecte cognoscitur aīam vegetabilē ꝭm aliquem modū conceptis in esse seminibus: eo ꝙ in ipsis eēntiales eiusdeꝫ aīe vt diximus inueniunꝛ operationes: ⁊ cuꝫ iste operationes sint ante oēm sensum in conceptis seminibus videꝛ aīa vegetabilis per partē nutritiuā ⁊ augmentatiuam in eē aīam que est sensus ⁊ motus principiū. Aīa aūt que est principiū sensus ⁊ motus inerit quādo formata mēbra nutrimenti ⁊ forme quādā acceperunt quātitateꝫ: ⁊ per illam tūc dicetur aīal id qḋ conceptū est: nec adhuc manifestantur in ipso alique ratiōis operatiōes: ꝓpter qḋ nō erit conceptum aīal ⁊ hō simul: nec erit simul aīal ⁊ equus: sic videtur dicere Arist. ꝙ cōplementū semper erit in vltimo: eo qḋ quodlibet ꝭm omne aīal cōplementū habet ꝓpriū tēpus sue generationis. Sed si per hoc intēderet Aristo. ꝙ aīa rationalis siue substātia rationalis alia eēt a substātia anime in hoīe oporteret etiam ꝙ substātia alia a substātia sensibilis substātie esset in equo que faceret ipsum equuꝫ: quoniā sicut dicit ꝙ nō erit simul homo ⁊ animal: ita dicit ꝙ nō erit animal ⁊ equus simul. Nos autē hec verba in sequētib⁹ ꝑfecta determinatione declarabimus. ¶ Nō autē dicim⁹ ꝙ ex istis cōsiderationibus oportet nos ingrere dispōnē haꝝ operationū ⁊ cōplemētoꝝ siue actuū vt sciamus qualr̄ ⁊ qn̄ ex his efficitur formata ⁊ creatura cōceptus in aīali. Oportet etiā inquirere dispōnē qualiter qḋlibet recipit modum complemēti sui per aīam: ⁊ he oēs questiones sunt qdē grānes sed necessarie ad sciendū. Cū autem querimus de his questionib⁹ opꝫ querere ⁊ cōprehendere veritatē ipsaꝝ ꝭm nature potestatē: sic eniꝫ se hn̄t in natura ⁊ nullū scie vere sicut est declaratū nisi hoc solū ꝙ demōstrant eā ꝭm veritatē ⁊ potestatem ꝭm quā operaꝛ in natura sui. Hoc aūt conuenientius erit ⁊ intelligibilius si ea que in ꝑhabitis determinata sunt aliquātulū ad memoriā reuocenꝛ. Digrediamur ergo paulisper vt facili⁹ ea que dicta sunt intelligantur.

¶ Cap. II^m. Et est digressio ḋclans qualr̄ aīa est in semie: ⁊ ꝭm quē ordinē ꝑortatꝫ ē i eo vegetabil' ⁊ sēsibil': ⁊ q̄lr sola rōnal' ē ab extriseco.

Resumentes igitur dicimus opus nature esse opus intelligentie: nec potest opus eē intelligētie nisi eius qui reuoluit orbē. Orbis autē reuoluitur ab vno intellectu primo ad queꝫ referunꝛ alij motores: sicut referūtur virtutes mēbroꝝ ad virtuteꝫ que est in corde: ꝓpter qḋ totuꝫ nature opus est intellectus illius q est primus motor aliter nō esset totius vniuersitatis principiū vnū sicut ⁊ in minori mūdo qui est aīal perfectū sicut hō vel leo principiū oīum operationū est vnū qḋ est cor: sic nos in ante habitis istius scie ostēdimus. Virtutes auteꝫ celestes in seminib⁹ plantaꝝ ⁊ aīaliuꝫ sunt mirabiles: qm̄ maxime ⁊ multiplices ex multitudine corpoꝝ celestiū ⁊ situum ⁊ motuū eoꝝ: ⁊ ex multiplicitate radioꝝ ⁊ anguloꝝ: radioꝝ quos acquirunt omni mō siue seinuicē intersecādo siue icidendo super materiā generati siue ex reflexiōe quā hn̄t ad vnum aliquē locū generatiōis quēcūqꝫ. Virtus aūt que potior est in his oībus est que est in eis ex hoc ꝙ sunt instrā intellectus primi ⁊ intellectuuꝫ inferioꝝ mouentiū: sicut ⁊ aīe instrumēta mouēt ꝭm aīe virtutes. Ois eni virtus que est cōpositi qḋ cōponiꝛ ex motore ⁊ moto magis est ꝭm virtutem motoris q̄ꝫ ꝭm virtutē ei⁹ qḋ moueꝛ. Cui⁹ signuꝫ est ꝙ videmus ꝙ oīa quecūqꝫ sunt in corporib⁹ aīaliuꝫ magis sequunꝛ vires aīe q̄ꝫ corporis. Iste igiꝛ virtutes celestes sunt mirabiles: ⁊ sunt oēs iste in spiritu ⁊ calore seminis: in spiritu quidē sicut in subiecto qḋ informāt: ⁊ in calore sicut in instrumēto per qḋ suos actus explicāt in mā cōcepti. Qualiter aūt sint in eisdē virtutes aīe ⁊ mēbroꝝ que mouenꝛ ab aīa: ⁊ qualr̄ rursus in eisdē sint ỽtutes simpliciū elm̄toꝝ et virtutes mixti ꝭm ꝙ mixtū est satis pꝫ ex an̄ habitis. ¶ Dico igiꝛ ꝙ virtus caloris ignei est cōgregare subtile sibi homogeneū ⁊ segregare grossuꝫ terrestre quo facto terminaꝛ humidū subtile attractū ad modū ⁊ formā mixti: ⁊ resultat ex humido spiritus pulsans in ipso: sicut motor in mobili: ⁊ he tunc virtutes celestes que sunt in ipso quātūcūqꝫ possibile est eleuāt ⁊ assimilant eq̄litate celi remouētes cōplexionem ipsius ab excellētia cōtrarioꝝ agentiū ⁊ passiuoꝝ ⁊ fundantes ipm̄ in medio quātū possibile est celo simili: ⁊ tunc illud est ꝓpinquū vt suscipiat vitā ⁊ vite opera: que qa sine aīe virtute ⁊ mēbroꝝ virtutib⁹ fieri nō possūt: ideo aīe virtus ⁊ membroꝝ tūc informāt spirituꝫ ⁊ calorē vt forment figuras organoꝝ per que exercenꝛ aīe ⁊ vite opera: quib⁹ in figura perfectis virtute itellectus ꝑmi causaꝛ in eo anima que operaꝛ opera vite: ⁊ hec determinanꝛ ad multiplicitatem viriū organicaꝝ per intellect⁹ mouentes spheras inferiores: hoc est per virtutes eoꝝ que sunt in semie. Oēs igitur dicte virtutes sunt in seminib⁹ plātaꝝ ⁊ aīaliū sicut ars actu operans est in istrumentis artis vt diximus sepius: ⁊ hoc mō anima diciꝛ esse in semine sicut diximus in an̄ habitis: ⁊ cū manifestanꝛ hec opera erit manifestatio ipsaruꝫ virtutū successiua: eo ꝙ ꝑmo manifestanꝛ virtutes ignei caloris ⁊ mixti: ⁊ postea celestis: ⁊ postea primo in operib⁹ aīe ⁊ mēbroꝝ incipiunt opera que sūt virtutuꝫ que sunt principia vite: ⁊ cū manifestāt vite opera cōplementū anime erit per intellectū: ⁊ ideo dicit Aristo. ꝙ vnūquodqꝫ istoꝝ nō simul est cū suo cōplemento: sicut eni humor seminis nō fuit attractus ⁊ digestus simul cū figuratione membroꝝ: ita ēt nō est simul vite opus in ipso ⁊ spēs ⁊ ꝑfectio plāte per animam vegetabilē: ⁊ in aīalibus nō est simul vite opus ⁊ ꝑfectio ꝭm sensum ad genus ⁊ spēm aīalis: sed in plātis succedunt sibi duo gradus: ⁊ in aīalibus tres: ⁊ in hoībus q̄tuor: in alijs autē sunt gradus mixtionū ⁊ qui sunt an̄ vitaꝫ ⁊ vite principia: in plātis eni vite opus est ab eo qḋ est sicut ars in semie quādo format organa plante: plāte aūt ꝑfectio quādo aīa vegetabilis est in ipsis organis formatꝫ. In aīalibus aūt est vite opus sicut dcm̄ est. Et qa eadē organa vt in pluribus sunt vite ⁊ sensus simul: eo ꝙ in aīalib⁹ sentire est esse: ideo ēt quādo fiunt organa sensus inest virtus aīalitatis: ⁊ post illā est adeptio forme specifice perfecte ꝭm determinatā formā que dat esse ⁊ rōnē in specie equo vl' asino vel alio aīali qḋ generatur: ⁊ sic intelligit Arist. ꝙ nō est viuum ⁊ sensibile simul: nec aīal ⁊ equus simul. Cū eni ꝓbatū sit ꝙ vna aīa est in corpore vno ⁊ vna quidditas sit vni⁹ qḋ est in specie ⁊ vna forma sicut nos ostēdimus in libro de aīa si semē primo haberet aīaꝫ vegetabilem sicut subā: ⁊ postea acquireret sensibilē mutareꝛ de forma vna substantiali ad aliā formā substantialē: ⁊ de cōplexione vegetabilis ad complexionem sensibilis: que oīa sunt absurda apud oēm recte

Notabile ꝓpō.

Nō qūo ỽtutes i seminib⁹ exñtes successiue manifestētur.

pꝛbantez. Si autē quis diceret ꝙ vegetatiua ſub̄a eſt alia a ſenſibili: ſꝫ vniunť in vno actu aiandi corp⁹: hoc eſt figmētuꝫ qḋ in ſcīa de aīa improbauimus: nec opꝫ ea que ibi ꝓbata ſunt hic reiterare. Rationale autē ſiue intellectuale pͥncipium vite in hoīe ſubiecto quidē idē eſt cū vegetabili et ſenſitiuo: ſed per eſſe alteꝝ eſt: qa vna ſubſtantia eſt aīa rōnalis a qua effluunt potentie vegetatiue ⁊ ſenſibiles ⁊ intellectuales: quaꝝ q̄dā affixe ſunt corpori ⁊ q̄dā nō: ⁊ ideo ille que nō ſunt affixe corpori nihil virtutis hn̄t qḋ educat eas de corporea mā: ſed potius ille ſūt quedā ſilitudo lucis intellect⁹ agētis in nā ⁊ principijs ſpermatis: pp qḋ a toto extrinſeco materie ſpermatis ⁊ virtutū ei⁹ a luce itellect⁹ qui ſm Anaxagorā ⁊ Ariſt. eſt pͥmū agēs in oib⁹ pͥnductis virtutib⁹ in cōceptū inducit aīa rōnalis ⁊ ītellectualis que poſtea cōpleť per ſpeculationis formas: ſicut oſtēdim⁹ in lib° de itellectu ⁊ itelligibili. Hic ergo eſt ēt ordo ꝙ nō eſt viuū ⁊ ſentiēs ſimul: ⁊ nō eſt ſentiēs ⁊ hō ſimul: ⁊ iſte eſt itellect⁹ verboꝝ Ariſt. cū qua expōne cōcordat Auicen. ⁊ Auerro. ⁊ Theophraſtus ⁊ oēs peritiores Peripathetici.

An pͥn^m vite ⁊ ſenſus ſit in ſemine.

¶ Si igiť querať vtrū pͥncipiū vite ⁊ ſenſus ⁊ rōnis qḋ eſt aīa ſit in ſemine. Dico ꝙ pͥcipiū vite ⁊ ſenſus diciť duobus modis. Eſt eniꝫ principiū vite qḋ eſt endelechia corporis organici ſm potētiā vite: ⁊ hoc mō principiū vite nō eſt in ſemie: neqꝫ etiā pͥncipiū ſenſus: qa ſi hoc mō pͥn^m vite eſſet in ſemine plāte vel aialis ſemē eſſet plāta quādo eſt ſemē plāte: ⁊ eſſet animal quādo eſt ſemen aialis. Si aūt principiū vite dicať qḋ eſt ad vite organa operās pͥn^m vite eſt in ſemie hoc mō quo ars eſt in iſtrumētis artis ſicut ſepi⁹ dixim⁹: ⁊ hoc mō etiā eſt in ſemie aīa ſicut ars ⁊ nō ſicut endelechia corporis organici. Ars eni eſt factiuuꝫ pͥn^m ſm rōnē operās. Uerius tamē diciť ꝙ id qḋ eſt in ſemine eſt aliqd aie ⁊ non aīa: eſt eni actus aie ſicut in pꝛehabitis eſt manifeſtū. Ex oib⁹ aūt dictis cōſtat ꝙ cū rō non ſit cōiuncta alicui parti corporis ſicut actus alicui⁹ mēbꝛi exiſtēs ꝙ opꝫ ꝙ nec ex mā nec per iſtrumēta corporea inducať in cōceptū: ſed potius ab eo qḋ non cōmiſcetur alicui materie corporis: nec aliquib⁹ virtutibus que ſunt in mā ſeminis agētes: ⁊ ideo pͥncipiū ipſius nihil aliud eſt niſi lux pꝛimi intellect⁹ agentis. Intellect⁹ eni hic purus eſt ⁊ imixtus ⁊ impaſſibilis oīno ſicut oſtendim⁹ in libro tertio de aīa. Hec igitur ſunt que cum precedētib⁹ cōiūcta veꝝ intellectū oſtēdūt eoꝝ que ſupra iducta ſunt.

¶ Cap. 12^m. De eo qḋ dicit Ariſto. animam eſſe in ſemine ⁊ intellectum ab extrinſeco.

Secundo de gn̄atiōe aialium cap. 3.

Reuertamur igiť ad ꝓpoſitū dicentes ꝙ anima nutritiua per modū qui dictus eſt in ſemine cōcepto aialis ꝙ ſemē deciſuꝫ eſt ab aialibus: ſed manifeſtū eſt ꝙ aīa in illa eſt potētia in ſpmatib⁹ duob⁹ cōiūctis ita vt potentia dicať virtus que eſt actus aie illi⁹ qui gn̄at que eſt in ſemine: ſꝫ ſm ꝙ eſt actus vel pfectio corporis organici nō ineſt ſpmati niſi prius q̄ꝫ aduenerit ei cib⁹ quē cōuertit attractū in mēbꝛo conueniēte ſicut aial cibatū conuertit cibū: tunc eniꝫ pꝛimo vere facit opationē anime. ¶ Videť enim in principio ꝙ oē conceptū viuit ſicut viuūt plāte hoc mō quo vita diciť opatio eius qḋ eſt actus ⁊ ſilitudo virtutuꝫ ei⁹ qḋ hꝫ aīam vegetabilē ſicut actū ⁊ cōplementum ſui. Idē aūt opꝫ dicere de diſpōne aie ſenſibilis: eo ꝙ ſic̄ aīa vegetabilis eſt virtus in corpore: ita ēt aīa ſenſibilis ſm oēs ſuas partes virt⁹ eſt in corpore: ⁊ ideo eſt opatio virtutis q̄ eſt in ſemie: qm̄ ſicut iā aū dixim⁹ nulla eſt forma gn̄ationis que nō ſequať virtutes mā̄e que ſūt in ſpmate niſi ſola rōnalis ad quā nec ſpūs ſpmatis neqꝫ calor aliquid opari videť: ſꝫ videť tm̄ cauſari a lumie itellectus pꝛimi qui opať in opere nature: eo ꝙ nullius corporis vel partis corporis eſt act⁹. Cū autē dicto mō vegetabilē ⁊ ſenſibilē dicamus eſſe in ſemie dicemus ꝙ ambe prius iſunt in potētia quā potētiam vocamus formatiuā cū virtutib⁹ ſpiritus ⁊ caloris et ſpermatis: de qb⁹ diximus: poſtea aūt efficiunť in actu ſue gn̄ationis quādo cōceptus eſt cōpletus. Neceſſariū eniꝫ eſt ꝙ cū pꝛimo nō ſint he aie ſiue forme in ſemie: ⁊ deide ſūt in cōcepto ꝙ fiāt ſic ꝙ educanť de potētia materie ad actū eo ꝙ ſūt virtutes in corpore: qḋ nō eſt veꝝ de rōnali: eo ꝙ virtus in corpore nō eſt ſicut ſepi⁹ diximus: quādo eni erāt iſte aie ſic fiebant vniuꝛ̄: aut oporteret dicere ꝙ q̄dā aie vegetabiles ⁊ ſenſibiles ſic fierent ⁊ quedam non. Si enim diceretur ꝙ anima vegetabilis eſt in ſemie: ⁊ illa eſt faciēs animam vegetabilem conceptus: tūc quedaꝫ vegetabilis erit faciens non facta: ⁊ ſimiľr eſt de ſenſibili faciente ⁊ facta: et hoc modo dixit Plato ſicut patuit ſuperius quādo fuim⁹ locuti de opinione Platonis. Predicto autem modo iſte anime fiūt in materia: q̄ꝫuis non cōcedamus eas ſm ꝙ anime ſunt intrare in ſemē trāſfuſas in ſemine maris ſicut dixit Plato: ꝙ enim tranſfunditur actus anime eſt maris ⁊ ſimilitudo mēbꝛoꝝ eius ⁊ non aīa ꝓpꝛie loquendo. Queret tamē aliquis vtrum neceſſariū ſit in vegetabili vel ſenſibili in plantis vel in animalibus ingredi animas tranſfuſas cum ſemine ab aialibus generantiuꝫ: ⁊ dubitabit forte aliquis ſi oīa huiuſmodi principia vite pꝛimo ſint in mare eť ſperma ⁊ poſtea tranſfundanť cū ſemine: aut quedā ſint ab extra trāſfuſa ⁊ quedā non: quoniam Plato dicebat oīa eē ab extra. Quidam autē dicebant quedaꝫ eſſe ab extra ⁊ q̄dam ab intra. Aiam v̇o vegetabileꝫ dicebāt eē ab intra eo ꝙ non videbant ibi vnū aſcēdendo implere alterū ſic̄ mas implet feminā. Sēſibilem autem dicebāt actualiter trāſfundi ab extra: eo ꝙ in talibus vnus mas multas implet feminas: ⁊ putabant ꝙ animas tranſfundāt actualiter in ſemie exiſtentes ſed latēter. Manifeſtuꝫ aūt eſt ꝙ impoſſibile eſt dicere ꝙ oīa vite principia actu ſint: aut in ſemine tranſfuſa ex ipſis rōnibus quas in libro qui ante iſtuꝫ eſt in hac ſcientia induximus: quecūqꝫ eniꝫ ſunt principia operātia operationes corporales principia illa ſunt perfectiones aliquorum corpoꝝ organicoꝝ: nec poſſunt eſſe ſine illis. Dico aūt operationes corporales: quaꝝ inſtrumēta ſunt organa corporalia: ſicut eſt ambulatio que nunq̄ꝫ pōt eſſe ſine pedib⁹: ⁊ ideo vis greſſibilis nō pōt eſſe niſi in pedibus ⁊ cruribus. Omnes igiť huiuſmodi virtutes nullo modo ab extrinſeco aliquo in ſemē ingredi poſſunt: ſꝫ potius generanť ſic ꝙ ex ipſo educunť de potētia ad actum ſicut pꝛedictū eſt: hoc enim modo fit: qa corpus ſpermatis eſt ſupfluitas cibi alterati ad ſimilitudinē virtutis membꝛoꝝ in quo eſt virt⁹ formatiua operans ad actum aie vegetabilis ⁊ ſenſibilis: ⁊ qꝛ itellectus nec eſt virtus corporea que in maiori corpore maior ſit: ⁊ in minori mior: neqꝫ virtus operās in corpore ſicut ille ſūt virtutes: quaꝝ operatio eſt ad armoniā organi corporei: ſicut eſt viſio viſus ad armoniā oculi ſequiť neceſſario ꝙ ipſe ſolus ſit ab extrinſeco materie datus pͥncipio generationis qḋ materie non cōmiſceť: ⁊ hoc eſt intellect⁹ cuius eſt opus nature ſicut pꝛimo mouētis ⁊ cauſantis ſic dixit Anaxagoras: ⁊ nos dictū eius ſuperi⁹ explanauimus: ꝓpter qḋ etiā ſolus intellect⁹ diuinus eſt: hoc eſt perpetuus ⁊ incorruptibilis: eo ꝙ ſicut in libꝛo de intellectu ⁊ itelligibili oſtēdimus ipſe ſolus hꝫ talē operationē que non cōicat cuꝫ operatione corporei organi per aliquem modum omnino: ⁊ hoc eſt ad qḋ volumus peruenire in omnibus capitulis que p̄miſimus de virtutibus anime ⁊ ſpermatis.

¶ Cap. 13^m. De principijs que faciunt ſperma congruum ⁊ conueniens ad generationem animati.

Secundo de gn̄atiōe aialium cap. 3.

Velibet autem alia virtus anime preter eam que eſt itellectualis ⁊ rationalis que ſubiecto idem ſunt habet cōmunicationeꝫ cum corpore: neqꝫ habet operationem ſeparatam a corpore: ⁊ cōmunicat organum eius cum aliquo elemētoꝝ: ſicut viſus cum aqua ⁊ audit⁹ cuꝫ aere: ⁊ ſic de alijs prout in libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſato determinatum eſt: ꝓpter qḋ etiam in nobilitate anime magnaꝫ habēt differētiam: quoniaꝫ ſenſibilis nobilior eſt vegetatiua: ⁊ rationalis nobilior eſt vtraqꝫ iſtarū. Et quia omni diuerſitati motorum reſpondet etiam pꝛopoꝛtionaliter diuerſitas mobilium ab illis motoribus: ⁊ ideo etiam differentia nobilitatis eſt in natura complexionis corporum organicorum que perficiuntur ab iſtis animalibus: ꝓpter qḋ oīno neceſſe eſt ponere in ſpermate aliquas virtutes que faciūt ipſum conueniens generationi vt ſit perfectum ab anima ignobili vel nobili aut nobiliſſima. He autem virtutes p̄cipue ſunt ſm illud in ſpermate qḋ calor naturalis vocatur ⁊ generatiuus eius qḋ concipitur. Non enim eſt hec virt⁹ ſm frigus aut aliquid ſimile frigori: eo ꝙ frigus ſiſtit motū ⁊ facit indigeſtionē ſicut in libꝛo 4° metheoroꝝ oſtēſuꝫ eſt.

Hic autem calor precipue retentus est in spiritu qui est in
spermate spumoso: aut per multa que p̄dicta sunt satis est
manifestum. Natura autem hec que est calor complexiona
lis spermatis non est conueniens calori elementi qđ est in
termino qđ est elemētum ignis. Calor enim ignis dissoluit
⁊ exiccat ⁊ non generat animalia: nec potest sustentari calor
ignis extra locuȝ suum nisi foueatur humido aereo qđ de/
pascitur: aut in aliquo sicco inflāmabili sicut in lignis ari/
dis: ⁊ preter dictas materias non habet substantiā in qua
retineatur extra locum suum: sed calor spermatis non ta/
lis est: sed potius supra calorem est virtus solis ⁊ celi totius
⁊ etiam anime virtus que est in corpore est animalis sper/
ma emittentis. ꝙ autem illius anime virtus in ipso sit pa/
tet ex hoc ꝙ calor ⁊ virtus anime inueniuntur etiam in su/
perfluitatibus non assimilatis corpori ⁊ mēbro sicut in ster
core ⁊ vrina. Multo magis igitur iuenitur calor anime in
spermate que superfluitas est in membris ſm aliquid assi/
milata: ⁊ ſm hec que dicta sūt celestia ⁊ animalia est in hoc
semine qđ sic emissum est a corpore animalis principiuȝ vi/
te. ¶ Ex his eni rationibus manifestatur ꝙ principiuȝ vi/
te qđ est in animalibus non est ſm ignis proprietatem solaȝ
⁊ naturam: neqȝ ignis existens in spermate est principium
anime vegetabilis ⁊ sensibilis: sicut multi errantes dixerūt
ignem esse animam propter caloreȝ naturalem quem vide
bant esse principiū vite ⁊ vite operationū. Corpus vͦo sper
matis cum quo ⁊ in quo erit ab animali spermatizāte spiri
tus qui est potissima virtus ⁊ principiuȝ anime que indu/
citur in conceptum de potentia ad actum educta: ⁊ hic spi/
ritus est separatus a corpore generantis habens virtutes
mēbrorū: ⁊ hic spiritus est res diuina per hoc ꝙ habȝ vir/
tutem diuinam in formando ⁊ creando: ita ꝙ hic spiritus
dicitur intellectus practicus formans sicut instrumenta ar
tificialia dicuntur ars: sicut ista ars dicūtur eo ꝙ per ea for
ma artis inducitur. quarum omnium est principium pra/
cticus intellectus: multo magis spiritus spermatis separa
tus a corpore generantis intellect⁹ dicitur: eo ꝙ ipse est in/
strumentum intellectus operatiui cuius est totum nature
opus: hic enim mouet ad formam inducendaȝ: ⁊ est sicut si
virtus artis ex artifice tota ingrederetur in dolabrum: ita
ꝙ dolabruȝ per se ingrederetur in ligna ⁊ lapides: ⁊ sine cō
tactu ⁊ motu artificis faceret domum. Tale enim dolabrū
non esset distinctum a virtute intellectus practici: eo ꝙ ad
aūt similes sunt superioribus partib' in ambulātib'. Hec aūt precellentia membroꝝ maxime est ꝓpter virtutē spermatis qđ dominat̄ in superioribus: sicut bene ⁊ cōuenienter opinati sunt quidā naturaliū phoꝝ. Et huius signū expressum est in auibus ⁊ piscibus ⁊ aialibus anulosi corporis existentibus. Isti enim modi generantur per sperma exiens a generantibus parentibus ⁊ cōplent̄ oua eoꝝ extra matricē generantiū: ⁊ tūc recipiūt distinctionē membroꝝ ⁊ diuisionē ipsoꝝ in situ corporis ante ⁊ post: ⁊ inferius ⁊ superius: ⁊ a latere vno ⁊ alio. Sperma igit̄ facit hāc distictionē membroꝝ ⁊ diuisionem ipsoꝝ ⁊ nō virtus generātis. ¶ Amplius aūt quedā aialia non respirant ⁊ faciunt oua vel vermes: ⁊ forte quedā eoꝝ generāt animalia similia sibi: sꝫ respirātia omnia recipiūt membroꝝ in figura ⁊ positione corporis distinctionem dūꝫ adhuc sunt in vtero matris: ⁊ in vtero matris existentia non respirant quousqꝫ cōpleat̄ pulmo ipsoꝝ. De hoc tamē sunt diuerse traditiones quas nos supra cuꝫ de generatione hoīs loqueremur executi fuimus. Pulmo aūt distinguit̄ inter membra que creant̄ ante vmbilicum ⁊ ante tractū alimēti: ⁊ ideo fit de ipā substātia gutta femine. ¶ Amplius aūt quodlibet animal quadrupes multarū fissurarū habens pedes sicut leo ⁊ canis ⁊ lupus ⁊ vulpes generāt partus cecos a principio natiuitatis sue ⁊ oculi complentur extra ⁊ aperiuntur ⁊ vident. Ubicūqꝫ enim sunt calidum ⁊ humidum oportet necessario vnū esse agens ⁊ operans ⁊ alterum patiens ⁊ operatum.

¶ Cap. 3m. De distinctione esse ꝓpter quod est id quod est ⁊ que querit̄ in eternis ⁊ que non: ⁊ sm̄ quem modū ⁊ propter quid dicitur esse cor principium membrorum.

Scd̄o d' gnōne aialiū capitulo. 4.

Antiqui ergo phī nō verā habētes experiētiaꝫ generationis membroruꝫ opinati sunt membra in spermate actu esse ⁊ ex illis aialia similia sibi generari. Et isti nō dixerunt sm̄ quot modos dicit̄ aliquid prius alio ⁊ ante aliud alterū. Hec aūt multipliciter dicunt̄. Primū enim est ꝓpter qđ id qđ est. Propter qđ aūt id qđ est dicit̄ duobus modis: quoꝝ vnū est primū sm̄ generationem: ⁊ alterū est primū sm̄ substātiā: efficiens enim est ꝓpter qđ est id qđ est: ⁊ est principiū motus in generatione: forma auteꝫ ⁊ finis est etiā propter qđ est id qđ est: ⁊ hoc est primum sm̄ substantiā ⁊ rationē. ¶ Adhuc aūt qđ est propter aliqđ sm̄ rationē principij efficientis dicit̄ duobus modis: quorum vnus significat id qđ est principium motus sicut diximus: aliud aūt significat id quo vtit̄ in mouendo sicut instrumēto. Illud aūt ꝓpter qđ est generatū ⁊ factum sicut ꝓpter instrumentum eoꝝ que generāt ⁊ operant̄ est alterum ⁊ alterum: lꝫ nō sit aliud ⁊ aliud in ratione omnino: aliquādo enī est instrumentū ante ⁊ aliquādo post ad fieri ⁊ generari: est aūt fieri ⁊ generari: ad vsum aūt eius qđ iam generatuꝫ est instrumentū post: sic enim doctor est ante discipulū. Fistule vō sunt post discipulū fistulatorē factū. finis enim docentis est vt discipulus fiat musicus ⁊ tūc incipiat operari sm̄ musicam in fistulis: sm̄ aliā aūt rationē fistule sunt etiā ante discipulū: sed ista sunt instrumenta doctoris. Uniuersaliter igit̄ in genere tria sunt ꝓpter que est: ⁊ vnum illoꝝ est id qđ vocat̄ complementū: ⁊ illud est ꝓpter qđ est id qđ est principaliter inter tria. Duo aūt alia sunt propter que res est qđ est: ⁊ vnū quidē est sicut res ꝓpter primū generās ⁊ mouens qđ motu suo fert̄ in patiens ⁊ in id qđ generat̄. Tertiū aūt a duobus inductis qđ tamē ad efficientē causaꝫ reducitur est id quo indiget̄ in motu efficientis sicut instrumēto. Secundum hanc igit̄ distinctionē necessario debent esse membra cōferentia virtutē prius illo in quo est principiū motus cui cōferunt esse principiū motus sicut instrumento ⁊ generatione. Et qꝛ per hūc modū cor se habet ad reliqua membra necessario erit etiā ipsuꝫ prius reliquis membris: eo ꝙ magnū hēt dominiū ad creationem alioꝝ membroꝝ: ⁊ post hoc membrū sm̄ viā generationis erit totū completū. Tale aūt membrū qđ dicto modo est principiū erit necessario in corporibus animaliū generatoꝝ in quibus est pricipiū motus vitalis. Opꝫ igit̄ necessario hoc membrū primo creari ante oīa alia membra. Ratio aūt qua debet esse primū est: qꝛ sm̄ ꝙ est mouens debet esse primū: ⁊ sm̄ ꝙ est membruꝫ propter qđ sicut ꝓpter mouens sunt omnia alia. Similiter aūt propter eandem rationē quodlibet membrū organicuꝫ qđ est naturaliter generans aliqua alia debet esse prius eis sicut epar ⁊ pulmo ⁊ cerebrū precedūt multa alia membra: eo ꝙ illud est sicut pricipiū ⁊ causa generationis illoꝝ. Membrū aūt qđ nō est talis dispositionis debet compleri vltimo ⁊ generari: propter qđ etiā qui hoc non subtiliter cōsiderat nō facile pōt distinguere membra vt sciat̄ qđ ipsoꝝ est propter aliud ⁊ qđ ipsoꝝ est propter seipsum siue per seipsum: quāuis in scientia generationis membroꝝ necessariū sit vt per viaꝫ illā sciamus per inquisitionē quid est prius ⁊ quid est posterius alio: qm̄ sicut diximus completio quorūdam membroꝝ perficit̄ post ⁊ quorūdā cōpletio fit ante: oportet enim prius fieri membrū in quo est principiū ex quo fiat alterum: ⁊ post illud membrū fit pars superior corporis. Cuius signum est ꝙ prius in creatione embrionis apparet caput ⁊ oculi valde magni: qđ vō est sub vmbilico vt crura ⁊ core apparet valde paruum a principio: eo ꝙ inferiora non sunt nisi propter superiora. Non bene igitur dictū est ab antiquis de necessitate cause illius ꝓpter quā est id quod est. Sine distinctione enim enuntiauit Democritus ꝙ ꝓpter quod res est id qđ est nō est in rebus eternis que sunt semper ⁊ sine motu: ⁊ hoc dixit sicut verū est non habere principiū motus ⁊ finē: qđ vō est propter qđ est id quod est oportet esse principiū generationis ⁊ motus vt dicit Democritus. Dicit iterum qđ semper est finem non habere: propter quod opinatur ꝙ querere propter quid est quodlibet eternoꝝ simile est ac si queratur: quare habet principium quod nō habet finem: qđ enim habet finem nō habet principiuꝫ efficiens propter quod omnis motus efficientis est ad finē determinatū quem sibi prestituit in motu. Uerū quidē enī est ꝙ in rebus necessarijs eternis sicut alibi probatuꝫ est in physicis nostris nō demonstratur per principiū motus ⁊ finem eo ꝙ sine motu sunt talia omnia. Sed sicut ante diximus causa que dicitur ꝓpter quid est res id quod est multipliciter est dicta: ⁊ in multis sm̄ diuersos modos sue significationis inuenitur quoꝝ quedā sunt physica in motu considerata: ⁊ quedaꝫ sunt eterna abstracta a motu ⁊ materia. Sempiternū enim est tres angulos triāguli rectilinei duobus rectis esse equales. Non ergo congruit querere principium motus in rebus omnibus in quibus tamen est ꝓpter quid sm̄ ꝙ forma que propter quid est: mediū est demonstrationis. Non igitur querendum est principiuꝫ motus in his que non generantur ⁊ sunt eterna sine motu existentia. Talia enim hic vocamus eterna: hec tamen habent principiū sm̄ aliā principij rationem. Scientia enim principij in huiusmodi est finis intentus qui per principiū intendimus venire ad rei scientiaꝫ veram. Unde demonstratio non est finis rei in mathematicis: sed scientia que est effectus demonstrationis. Et in talibus quidem que immobilia sunt ⁊ abstracta a motu ⁊ materia ⁊ tempore non est principium nisi quod quid est. In rebus autem que generantur multa sunt principia sm̄ diuersos modos considerata: qꝛ non erit motus in illis sm̄ vnum tm̄ modum: ⁊ ideo aliquo modo principij erit cor prius ⁊ principium in habentibus cor: ⁊ id quod est loco cordis erit principium in nō habentibus cor sicut diximus superius. Carentia enim sanguine membrū est conueniens cordi ⁊ non cor sm̄ veritatem.

Eterna ⁊ necessaria ⁊ si nō habeant pn̄m motus hūt tū pn̄m sm̄ aliaꝫ rōnē pncipij.

¶ Cap. 4m. De modo generationis membroruꝫ homogeneorum ex calore cordis ⁊ frigore complexionali.

Scd̄o d' gnōne aialiū capitulo eodē.

Ex corde aūt primo exeūt vene extense ab ipso ad similitudinē piloꝝ ⁊ sunt pulsatiles ⁊ quiete: ⁊ circa has fit generatio mēe: eo ꝙ ex corde portant spiritū ⁊ sanguinē que exigunt̄ ad generationē membroꝝ. Generatio aūt mēbroꝝ homogeneoꝝ perficit̄ calore ⁊ frigore complexionalibus. Quedā enim hoꝝ coagulant̄ ex calido: ⁊ quedā ex frigido. Hoꝝ aūt differentiam iam determinauimus in quarto nostroꝝ metheoroꝝ: vbi etiā diximus que corpora omiomera ⁊ humida sunt: ⁊ que liquefiūt ⁊ que nō. Ex venis igitur ⁊ vijs venarum que sunt in quolibet loco corporis dirigitur cibus ad quodlibet membrum: ⁊ qꝛ cibus est humidus ⁊ fluens ⁊ membra generata aliquādo sunt sicca ⁊ nō fluida oportet ꝙ accidat mō generationis membroruꝫ quod accidit operibus figuloꝝ que cōtemperantur ⁊ mol-

lificantur humido: ⁊ postea per calorē assantē educit̄ superfluum humidū: ⁊ sic complent̄ vasa fictilia. Et per eundem modū educit̄ superfluū humidū materie generationis mēbroꝝ: ⁊ tūc fiunt membra in figuris suis perfecta. Primum aūt homogeneoꝝ qđ generatur ex illo circa venas est caro vel membrū habens vicem carnis qđ est in sanguinē nō habentibus. Terminatio aūt carnis est ex frigore cōplexionali ⁊ nō ex frigore simpliciter: eo ꝙ sicut alibi diximus: frigus est qualitas mortificatiua ꝑm seipsaꝫ. Signū aūt huius est ꝙ calore sicco agēte in carnem videt̄ solui aliquo genere solutionis: eo ꝙ exudat sibi cōplexionalē humiditatē. ¶ Mēbra vō terrestria in quibꝰ pauca valde est humiditas ⁊ paucus calor: hoc habēt propriū ꝙ quādo calefiunt euaporant ⁊ exudant humiditatem se continuantiū: ⁊ tūc dissoluunt̄: ⁊ si vincat calor assans siccus erunt dura terrestria valde: et hoc modo fiunt ⁊ generant̄ vngues ⁊ cornua ⁊ sotulares et solee: ⁊ in quibus tamen modica est vnctuosa humiditas ⁊ propter illam mollificant̄ calefacta in igne: sed non soluunt̄: eo ꝙ illa humiditas fortiter apprehensa est a terrestribus partibus que sunt in materia istoꝝ membroꝝ. Quedā etiā talium membroꝝ ex humido acuto sicut est vrina ⁊ acetum mollificantur sicut testa oui ⁊ dentes. Uene aūt ⁊ ossa ex calore intraneo desiccantur: eo ꝙ desiccat̄ humiditas superflua que est in eis: propter qđ etiam ossa in igne nō mollescunt nec liquescunt dissoluta faciliter: eo ꝙ sunt constantia calore sicco sicut ea que coagulantur ⁊ constant per assanteꝫ calorem in fornace. Nō enim idem est causa coagulationis ⁊ solutionis: sicut ostendimus in quarto metheoroꝝ. Ossa igitur cōstant ex calore generationis assante quem optesim quidam vocāt: ⁊ ille calor non generat carnem sicut neqꝫ generat ossa: sed potius hanc facit operationē in materia cōueniente que est ossibus propria: ⁊ facit quādo debet ⁊ vbi debet: sicut operat̄ omnis potentia naturalis. ¶ Generatio enim huiusmodi membroꝝ est ex motore ⁊ ex eo in quo non sunt in actu: sed in potentia: ⁊ non est possibile generari ea ex materia in qua sunt actu: ⁊ nō essent actu simul ⁊ semel qđ est impossibile: ⁊ hoc est simile ei qđ dicimus ꝙ carpentarius nō potest facere arcam ex lignis nisi sint sine forma carpentationis arce: qꝛ aliter faceret ⁊ generaret id qđ iam est in actu qđ est impossibile. Calor autem hec operās est sicut in subiecto in superfluo illo qđ est sperma: ⁊ cū calore illo fit motus ⁊ operatio sicut cū instrumento: ⁊ operatur ꝑm quātitatē ⁊ qualitatē temperatā ⁊ quando ⁊ vbi cōgruit sicut diximus: hoc modo congruit cuiuslibet membri creationi: ⁊ si excessus fuerit in aliquo istoꝝ vel defectus faciet membrū malum ⁊ incompletū sicut sunt membra occasionata: ⁊ simile huic sepe videt̄ in his que extrinseco calore fiūt in operibus artis que sepe icompleta sunt ⁊ occasionata ex defectu vel excessu alicuius principioꝝ ex parte efficientis vel materie. Calor igitur temperatus est incōueniens cibo ex quo fit membroꝝ generatio: sic natura vtitur temperantia caloris vt faciat eum congruere motui eius qđ mouet̄: sicut facimus in artibus vbi vnū plus ⁊ maiori calore decoquit̄ ⁊ alterū minus ⁊ minori calore. Et hoc precipue obseruamus in operibus alchymicis que pre omnibus alijs artificialibus imitant̄ naturaꝫ. In naturalibus autem principium motus est ex natura ⁊ ꝑm naturam generantis sicut sepe diximus. Causa autem per se transmutans materiam est frigus ⁊ calor: sed frigus non est excellens: sed id qđ est in humido aqueo cōmixto terminabili. hoc enim est fomentum ⁊ cibus caloris naturalis: his duobus calore videlicet ⁊ huiusmodi frigido refrigerante calidum vtitur natura. Patet igitur ꝙ necessario ꝑm rerū harum naturā vno mō fit vnū supradictoꝝ membroꝝ: ⁊ aliud fit ꝑm aliū modū. In his aūt rebus que sunt hoc modo propter aliquid sicut ꝓpter efficiens principiū euenit ꝙ quedam sunt natura calide ⁊ quedam frigide: ⁊ sic erit quodlibet membrū ꝑm modum sibi cōgruēteꝫ: sicut fit caro mollis ⁊ os durū ⁊ neruus erit siccus extensibilis. os aūt durū ⁊ frangibile. Coriū aūt fit ex siccitate carnis in qua cōteruntur nerui sicut accidit in decoctione viscosoꝝ super que eleuat̄ in circuitu pellis viscosa exiccata: eo ꝙ siccuꝫ eleuatur super aquā decoctionis apprehensum ab humido viscoso qđ nō potest euaporare: ⁊ sic constat ⁊ facit pellem. Hoc aūt viscosum fit testa in valde siccis ⁊ terrestribus: sicut in his que sunt dure teste. Isti enim modi magis terrestres ⁊ sicci sunt qꝫ ea que sanguinē habent. In quibusdam autem carētibus sanguine fit illud viscosum constans magis pingue: ⁊ ideo pellis eorum erit viscosa ⁊ mollis: ⁊ multuꝫ huiusmodi viscose pinguedinis congregatur sub corio talium animalium quando sunt terrestria: oīa igit̄ ista membra necessario generant̄ ꝑm ꝙ diximus: vnūquodqꝫ ꝑm modum congruuꝫ sibi: ⁊ vnūquodqꝫ erit propter aliquod effectiuū sibi proportionatum. Sic igitur a tali principio pars superior corporis prius format̄ ⁊ distinguit̄ in tempore generationis: pars aūt inferior posterius in omnibus sanguinem habentibus. Generaliter aūt omnia membra naturales recipiunt terminos sue quātitatis ⁊ figuras: ⁊ post illa duo naturales recipiunt calores ⁊ naturalem duritiem vel mollitiem. Natura enim facit sicut ars que imitat̄ naturaꝫ. Pictores aūt primo videmus figuram protrahere ⁊ postea superducere colores: ⁊ per modum eūdem facit natura. Secundum predicta ergo debet esse in corde principium sensus ⁊ motus ⁊ omnium aliaruꝫ operationum naturaliuꝫ: ita ꝙ omnes virtutes animales oriuntur ex ipso: ⁊ ideo oportet ipsum prius omnibus alijs membris creari. ¶ Hec igitur de prioritate cordis ad alia membra dicta sunt.

¶ Cap. 5m. De forma capitis ⁊ mēbroꝝ que sunt in capite.

Scdo d gnō/ ne aialiū capitulo eodem.

Preter exitū aūt caloris de corde ⁊ principiū venarum que sunt ab ipso disposuit natura membrum frigidū in opposito qđ est cerebrum: propter qđ etiā post cordis formationem caput formatur: ⁊ magnitudo quidem capitis maior est quātitate alioꝝ membroꝝ: eo ꝙ cerebrū est magnuꝫ ⁊ humidū ex prima formatiōe sua. ¶ Incidit aūt questio nō dissimulanda de oculis: oculi enim in prima formatione valde apparent magni tam in ambulātibus animalibus qꝫ natantibus ⁊ volantibus: ⁊ postea diminuunt̄ continue: ⁊ primo quidem in capite formant̄: sed vltimo complentur: ⁊ in tempore qđ est intermedium inter primā creationem ⁊ vltimam formationem diminuunt̄ ad mensuram debitam ⁊ profundant̄: ⁊ causa illius est ꝙ organum visus est eleuatum alte super organa sensuū alteroꝝ gustus ⁊ odoratus ⁊ auditus. Gustus aūt ⁊ tactus sunt partes quedam animalis corporee: qꝛ nō sunt per mediū extrinsecū: organū aūt auditus ⁊ odoratus sunt vie continue cum aere extrinseco plene elemento spirituali quod transit vsqꝫ ad venas subtiles extensas a corde ad cerebrū per quas fit nuntiatio de formis sensibilium. Oculi aūt proprie inter alia organa sunt ex corpore frigido ⁊ humido: qꝛ sunt ex humore continente cerebruꝫ. Ex cerebro enim erit humor aqueus ⁊ peruenit ad naturam oculoꝝ ex telis continentibus cerebruꝫ: ex quibus etiam fiunt myringe oculo. Huius autem signū est ꝙ nullum membrum in corpore est adeo frigidum sicut cerebrum ⁊ oculi: ⁊ qꝛ sic humidum est oportet ꝙ sit magnū in creatione prima ⁊ deinde paulatim postea calore decoquente diminuūtur oculi. Et idem accidit cerebro propter eandem causam. primo enim est valde humiduꝫ ⁊ magnū ⁊ postea adunatur in seipso. Dicta igitur est causa magnitudinis oculorum quā habēt in principio sue formationis: ⁊ causa magnitudinis cerebri. Propter quātitatem etiam cerebri est etiam caput magnum respectu totius corporis ⁊ propter humiditatem multam. Primo quidem apparent oculi magni ⁊ in vltimo adunati complētur ad debitā quātitatem: ⁊ ad hoc exigitur tempus longum: eo ꝙ difficulter terminatur cerebrum a calore naturali propter multum humidum resistens calori naturali: ⁊ hoc necesse est omnibus animalibus accidere que cerebrum habent magnum ⁊ humidum ⁊ maxime hominibus: ⁊ hac de causa etiam locus prime serrature in sincipite diu est mollis in pueris propter humorē cerebri: ⁊ non complet̄ in duritia nisi in vltimo post tempus generationis ⁊ spatiū determinatū exiccationi humoris superflui qui est in anteriori parte capitis. Hoc aūt vt diximus in infantibus hominū accidit: eo ꝙ homo iter omnia animalia proportione sui corporis habet cerebrum maius ⁊ mollius. Calor aūt cordis hois est temperatus et mūdus valde nō cōmiscēs materias ⁊ operatiōes. Cuius signū est ꝙ homo est intellectus boni ⁊ discretionis: ⁊ iō nō

vehementer ⁊ velociter exiccat. Hac aūt eadē de causa in/
fantes in prima etate nō possunt erectū ferre caput suū:eo
ꝙ cerebrū eoꝝ ponderosum est ex quātitate ⁊ humore. Si/
militer aūt est de membris mollib⁹ in alijs causis genera/
tis ex humore: statim enim pondere humoris decidūt ⁊ im
mobilitanṫ:sicut ea que sunt in ꝓfundo corporis in loco hu
moris: ⁊ palpebre etiaꝫ sunt similis ex humore deprimente
dispositionis: ꝓpter qḋ nō pōt homo leuare palpebras cum
deprimiṫ humido somnifero aut ebrietate. Scimus aūt iā
olim ꝙ nā nihil facit ociose nec ī prima etate nec in vltima.
Oportet igiṫ ꝙ palpebre diuidanṫ ⁊ aperianṫ ⁊ moueri pos
sint ex causa determinata:quādo videlicet vincit motus ca
loris exiccātis humidū superfluū qḋ est in ipsis:hoc eni sci/
mus per simile qḋ accidit in ponderosa habentibus capita
ex epilepsia aut ebrietate:hi enim nō claudunt palpebras ⁊
aperiunt nisi descēdēte aut digesto superfluo humido. Hec
igiṫ est determinatio oculoꝝ ⁊ cerebri ⁊ quare vltimo in/
ter membra complentur oculi sicut dictum est.

¶ Cap.6m. Qualiter formantur membra dominantia post cor ⁊ post illa formantur alia membra.

Scḋo ꝺ gnō/ne aialiū capi tulo eodem.

CReatio aūt membroꝝ omniū est ex cibo: ⁊ mē
bra nobiliora aliqua alijs dominātia que for/
manṫ ⁊ terminantur ex primo motore sperma
tis accipiunt cibum nobiliorē qui est primus
⁊ pricipalis ⁊ mūdus ⁊ bone decoctionis. Mē
bra aūt quibus indigeṫ ad seruiēdū istis ⁊ que
creanṫ ꝓpter ista habent cibū peiorem. Natura enim est si/
cut rectificator quidā ⁊ rector operū:cibū enim mūdū ⁊ bo/
nū dat membris nobilioribus:qḋ aūt ex cibo nobiliori su/
perfluit ⁊ est malū vel minus bonū ordinat membris secū/
darijs que subseruiunt istis nobilioribus membris. Sicut
enim rector ⁊ dispensator facit in regimine ⁊ dispensatione
rerū extrinsecarū:ita facit natura in dispensatione eoꝝ que
ad distributionem naturalem pertinent. Ex materia enim
mundiori creanṫ organa sensuū. Ex superfluitatibus aūt ⁊
quasi reliquijs ⁊ purgamentis huius materie procreanṫ et
nutriunṫ pili ⁊ cornua ⁊ vngues ⁊ solee ⁊ his similia: ꝓpter
qḋ etiā vltimo complenṫ huiusmodi membra:qꝛ tunc inci/
pit abundare in corpore hmōi superfluitas. Sicut igitur di
ctū est substātificatio aialiū in primis membris fit ex super/
fluitate spermatica: ⁊ de illa multū trāsit in membra domi/
nantia ⁊ qḋ remanet ⁊ ignobilius est de superfluitate cibi
trāsit in alia mēbra:cib⁹ eni est ex quo est omniū membroꝝ
generatio:adhuc tamē in sequentibus distinctius dicem⁹
de istis. Scḋm enim hunc modum est generatio neruoꝝ ex
materia:generanṫ eni ex eisdē de quibus dictū est:de super
fluitate videlicet spermatica ⁊ virtute nutritiua: ⁊ hoc mō
erit generatio vnguiū ⁊ piloꝝ ⁊ solearū ⁊ rostroꝝ ⁊ vnguiū
auiū ⁊ omniū similiū. Omnia eni hec generanṫ ex cibo per
virtutē nutritiuā que est in embrione ex virtute spermatis
sine gutte femine. Ossa aūt sunt ex alia materia. Cuius si/
gnū est:qꝛ nō semper crescūt:sed crescunt vsqꝫ ad quātitatē
ſm nām debitā:quādiu videlicet habent principiuꝫ motus
incrementi. Quātitatis eni mēsure sunt determinate in oi/
bus aialibus. Si eni ossa semper crescerēt semper cresceret
aial in cuius corpore sunt ossa:his eni crescētibus crescerēt
etiā membra alia que sustentanṫ ab ossibus in quibus par/
ticipaṫ mensura aialis. Magnitudo eni aialis maxime est
ꝓpter longitudinē ossiū. Causaꝫ aūt ꝓpter quā nō semper
crescit in longū aial iaꝫ alibi determinauimus. Veterascēs
eni alias nō crescit ꝓpter superfluitates frigidas que reti/
nenṫ in corpore ipsius quas consumere nō valet calor natu
ralis:tunc enim cibus qui superfluit ab ipso quod eijciṫ qḋ
debet cibare membra principalia dominātia est valde pau
cus propter senectutē ⁊ infirmitates membroꝝ que nō pos/
sunt ad se ꝯuertere cibū. Diminuta igiṫ huiusmodi super/
fluitate huiusmodi cibi ⁊ remanēte in corpore primo quidē
pili diminuunṫ humore cibi destituti. Eadeꝫ etiā de causa
diminuunṫ cornua:ossa aūt nō diminuunṫ de facili propter
duritiē:sed quādo diminuuntur accidit eis hoc ex diminu
tione cibi melācholici qui separari deberet eis ex nutrimē/
to cōmuni membroꝝ. Hoc aūt habēt pili propriū ꝙ crescūt
ex fumo terrestri nutrimenti:sed quādo locus radicis exci/
diṫ alia vice nō regeneranṫ. ¶ Dubitabit aūt aliqs de den
tiū natura querens si natura eoꝝ similis est nature ossium.
Videmus eni ꝙ pili ⁊ cornua crescunt ex superfluitate cibi
radicata in cute: ꝓpter qḋ etiā hec colores suos variāt ſm
colores cutis erūt alba vel nigra. Dentes aūt nō mutāt co/
lorē oino nec ad cutē ⁊ ad alia:sed in oibus sunt albi: ⁊ hoc
est signū ꝙ generatio eoꝝ fit ex materia ossiū: ⁊ hoc videtur
in omnibus aialibus habentibus dentes ⁊ ossa. Si aūt sūt
ex natura ossiū:tunc videṫ ꝙ non semper debeant crescere.
¶ Scimus aūt ꝙ hoc singulare inter omnia ossa aialis ha
bent dentes ꝙ semper crescunt vsqꝫ in finē vite. Et hoc ex/
perimēto visus probaṫ in dentibus quoꝝ vnus declinat ab
alio ꝙ nō directe obuiat ei:in his enim vnus crescit super
aliū. Causa aūt ꝓpter quā natura ordinat incrementū eoꝝ
est cōtinua operatio eoꝝ in molendo cibū:qm̄ si nō semper
crescerent cōtinue cōsumerenṫ:propter qḋ materiā cōtinue
affluentē opꝫ esse ex qua crescunt ⁊ nutriuntur dentes. Hec
aūt causa est ꝙ dentes animaliū multū ⁊ sepe cōmedentiuꝫ
magis atteruntur:precipue si nō habent dentes valde ma/
gnos:propter qḋ natura sagax ingeniosa in senectute cōiun
git magis ac magis dentes: ⁊ si vita duraret per millesimuꝫ
annū nec fecisset multas dentiū renouationes in etate pro/
cedente magis fecit in prima etate iuuenili. Sic ergo decla
rata est causa propter quā crescunt continue dentes:nō ta/
men est natura dentium ⁊ aliorum ossium eadem. Omnia
enim ossa creantur ex prima radicali humiditate corporis
que vocatur seminalis humiditas:creatio aūt dentium vl
timo est ex humido nutrimentali non radicali. Habēt etiā
hoc propriū ꝙ crescunt postqꝫ ceciderint: ⁊ ideo etiam noui
dentes contingunt ⁊ generanṫ quibusdam: ⁊ in hoc conue/
nit eoꝝ generatio cum alijs:qꝛ dentes non sunt nisi ex melā
cholico cibo sicut ⁊ ossa. ¶ Amplius quedam aialia in pri/
ma sua generatione ex vtero habent dentes vel id qḋ est lo
co dentiū nisi per accidens acciderit contrariū. In sequenti
bus aūt dicemus causam ꝓpter quā quedā animalia habēt
dentes fortiores alijs quibusdam ⁊ quibusdam non. Ma/
nifestū aūt ex dictis est ꝙ omnia huiusmodi animalia gene
ranṫ ex superfluo cibi melācholico qḋ relinquiṫ ex nobilioꝝ
membroꝝ cibo:propter qḋ etiam corpus hominis est mol/
le ⁊ lene:qꝛ nobiliori vtitur cibo ⁊ est leuius omniū alioꝝ
animaliū corporibus: ⁊ habet vngues paruos ⁊ subtiles re
spectu sui corporis:eo ꝙ superfluitas terrestris est in hoie
valde pauca:hec eni superfluitas est ex cibo indigesto ⁊ nō
cocto. Causa igiṫ propter quā quodlibet generaṫ membruꝫ
a nobis ſm hunc modum determinata est.

Quid dētib⁹ iter cetera os/sa peculiare ꝯtingat.

¶ Cap.7m. Qualiter per cotilidones fit nutrimentum embrionis.

Scḋo ꝺ gnō/ne aialiū capi tulo.5.

AUgmentū aūt primū cuiuslibet generis mem
broꝝ ⁊ aialiū creaṫ ab vmbilico sicut superius
diximus:qꝛ eni in aialibus cōceptis est virtus
nutritiua subito generata emittit vmbilicus
cotilidones ad matricē qui sunt sicut radices
arboꝝ. Creatio aūt vmbilici est ex cortice siue
pelle ꝯtinēte venas: ⁊ ille vene qdē sunt multe in magni cor
poris aialibus:in aialibus vō que sunt mediocris corporis
sunt due vene tm̄:in his aūt que sunt parui corporis est vni
ca vena ex qua embrio recipit cibū sanguineum. Matrices
aūt nō sunt nisi cōtexti fines multarū venarū. In aialib⁹ aūt
que nō habēt in matrice vnā venā magnā extēsam per inte
riorē matricis superficiem:sed multas paruas habēt loco
vnius:erūt ille vene multe ꝯsequētes se ī matrice: ⁊ dicunṫ
noie ꝓprio matricales: ⁊ ꝯtinuanṫ cū orificijs venarū vmbi
lici. ꝯtinuanṫ.n. vene vmbilico ex vna parte ⁊ in alia reuol/
uunṫ in circuitu matricis: ⁊ in terminis earū sūt orificia ve
narū graciliū ⁊ telarū qb⁹ inoluunṫ. Pars igiṫ rotūda haꝝ
venaꝝ erit circa matricē. pars aūt ꝯcaua ad vmbilicū vsus
embrionē. In matrice aūt ⁊ embrione sunt tele ⁊ secundine
ad eū vsum quē in ꝑhabitis libris de hoīs generatione de/
terminauimus. Scḋm vō qḋ crescit embrio in matrice ſm
hoc stringuunṫ orificia venarū: ⁊ cū cōpletus est embrio ici
piūt oino latere. He ergo sunt vie per quas fluit cib⁹ ad em
brionē ⁊ cib⁹ sanguineus: ⁊ nā qdē ꝯgregat illū cibū ī venis
quas dixim⁹ sicut lac postea ꝯgregaṫ in mamillis: ⁊ qꝛ cib⁹
ille paulatiꝫ ꝯgregaṫ ⁊ trahiṫ ad orificia venarū:ex hoc acci
dit ꝙ tumēt venarū orificia iterius sicut apostemata pua: ⁊

dum embrio est paruus impotens accipere multū cibū vene manēt ample tumentes: ⁊ quando creuerit embrio ⁊ capit multū cibū restringuntur ⁊ detumescūt residentes in seipsas. ¶ Amplius aūt matrices nō habent venas apparentes in multis aīalibus que dentes habent in vtraq₃ mandibula: sed vmbilicus extendit̄ ad vnam venā: ⁊ illa vena diuisa extendit̄ comprehendens matricē totā. Hec aūt sciuntur maxime per anathomiā pregnantiū aīaliū: ⁊ nos anathomiā posuimus in primo libroꝝ istius sciētie de aīalib⁹. Patet igit̄ ex dictis ꝙ embrio pendet ab vmbilico. vmbilicus aūt cōtinuat̄ cū vena: ⁊ vena extēdit̄ per matricē: ⁊ sanguis currit per venā ad matricē sicut currit aqua per cānalem: ⁊ circa quemlibet embrionē sunt tele ⁊ secundine sicut diximus. ¶ Opinantes aūt embrionē cibari carnib⁹ paruis exeuntibus ex eo errāt ⁊ mentiunt̄: q: si hoc esset in homine accideret etiā in alijs animalibus. Hoc aūt per inspectionem probatū est nūq₃ in alijs aīalibus accidisse. hoc. n. facile est cognoscere per anathomiam. Hoc enim modo scimus omnem embrionem gressibiliū ⁊ natatiliū ⁊ volatiliū inuolui telis ⁊ secundinis gracilibus: ⁊ iste talē distinguūt conceptū a matrice ⁊ humiditatibus sicut iam olim dictū est. Ex quo sermone patet ꝙ falsum dicunt omnes consentientes Democrito in preinducta opinione.

¶ Cap. 8m. Que animalia ex coitu impregnantur ⁊ que non ⁊ de causis sterilitatis.

Sc̄do d gnōne aialiū capitulo. 5.

Animalia aūt conuenientia in specie ⁊ genere naturaliter per coitū miscent̄ adinuicē: ⁊ preterea illa quoꝝ natura est vicina q̄uis non sint eadem specie omnino: precipue illā quoꝝ non magna est diuersitas in figura ⁊ quātitate ⁊ cōueniunt in quantitate temporis qd̄ mensurat impregnationē. Omnia enim huiusmodi conuenientias facientia sunt in animalibus quibusdam diuersis quidē specie: sed propinquis ſm naturā adinuicem: sicut vulpes canes ⁊ lupi propinquas habēt naturas. Uisum est hoc etiā aliquādo in symia coeūte cū cane: sicut etiā hoc in auibus videt̄ ꝙ cubeg coit cū gallina. Est etiam opinio quorūdam ꝙ accipitres diuersarū figurarū ⁊ specierū coeant adinuicem ⁊ generent ex seinuicem. Accidisse etiam fertur hoc in animali qd̄ grece vocat̄ ramoz. Quidam etiam opinantur ꝙ canes Indie venatici alti qui leporarijs sunt similes generentur ex canibus feminis a tigridibus sicut iam dudū diximus. De omnibus sic mixtis animalibus videmus ꝙ tam femine q̄₃ mares possunt generare ⁊ saluare speciem. Muli vō ⁊ mule non generant nisi valde raro etiā si coeant cū sua vel alia vicina sibi specie: ⁊ ex hoc surgit questio vniuersaliter de causa sterilitatis animaliū: ⁊ precipue que sit causa sterilitatis mulierū ⁊ viroꝝ. ¶ Uidem⁹ enim aliquas mulieres steriles ⁊ mares non generātes: ⁊ hoc accidit ſm eandē similitudinem in omnibus animaliū generibus: sed genus muloꝝ vniuersaliter est sterile ⁊ non generat nisi valde raro. Causa aūt quare priuat̄ generatio in alijs animalibus est multiplex: ⁊ vna quidē est aliquando q: membra conuenientia coitui sunt infirma occasionata ex prima natiuitate ipsoꝝ: sicut ⁊ quedam mulieres nihil menstruant: et quidam viri barbam non habent: sed sunt imberbes quasi spadones in tota vita sua. quibus autem huiusmodi defectus innatus est: alijs aliquādo accidit in iuuentute ex aliquo accidente aut cibi aut alterius rei alicuius. Multum enim nutrite cibo conueniente post iuuentutem mulieres efficiuntur pingues multū ⁊ efficiuntur multe carnis: ⁊ tūc nutrimentū transit in carnem ⁊ non ponitur in semen aliqd de quo sit curandū. ¶ Amplius autem menstruū quarūdā mulierū tenue est ⁊ aquosum ⁊ nō cōstat in matrice neq₃ suscipit ordinatam coagulationem: ⁊ ille non impregnantur. Eodem autem modo ⁊ sperma aquosū quorūdam virorum non potest coagulari. Accidit etiam causa huius sterilitatis aliquādo propter infirmitatem propter quā sperma viri efficitur frigidū ⁊ aquosum quādo infirmitas est in viro: ⁊ menstruū mulieris efficitur aquosum ⁊ imundū quando infirmitas est in muliere ⁊ efficitur plenū maris superfluitatibus. Multis tamē viris ⁊ mulieribus accidit propter occasionem naturalem factā in locis ⁊ membris pertinentibus ad coitū. Et infirmitatū harū quedam sunt curabiles. quedā aūt nō. ¶ Amplius aūt aliquando sterilitas est ſm totam vitam tam viroꝝ q̄₃ mulierū sicut diximus: et hoc habent a prima natiuitate ex defectu alicuius vel aliquoꝝ principioꝝ generationis. Mulieres enim quedā sunt viragines parū de sexu feminino nisi in inguine habētes: ⁊ viri aliquādo sunt effeminati: ⁊ tūc modus iste mulierū hē menstruū quidem calidū ⁊ siccū: sed modus viroꝝ quem diximus habet sperma valde tenue ⁊ aquosum. Hoc aūt experimento cognoscit̄. Si enim sperma viri super temperate frigidā proijcit̄ aquā si est tenue ⁊ aquosum statim dissoluetur ⁊ diffundet se super aque superficiem. Sperma autē conueniens generationi effusum super aquā descendit sub aquā ⁊ continet se simul: eo ꝙ glādulosum est ⁊ filosum que sunt vie que non permittunt ipsum dissolui ⁊ super aquam diffundi. ¶ Sapientes etiā circa coitū mulieres experimēto cognoscunt vtrū vie inferius patule sint ad sperma recipiendū: faciētes suppositoria ad os vulue acuta de allijs et alijs quibusdam. Si enim sapor perueniat ab inferiori ad saliuam oris sciunt ꝙ matrix est aperta ad sperma recipiendum: superiores autem vias tam in se q̄₃ in viris per quas maior pars spermatis descendit experimentant̄ per ea que multum sunt subtilis substantie colorantia multū sicut est crocus ⁊ talia: ⁊ talia ponunt super oculos: ⁊ si color penetrans colorauerit saliuam sciunt sperma a cerebro liberū habere descensum Cerebrū enim cū spermate multam habet communicationē ⁊ cū oculis: quod probatur ex hoc ꝙ oculi profundantur ⁊ minuuntur in multū coeūtibus ⁊ debilitatur visus vniuersaliter ex multo coitu. ¶ Causa autē est ꝙ sperma multū est simile cerebro: ⁊ etiam vt quidā dicūt ꝓ maiori parte descēdit a cerebro tradit Hippocrates medicus. Et quicquid sit de hac opinione hoc pro certo verum est ꝙ calor coitus intrat in cerebrum ⁊ exiccat ipsum et oculos similiter. Purgatio autem menstrui est ab inferiori diaphragmatis: eo ꝙ ille locus proximus est matrici ⁊ naturalibus eius: propter quod motus menstrui fit ex iuncturis inferioribus vsq₃ ad pectus. Ista igit̄ est occasio sterilitatis ⁊ viris ⁊ mulieribus ⁊ multis modis alijs animaliū sicut prediximus.

Propter q̄d in multū co[...] tib⁹ debilita[...]

¶ Cap. 9m. De causa sterilitatis mularū ſm Democritū ⁊ Empedoclem ⁊ de improbatione opinionis eorūdem.

Sc̄do d gnōne aialiū capitulo. 6.

Genus autem mularum totum vt in pluribus est sterile. Et huius quidem mendaces causas Democritus ⁊ Empedocles reddiderūt Empedocles tamē minus male dixit q̄₃ Democritus. ¶ Opinatur enim Empedo. ꝙ causa sterilitatis sit ꝙ spermata non bene per digestionem possunt misceri in coitu propter hoc ꝙ nō habēt cōuenientiam in genere: ex hoc enim dixit accidere spermatū balbutientem mixturam sicut miscent̄ cuprum ⁊ plumbū. ¶ Democritus aūt dixit vias matricū in parte corruptas in his animalibus. Corruptionis autem causam esse dicit ex eo ꝙ prima generatio non fuit ex animalibus in eadem natura generis ⁊ speciei conuenientibus. Neuter aūt istoꝝ verum dicit sicut probatur ex hoc ꝙ in animalibus ouantibus permiscentur in coitu ea que sunt diuersi generis: ⁊ qd̄ nascitur ex eis est fecundum sicut si natum esset ex animalibus in eadem specie conuenientibus. Si enim illa quā inducunt esset causa sterilitatis in mulis: eadē causa induceret sterilitatem in omnibus que nascuntur ex coitu diuersoꝝ animalium in specie. Empedo. autē sicut diximus opinatur ꝙ causa sterilitatis mularum est mixtio balbutiens primoꝝ spermatū generantiū. Dicit enim ꝙ sperma eque femine ⁊ asini masculi est molle ⁊ ideo vnum nō profundat̄ in aliud profunde sicut illa que bene miscent̄. Sperma aūt asini dicit esse forte: ⁊ debile dicit esse sperma eque. debilia autem cum fortibus non bene miscentur: eo ꝙ vnū minus vincit super aliud. Et si talia miscerentur adinuicem totū efficeret̄ durū. ¶ Sterilitas igitur ex corruptione creationis in prima mixtura causatur sicut dicit Empedo. sicut est mixtio balbutiens eris ⁊ plumbi quorum vtrūq₃ est molle: ⁊ sicut est mixtio balbutiens in alchimicis ex lapide quem antiqui philosophi mē vocant ⁊ arabes vocant falcardā. Nos autem in latino vocamus ipsum arsenicum rubeum. Hic enim lapis est qui primo calcinatus ⁊ deinde sublimatus ⁊

tus:⁊ iterum calcinatus ⁊ secūdo sublimatus penetrat oīa
metalla:⁊ colorans es quādo spargitur super laminas eius
candētes ⁊ miscet cum ere:sed nō facit cum eo nisi balbuti/
entem mixturaʒ:qa minus exiccat es ⁊ facit ipm quasi asi/
le.Talē igitur cōfusaʒ mixturā dicit Empedo.fieri ex sper/
mate asini ⁊ eque:⁊ ideo id qđ nascitur sterile fieri.De hu
iuimodi autē mixturis dicunt eē locutum Arist.in libro de
ꝓblematibus in quo multa talia causas arguēdo per cōie/
cturas ex reb⁹ notis de occultis:⁊ ostēdēdo que dura sicca
profundantur in alia mollia ⁊ que nō:⁊ que mixta cōtinu/
antur adinuicem:qa que cōtinuantur adinuicem ex his fit
vnum sicut quādo miscētur vinum ⁊ aqua.Est autēʒ loqui
de talibus difficilioris inquisitiōis ⁊ altioris intellectus q̃
sit id de quo nunc loquimur.Nō enim modo inquirēdū est
qualiter vsqʒ in ꝓfundum miscibilium miscētur vinum et
aqua.Falsus autē ostenditur in ꝓposito sermo Empe.Si
enim imperfectum ⁊ molle semꝑ generatur ex coitu diuer
soꝝ specie aialium:tunc nunq̃ a talibus deberet gñari ma
sculus secūdus:hoc autē falsum est:qa sicut ex equo ⁊ equa
contingit gñari tam equam q̃ equum:ita gñatur ex equo ⁊
asino tam mulus q̃ mula:sicut in alijs ex mare ⁊ femina ge
neratur tā filius q̃ filia.Si ergo sit ista mixtio sic balbutiēs
propter spissitudinē viaruʒ vnius ad ingrediēdū in aliud:
tūc omne natū ex asino ⁊ equa dʒ eē sterile:hoc autē falsum
est:qa masculus mulus natus ex equa ⁊ asino gñat ⁊ pōt fa
cere filios.¶Amplius ex prehabitis scimus ꝙ spmata oīa
sunt mollia ⁊ fluxibilia:⁊ pōt asinus coire cū equa quando
gñatur mulus vel mula:⁊ pōt ēt equus coire cum asina ad
generationē burdonis vel maris vel femine:⁊ semꝑ miscē/
tur spmata ad gñationem filiorum:nec balbutiēs mixtura
tunc statim impedit generationē.Adhuc autē fit gñatio ex
equo ⁊ equa:⁊ gñatur animal fecūduʒ:cum tamē sciamus
diuerse complexiōis eē spma eque ⁊ equi.¶Amplius si eēt
mixtio spermatum ex vno tm̄:tunc posset dici ꝙ mulus vel
mula nata cum sit composita nō assimilatur toti spermati:
tunc autē similitudinē habʒ cum vtroqʒ.s.cuʒ equa ⁊ asino:
⁊ ideo ꝑfecta ſm Empedo.eēnt ad gñandum:videm⁹ eni
exꝑsse contrarium eius qđ dixit:qa videmus non balbuti/
entē eē mixturam in mula:sʒ potius id qđ gñatuʒ est firmā
habere mixturam vel mixtionē ex vtroqʒ:qđ ostēdunt ope/
rationes eius ⁊ figura que conueniunt tam cuʒ mare asino
q̃ cum femina equa.Est enim opinio pastoꝝ ꝙ mulus ma
sculus potēs est gñare quando septēnis efficitur:mula aūt
femina nullo modo gñabit nisi valde raro ⁊ in paucis locis
calidis:⁊ dicunt causam sterilitatis eē in mula:qa non pos/
sit creare ⁊ nutrire conceptum quousqʒ compleatur ad par/
tum.Asserūt enim ꝙ si mula posset fouere conceptum ⁊ nu
trire in vtero ꝙ bene sperma cōciperet:dicētes ꝙ nihil im
pedit quin bñ concipiat:hec enim est determinatio logica
quidē ⁊ ex probabilibus:sʒ tamē est sufficientior q̃ hoc qđ
dixerunt Empedo.⁊ Democrit⁹.Dicūt enim isti ꝙ quā/
to aliqd plus elongabitur a suis principijs naturalib⁹ tan/
to plus debilitabitur:⁊ hoc quidē vniuersaliter est verum.
Scimus autē ꝙ mas ⁊ femina similis spēi gñabunt partuʒ
in eadē specie sibi consimilē.Canis enim masculus ⁊ canis
femina canē generabunt siue marē siue feminam:⁊ tunc ꝓ/
babiliter infertur ꝙ ex diuersis in forma ⁊ specie masculo ⁊
femīa gñabitur partus diuersus in forma ⁊ specie ab vtro/
q̃ gñantiuʒ:sicut si canis masculus generet ex leena aut leo
generet ex catula erit partus diuersus in forma ⁊ spē tam a
leone q̃ a cane:sicut leūʒa que dicitur gñari ex leopardo et
leena:⁊ si similitudo causa est fecūditatis:tūc ex mulo ⁊ mu
la dʒ generari mulus vel mula fecūda parētibus similis in
forma spē:⁊ hoc nō videmus accidere:sed potius ex equa
⁊ asino dissimilibus in forma ⁊ specie gñatur mulus qui cū
neutro dictoruʒ aialium conuenit in forma ⁊ spē.Ex mula
autē que in aliquo conuenit cuʒ asino ⁊ ex asino non gñatur
aliquid aliud:cū tamē sicut iam sepius diximus ex diuersis
specie ⁊ forma aliud ab vtrisqʒ gñetur.Iste igitur ſmo qui
causat sterilitatē ⁊ fecunditatē ex similitudine formarū vel
dissimilitudine est vilis ⁊ falsus:⁊ id qđ sequit ex hmōi vi/
libus principijs falso suppositis est falsuʒ oīno.In geome/
tricis eni ⁊ in oīb⁹ alijs disciplinabilib⁹ est sermo falsus vo
catus qui dicitur esse alio modo q̃ sit in re.In eo eni ꝙ res
est vel non est oratio vera est vel falsa:videmus enim con/
trariuʒ dicti eoꝝ:qa multa animalia dissimilia in forma ge
nerant vtriqʒ parentum partum in forma dissimilē:qui tm̄
est fecundus ad vlteriorem generationē sicut in multis ani
malibus superius induximus.

¶Cap.10m.De vera causa sterilitatis mularum ex conside
ratione equi ⁊ asini collecta.

Oportet igitur causam veram accipere quare
mula est sterilis ex consideratiōe nature eque
⁊ asini.Sic enim vere comprehēdemus qua/
re accidit hoc qđ dictum est.In omnib⁹ enim
non videmus ꝙ aliqua gñent ex se inuicē nisi
sint vel conueniētia in genere vel vicina gene
ra siue naturas habētia:⁊ femie impregnātur a spmate ma
rium:ꝓpter qđ etiam mares longo tempore suspēduntur
a coitu eo ꝙ femine impgnate non bene possunt pati coitū.
Equa autē non habʒ mēstruum nisi modicum respectu sui
corporis:⁊ ꝓpter hoc nō erit ex equa nisi modica mēstrua/
lis superfluitas minor q̃ ab alijs feminis animaliuʒ qua/
drupedum:femine autē eque non facile retinēt semen:ne/
qʒ facile concipiunt:ꝓpter qđ etiam quando coiuerunt cuʒ
equis percutiūtur cum flagris ne mingāt:qa post coituʒ cō
suenerunt mingere spma receptum.Asinus ēt est aial val/
de frigidum:cuius signum est qa in locis frigidis non gña/
tur aut non proficit si gñatur:⁊ ideo in Suetia non sunt asi/
ni ⁊ in regionibus aquilonaribus Suetie propinquis:sicut
in Holsatica regione ⁊ Datia:eo ꝙ frigus illarum regio/
num est graue:ꝓpter qđ etiam asini ante equinoctiuʒ esti/
uale non coeunt:⁊ pariunt etiam in tempore calido sicut ⁊
coeūt:in Madio.vʒ.quando sol est iuxta stellam que vo/
catur aldeboaʒ que est oculus tauri:⁊ impgnatur per vnuʒ
annuʒ.Cum enim asinus sit animal frigidū erit spma ipsi⁹
frigidum necessario:cuius signuʒ est:qa cū equus coit cuʒ
asina que prius impgnata est per asinum non corrumpetur
conceptus prior per consequētē concubitum propter frigi/
ditatē spermatis asini:⁊ ideo quando coeūt asinus ⁊ equa
adinuiceʒ:aut equus ⁊ asina:quando miscētur semina sal/
uabitur mixtio:qa ex duob⁹ contrarijs mixtis fit tempera/
mētum.Est enim eque semē calidum ⁊ asini frigiduʒ:⁊ ꝓ/
pter tēperamentum qđ fit ex vtroqʒ fit ex eis concept⁹:pro/
pter equale autē in complexione speciei non comparati ad
id qđ est in altera specie saluat conceptus ex duob⁹ calidis
spermatibus:sicut quādo coit equus cū equa:aut ēt ex duo
bus frigidis:sicut quādo gñat asinus ex asina:equale eniʒ
complexionis dicit multis modis:sicut diximus in ante ha/
bitis libris vbi de multiplicitate complexionū sumus locu/
ti.Concepta aūt ⁊ nata mula ex asino ⁊ equa non conuenit
generationi eoꝝ:qa virtutes contrarioꝝ spermatuʒ in ipsa
seinuicem impediūt.Accidētia enim frigiditatis que dixi/
mus accidūt asino ⁊ vix gñatur asinus:quoniaʒ si non ince
perit generare post electionē primi dentis iuuenilis nunq̃
de cetero gñabit:ſm enim hunc modum dicitur ꝙ asini nō
multum conueniūt gñationi.Similr autē ⁊ equa non mul
tum conuenit gñationi propter sui spmatis nimiaʒ calidi/
tatē:magis enim conueniret gñationi si sperma suum esset
modicuʒ frigidius:⁊ hoc accidit ei quādo miscetur cū asi/
ni spermate:⁊ ideo tūc generat.Similr autē si sperma asini
eēt parum calidius magis conueniret gñationi:⁊ hoc acci
dit ei ex permixtione cū spmate equi:qa aūt vtrūqʒ parum
conuenit gñationi si accidat eis aliqua occasio nō nālis im
pedit de facili fecūditas ipsoꝝ.In eo autē qđ nascit ex ipsis
precipue in sexu feminino accidit occasio innālis:⁊ ideo di/
gnum est vt sic natuʒ ſm naturam sit sterile:⁊ sic non est di/
cēdum ꝙ aliqd efficiat eam sterilem nisi occasio illa:qa est
res cōcepta cōtra nām:⁊ ideo etiam vix completur gñatio
ex asino ⁊ equa.Magna autē efficiuntur corpora mularū:
eo ꝙ mēstruum totum transit in corpora earum ⁊ pilos:cū
sint steriles vt iam dictum est.Cum enim huiusmodi aia/
lia soleas corneas habētia impregnentur per vnum annuʒ
⁊ interim cibēt conceptus suos sanguine mēstruo:⁊ postea
lacte nihil horum adimitur corporib⁹ mularum tūc sūt ste/
riles:⁊ ideo magne efficiuntur:qa totum mēstruum cōuer
titur in cibum earum ⁊ pilos:⁊ si aliquid paruʒ superest de
menstruo emittitur cum vrina.Hec igit est vlterius causa

Sc̄do đ gñatiōe aialiuʒ capitulo.6.

quare muli non odorant vrinas mularuȝ sicut olfaciũt alie bestie sotulares habentes vrinas suarum feminarum: ⁊ cũ olfaciunt eas eleuant caput ⁊ diuaricãt labia ⁊ ostendũt dẽtes ac si rideant ad vrinam earum. Possibile tamen est vt mula in quibusdam terris cõcipiat: sed hoc est rarum: ⁊ accidit in preterito tempore: ⁊ etiam tẽporibꝰ nostris accidit hoc nuper: ⁊ quãdo concipit raro creat ⁊ nutrit vsqȝ ad cõplementum: sed facit aborsuȝ. Mas aũt qui est mulus potest generare in aliquo tẽpore ante senectutẽ: eo ꝙ mas naturaliter est calidior ꝙ̃ femina: gñatum tamen ex tali mare erit occasionatum: eo ꝙ generans ipsuȝ est animal occasionatũ sicut diximus prius: qa generatũ ex equa ⁊ asino est occasionatum: ⁊ hoc est sicut occasionantur aliquãdo porci in matrice ⁊ accipiunt tũc figuram corruptionis: ⁊ tũc etiam dantur eis alia nomina ꝙ̃ porcorum: ⁊ ẜm eũdem modum porci occasionati nascũtur breues: quoꝝ nõ sunt nisi vnius cubiti longitudines: hec enim natiuitas accidit ex occasiõe que accidit membris eoꝝ in matrice: sicut ⁊ porco aliquando accidit ⁊ animali qd̃ grece doreg vocaẜ. Hec igiẜ est cã sterilitatis mulaꝝ: ⁊ patet ex p̃dictis ꝙ non est eadẽ causa in generatis ex vulpe ⁊ cane ⁊ alijs que supra diximus: ⁊ illa fecũda ⁊ saluantia spẽm suam inueniũtur. Sicut eniȝ est in insitionibus ꝙ insitio similis in simile vel in cõueniẽs sibi magis proficit: ita ẽt est in tali animalium mixtura.

¶ Cap. IIm. Et est digressio summam recolligens eorũ que supra dicta sunt in hoc tractatu: ⁊ causam assignans vt melius intelligantur prehabita.

Ea que dicta sunt in precedentibus per totum istum tractatum in genere sunt tria: de generatione. vȝ. membrorum similium: ⁊ de causis sterilitatis in vniuersali: ⁊ in speciali de causa sterilitatis mularũ: ⁊ vt melius intelligaẜ qd̃ dictum est sũmatim de his tribus in vno capitulo perstringemus: dicẽtes ꝙ membrũ primũ qd̃ in embrione generatur est caro ⁊ adeps: ⁊ hec coagulantur frigido ⁊ dissoluũtur calore aliqua dissolutione. Vngues auteȝ ⁊ vene sunt ex materia terrestri: sed humiditas que est in eis est aliquãtulum vnctuosa: ⁊ hec est causa ꝙ ad ignẽ nõ liquescunt sed mollescunt: ⁊ post mollificationem cremanẜ quando humiditas continuans resoluitur: ⁊ si aliquid ex eis liquescit hoc est valde parum: cutis auteȝ fit ex viscoso qd̃ circũstat circa generationem carnis. Quedam aũt mẽbra sunt que a principio generantur valde magna ⁊ postea paulatim paruescũt quãdo humiditas adunatur in eis: sicut oculi qui primo sunt valde magni in embrionibꝰ. ⁊ causa huius est: qa mẽbrum hoc est humiduȝ aquosuȝ multũ: ⁊ ideo diu resistit calori in se operanti: anteꝙ̃ ad debitã reducatur figuram ⁊ quantitatem: ⁊ propter anteriorem partem cerebri medullosam ⁊ humidam que etiam calori terminanti resistit: oportet ꝙ anterior pars ossis sit multuȝ lenis ⁊ mollis. Huius tamẽ alia causa est: qa videlicet cerebrum in prima natiuitate multas habet superfluitates: ꝓpter qd̃ etiam oportet ꝙ superius remaneat rarum habẽs suturas plures ⁊ longas ⁊ transuersales: vt vapores eleuati in altũ possint expirare. ¶ De dentibus autẽ satis in anathomia nostra in ante habitis dictum est. Scd̃m ꝙ hic cõsiderandum est: hoc est ꝙ soli dentes inter omnia ossa semper latenter crescunt: qa aliter attritione continua consumerentur. ¶ Amplius vmbilicus in quibusdam animalibus apprehendit duas venas: in quibusdam autẽ tm̃ vnã: ⁊ hec differentia est ẜm magnitudinem diuersam corporuȝ embrionum. ¶ Amplius autem ea animalia inter se coeũt ⁊ concipiunt: que aut sunt eiusdem speciei: aut vicinaꝝ specierum adinuicem: ⁊ precipue quando tempus generationis eorum est vnum: aut vicinum vnum alteri: sicut canes ⁊ lupi: equi ⁊ asini ⁊ huiusmodi. ¶ Ampliꝰ essentialis causa sterilitatis est propter duo spermata. Accidentales autem cause sunt multe. Aliquando enim est propter matricem in mulieribus: quando videlicet mulier viraginatur ⁊ efficitur sua matrix inconueniens ad sperma recipiendum. Aliquando autem est propter virgam virilem: qa aut sperma recte non emittit: ⁊ qa forte est instrumentum curtum ⁊ nõ potest complere eiectionem ad debituȝ locum: aut forte nimis magnum ⁊ inuolutum: ⁊ huius signum est in membro spermatis cursum impediente. Quidam etiam virorum sperma aquosum emittunt: bonum enim sperma positum super aquam descendit sub aquam: ⁊ sperma aquosuȝ statim dissoluitur ⁊ natat. Adhuc autem quedaȝ mulieres nõ curant de coitu. ¶ Vniuersaliter loquendo causa sterilitatis aut est ex duabus spermatuȝ complexionibus: aut propter organa coitus sicut alibi dictum est in ante habitis huius scientie. Causa autem que est ex spermatum absolutiõe est quando sperma est aquosum: ⁊ hoc magis cõtingit in spermate mulieris quando hoc ad idem tempus ⁊ eandeȝ viã obuiat spermati viri ⁊ non recipit operationem comprehẽsionis ab ipso: sed potius corrumpit ipsum ⁊ facit recedere ab equalitate complexionis: ⁊ hoc etiam aliquando facit sperma viri ex multiplici causa: sicut est diminuta quantitas aut recessus ab equalitate. ¶ Ampliꝰ autem aliquãdo complexio matricis erit mala corrumpens sperma veniẽs in eam. Aliquando etiam orificiũ eius interius est oppilatum. Aliquando etiam vasa ⁊ cãnales spermatis sunt lesa: ⁊ hoc dupliciter: in complexiõe videlicet mala: aut ex egritudine superueniente que est egritudo instrumentalis nõ complexionalis. ¶ Ampliꝰ autem vie spermatis aliquãdo sunt oppilate: descendit enim spermatis plurimum ab anteriori parte medulle cerebri: ⁊ hoc qd̃em dicit Hippocrates: tamen effectꝰ coitꝰ non probat hoc directe: sed bene ꝓbat ꝙ sperma descendit: aut aliqd eius: aut aliquis spiritꝰ eius: qa qui multũ coeunt sentiũt cerebri vacuitatem ⁊ ꝓfundantur oculi eoꝝ. Signum aũt expressius est ꝙ in bello vulneratis si abscidanẜ vene due que post aures sunt et spermatice vocanẜ deinceps nõ accidit spermatizare. Significaẜ etiam aliquid spermatis egredi a corde: qa in hora delectationis quãdo egrediẜ sp̃ma in coitu citaẜ anhelitus ⁊ festinat: ac si tũc cor occupeẜ ⁊ intendat aliquid a se expellere: hoc aũt signũ non est necessariũ: qa ẜm hoc sperma in eodem tempore exiret a corde ⁊ a corpore: ⁊ hoc non est probabile: cum longa via sit inter cor ⁊ vasa seminaria ⁊ a q̃bus exit sperma in delectatiõe que est in coitu. ¶ De causa aũt sterilitatis mule dixit Democritus ꝙ causa ẽẽt: qa sperma mutaẜ a sua compositione eo ꝙ non generaẜ ex duobus similibꝰ in specie: ⁊ si veꝝ diceret tũc etiam non deberet generare id qd̃ nasciẜ a cane ⁊ lupo ⁊ a cane ⁊ vulpe. Empedo. aũt dixit ꝙ causa sterilitatis mule est nimia lenificatio ⁊ emollitio duoꝝ spermatũ: qa vtrũqȝ resoluit alterum: ⁊ ideo etiam natũ ex eis est morbidũ ⁊ infirmũ ⁊ de facili occasiones recipiens propter balbutientem vt supra diximus mixtionem: sicut est mixtura eris ⁊ plumbi: ⁊ sumit Empedo. causam dicti sui a contrarietate spermatũ equi ⁊ asine: tamẽ lȝ vt mihi videẜ probabiliter dicat Empedo. aliter intendit dicere Aristo. dicens sperma equi esse calidũ valde: ⁊ huius signũ est ꝙ matrix eque non appetit ip̃m propter feruorem suum: ꝓpter qd̃ custodes studẽt ne emingant ip̃m verberando eas flagris ne mingere possint. Equa etiaȝ pauce superfluitatis est menstrualis sanguinee. Asini autẽ sunt multi spermatis ⁊ valde frigidi: eo ꝙ frigus complexionale paꝝ ducit ad membra. Et huius signũ est: qa in frigidis regionibꝰ non proficiunt asini: ⁊ ꝙ etiaȝ in tẽporibꝰ anni non mouẽtur ad coituȝ nisi tẽpore caloris ⁊ humoris quando iam humidũ nature a calore solis fortiter mouetur: ⁊ non mouenẜ ad coitum nisi tẽpore iuuẽtutis sue inter eiectionẽ primi dentis ⁊ septimi qui vocanẜ in equis ⁊ asinis dentes iuuẽtutis: ⁊ ideo sperma asini non est aptuȝ generationi nisi iuuetur: ⁊ quãdoqd̃em asina concipit ab asino iuuaẜ ⁊ similitudine speciei ⁊ calore tẽporis ⁊ etatis: qñ autem equa ab asino iuuaẜ calore gutte eque ⁊ reduciẜ ad temperamentum. Similiter auteȝ quando equus ex equa iuuat intẽperatuȝ sperma similitudo speciei: quando autẽ equus ex asina vtriusqȝ sperma temperat reliquũ: ⁊ augmẽtantur muli vltra quantitatem asinorum: propter multaȝ materiam ex parte asini ⁊ propter formans ⁊ bene mouens calidum ex parte equi: sed qd̃ nascitur efficitur vt multum sterile: aut si concipit non proficit partus: eo ꝙ est res inaturalis id qd̃ est generatum: ⁊ lȝ in primo cõceptu aliquo modo ad equalitateȝ reducta sint spermata: tamen postea declinatio fit ad naturam matris que dat materiam cõceptui sicut superius diximus: ⁊ ideo tunc due virtutes non erunt

proportionate

Cause sterilitatis alie ẽẽntialis alie accñtalis.

In Aristo de gñatiõe maliũ cap.

proportionate: sed vincens erit ea que est matris: ⁊ altera
erit sicut impediẽs eam in operationibus: ⁊ q̃d tale est cu-
stodiri in natura diu non põt: ⁊ hoc intẽdit dicere Empe.
In alijs autem ex permixtione specierum natis non est sic:
qa ille species per complexionis modũ sunt propinque ad-
inuicem: ⁊ medium distat paruz ab extremis ⁊ est fere sicut
extremum: ⁊ ideo proficit. In generatione aũt muli non est
sic: qa cum vltimam distantiam ẽm complexionem habeãt
asinus ⁊ equus mulus nimis distat ab vtroqȝ extremorũ:
⁊ ideo perficere non potest per extremorũ virtutes que sunt
in ipso. Magis autem profectuz impedit frigiditas asini:
cuius signum est: qa quando asinus coit cum equa post im-
pregnationem ab equo factam corrumpitur conceptus p-
pter frigiditatem spermatis asini super conceptũ: ⁊ si coeat
cum equo non corrumpetur conceptus: qa non nocet cali-
do cõceptui casus calidi super se spmatis: sed nocet ei mul-
tum si sperma frigidum cadat super eũ. Hec autem omnia
coniecturaliter dicimus: ⁊ forte quã diximus est vera cau-
sa: ⁊ forte est aliqua alia latens quaz si deus reuelauerit in
sequentibus dicemus.

## ¶ Incipit Liber. XVII. qui est de causa ouã-tium ⁊ ouorum. Cuius Tractatus primus est de ouantibus auibus.

### ¶ Cap. pᵐ. De ouantibus oua multa ⁊ oua pauca ⁊ de causa eorum physica.

In Aristo. 3° de gñatiõe animaliũ cap. 1.

HIc igitur determiata
causa sterilitatis animalium in libro pre-
cedenti: ⁊ posita omni diuersitate anima-
lium intus ⁊ extra generantiuz generatio-
ne vniuoca que est ex hoc generans sibi si-
mile in forma ⁊ specie: determinanduz in
hoc libro relinquitur de ouantibus. San-
guinem autem habentia ⁊ ouantia quasi principia eadem
sue generationis habent cum his que gressibilia sunt ⁊ si-
bi similia generant. Ex coitu enim generantur ⁊ ista ⁊ illa
⁊ ex mare ⁊ femina: ⁊ ideo fere idez modus phĩe est in red-
dendis causis habendus. Lz autem inter huiusmodi ani-
malia sit multa valde diuersitas: in hoc tamen omnia con
ueniunt ꝙ generantur hec ex coitu maris ⁊ femine in quo
coitu sperma emittitur a mare ⁊ feminam. Ex genere autẽ
ouantium perfectius animal est auis que ouat oua perfe-
cta dure teste nisi accidat aui occasio propter infirmitatem
propter quaz ouum sine testa in membrana pariatur. Con-
ueniunt autem in hoc auium oua ꝙ omnia in suis humo-
ribus habent duos colores album ⁊ citrinum. Celeti autẽ
⁊ sibi similia ouant interius sicut superius diximus: ⁊ intra
vterum extra ab ouo animal quando ouuz descendit de su-
periori parte matricis ad inferius: ⁊ omnia oua huius ge-
neris sunt mollia ⁊ habent vnicum colorem tñ: nec est spe-
cies aliqua in hoc genere que nõ ouat oua plura nisi vnus
solus modus qui rana vocatur qui non ouat nisi vnicum:
⁊ huius causam in sequentibus assignabimus. Omnium
etiam specierum ouantium piscium color in ouis est vnicꝰ
citrinus. s. eo ꝙ ouant oua incompleta que extra ouata cre-
scunt anteqȝ producant animalia. ¶ In ante habitis autẽ
huius scientie dedimus distinctionem matricum anima-
lium ouantium: ⁊ ostendimus differentias figurarum ea-
rum: ⁊ qua de causa est hoc membrum in animalibus: ⁊ ibi
diximus ꝙ animalium que impregnata habẽt animalia in
matrice: quedam habent matricem sitam inferiꝰ prope iũ-
cturas anchbarum siue illorum: quedaz autem habent eas
superius prope parietem: ⁊ celeti quidem matricem habẽt
prope parietem. Animal autem q̃d ⁊ concipit ⁊ generat ani-
mal habet matricem. inferius vt homo ⁊ equus ⁊ his simi-
lia. Similiter autem ⁊ quedam ouantium habent matri-
ces inferius sicut pisces: quedam autem habent eas supe-
rius sicut aues. Contingit autem ꝙ quedaz aues per se si-
ne coitu oua concipiunt: ⁊ hec oua vocantur oua venti: q̃d
dicit Aristo. non conuenire auibus boni ⁊ multi volatus:
nec auibus rapacibus curuorum vnguiuz: sed potius aui-
bus multorum ouorum: que non multũ volant nec habent
multas ⁊ magnas ⁊ fortes pẽnas: superfluitas enim humi-
da spermatica in talibus auibus transit in alas ⁊ pennas: ⁊
consumitur etiam labore multi volatus in venãdo: ⁊ ideo
non concipiũtur in eis oua nisi per sperma maris attrahẽs
materiam. Ego tamẽ vidi auem rapacem domesticaz quã
dicunt sparuerium siue nisum facere plura oua vẽti: sz fuit
domesticus: ⁊ tunc non venabatur: sed stetit in sporta vbi
se remittebat in pẽnis: ⁊ ideo abundabat in huiusmodi su-
perfluitate. Diximus enim iaz in ante habitis ꝙ mẽstruũ
⁊ sperma sunt de superfluitatibus quarte digestionis: ⁊ na-
tura in quibusdam non potest maturare ⁊ facere abunda-
re hec duo propter causas quas diximus iaz: ⁊ propter hoc
aues rapaces non multorum sunt ouorum nec multi coitꝰ:
sed potius corpora earum sunt sicca ⁊ parua ⁊ acuta. Aues
autem ponderose non boni volatus existẽtes multe sũt ge-
nerationis sicut columba ⁊ sibi similia. Mali autem vola-
tus simul ⁊ paucarum pẽnarum sunt precipue galline ⁊ cu-
beg ⁊ alia his similia: ⁊ habent multam oualem superflui-
tatem: propter q̃d etiam mares horum generum multum
coeunt: ⁊ femine multam oualem habent materiam. Eorꝫ
autem modorum auium que multa oua faciũt: quedam fa-
ciunt multa simul ante cubationem: ⁊ quedam faciunt suc-
cessiue interponendo cubationes: ⁊ primus modus est si-
cut galline ⁊ cubeg ⁊ anates ⁊ anseres: secũdus vͦo est sicut
columbe: modus enim columbarum est quasi medius in-
ter aues rapaces curuorum vnguium ⁊ ponderosas. Sũt
enim boni volatus sicut aues rapaces: ⁊ habent corpꝰ mul-
torꝫ humorum sicut ponderose. Et qa sunt boni ⁊ velocis
⁊ frequentis volatus transire necesse est cibum in pennas ⁊
alas ⁊ in parte consumi ex labore volatus: ⁊ ideo non simul
multa oua ponunt: qa vͦo sunt multe humiditatis ⁊ calidi
ventris ⁊ multi cibi qui de facili inuenitur eo ꝙ grana co-
medũt: ideo necesse est istas aues multotiens ouare. Hec
enim vna causa est in rapacibus paucorum ouorum: qa ci-
bum non nisi cum magna difficultate acquirũt. ¶ Ampliꝰ
aues parui corporis nisi aliquid aliud impediat sunt multi
coitus ⁊ multorum ouorum: propter q̃d etiam quoddã ge-
nus gallinarum que vocantur galline de Iamos regionis:
vt dicit Aristo. sunt multorum ouoruz valde: eo ꝙ cibꝰ ea-
rum transit in materiam ouorum: ⁊ quãto magis sunt gal-
line huius speciei tanto sunt plurium ouoruz: eo ꝙ cibꝰ trã-
sit in ouorum materiam: sicut etiam in arboribꝰ ⁊ alijs ani-
malibus contingit ꝙ cibum augmenti mutant in materiã
seminalem: ⁊ istud genus gallinarum multe est humidita-
tis ⁊ parui corporis. Corpora aliorum modorum auiũ que
sunt sicca ⁊ calida faciũt magis aues animosas ⁊ iracũdas.
Ira enim fortis vtplurimũ est in corporibus multe siccita-
tis. ¶ Amplius autem gracilitas crurium ⁊ debilitas facit
ad maiorem coitum ⁊ ad maiorem ouoruz materiam: sicut
etiam in hominibus signum est siccitatis ⁊ caliditatis gra-
cilitas cruriũ: ⁊ quando non prouenit ex mediocritate vel
infirmitate: tunc calorem significat complexionis ad coitũ
mouentem: qa cibꝰ qui in alijs transit in coxas ⁊ crura ma-
gna in istis transit in spermentalem materiam. Aues autẽ
curuorꝫ vnguium rapaces habent crura fortia ⁊ pedes for-
titer fixos ad tenendum fortiter q̃d capiunt: eo ꝙ regimen
sue vite est in venatione: ⁊ ideo paucũ habent sperma ⁊ pa-
rum coeũt: ⁊ paruam habent materiam ouorꝫ preter vnuz
solum genus auium rapaciũ q̃d greci fieriz vocant: illa enĩ
sola species auium rapacium est multorꝫ ouorum propter
multam humiditatez ipsius. Adhuc autem aues rapaces
curuoruz vnguium non ponunt nisi valde raro ⁊ parũ. Hu-
mor aũt omnis tam naturalis q̃ȝ accidentalis dat materiã
ouorꝫ. Et hec est etiaz vna causa quare sunt paucorꝫ ouorꝫ
qa tali humido penitus sunt destitute. Numerus vͦo ouo-
rum talium auium est ad plus quatuor oua: aut vt multuz
quinque: ⁊ ad hunc numerũ non perueniunt nisi minores:
sicut nisi ⁊ parui milui. Auium autez species que kokokoz
grece ⁊ latine guguli vocantur non sunt quidem rapaces:
neqȝ curuorum vnguium: ⁊ tamen paucoruz sunt ouorum:
ita ꝙ dicuntur iste aues non ouare nisi vnuz ouũ: ⁊ ponunt
illud in nido alterius auis: eo ꝙ est auis valde frigida nõ
apta cubationi ⁊ ouationi. cuius signuz est: qa auis ista est

valde timida fugiẽs omnes etiã paruas aues: omnes eniꝫ aues deplumant eam: eo ꝙ frangit oua earuꝫ. Genera autem auiuꝫ que columbis assimilantur sicut palumbes ⁊ turtures ⁊ vebice ⁊ huiusmodi ouant duo oua tm̃: nec est auis que vnum tm̃ ouet nisi gugulorum genera de quibus diximus: ⁊ forte etiam ista auis ouat duo oua: lꝫ secũduꝫ nõ inueniatur: qa sepe pereunt istius generis oua eo ꝙ in alienis nidis querit ea locare: ⁊ illa raro intrare potest: ea autem que similia sunt columbis ouant duo vel aliquando et raro valde tria. In omnibus auteꝫ facientibus multa oua manifestum est hanc esse causaꝫ ꝙ cibus transit in spermatis ⁊ ouorum materiaꝫ: hoc enim patet ex plantarum accidentibus. ¶ Arbores eniꝫ multuꝫ fructum facientes citiꝰ desiccantur: ⁊ hoc accidit arboribus omni anno fructificãtibus sicut faciunt segetes: cibus enim horum transit in semen: ⁊ cum multi sint seminis necesse est substantiã destitui continue ⁊ desiccari: ⁊ hoc modo etiaꝫ quedaꝫ galline ouãt multa oua: ita ꝙ forte duo faciunt in vna die ⁊ ille citiꝰ moriuntur: hoc enim accidit cõmuniter ⁊ propter vnam causam accidit ⁊ arboribus ⁊ auibus. Hec etiaꝫ causa est quare leo est pauce generationis. Leena eniꝫ puerpera p̃mo generat quinque vel sex: ⁊ postea omni anno diminuit̃ vnus: ita ꝙ secũdo generat quatuor: ⁊ tertio tres: ⁊ quarto duos: ⁊ postea stat in vno. In iuuentute eniꝫ cibus transit in sperma: ⁊ cũ pertransierit iuuentus cessat motꝰ spermatis vel diminuitur: ⁊ tunc vel non parit: aut diminuitur generatio in leonibus. De causa autem propter quaꝫ quedam aues sunt multoruꝫ ouorum: quedam autem paucorum intantum a nobis dictum sit.

*Arbores multũ fructũ faciẽtes citius desiccantur.*

¶ Cap. 2m. De natura generationis ⁊ differentia ⁊ dispositione ouoꝝ ⁊ humorum qui in ouo continentur.

*Tertio de generatione animaliũ capitulo eodẽ.*

Oua aũt fiũt propter materiam spermaticam que est in feminis: generi enim auium non accidit fluxus mẽstrui sicut accidit alijs animalibus habentibꝰ sanguinem. Aliqua enim animalia sunt multum aliquando fluxum habẽtia menstrui: ita ꝙ etiaꝫ fluxus manifestatur: sed fluxus hic neqꝫ piscibꝰ neqꝫ auibꝰ accidit: propter qđ in ventribus multorum piscium concipiuntur oua sine coitu: sicut etiam accidit oua concipi in auibꝰ quibusdaꝫ sine coitu: sed non ita manifestatur in piscibꝰ sicut in auibus: eo ꝙ frigidior est piscium ꝗ̃ auium natura. Exitus enim spmatis ⁊ menstrui qui accidit animalibꝰ non fit in temporibus quibus mouet̃ seminalis superfluitas: locus eniꝫ conceptꝰ appropinquat diaphragmati ⁊ precipue in auibus: ⁊ ideo est calidus: sed ouũ conceptũ non erit proficiẽs generationi nisi coniungatur sibi sperma maris: ⁊ huiꝰ causa iam in prehabitis dicta est. ¶ Oua autẽ sine spermate maris ꝯcepta oua venti sunt: ⁊ vt frequenter non generantur in auibus boni volatus ⁊ multi: ⁊ huius eadem causa est cum eo ꝙ huiusmodi aues non multa oua faciũt. Sup̃fluitas eniꝫ seminalis in huiusmodi auibꝰ: ⁊ etiaꝫ in rapacibus curuorum vngulum est pauca: nec cõgregatur de facili in matrice nisi per calorem spermatis masculi: ⁊ ideo non fiũt in talibꝰ oua venti. Hec autem oua venti plura sunt in auibꝰ põderosis parum volantibꝰ ⁊ cibum preparatum habentibus ꝗ̃ oua completa: eo ꝙ facilius concipiũtur: ⁊ sunt minoris quantitatis ꝗ̃ oua completa: eo ꝙ nõ est in eis sperma attrahens fortiter materiam: ⁊ non sunt adeo delectabilia ⁊ dulcia in gustu comedentibꝰ sicut cõpleta: eo ꝙ in eis est humor indigestus: ⁊ in omni genere digestũ dulcius ⁊ delectabilius est ꝗ̃ indigestum. ¶ Ampliꝰ ex prehabitis est manifestum ꝙ etiam oua pisciũ concipiũtur sine maribus ⁊ non complentur sine eis. Sicut enim iam diximus in multis piscium est conceptũ sine maris semine: lꝫ non ita manifestet̃ sicut in auibꝰ quibusdam manifestatur. Expertũ tamẽ est hoc in piscibus fluuialibꝰ: vt dicit Aristo. qui arubabo vocant̃ grece: statim enim in hoc genere pisciuꝫ apparent oua anteꝗ̃ coire incipiant vel confricari. Uniuersaliter autem in omnibꝰ ouis auiũ femina recipit multũ sperma ex coitu successiuo frequẽti. Et sicut dicit Auic. nisi multꝰ ⁊ frequẽs adesset coitus oua reuerterent̃ ⁊ effunderent̃ oua venti in quibusdam multaꝝ humiditatũ auibꝰ. Matrix eniꝫ quãdo quiescit post coitũ attrahit oualem humiditatem ⁊ per tractum aperiũtur vie: ⁊ hoc accidens accidit auibus plus ꝗ̃ alijs animalibꝰ: eo ꝙ menstruũ in eis paulatiꝫ vadit ad matricem: ⁊ nihil de eo erit extra propter paucitatem ipsiꝰ: ⁊ etiam adhuc cooperat̃ ꝙ matrices auiũ sunt superiꝰ prope parietem: ⁊ ideo ista superfluitas stat in matrice retenta ⁊ crescit in ea fere per eũdem moduꝫ quo embrio crescit in matrice animalis qđ concipit ⁊ generat animal. Sicut eni embrio illius crescit per receptionem cibi qui ex matris venis vadit ad vmbilicuꝫ: ⁊ sic etiam adheret ouum matrici omni: quasi per vmbilicũ: ⁊ inde trahit cibum quo crescit: ⁊ qa plura oua simul adherent matricibus vocatur locus vmbilici ouorum a vulgo radix ouoruꝫ. ¶ Amplius postꝗ̃ aues coierunt semel semper postea in eis sunt oua ⁊ sunt a principio valde parua. Et hoc induxit quosdam homines ad hoc ꝙ dixerunt ꝙ oua venti nascũtur ex residuo spermatis qđ superest ouis completis: hoc auteꝫ experta probant esse falsum: eo ꝙ sepe vidimus gallinas ⁊ anseres paruos ante omneꝫ coitum oua venti habere in corpore: precipue tamen apparet hoc in feminis cubeg que sine coeãt siue non implentur ouis quando vident vel audiunt: ⁊ precipue si olfaciunt marem sui generis: ⁊ in tali odoratu quedam etiam subito iuxta mares ouant: sicut hominibus aliquando accidit semine pollui ad visum vel tactum vel auditum pulchre mulieris: ⁊ accidit etiaꝫ alijs animalibꝰ moueri concupiscentia ad visuꝫ vel audituꝫ vel olfatuꝫ suarũ feminaruꝫ. Lꝫ enim sicut diximus per coituꝫ ordinatiꝰ oua concipiant̃: tamen etiaꝫ sine coitu concipiũtur ab auibꝰ de quibus diximus. Isti eniꝫ modi auiuꝫ multi spermatis sũt naturaliter: ⁊ ideo etiaꝫ paruo motu concupiscẽtie mouet̃ in eis superfluitas ad conceptuꝫ ⁊ descensuꝫ cõcepti. ¶ Amplius ouantia extra volatilia faciunt oua ſm qualitateꝫ cõpleta. Pisces auteꝫ extra ouant oua incompleta ſm quantitatem: eo ꝙ crescunt extra. Genus enim piscium multorum ouoruꝫ est valde: ⁊ ideo intra compleri ſm quantitatẽ non possunt: propter qđ etiam pisces habent matrices continuas cum iuncturis: ⁊ ideo facilius extra se fundũt oua. ¶ Amplius omniuꝫ auium oua duos habent colores: oua autem piscium vnicuꝫ tm̃. Colores auteꝫ duo in ouis auiũ sunt propter fortitudinem membroruꝫ auis: ⁊ ideo habent in humore exteriori coloreꝫ album propter similitudinẽ cuꝫ membris ⁊ habent interius humoreꝫ citrinuꝫ propter nutrimentuꝫ: ⁊ hic secũdus humor erit de sanguine ⁊ loco sanguinis menstrui in concepto oui: eo ꝙ auis non cõcipit animal: ⁊ ideo animali qđ in ouo generat̃ extra oportet ꝙ materia sui cibi ministretur. Superius eniꝫ iã diximus ꝙ sanguis menstruus est materia corporum. Oportet igitur ꝙ in ouis sit aliquid proportionaliter respondens in aspectu figure ⁊ similitudinis in rebus que fiunt in animalium generatione: ⁊ ideo in talibus sperma maris est sicut id quod format ⁊ ex quo fit spiritus: ⁊ albuꝫ est qđ formatur in mẽbra: terrestre autem qđ est in medio ⁊ citrinum est sustentatio corporis sicut nutrimentum: ꝗ̃uis distet multum ab alio humore ex quo fit substãtia: ⁊ hec est causa quare oua duos habent colores in humoribus intra testam contẽtis. Principiuꝫ igitur generationis auium est ex albo: ⁊ principiuꝫ anime sensibilis est in circulo circũdante citrinum: cibus auteꝫ fit ex citrino. ¶ Amplius in animalibus quoruꝫ natura calidior est sunt humores distincti: ⁊ vnus humor est albus ⁊ alius citrinus: sed citrinum terrestre est maius albo aqueo: in his auteꝫ que sunt humidiora ⁊ frigidiora est econuerso: qa albuꝫ est in his maius ⁊ magis aqueuꝫ ⁊ tenue: ⁊ hoc accidens accidit auibus aquosis vbi circa aq̃s sunt arbores: he enim aues sunt frigidiores ⁊ humidiores vniuersaliter ꝗ̃ aliqua aliarum terrestrium auiuꝫ: propter qđ etiaꝫ qa citrinuꝫ est terrestre multiplicatur citrinum in ouis earuꝫ: in alijs auteꝫ propter oppositaꝫ causaꝫ minor color est citrinus. Aues eniꝫ huiusmodi frigidioris ⁊ humidioris nature sunt omnibus ouantibus sanguineꝫ habentibus. In pisciuꝫ autem ouis non est albuꝫ separatum a citrino propter paruitatem sui ⁊ frigiditatem piscium: propter qđ per ouum eius est cõmixtio quedaꝫ facta ex albo ⁊ citrino. Oua autẽ venti duos habẽt colores ⁊ sunt imperfecta eo ꝙ adhuc indigent spermate maris: nec est verum qđ quidaꝫ dicunt ꝙ causa diuersitatis coloruꝫ sit ex mare ⁊

femina:

femina:ita ꝙ album fit ex mare ⁊ citrinuz ex femina:ſꝫ po/
tius ambe ſuperfluitates ſunt ex femina:⁊ pars vna eſt ca
lida ⁊ altera eſt frigida:⁊ cuz calor multus eſt in ouis: tunc
ſeparantur in ouis iſti duo colores ⁊ diuidũtur:cum autez
modicus calor eſt in eis non poterit diuidere:⁊ tunc erunt
permixti.Sperma autez maris tenet ⁊ ſuſtentat humores
tũ:⁊ ideo in prima generatione apparẽt oua alba:⁊ poſtea
paulatim apparent citrina poſt aliquot dies propter hoc ꝙ
multus tũc imiſcetur eis ſanguis.In complemẽto aũt oui
vincit calor ſeparans:⁊ in eo tunc album generatur in cir/
cuitu ſicut ſubtilius humidũ ebulliens in circuitu citrini.
Albũ enim naturaliter eſt humiduz:⁊ in ipſo ſicut in ſubie
cto eſt calor anime:⁊ propter hoc diuiditur ⁊ ponitur in cir
cuitu citrini.Citrinum aũt eo ꝙ terreſtre eſt ponitur intra
ſicut centrum:⁊ ideo ſicut in mũdo terra eſt in medio aque
⁊ aeris ⁊ ignis:ita citrinum eſt in medio aquei in ouo.Cu/
ius ſignuz eſt ꝙ ſi quis acceperit multa oua ⁊ cõmiſceat ci/
trinũ cuz albo:⁊ totũ poſtea ponat in membrana ſicut in ve
ſica:⁊ poſtea decoquat lento calore inueniet citrinuz in me/
dio ⁊ album in circuitu niſi fuerint oua vetuſta ⁊ corrupta:
tamen quando frangit̃ ouum recens vitellũ natat ſuper al
bum:cum tamen ſm naturaz ſit grauiꝰ albumine:⁊ huius
cauſa eſt qa principium motus nutrimenti iaz eſt in vitel/
lo:⁊ ideo per principium illud habet motum ſurſuz verſus
membra que nutrienda ſunt:eo ꝙ iam paratum eſt ad at/
tractionem:propter qđ etiam oua in cibũ ſumpta conuer
tibilia ſunt multum:⁊ vitellum melius nutrit ꝙ̃ albumen:
⁊ hec eſt etiaz cauſa ꝙ pullus generat̃ in circulo continuã/
te inter conuexum vitelli ⁊ concauuz albuminis. Sic ergo
determinata eſt cauſa propter quaz quedaz oua habẽt du/
os colores:⁊ quedam vnũ.¶Principiũ aũt qđ eſt ex ſper/
mate maris ſeparatur in ouis ⁊ ſtat ex parte illa qua oua
ſuggũt humorem ex matrice:in ouo aũt poſitum eſt pertin/
gens ex albumine oui in qua totum ſperma maris ſitũ eſt
vſqꝫ ad vitellum citrinum ex quo ſuggitur nutrimentum
quando formantur ⁊ complentur membra.

Tertio d' gñã/tiõe aialiũ ca/pitulo.2.

¶Cap̃.3ᵐ.De figura ⁊ cauſa figure ouorum non rotundo/
rum ⁊ creatione ouorum in matrice ⁊ exitu eorum de ma/
trice:⁊ de exitu pullorum ex ouis.

OUa autem habentia duos colores non ſũt oĩ/
no penitus rotunda:ſed ex vna parte ſũt acu/
ta habentia anguluz ſphericum acutum ſicut
ſint compoſita ex duobus ſemiſpheris in vna
parte extenſis ad angulum acutum: ⁊ in alia
parte ſphericis non extenſis in loco vbi eſt po
lum oui.Et iſta diuerſitas eſt propter diuerſitatem princi/
piorum que eſt in eis:ex albo enim in quo eſt principiũ ge/
nerationis animalis oportet ꝙ ſit acutum:⁊ oportet ꝙ ille
angulus ſit durior angulus vt melius cuſtodiatur princi/
pium formatiuum in ouo.Ubi enim eſt ſperma maris et
ibi formantur pulli ſuperiora:⁊ in exitu oui acutꝰ angulus
exit vltimo:eo ꝙ ipſe porrectꝰ eſt ad iteriora matricis ver/
ſus parietem vbi ouum cuz matrice continuatur in ſui ge/
neratione:ſicut etiam in arboribus acumen ſeminum ver/
titur ad cotilidonem ad quem ſemen ſicut ad matricez cõ/
tinuatur.Granorum tamen quedaz continuantur ad ra/
mos plantarum:quedam ad cortices quiſquiliarũ vel fol/
liculoruz:⁊ quedam ſunt grana compoſita ex duabus me/
dietatibꝰ ſicut faba ⁊ glans ⁊ huiuſmodi:⁊ vbi congregã/
tur ambe medietates ad cotilidonem ibi eſt principiuz nu
trimenti qđ complet ſemen ⁊ principium generationis ſe/
minis:⁊ de talibus omnibus tractauimus ſufficienter in li
bro noſtro de plantis.¶Queret autem fortaſſe aliqs que/
ſtionem que grauitatem habet ad ſoluenduz:ex quo ſicut
ex principio inſtrumentali creſcit ⁊ augetur ouuz in matri/
ce.Non enim poteſt dici ꝙ creſcat per ſe ſicut vermis:ani/
malia enim concepta in matrice augmentum ⁊ cibum acci
piunt ex vmbilico.Si ergo dicatur ouuz ſimiliter ex aliquo
tali capere augmentum.Tunc queratur quid ſit de vmbi/
lico oui quando completur ouum:tunc enim erit ouum et
videmus ipſum totuz in teſta contineri ⁊ nihil apparet de
vmbilico oui.Hec igit̃ eſt queſtio que rationabiliter mo/
uet dubitantem:eo ꝙ tractus nutrimenti quo auget̃ ouuz
eſt occultus:nihil enim apparet de ouo niſi teſta:⁊ hec pri/
mo quidem eſt mollis ⁊ poſtea dura:qa aliter lederet ma/
tricem auis:ſed poſtq̃ꝫ emiſſum eſt ouum induratur teſta
amplius ex frigiditate aeris ⁊ ſiccitate.¶Ad queſtionem
igitur dicendum ꝙ quedam pars tele inuoluentis ouum
que intra auem primo eſt mollis deflectitur ad matricẽ ad
moduz vmbilici in animalibus:⁊ iſte oui vmbilicus eſt ex
parte oui acuta ⁊ inde ſuggit:⁊ quando completur ouuz re
manet intra teſtam:⁊ exiccatur ⁊ extenditur in telam que
ouuz inuoluit.Qꝫ autem ſic ſanguinem ſuggant oua a ma/
trice auium ſignificatur in ouis abortiuis:quoniam ꝑpter
frigus aut aliam occaſionem aues aliquando abortiũtur:
⁊ tunc oua abortiua ſanguinei coloris inueniuntur: ⁊ tunc
ex parte acuminis in eis inueniunt̃ vie parue ſimiles vijs
vmbilici:⁊ ſm ꝙ plus ⁊ plus grandeſcunt oua efficiuntur
vie magis extẽſe ⁊ magis citrinatur in ouis quod erat ſan/
guinei coloris:⁊ precipue ſit iſta mutatio vmbilici ⁊ colorũ
circa oui complementum:⁊ cum complentur ſit clauſura in
eodem loco:⁊ tunc clauduntur vie que ſunt inter citrinum
⁊ album.Cum autem oui tota creatio completa fuerit ef/
ficitur ouum totum album exterius ⁊ abſolute clauſuz ⁊ di
uiſum a matrice:⁊ tunc rationabiliter non apparent vie il/
le que vmbilico in alijs animalibus aſſimilantur.¶Am/
plius exitus ouorum econuerſo eſt exitui animalis qđ con
cipitur ⁊ formatur in vtero:quoniam exitus animalis con
cepti de vulua naturalis eſt ſupra caput ⁊ ſupra principium
corporis ſui.Exitus autem oui eſt ſuper pedes ⁊ poſteriꝰ
oui:hoc eſt ſuper illam partem in qua pedes ⁊ poſteriora
formantur.Et cauſa illius eſt quaz diximus ſupra:quia vi
delicet ex parte anteriori eſt continuatum cum matrice et
reuolutio eſſet grauis ⁊ inutilis.¶Amplius creatio auiuz
ex ouis non perficitur in vtero:ſed potius oportet ꝙ auis
ſedeat incubando ſuper oua ⁊ calore illo formãtur in aues
oua:⁊ tunc quia in ouo ſunt due partes animal exit ex vna
parte formatum ⁊ cibatur ex alia ſicut diximus.Cum eniz
auis non compleatur intra vterum oportet ꝙ in ouo prepa
retur ei cibus extra matricem:cum ipſa ſubſtantia ex qua
creatur animal:aut generans animal embrioni quidẽ mi/
niſtrat nutrimentum in matrice:ſed iam natus fetus cibũ
habet a ſe diuiſum qui eſt lac in mamillis:ſed aues vt di/
ximus cibum ſuum a matris corpore percipiunt cum ſua
ſubſtantia in ouo concluſum ſecum portant.Hic autẽ mo/
dus generationis pulli contrarius eſt opinioni Phi quez
quidam vocant Alkuinon ex ciuitate Bithonia qui dice/
bat in ouo album eſſe ſicut lac:citrinum autem ſubſtantiã
dare membris pulli.Scđm enim ea que diximus albuz nõ
eſt ſicut lac:ſed potius citrinum in hoc habet vicem lactis:
quia cibus eſt preparatus pullo:pullus enim generatur ex
cubatione galline ſuper ouum:⁊ hoc oportet fieri in loco et
temporibus conuenientibus:quando enim hec duo extite
rint exibunt pulli:⁊ ſi calor ⁊ locus conuenientia eſſent ſine
incubatione galline per ſe exirent oua.Si enim egrediun/
tur omnia oua quadrupedum ouantium:hec eniz omnia
ſuper terram ouant ⁊ exeunt oua ex calore qui eſt in terra
ex radijs ſolis:⁊ ſi aliquod talium animaliuz aliquãdo in/
uenitur ſedens ſuper oua facit hoc ad cuſtodiam ouorum
⁊ non propter cubationem.¶Amplius oua animaliũ qua/
drupedum ſunt dure teſte ſicut ⁊ auium:⁊ habent interius
duos colores:⁊ generantur prope parietem ſicut oua auiũ:
⁊ fere omnia accidentia de accidentibus ouis auium intra
⁊ extra accidũt ⁊ iſtis:⁊ ideo vna eſt opinio ⁊ conceptio in
omnibus his que dicta ſunt de vtriſqꝫ ouis.Animaliuz au
tem quadrupedum oua ſunt calida:⁊ ideo complent̃ ex ca
lore temporis propter fortitudinez virtutis que eſt in ouis
illis.Oua autem auiũ econtra propter debilitatem ſuam
indigent calefactione.¶Amplius qđ eſt ex his animalibꝰ
ouantibus intelligentius magis ſollicitatur circa filios:et
poſt complementum filiorum remanet inter filios ⁊ paren/
tes amicitia ſicut inter homines:⁊ hoc etiam fit in quibuſ/
dam quadrupedibus.Aues autem faciũt hanc curaz vſqꝫ
ad tempus perfecte creationis pullorum:⁊ ideo ſi aliquã/
do femina abſentauerit ſe ⁊ non cubauerit oua:vergẽt oua
in malam diſpoſitionem:ac ſi per abſentiam femine deſti/
tuta ſint aliquo principio naturali quod generari habet cũ
eis vel quod debet adeſſe generationi eorum.¶Amplius

pulli cito complentur in ouis in diebus calidis eo ꝙ tũc calidum coadiuuat ad digestionem creature formande: habent autez hoc femine ex sagacitate naturali ꝙ preoccupãt tempus cubationi ouorum opportunuz. ¶ Amplius in aliquo tempore calido oua quarũdam auium corrumpũtur: ⁊ hoc precipue quãdo turbabitur humor cibalis qui est in ouo: propter hoc enim multa oua corrumpuntur. Citrinuz autem illo tempore turbatur eo ꝙ est de parte terrestri que turbatur ⁊ fumat tempore illo: ⁊ hec est causa quare etiam vinuz turbatur in tempore illo: quia fex mouetur ⁊ miscet̃ cum vino. Uinum enim ⁊ oua non corrumpuntur nisi propter fecem ⁊ citrinum quod est in eis: hoc tamen rationabiliter accidit frequentius ouantibus multa oua: quia hec sunt humidiora sicut dictum est superius: hec enim facilius corrumpuntur: qa calorem sufficientem habent de facili: et ideo si addantur calori ⁊ fit calor austrinus turbatiuus ⁊ fit sole ascendente: qa tunc virtus eius fortior est absq; dubio turbabit oua: ⁊ qa citrinum in ouis cõnaturalitatem habet cum fece vini ⁊ albugo cum vino: ideo fit ꝙ cum oua imittuntur vino cum harena ⁊ calce clarificatur vinum: qa harena ⁊ calx perforant vini substantiam ⁊ citrinum attrahit fecem: hec enim causa est ꝙ cum aqua decoquitur in salem non constat sal qui terrestris est nature nisi per oua vel sanguinem: qa sanguis ⁊ citrinum in ouis eiusdez sunt nature sicut patet ex predictis. ¶ Amplius aues rapaces curuorum vnguium pauca ouant oua: hoc autem accidit eis ex eadem causa cum alijs. Alique eniz istarum sicut herodius ouant vnum ouum tm̃: ⁊ si ouant duo multotiens inuenitur vnuz corruptũ: ⁊ hoc experti sunt aucupes terre nostre que est superior Germania per continuos sine intermissione octo annos: ⁊ nunq; in nido herodij inenerũt nisi vnum pullum. Dico autem herodium aquilam magnam que ideo herodius dicitur qa heros est auium. Iste enim modus auium est calidissime nature: ⁊ ideo incubat ouis ⁊ calefit ouum ac si ebulliat. Natura autem albi quasi quẽdam modũ contrarietatis habet ad citrinum propter qđ etiam citrinum congelatur tempore frigoris: ⁊ postea quãdo fuerit calefactum resoluitur ex gelu ⁊ fit humidũ. ¶ Diximus enim iam superius ꝙ citrinum est cibus animalis quo cibatur ⁊ sustentatur animal quod formatur anterius in circuitu oui: ⁊ qa talis nature est citrinum: ideo assatuz nisi comburatur non durescit: sed potius mollificatur sicut cera. Hec est igitur causa ꝙ mollescit quãdo calefit: ⁊ corrumpitur de facili ex superfluitate humiditatum temporis vel loci si iacuerit in eis aliquãdiu. Albugo aũt oui non de facili congelatur ex frigore: sed potius fit magis humidũ: ⁊ quando assatur fit magis durum: ⁊ in generatione pulli inspissat̃ in substantiam membroꝝ: ita ꝙ tota generatio radicalium membrorum pulli est cum eo. Citrinũ autem est cibus pulli: ⁊ propter hoc sunt album ⁊ citrinuz distincta in telis propter diuersitatem nature ipsorum. Qui autez hoc subtili ⁊ perfecta ratione scire desiderat ⁊ qualiter vnꝰ humor principiatur ex alio: ⁊ qualiter se habent adinuicem et qualiter se habent ad substantificandum animal: ⁊ qualis est dispositio telarum ⁊ vmbilici legat ea que diximus hic cũ illis que superius dicta sunt de anathomia auiũ ⁊ ouorum. Posuimus enim ista in ante habitis huiꝰ scientie libris in loco vbi scripsimꝰ de modo generatiõis animaliũ.

Nõ p clarificãdo vino.

## ¶ Cap. 4m. De ordine generationis membroꝝ animaliuz in ouis: siue sint oua auiũ: siue oua alioꝝ animalium.

Tertio d gña/tióe aialiũ capitulo eodez.

De generatiõe aũt auis in ouo sufficit hic scire ꝙ primũ membrum qđ in ouo generat̃ est cor: ex quo producit̃ magna vena: ⁊ ex illa fit ramificatio aliarũ venarum in duos vmbilicos: quoꝝ alter procedit ad telam continentẽ animal que est sub tela teste: ⁊ alter procedit ad citrinũ interiꝰ. Per vnũ igit̃ istoꝝ vmbilicoruz accipit pullus cibũ ex citrino: ⁊ citrinũ est in tẽpore cubatiõis multum valde eo ꝙ humectat̃ propter calorez ⁊ diffundit̃ sicut cera mollificata: oportet eniz esse hoc tũc humidũ eo ꝙ est cibꝰ membroꝝ tenelloꝝ qui non possent cibari nisi humido sicut ⁊ membra alioꝝ animaliũ non nisi humido in prima cibant̃ generatione: principiũ enim eiꝰ qđ viuificat̃ in ouis ⁊ arboribꝰ est aliquo modo simile. Utraq; eniz recipiũt cibũ ⁊ incrementũ ex materia continuata cũ eis: aliter enim vmbilicus sicut diximꝰ extendit̃ ⁊ continuat̃ ad telam que continet pullũ: ⁊ hec assimilatur secũdine. Dispositio autez citrina est sicut dispositio matricis a qua cibat̃ embrio qui est in matrice: qa enim ouata sũt cibũ a ventre auis recipere non possunt: oportet ꝙ natura det eis partem conuenientem ad cibũ. Tela aũt exterior in pullo que continet ipsum est sanguinea eo ꝙ dispositio eiꝰ est sicut dispositio matricis: que aũt in circuitu citrini est: est sicut secundina. Testa aũt oui assimilat̃ tele circũambienti matricem: ⁊ q̃si cooptoriũ qđ cooperit embrionem ⁊ matricem: qm̃ embrionem oportet esse in matrice vt cooperiatur. In animalibꝰ autez generantibꝰ ⁊ cõcipientibꝰ animalia ponit̃ matrix in anteriori parte ventris. In ouantibꝰ aũt econtra est in interiori: in ouis aũt est sicut si quis dicat ꝙ matrix est mater: ⁊ ꝙ ex citrino cibꝰ est embrionis qui est ex matre propter hoc ꝙ cibꝰ taliũ in matre non potest manere. Cũ aũt creuerit pullus diminuetur vmbilicus: eo ꝙ animal iaz debet exire de ouo: residuũ aũt vmbilici qđ peruenit ad citrinũ exit vltimo: oportet enim natũ animal protinus cibũ habere: quez qa ex matre nõ potest habere sicut alia animalia lac habẽt nec statim valent cibũ querere oportet eũ aliqđ cibi in citrino iuxta vmbilicũ retinere: propter hoc erit etiaz procurãte natura citrinũ intra animal cũ vmbilico. Sm ergo hũc modũ generant̃ animalia que generant̃ ex ouis completis que ouant̃ ex auibꝰ vel quadrupedibus animalibus: hec enim sunt apparentia ⁊ manifesta visui in animalibus magnis: in paruis aũt latent propter paruitatem corporuz eorum. ¶ Ampliꝰ genera pisciũ multa faciũt oua incompleta propter cãm quaz superius diximus. Celeti aũt sm omnes species suas ouat ouũ intra vterũ completũ ⁊ extra vteruz parit animal preter id qđ ranam qdam vocant que est huius generis. Hec enim species ouat extra vteꝝ tm̃ ouum vnũ completũ: ⁊ causa huiꝰ est natura ⁊ dispositio sui corporis: caput aũt huiꝰ animalis multiplex est ad residuum sui corporis: ⁊ caput eiꝰ est spumosum: propter qđ intus nõ potest habere pullos: nec possent exire si essent intus. Oua autem omniũ animaliũ que natura celeti similant̃ sunt mollia: nec desiccari ⁊ indurari possũt extra: eo ꝙ sũt ouis auiũ frigidiora: ⁊ ideo remanent sic mollia. Oua autẽ ranarum sunt dura fortia propter salutem qua indigent exteriꝰ. Generatio aũt pulloꝝ qui fiũt ex ouis rane ⁊ ex ouis que extra complentur: ⁊ que complent̃ intra est in cõmuni eadez. Sz inter oua istoꝝ modoꝝ animaliũ ⁊ oua auium est diuersitas: eo ꝙ in ouis istorum animaliũ non est vmbilicus qui extendat̃ ⁊ perueniat ad secũdinam que est sub tela continente ouũ. Et causa illiꝰ est: qa oua hoꝝ animalium nõ habent testam duram eo ꝙ non indigent: testa enim dura nõ est nisi propter ouoꝝ custodiam: ⁊ ideo non est nisi in ouis que exeũt ex vtero: ⁊ habent hec oua testam duraz propter multos modos occasionũ que euenire possunt. Differunt aũt hec oua hoꝝ animaliũ ꝙ formatio pulloꝝ est in ouantibꝰ intra de extremitate inferiori oui vbi est sphericuz habens polũ: sed in ouis auiuz generatio pulli est ex parte oui acuta in qua parte ouũ cõtinuat̃ cũ matrice. Causa autem istiꝰ diuerse generationis est: qa oua auiũ ante formationem pulloꝝ separantur a matrice: oua aũt dictoruz animaliũ a matrice non separant̃ omnino. Hec enim animalia lz ouent oua completa: non tamen continuant̃ cum matrice: ⁊ in vltimo vsq; in finem manet vmbilicus oui cum matrice continuatꝰ sicut in ouis completis. Oua enim incompleta sunt in pellicula sicut superiꝰ diximus: nec qđlibz ipsoꝝ vmbilicũ habere potest: ⁊ in hoc hec oua similant̃ ei qđ in forma animalis emittit̃ de matrice: hec enim etiaz propter vmbilicũ adheret matrici vsq; ad vltimũ impregnationis qđ est tempꝰ partus. In quodam tamen modoꝝ celeti sicut in specie rane marine sicut superiꝰ diximꝰ fit emissio oui quando interius fuit completũ. ¶ Queret autẽ aliquis que sit diuersitas generationis auiũ ⁊ pisciuz sm formationem ouoꝝ vel animaliũ ex ouis ⁊ modũ quem diximus esse celeti. Ex quo enim qđlibet istoꝝ animaliũ generat̃ ex ouo oportet inquirere diuersitatem huius generationis. Ad hoc autem dicimus ꝙ oua ipsa diuersa sũt sm humores in eis contentos. Album enim ⁊ citrinuz sunt distincta

Tertio d gña/tióe aialiũ capitulo.5.

ſtincta in ouis auium: ſed non ſunt diſtincta in ouis piſciū ſed potius permixta: propter qꝺ etiaȝ nihil prohibet: quin etiam prima creatio animalium ſit modo contrario ex his ouis: ouū enim celeti non q̄dem eſt fixum: ſed potius continuatū ad locum matricis interius in oppoſito loci inferioris vbi erit animalis generatio. Cibum aūt hec oua attrahunt leuiter a matrice: ⁊ hoc patet in ouis a matrice nō diuiſis. Oua enim quorūdam modoꝝ celeti non diuiſa inueniūtur a matrice: ſed potius continuata cum parte que poſterius eſt in matrice: vadūt enim ad partem inferioreȝ vt ibi generet̄ ex eis animal: ⁊ hoc eſt in ouis: quoniam quādo complet̄ generatio animalis qꝺ eſt in eis ſubito abſoluuntur a matrice: eo ꝙ humiditas que fuit in ouo tracta a matrice iam conſumitur ⁊ quaſi conſumpta eſt: ⁊ tūc ſeparantur ſimul ouū ⁊ animal. Ex his autē que ſuperius diximus patet ꝙ vie oui per quas trahit nutrimentum ſunt ſicut vie embrionis qui eſt in matrice: hoc aūt precipue accidit in ſpecie animalis qꝺ hababe greci vocant ⁊ in ſpecie que vocat̄ hiniloth. Sic ergo diuerſificat̄ piſciū ⁊ auiuȝ generatio propter cauſas quas diximꝰ. Alia aūt quaȝ diximꝰ fere ſm eūdem modum accidit ouantibꝰ. Umbilicꝰ enim qui venit ad citrinū eſt in ouis piſciū ſicut in ouis auiuȝ: ſic enim eſt in omnibꝰ ouis piſciū: ſed in ouis eoꝝ non eſt vna pars alba ⁊ alia citrina: ſed totus humor eſt vniꝰ coloris et ex eo cibat̄ animal: ⁊ cum incipit humor conſumi in ſpiritū orit̄ circa ip̄m caro circūquaq;. Secūdū ergo hūc modū pficit̄ generatio ex ouis ouantiū interius oua completa ⁊ generantiū extra animalia. Alij vͦ piſces ouant extra oua incompleta preter ſolam ranam marinam ſicut iam ante diximus. Animal qꝺ eſt quatuordecim pedū vnam ſolaȝ habet duplicationem que eſt ad domeſticum: ⁊ habet paruaȝ aliam duplicationem in extremitate que eſt ad ſylueſtre. Cauſam autem huiꝰ ſuperius iam diximus vbi de mēbris marinorum locuti ſumus. Generatio autem pullorum ex omnibus iſtis piſciū ouis erit ſm vnū cōmunem modū ſicut eſt vnus cōmunis modus generationis ex ouis ouantis interius ⁊ extra parientis animal. Hec antē omnia oua cito creſcūt poſt emiſſionem ipſoꝝ: ⁊ augmentuȝ ⁊ incremētum ipſoꝝ eſt ad ſimilitudinem incrementi vermiuȝ. Animal enim generans vermes generat eos valde paruos: et deinde enixi creſcūt per ſeipſos. Cauſa autem huiꝰ incrementi eſt ſimilis incremento fermenti: paruū enim fermētum creſcit in magnū: eo ꝙ ſiccū qꝺ eſt in eo infunditur humido ⁊ impletur tūc illa humiditas. Hoc aūt qꝺ potiſſimū creat ⁊ format vermes eſt calor anime que eſt in humido: incrementi autem fermenti cauſa eſt calor qui eſt in fermēti humiditate. Cauſa ergo propter quā creſcūt oua eſt: q̄a humiditas eoꝝ eſt ſicut humiditas fermenti: pulli eniȝ piſciū intra matricem compleri non poſſunt propter multitudinem ouoꝝ ⁊ ſtricturaȝ matricū: parua enim ſunt ideo q̄a multa ſunt: ſed hoc habent ꝙ cito creſcūt aut cito corrumpūtur: q̄nis aūt multa corrumpantur non officio q̄a ex plurimis ouis neceſſe eſt multa proficere. Ideo enim ſagax natura in piſcibus multa facit oua: ⁊ per multitudinem recuperat id qꝺ ex ipſis corrumpitur per hoc ꝙ ſunt extrinſeca non habentia teſtas duras. Quedam tamen genera piſciū creſcūt anteq̄ȝ ouent ſicut genꝰ piſciū qꝺ vocat̄ aculeuȝ: hoc enim a natura tantū augmētat oua in magnitudine q̄ntuȝ diminuit ea in numero: ⁊ ideo hoc genꝰ eſt paucoꝝ ouoruȝ. Cā aūt ꝑpter quā cito exteriꝰ oua augent̄ dicta eſt.

Tertio ꝺ gn̄atiōe aīaliū capitulo.4.

¶ Cap.5m. De improbatione erroris eorum qui dixerūt in piſcibus non eſſe marem ⁊ feminam.

Tertio ꝺ gn̄atiōe aīaliū capitulo.5.

PIſces aūt facere oua ⁊ eſſe marem ⁊ feminā in eis arguit̄ ex ſigno īfallibili: ⁊ hoc eſt ꝙ piſces generantes animalia extra ſicut ea que ſūt in genere celeti concipiūt prius oua interiꝰ: hoc enim non facerent niſi in ouo eſſet materia generatiōis: patet ergo ꝙ in quolibet genere piſciū ſunt oua facta propter generationeȝ: ſed in hoc eſt diſſimilitudo ꝙ oua alioꝝ piſciū intra non complent̄: ſed poſtq̄ȝ exterius exiuerūt: ⁊ iſta oua ſūt illoꝝ generꝝ piſcium in q̄bus eſt mas ⁊ femīa: ⁊ cū exeūt oua a feminis ſequunt̄ mares ⁊ eijciūt ſperma ſuper ipſa vt creſcant. ¶ Quidaȝ tamē putauerūt omnes ſpecies piſciū femīas eſſe preter modos celeti. Falſum eſt aūt qꝺ dicūt. Dixerunt enim iſti ꝙ inter piſces quos nos dicimus feminas: ⁊ inter piſces quos nos vocamꝰ mares nō eſt alia differētia ſicut inter arbores fructiferas ⁊ ſteriles: quoniaȝ ſunt eiuſdem forme ⁊ figure ſicut eſt oleaſter agreſtis ⁊ oliua fructifera: ⁊ ficꝰ ortenſis fructifera ⁊ ficus fatua agreſtis: ⁊ ita dicūt omnes piſces a ſe inuicem differre preter modos celeti de quibꝰ indubitāter dicūt eſſe veꝝ ꝙ inter eos ſūt femine ⁊ mares. ¶ Nos autem ex ſupra dictis ſcimus ꝙ multi alioꝝ piſciū ſunt differentes per feminas ⁊ mares: vie enim hoꝝ piſciū in quibꝰ eſt ſperma ſimiles ſunt vijs mariū celeti ⁊ alioꝝ: ⁊ in tempore coitꝰ apparet ſperma in maribꝰ piſciū ouantiū: ⁊ cum ample facte fuerint vie ille exit ſperma matricū: ⁊ cū femie implent̄ ouis apparere incipiūt matrices earum: matrices enim non tm̄ ſunt in generibꝰ facientium oua pauca: ſed in alijs generibꝰ que faciūt oua multa. Matrices enim ouantiū diuerſificant̄ ſicut diuerſificant̄ matrices mulieꝝ ⁊ aliorum animaliū animalia ſibi ſimilia parientiuȝ que piloſas habēt caudas: q̄dam tamē piſces nō ouāt ſicut ſuperiꝰ diximus: ſed per ſe ſine femina ⁊ mare generant̄. In omnibꝰ generibꝰ piſciū in quibꝰ eſt differētia ſexus maris ⁊ femīe ſemen inuenit̄ in mare ⁊ matrix īpleta ouis in femina: ⁊ hoc manifeſtū eſt per experta in omnibꝰ generibꝰ piſciuȝ preter q̄ȝ in duobꝰ. ſ. in genere choroȝ ⁊ in genere haſbyꝝ. Mekeloȝ aūt non apparet mas neq; femina per ſupra dicta ſigna maris ⁊ femine: ⁊ in omnibꝰ mares habent vaſa in quibus eſt ſperma: ⁊ femine habent matrices: propter qꝺ etiam q̄daȝ putant leue eſſe ſoluere: qꝺ tamen grauem habet queſtiōeȝ de differentia maris ⁊ femine in animalibꝰ diuerſis. ¶ Iſti enim ſimpliciter ſe abſoluūt per negationeȝ dicētes nō eſſe marem ⁊ feminā in animalibꝰ niſi per vnicū modū quo eſt in aīalibꝰ facientibus animalia vniuoca generatione in q̄bus apparet veretrū in mare ⁊ vulua in femina ⁊ coitꝰ quo mas ſperma proijcit in feminam. Iſti aūt ſupponūt qꝺdaȝ falſum opinantes nullū animal in quo eſt coitꝰ maris ⁊ femine tantaȝ multitudinem filioꝝ poſſe complere per coitū quanta eſt multitudo ouoꝝ piſcium. Et accipiūt pro ſigno probationis ꝙ omnia alia animaliū: ſiue ſint generātia: ſiue ouantia nequaq̄ȝ veniūt ad tantaȝ multitudinē filiorum aut ouoꝝ: ⁊ in hoc veꝝ dicūt ſolum. Nullū enim alioꝝ ouātium oua completa aut faciētiū filios nullo modo ita multiplicat filios aut oua ſicut multiplicat oua id qꝺ facit oua incompleta ſicut piſciū genera. Iſti enim non cogitauerunt ꝙ oua piſciū ſunt modo contrario omnibꝰ generationibus alioꝝ ⁊ modis auiū ⁊ alioꝝ. Omnes enim aues ⁊ quadrupedia ouantia ⁊ ea que ſunt de genere celeti ouant oua cōpleta que nullū recipiūt incrementū poſt exitū ad aerem ex corpus ouantis. Piſces aūt ouant oua non completa que extra corpus poſita cito creſcūt: ⁊ talem modū ouandi hn̄t etiaȝ animalia mollis teſte ⁊ malachie: ⁊ oēs iſti modi coeunt adinuicē manifeſte lȝ hoc nō ſit notū omnibꝰ: non enī coeūt niſi poſt longū tp̄s: tamē mas ⁊ femina per differētiā ſexus manifeſtā ſunt in iſtis animalibꝰ. Non eniȝ rōnabile eſt per vnā ⁊ eādē differētiaȝ ⁊ vnā ⁊ eādē virtutē maſculinū querere ⁊ femininū in oibꝰ aīaliū generibꝰ per quā differētiā ⁊ virtutē eſt participatio ſexuū in his que vniuoca generatiōe ſibi ſīlia generāt aīalia. ¶ In oibꝰ enī modis aq̄tilioꝝ quos diximus ſūt mas ⁊ femīa: ⁊ cā dicti eoꝝ qui ꝯdicūt alijs que dicta ſunt eſt defectꝰ ſcīe modoꝝ coeūdi quos iſta aīalia diuerſos hn̄t ab alijs aīalibꝰ. Modi enī coitus valde diuerſi ⁊ multi ſūt in diuerſis aīalibꝰ. Iſti auteȝ paucos ex multis cōſiderauerūt opināntes in oibꝰ eē modū coitus cōſimilē: ⁊ hec eſt eis cauſa erroris etiā qui opinant̄ ꝙ ſperma in piſcibꝰ qꝺ emittūt mares trāſglutiāt femie: ſperma enī in eodē tēpore iuenit̄ in maribꝰ quo oua inueniunt̄ in feminis: ⁊ quāto magis appropiquat femīa tēpori ouatiōis tāto magis in ea multiplicant̄ oua in matrice ⁊ ſp̄ma in maribꝰ. Incremētū ergo ouoꝝ in femina ⁊ ſpermatis in mare eſt in eodē tēpore: ⁊ ſi oua creſcerēt in femīa ex ſp̄mate oporteret ꝙ in diuerſo tēpore eēt ſp̄ma in mare ⁊ oua in femīa. Femīa aūt nō ſpargit oua ſucceſſiue. Rōnabilr̄ ḡ accidit qꝺ dcm̄ eſt: q̄a per ſucceſſionē meliꝰ profundi poſſunt ſp̄mate maris. ¶ Ampliꝰ ſicut accidit in ouis auiū ꝙ q̄dā ſūt oua vēti: ⁊ ſūt rariora q̄ȝ oua cōpleta per coitū: ita mul-

primo quidem cor: ſed primitus caput ꝛ ſuperiora corporis
ꝛ deinde interiora ꝛ vltimo inferiora formanť propter cãm
quã ſuperius diximus. Taliter enim formata cibuʒ aſſimi-
latum intra ſe non habent ſicut habent ea que ſunt in vte-
ris animalium ꝛ in ouis formata: propter quod oportet ꝙ
ab extrinſeco influat in ea materia formandoꝝ membrorũ
ꝛ huic influxui prius oportet formare vias: vnde id in quo
primo ſuſtentatur forma ꝛ vita aut erit per modũ illuʒ quo
formantur ea que exeunt ex aliquo continente ea ſicut ouo:
aut erit per modum quem diximus: oportet enim in talib⁹
neceſſario eſſe cibum qui ſit materia formãdoꝝ membroꝝ
eo ꝙ illum cibũ intra ſe nõ habent: ſicut ea que in vtero aut
in ouo formantur. Non enim eſt aliquid quod incrementũ
abſqꝫ cibo accipiat ſm naturam. Sed quicquid ſit de opi-
nione predictoꝝ hominuʒ quicquid taliter inconſueto quẽ
nouimus curſu nature generatur: vermiculoſam aut ſimi-
lem vermi habet generationeʒ: ꝛ taliter generatũ neceſſa-
rio accipit cibum incrementi formandoꝝ membrorum ab
alio loco ꝗ̃ a corde: quod eſt taliter generatis principium
formationis. hoc enim membrum primuʒ aut erit ſicut ge-
nerans primum quod eſt cor: aut erit ſicut per quod venit
cibus ꝛ hoc eſt os ꝛ caput concepti. Oportet ergo principiũ
generationis eſſe in omnibus animalibus ſm alterũ iſtoꝝ
modoꝝ ſi debeat in eis eſſe vita cuius primus actus eſt vti
alimento. Prima enim ſuſtentatio ꝛ retentio materie for-
mandi corporis aut erit incluſa ſicut res que continetur in
ouo in quo clauſa materia neceſſario erit cibus propter in-
crementũ formandoꝝ membroꝝ eius qꝺ conceptuʒ eſt ſm
talẽ moduʒ aut erit ſicut generatio vermis: ꝛ ſic accipiet ci-
bum extra ſe ab alio loco: ꝛ huic cibo tunc primum oportet
formare introitum. Virtus ergo ꝛ principium formans in
huiuſmodi ex dictis iam nobis eſt manifeſta. Alius autem
modus poſſibilis ex quo accipiatur cibus concepti ſicut in
ouis vel extra oua non apparet nobis in aliquo modo ge-
nerationis animalium: ꝛ primus quidem modus qui eſt

per inuolutionem materie sicut in ouo non apparet nisi in quibusdaȝ carentibus sanguine sicut sunt quidam modorum anulosi corporis: ⁊ apparet etiā in his de quib⁹ modo loquimur ostreis cōchilijs dure teste vocatis. hoꝝ enim in prima formatione cibus continet̄ intus sicut cibus eius qđ format̄ ex ouis: ⁊ incrementū eoꝝ erit sicut incrementū vermiū: ita ꝙ primo superiora ⁊ postea interiora ⁊ vltimo inferiora producantur. Principiū enim vermiū est ex superiori parte ⁊ per illud venit cibus in inferiora. Iste autē modus cibi est aliquo modo similis cibo qui est in ouis: neuter enī consumitur totus in formatione vnius partis corporis. In vermibus enim formata parte superiori a cibo materie inuolute separatur illa pars ⁊ distinguitur ab inferiori: ⁊ tunc cibus remanet inferius pondere suo ⁊ formatur ex eo corporis pars inferior. Oportet enī in vltimo corporis esse cibum sicut ⁊ in primo. Ultimū aūt corporis est qđ est sub pariete inferius. Manifestū aūt ex dictis est ꝙ quecūq; in prima creatione sunt similia vermibus ƀm dictū modū cibantur ⁊ crescūt: ⁊ hoc manifestatur in creatione prima apū: et sibi similiū: quoniā in ipsa prima sui creatiōe pars superior apparet magna ⁊ pars inferior parua valde ⁊ minima comparatione superioris ⁊ omnino talis modus accidit ostreis dure teste ⁊ sibi similibus. Et hoc magis manifestat̄ in animali marino qđ achiberinos assimilatur. Hoc enim criscit prius in parte superiori ⁊ generatur primo anterius partis superioris: ⁊ membrū qđ in hoc aīali caput vocatur maius est toto residuo corporis. Sic igit̄ modus ƀȝ quē hec ostrea generant̄ est determinatus. ¶ Manifestuȝ aūt est ꝙ primi istoꝝ modoꝝ generantur per se ex virtute stellarū ⁊ ex materia conuenienti ⁊ precipue ostrea dure teste vocata. Signū huius est: q₂ sepe ex purgamentis sordiū spumosarū que ex nauibus purgantur generantur dure teste ostrea: ⁊ ideo in locis multis aliquando simul generātur ⁊ precipue in quibus est terra limosa infusa multa humiditate spumosa in talibus tamen locis proprie generatur genus siue modus ostrei qđ latine labastynem vocatur. Signū autē huius est ꝙ fertur ꝙ quidaȝ dux nauigans per mare cū exercitu fixit anchoram in portu ⁊ cū eleuaretur anchora electuȝ est vas testeū in ripam maris: ⁊ post aliquod tempus iacens in ripa limo est impletū ⁊ intra illud generatū fuit ostreū quod asturie vocatur: ⁊ ipsum est modus halzum siue dure teste. Non est aūt in istis modis aliqua spermatica vel oualis superfluitas que exeat ab eis: vel ex qua illa animalia generentur que sit generationi cōueniens. Et hoc probatur experimento. Nuper enī cū expeditio bellica nauiū in Libyā procederet quidā multa ostrea diuersarū specierū dure teste tulerūt de mari ⁊ posuerūt ea in ripa maris iuxta ciuitatem quā Aryn vocant ⁊ sub equinoctiali esse dicit̄: ⁊ multo tempore ibi manentia inuenta sunt nō esse plura numero q̄ȝ posita fuerūt: sed illa eadē creuerūt in quantitate ⁊ pinguiora facta sunt. Talis aūt pinguedo nō quidē inuenit̄ in aīalibus habentibus sanguinē: q₂ ex ista pinguedine facta sunt saporosa ad comedendū. Signū aūt eius qđ dictū est probabiliter quidem est hoc ꝙ semper in his ostreis inueniūtur quedā similia ouis sicut inueniunt̄ in his que charabo vocantur. Erūt tamē differentia: q₂ forte aliquādo istoꝝ oua sunt maiora ⁊ aliquādo minora. In talibus enim omnibus lumen lune multū auget ⁊ defectus eius multū diminuit ⁊ tamen ex his nō videtur fieri generatio: ⁊ ideo hec que videntur oua potius sunt grandulositates quedā carnis eoꝝ. In istis aūt modis oua magis apparent in verno tempore quādo humor abūdat: ⁊ precipue in modo qui vocatur reteo ⁊ moeȝ ⁊ liberatelen. Omnis enim modus aquaticoruȝ hȝ tēpus cōueniens sue fertilitati ⁊ bonitati sue dispositionis. Accidit aūt hoc nō solū his que dicta sūt: sed etiā quibusdā modis pisciū ⁊ fere omnibus: sed modo pisciū queȝ vocāt quidā tybo nō accidit. Quicūq; aūt voluerit scire in quibus locis mariū sunt modi isti legat sermones quos lōge superius posuimus de figura membroꝝ aīaliū ⁊ anathomia ⁊ generatione ⁊ coniungat cū his que hic dicta sunt de causis generationis istoꝝ ⁊ inueniet qđ sufficit ad sciendūȝ naturas ipsoꝝ. Modus ergo generatiōis aīaliū in genere ⁊ spē sic a nobis determiatus sit. Diximꝰ. n. dispōnē vniuscuiusq; gnōnis aīaliū ƀm se q̄ȝtū sufficit ꝑsenti speculationi.

## ¶ Incipit Liber. XVIII. Animalium qui est de modo generationis animaliuȝ perfectorum. Cuius primus tractat⁹ est de causa differentie sexuum ⁊ assimilationis animaliuȝ.

### ¶ Cap. ꝑm. De causa differentie sexus masculini ⁊ feminini ƀm opinionem Empedoclis ⁊ Democriti ⁊ de improbatione opinionis eorūdem.

Omnib⁹ igit̄ sic determinatis que de gnōne aīaliū vniuer̄ ⁊ particulariter dicēda erāt: ⁊ ostēso ꝙ mas ⁊ femina per diuersa idiuidua distinguunt̄ in oībus cōpletis aīalibus. Restat nūc dicere de virtutib⁹ maris ⁊ femine. ¶ Dicemus ergo has virtutes primas esse in omni gñatione ⁊ pricipia eas oīs gñationis tā aīaliū q̄ȝ plantarū. Hec tamē pricipia in q̄busdā sunt distincta ⁊ in q̄busdaȝ nō. ¶ Dicamus ergo primo de causa generationis ⁊ distinctionis horū sexuum. Quoniam absq; dubio anteq̄ȝ embrio compleatur in vtero maris sexus distiguitur figura ⁊ natura a sexu femine. Et est dubiū vtrū differentia ista sexuū sit ex mare vel femina aut ex loco matricis. Quidā enim dicebant ꝙ mas erit qđ concipitur in matricis parte sinistra. Alij aūt causaȝ distinctionis sexuū matrici attribuentes dicūt cum Empedo. ꝙ nō est locus: sed qualitas eius qđ est in matrice est causa distinctionis sexuū. Dicūt enim ꝙ sperma cadens in matricem calidā formatur in marem: ⁊ sperma cadens in matricem frigidā format̄ in feminam. Causam aūt huius caloris vel frigoris dicūt esse menstruū quod suo calore vel frigore sperma mutat in eas que dicte sunt sexuū differētias. Democritus aūt opinatus est causam differentie sexuū nō esse in matrice: sed potius ꝙ sperma qđ descinditur a mare sit causa huius differentie: ⁊ hoc dicit facere differentiaȝ inter marem ⁊ feminā. Debilis aūt ⁊ parū rationis habēs est opinio Empedo. cū enim dixit ꝙ causa differentie inter marē ⁊ feminā est frigus tm̄ matricis ⁊ nihil aliud parū cogitauit ꝙ magnā differentiaȝ in nato faciūt ⁊ alia membra generationi conuenientia. magna eniȝ est differentia inter matricem ⁊ alia membra generationi conuenientia ⁊ alia omnia membra quoruȝ virtutes in se habet sperma qđ est principiū generationis. Alia enim omnia membra quoruȝ virtutes sunt in spermate magis vident̄ facere hmōi differentiā q̄ȝ matrix aut membra generationi conueniētia. Si enim sola matrix ⁊ membra generationi ꝯueniētia hec facerēt tūc oporteret ꝙ etiā si duo ꝯcepta virtute ⁊ nō actu poneremus esse cōpleta quoꝝ vnū virtute est mas ⁊ alterū virtute est femina ƀm principia formātia que sunt in ipsis: ita ꝙ vnū virtute formāte hēat membrū femine: ⁊ deide dicamus matricē in qua est mas ifrigidari ⁊ matricē in q̄ est femina calefieri: oportebit ꝙ id qđ est mas gñaliter mutet̄ in feminā ⁊ id qđ est femina mutet̄ in marē: q₂ ƀm Empe. embrio est in matrice sicut si vas testeū dicam⁹ eē in fornace qđ a fornace accipit totā cōplexionē ⁊ nō aliqđ ex seipo: ⁊ iō dicit ꝙ embrio ex se vel ex spermate nihil hñs totā formationē ⁊ cōplexionē ad masculinū vel femininū accipit a matrice. Et q₂ hoc oīno est irrōnabile manifestat̄ ex hoc ꝙ sermo Democriti est rectior ⁊ melior: eo ꝙ ille querit dr̄iam gnōnis eā que ƀm subaȝ est dr̄ia gnōnis, hāc. n. in ꝑncipijs itrinsecis gñati Democrit⁹ accipit: ⁊ iō rōnabilius dixit. In seq̄ētib⁹ tm̄ ostēdem⁹ qđ veritatis aut falsitatis hēat sermo Democriti. ¶ Ampli⁹ si calor ⁊ frig⁹ matricis sint cāe dr̄ie maris ⁊ femine: tūc sequerent̄ in cā maris ⁊ femie signa manifesta: ⁊ hoc eēt valde leue vidē: qm̄ euidētia sūt signa matricis calide ⁊ signa matricis frigide: sicut dn̄t qdā medicorū. hi. n. ex talib⁹ ⁊ taliū signis opinant̄ se scire cām maris ⁊ femine dicētes differētias eē manifestas sexuū: cū tm̄ nō sit leue videre ⁊ ƀm cām certā inuenire pricipiū gnōnis ⁊ femine ex pricipio cāe quā iducit de calore vel frigore matricis. Dicere. n. ꝙ sperma qđ est principiū gnōnis sequit̄ necessario dispositionē matricis: ita ꝙ cū calefit in matrice nō erit mēbrū hoc: sȝ ꝯrīū: sicut si sperma est ꝑnᵐ femine ⁊ calefit in

Quarto [cut off]
neratione [cut off]
maliū cap[cut off]
lo ꝑmoi [cut off]
stotele.

matrice tūc erit ꝯtrariū hoc est masculus: ⁊ sic ex dispositio-
ne matricis formant̃ membra ꝯuenientia coitui quib⁹ dif-
ferūt mas ⁊ femina est valde irrōnabile sicut etiā diximus
superius. ¶ Ampli⁹ in vna matrice siue in vna camera vel
distinctione matricis videmus frequētur gemellos fetus:
quoꝝ vnus fuit mas ⁊ alter femina: cū tamē illa matrix nō
fuerit simul calida ⁊ frigida. Et hoc precipue videmus in
aialibus que multos simul fetus faciūt. Et videret̃ ſm di-
cta Empedo. ⁊ quorūdā medicoꝝ ꝙ vnū solū membrū coi-
tui ꝯueniens deberet esse in oibus fetibus istis multotiēs:
q2 tales gemellos in vna camera matricis esse frequēter vi-
demus per anathomiā tam in aialibus gressibilibus q̄z in
natatilibus quibusdā piscibus aialia generātibus sicut ge-
nus celeti ⁊ delphini ⁊ cete grandia. Auctor ergo sermonis
istius granniter errauit deceptus si ista incōueniētia que se-
quunt̃ nō vidit ⁊ talē induxit positionez. Si aūt ꝑuidit hec
incōueniētia intolerabilius errauit opinādo ꝙ hec quā di-
xit esset cā maris ⁊ femine. Causaz enim huius esse dixit ca-
lorem ⁊ frigus matricis: ſm hoc enim oēs gemelli ꝑcipue q
in eadē sunt matricis camera deberēt eē aut ambo mares
aut ambo femine. Non enim pōt dici ꝙ hec membra in q-
bus differūt mas ⁊ femina in talibus gemellis sint gn̄ata a
matrice distincta in partibus cōtinentibus gemellos: ita ꝙ
pars calida generet membrū genitale maris ⁊ pars frigida
generet genitale femine. ⁊ iō quedā membra genitalia sunt
in mare ⁊ quedā in femina: ita ꝙ ad ꝓpinquas partes ma-
tricis gn̄atio eoꝝ referet̃ membroꝝ: talis enim quātitas ma-
tricis ꝯtinēs diuersos gemellos necessario in gn̄atiōe isto-
rū geminoꝝ distinguit̃: ⁊ iterū postea adunat̃ in vnā virtu-
tē q̄n ꝯcipit vnius sexus gemellos fetus: ⁊ hoc est valde rō-
nabile: nec posset assignari cā frequētis huius distinctionis
⁊ frequētis adunationis. Nō eni hec distinctio ⁊ adunatio
est ꝓpter calorē ⁊ frigus cū tm̄ iste q̄litates matrici accidant
ſm totū: ⁊ sanguis mēstru⁹ qui fluit in matricē aut calidus
est aut frigidus: ⁊ nō pōt simul ⁊ excellēter hēre vtrāq; q̄lita-
tē. Nos aūt in ꝑhabitis diximus verū modū cāe masculi et
femine esse in dispositione spermatis: ⁊ ſm veritatē in ꝑce-
dentibus habitā est sermo iste quē de cā hui⁹ inducit Em-
pedo. falsus. Si aūt talis est dispositio spermatis qualē su-
perius esse determinauimus vbi ēt ostēsum est ꝙ nō erit a
quolibet membro ſm actū habēs virtutē cuiuslibet mēbri:
vbi nihilominus ostēsum est sperma maris nō esse māz cor-
poris embrionis: sed potius ꝯuerti in spiritū: bene ex dictis
superius habemus in promptu rōnes per quas potētes su-
mus ꝯtradicere rōnibus Empedo. ⁊ rōnibus Democriti:
⁊ siquis alius ꝯcordās cū his simile aliq̄d dixerit ꝯtradice-
mus ei per easdē supradictas de spermate rōnes. Nō. n. pōt
esse q̄ddā corpus spermatis in femina habēs virtutē mem-
broꝝ femine ex quo ēt fiat femina: ⁊ q̄ddā aliud in mare ha-
bens virtutem membroꝝ maris ex quo fiat mas sicut dixit
Empedo. ⁊ hoc bene ꝓbatū est superius in lib. 15. scie hui⁹.
Nature. n. membroꝝ nō sunt distincte in spermate neq; ſm
actū existētes in ipso: sed potius iō q2 vna pars vincit aliaz
in digerēdo ⁊ terminādo sicut inferius ostēdemus iō q̄ddā
sperma erit mas ⁊ q̄ddā erit femina. Uniuersaliter eniz lo-
quēdo melius ⁊ nālius est attribuere differētiā sexus cause
tali que fit ex victoria membri q̄d est principiū formationis
oium alioꝝ membroꝝ: ita ꝙ mō illius mēbri efficit̃ aial aut
mas aut femina: q2 hoc ꝯcordat formationi ⁊ gn̄ationi mē-
broꝝ ⁊ nāe. Necesse est eniz ꝙ ois multitudo que est in vno
aliquo reducat̃ ad vnū aliq̄d ſm cām: ⁊ ita ad vnū aliquod
q̄d sit cā oium alioꝝ opꝫ reducere oēm multitudinē mēbro-
rū que sunt in corpore: ⁊ sic attribuere cām maris ⁊ femine
victorie vnius membri in digerēdo ⁊ terminādo nām me-
lius est q̄z attribuere calori ⁊ frigori matricis ⁊ mēstrui tm̄.

Ois multitu-
do ad vnitatē
reducēda est.

¶ Questionē enim faciūt has opiniones introducētes: per
quē modū accidit in generato ꝙ in vno membro coitus est
ꝯtrario modo dispositus q̄z in alio: ita ꝙ in vno est q̄si reci-
piens sicut est matrix ⁊ illi adiūcta: in alio aūt nō est sicut cō-
ferens sicut est veretrū ⁊ ei adiunctū. Et querūt hanc que-
stionē quasi difficilē ⁊ quasi que nō possit hēre responsionez
nisi eā solā ꝙ dicamus virtutes patris ⁊ matris esse in sper-
mate ⁊ virtutē matricis operari membrū coitus ad simili-
tudinē suā: ⁊ virtutē patris operari membrū ſm suā simili-
tudinē in aspectu ⁊ figura: ⁊ ita dicūt ꝙ membra sequuntur
adinuicē semper. Nos aūt ꝯtradicētes his dicem⁹ ꝙ si hoc
accidit ꝓpter appropinquationē quorūdā membroꝝ adin-
uicē sicut ad patrē vel matrē ad quā per similitudinē virtu-
tis appropinquat sperma: tūc non debet ista similitudo tm̄
inueniri in membris q̄busdā: sed in oibus mēbris exterio-
ribus ⁊ interiorib⁹ per totū corpus inquātū sunt ꝓpinq̄ ad-
inuicē in patre vel in matre sicut dixim⁹ per sperma q̄d aut
hꝫ virtutē mēbroꝝ matris aut virtutē mēbroꝝ patris: ⁊ ita
figmētū eoꝝ qui opinant̃ ꝙ hec sit cā q̄re embrio femina si-
milis est matri ⁊ embrio mas similis patri. Nos aūt vide-
mus ꝙ falsum est: q2 sepe videmus in inguine solo similitu-
dinē ad matrē: ⁊ fere in oibus alijs membris est similitudo
ad patrē ⁊ ecōuerso: igit̃ talis mēbroꝝ ꝓpinq̄tas nō pōt eē
cā diuersitatis sexus sicut diximus: sed potius alteratio to-
tius corporis erit cā: ⁊ hec alteratio ꝓculdubio principium
habebit cor ⁊ fluet per venas quietas ⁊ pulsatiles que sunt
posite sub corde a quo originant̃ ⁊ per venas ab his ramifi-
catas que cibo ex extremitatibus eoꝝ resudāte lactāt ⁊ nu-
triūt carnē cibo qui in se hꝫ cordis virtutē: que quidē vene
nō sunt create per matricē sicut propter sue originis princi-
piū: neq; habēt in nutriēdo qualitatē matricis: sed potius
ecōuerso matrix in dispositione nāli erit ꝓpter venas talez
v̉tutē cordis vel aliā in sanguie portātes. Et hoc multo rō-
nabilius dicit̃ ⁊ verisimilius: eo ꝙ nos videmus ꝙ matrix
ſm nām nō est nisi ad sanguinē recipiēdū ⁊ nō est de mēbris
principalib⁹ que virtutes habeāt creatrices ⁊ formatrices
alioꝝ sicut est cor ⁊ epar ⁊ cerebrū sicut in antehabitis deter-
minatū est. ¶ Creatio eni venarū virtutē cordis deferētiuz
nāliter est ante creationē matricis ⁊ sperma est ante cām ge-
nerationis que sic ex matrice accidit necessario ꝙ ip̄m prin-
cipiū gn̄ationis q̄d est sperma habeat a generāte primo ali-
quā q̄litatē sibi substātialē ꝓpter quā accidit ex ipso talis in
gn̄atis diuersitas sexuū que est dissimilitudo membroꝝ ad
coitū pertinētiū q̄n adinuicē cōparant̃. Non ergo oino po-
nendū est ꝙ hec huius diuersitatis sit cā ⁊ pricipiū q̄d supra
inducti ꝑhi cām ⁊ principiuz esse dixerūt: sed quedā alia cā.
Posito eni ꝙ sperma sit: sperma pricipiū generationis ha-
bebit in se ēt si per ipossibile poneret̃ a mare nō exiuisse nec
sustētatū in matrice: sed alibi vbicūq; hoc fuerit in eo tm̄ in
quo est cā gn̄ationis est querēdū de cā diuersitatis genera-
toꝝ ⁊ nō in alio erit cā principalis: lꝫ forte possint eē que sint
cause disponētes verā cām. ¶ Hic ēt idē sermo ꝯueniēs est
ꝯtradictioni illoꝝ qui opinant̃ ꝙ mas erit cuius sperma ca-
dit in dextrā matricis: ⁊ femina erit cuius sperma cadit in
sinistram. Hi dicūt sola loca matricis has causare differē-
tias quāuis nulla sit conuenientia ad hunc vel illum sexum
ex conuenientia materie: tamē ⁊ si poneremus sperma ha-
bere conuenientiam ad sexus differentiam adhuc non re-
cte dicerent hi qui tenent hanc positionem: quoniā illa con-
uenientia que esset in materia tūc esset dispositio quedaz ⁊
complementū formationis membroꝝ que faciūt sexus dif-
ferentiam ex locis matricis: ⁊ hoc esse nō pōt. ¶ Per hunc
aūt eundem sermonem debet contradici dictis Empedo-
clis qui causam distinctionis maris ⁊ femine ponit in calo-
re matricis sicut predictum est. Similiter aūt ⁊ illi faciunt
qui causam distinctionis inter marem ⁊ feminam ponunt
per rationem virtutū omniū membroꝝ quas dicunt esse in
spermate mulieris ⁊ in spermate viri. Hi enim duo sper-
mata dicunt cadere in matricem: sed ꝙ alterum vel alteruz
formet̃ sperma. vꝫ. viri aut femine dicunt creari ex casu suo
in dextram vel sinistram: quando enim ambo simul cadunt
in dextram propter conuenientiam loci format̃ sperma viri
in marem ⁊ perit sperma femine propter loci contrarietatē.
Si autem ambo cadunt in sinistrū matricis formatur pro-
pter loci conuenientiam sperma femine: ⁊ ex contrarietate
eiusdem loci perit sperma maris. Si autē sperma maris ca-
dit in dextraz ⁊ sperma femine in sinistrā erunt gemelli dif-
ferentes in sexu. Si autē verū est quod illi dicunt ꝙ. vꝫ. ge-
neratio maris aut femine est ꝓpter istas duas partes ma-
tricis que sunt dextra ⁊ sinistra ⁊ non propter totuz corpus
matricis sicut dicebat Empedocles: si tunc dicamus semē
esse in matrice generabitur embrio qui creatur in matrice
sine operatione virtutis matricis hoc est sine operatione

virtutis matricis que fit in semine: ⁊ tunc non oportet ꝙ in
feminaruꝫ semine sit virtus omnium membrorum. Et per
eandeꝫ rõnem id qđ ex virtute dextre partis formaṫ in ma-
sculũ erit formatũ sine virtute membri virilis que fit in se-
mine: ⁊ ẛm hoc per operãs extrinsecus conuertiṫ sperma in
figuras membroꝝ principaliũ: eo ꝙ de principalibus mem
bris sunt membra genitalia: qđ est absurdum valde apud
oẽm hominẽ sciẽtẽ nãm generationis physice. ¶ Amplius
etiã sicut in antehabitis diximus iam per anathomiã inuẽ
tum est ꝙ mas formaṫ in parte matricis sinistra: ⁊ femina
in dextra: ⁊ inuenti sunt gemelli in eadeꝫ parte matricis in
diuerso sexu: ⁊ hoc nõ semel inuentũ est: sed multotiẽs hoc
accidit: ꝑcipue in aĩalibus que multos simul progenerãt fi-
lios. ergo nihil oĩno est qđ dicũt de parte dextra ⁊ sinistra ꝙ
sint cause differentie sexus. ¶ Amplius quidã dixerũt ꝙ cã
differẽtie in sexu est exitus spermatis a testiculo dextro vel
sinistro. Dicunt enim ꝙ exiens a dextro testiculo fit mas ⁊
exiens a sinistro fit femina: ⁊ hoc ꝓbãt ꝙ si ligauerint strin-
gendo viã que est inter dextrũ testiculũ ⁊ cãnalem veretri ⁊
sic coeat ex spermate illo generaṫ femina: ⁊ si ligãdo strigat
viã que est inter sinistrũ testiculũ ⁊ cãnalẽ generabiṫ ex sper
mate sic fuso mas. Hoc aũt videṫ etiaꝫ sensisse Homerus
dicens. Et secti testiculũ dextrũ nõ habẽtes generãt femi-
nas: ⁊ sinistrũ nõ habẽtes generãt mares. Hoc aũt non est
verum: qꝛ ego vidi sectũ testiculo dextro ⁊ post sectionẽ ge-
nuit primo filiũ: ⁊ postea genuit filiaꝫ: ⁊ ideo hoc qđ dicunt
accidit ⁊ nõ fuit illa causa quã dixerunt sicut etiã diuinato-
res dicunt se oculis vidisse ꝙ euenit qđ diuinant cum hoc
qđ diuinãt nõ sit causa: sed ex alio quidem sicut ex causa ac
cidit qđ ad diuinationem euenit. ¶ Hec igiṫ ⁊ his similia
dicunṫ ex cause vere ignorantia. Membra enim que illi di
cunt esse causam differentie sexus ꝓculdubio nõ cõueniunt
animalibus in generatione differentis sexus marium aut
feminarũ. Cuius signũ expressum est ꝙ multa alia sunt par
ticipantia differentiã sexus maris ⁊ femine ⁊ generãtia ma
res ⁊ feminas testiculos nullos habẽtia sicut sunt pedibus
carentia: sicut multa genera piscium ⁊ genera serpentũ. Cõ
ueniunt tamen dicte opiniones. dicentes enim causam ge-
nerationis maris ⁊ femine calorem ⁊ frigus sicut dicebant
Empedo. ⁊ Democritus: ⁊ dicentes cãm esse exitus sper-
matis a parte dextra vel sinistra conueniunt in causa remo
ta: qꝛ non dicebant exitum spermatis a dextro testiculo esse
cãm nisi qꝛ illa pars est calida: ⁊ ideo facit marẽ: ⁊ alia pars
propter frigus facit feminam. Calor enim est principiuꝫ di
gestionis: ⁊ ideo etiam isti q̃uis remote tamen aliquid cõ-
prehenderunt de veritate cause differentie sexuum: nullus
tamen perfectam ⁊ absolutam pronuntiauit cãm.

¶ Cap. 2m. De vera causa differẽtie maris ⁊ femine ẛm do
ctrinam Aristo. ⁊ alioꝝ peripatheticoꝝ.

Quarto đ generatione animaliũ capitulo eodem.

AD veritatem autem rei accidentes cõprehen
dere debemus causaꝫ ex propinquioribus rei
principijs. Superius autem iam determina-
uimus dispositionem membri cuiuslibet cum
cause declaratione que facit membrũ esse hoc
quod est. Et ẛm ea que determinata sunt erit
mas distinctus a fortitudine alicuꝰ virtutis: ⁊ femina cau
sabitur a debilitate eiusdẽ virtutis: ẛm hoc dicimꝰ ꝙ sper-
ma virtuosuꝫ potens bene mãm cui aduenit digerere ⁊ ter-
minare per formationẽ que est in ipso que generationis est
principium erit proculdubio causa maris in concepto. Di
co autem principiũ non materiã ex qua erit corpus in simi-
litudine generãtis: sed potius principiũ mouens ⁊ formãs
materiã. Si enim huiusmodi motum potest per se perfice-
re aut adiutorio quorũdã aliorum: ita ꝙ ipsum sit operans
⁊ terminãs: materia enim femine que descendit ab ipsa est
quasi patiens ⁊ non agens. Si auteꝫ sic est ⁊ iam scimus ex
his que in 4° metheoroꝝ tradita sunt: ꝙ bene digestum et
terminatum non digeritur nisi per calorem necessario: ⁊ in
maribus est materia melius digesta ⁊ terminata oportebit
necessario ꝙ mares inquãtum mares sint calidiores femi
nis inquantum sunt femine. ¶ Amplius aliquando femi-
ne quorũdam animalium forte infirmate erunt multi men
strui ex frigore ⁊ debilitate que accidunt eis: ⁊ nõ ꝓpter ca-
lorem: ⁊ ideo decepti sunt quidam opinãtes feminas cali-
diores esse maribus ex eo ꝙ menstruum accidit feminis et
non maribus: dicunt enim hi menstruum non accidere nisi
propter abundantiam sanguinis ⁊ caloris feminarũ supra
mares. Errant autẽ sic dicentes: eo ꝙ non omnis sanguis
ẛm vnam ⁊ eandem dispositionem calidus esse diciṫ. Opi
nantur tamen hi ꝙ omne humidum sanguinei coloris exi-
stens sit calide nature nõ distinguentes subtili cõsideratio-
ne inter sanguinem clarum mundum ⁊ alium sanguinẽ nõ
clarum neqꝫ mundum. Sanguis enim clarus mundus ge-
neratur ex cibo optimo bene digesto: ⁊ per hũc modũ dige-
stionis erit cibus paucꝰ bonus in vltima digestione ex mul
to cibo nõ completo ⁊ non assimilato. Hoc autem manife-
statur in operationibus fructuum peponoruꝫ: in quibus ex
multo succorum cibo valde parum elicitur ad fructus for-
mationem ⁊ digestioneꝫ. In omnibus enim huiusmodi cũ
cibus vltimus vltima digestione completus comparaṫ ad
primum cibum erit valde modicum ⁊ purum id quod vlti-
mam passum est digestionem: qđ sicut purius eliquatuꝫ est
ex multo cibo. Similiter autem accidit corpori: membra. n.
corporis cibum abinuicem recipiunt ẛm proportionem de-
coctionis: ⁊ cibus in membro primo minus: in sequẽti aũt
plus: ⁊ in tertio adhuc plus: in vltimis autẽ optime est de-
coctus: ⁊ sic in vltimo decoctionis erit cibus valde paucus
⁊ mundus: ⁊ hic est sanguis in habentibus sanguinem: in
his autem que carent sanguine erit humor cõueniens san-
guini ⁊ vicem eius habens. Et non potest iste vltimus ci-
bus esse semper equaliter digestus neqꝫ equaliter fortis: sꝫ
pro certo ẛm euentum digestionis erit aliquãdo fortis vir-
tutis ⁊ aliquando debilis: ⁊ omnino in eadem dispositione
est superfluitas munda que erit ab isto humore in substan-
tiam spermatis. Omnis autem virtus operans vel agens
aliquem actum vel debens agere accipit instrumentũ quo
paucioribus ⁊ compendiosioribus potest illam quã ẛm na-
turam habet explere operationem. Sperma igitur fortio-
ris virtutis quod in marem format materiaꝫ dat necessa-
rio membrum conueniens coitui masculino ⁊ sperma debi
lius quod in feminam format materiam dat matricem fe-
mine ad materie susceptionem que formabilis est in conce
ptum. Per hunc enim modum vnuꝫ sperma traducitur in
aliud sicut masculinum suum semen proijcit in femininuꝫ:
⁊ ad hoc membra coitus in vtroqꝫ sexu habent conuenien-
tiam: hac ergo necessitate mas habet instrumentuꝫ sibi cõ
ueniens ⁊ femina habet aliud proportionaliter per opposi-
tum modum illi respondens. Hoc autem quod in femina
est matrix: ⁊ in mare est aliud quod aptitudinẽ habet sper-
ma ponendi in matricem nisi sit in valde paucis in quibus
femina membrum habet quod ponitur in corpore maris:
eo ꝙ frigidum valde est animal illud ⁊ sperma suum cur-
rere nõ potest: ⁊ ideo oportet ꝙ quasi hauriaṫ a femina si-
cut ex cisterna quadã. ¶ Scimus autem iaꝫ ex multis pre-
habitis in hac scientia ꝙ natura omni membro officiali si-
mul cum forma virtutem dat qua perficiat officium ad qđ
est ẛm naturaꝫ. Natura enim in omnibus facit melius: me
lius autem quod potest esse est vt officialia membra sint ta
lis dispositionis qualis dicta est. Omnia enim loca ⁊ figu-
re membrorum sunt distributa ẛm virtutes congruas sibi
ad officia sua peragenda. Similiter auteꝫ virtutibus per-
fecte sunt superfluitates exeuntes ab eis. Dico autem su-
perfluitates que superabundant ex eo in qđ virtutes suas
membra impresserunt: non eas que abijciuntur vt corru-
pte. Qꝛ auteꝫ membra sint completa virtutibus ⁊ sint neces
saria ad operationes probatur inductione omnium mem-
brorum: non enim completur visio sine oculis: neqꝫ oculus
est aliquid in ratione oculi sine visu: ⁊ idem est de alijs mẽ
bris. Scimus autem per antecedentia ꝙ complementum
creationis ⁊ formationis ventris ⁊ vesice ⁊ omnium mem
brorum his similium non est nisi per conueniẽtiam exitus
superfluitatis ab eis: ⁊ ad hoc habẽt virtutes. ¶ Amplius
dudum in alijs libris physicis probauimus ꝙ ex eisdeꝫ est
generatio ⁊ nutrimentuꝫ ⁊ augmentum. Oportet igitur ꝙ
omne membrum talem habeat in se cibuꝫ a quo nutriatur
qualis est ille vel fuit a quo generatur vel generatus est: ⁊
hic cibus in mẽbro est superfluitas membri similis a qua
generatũ est: ⁊ ex quo est similis illi potest etiam hec super-
fluitas

fluitas in generatione tali alterum perficere mēbrum. Nec
obstat hoc qđ opinati sunt qdam ꝙ nutrimētum est econ/
trario ⁊ nō ex simili: hoc enim ꝫm aliū modū est veruz. Cō/
trarium enim accipit duobus modis quos alibi determi/
nauimus: contrariū. s. in principio decoctionis vel in fine.
Si enim omne qđ corrūpit trāsmutat ad cōtrarium ⁊ ois
alteratio corruptio quedā est: oportebat alterationē eē mo
tum de contrario ad contrarium. Decoctio autem est alte
ratio cibi: ⁊ ideo est de contrario ad contrarium: ⁊ sic in pn/
cipio est dissimilis: in fine autem silis ⁊ conueniēs. ¶ His
autez rationibus ex alibi determinatis sic suppositis dignū
est vt maiori ⁊ certiori declaratione declaretur causa pro/
pter quaz quiddam eorum que in matrice generantur effi/
citur mas ⁊ quiddam femina. Causa autez pro certo est ꝙ
quando id quod est primum ⁊ principium motus: cui⁹ mo
tus est digerere ⁊ terminare ⁊ formare materiam concepti
est debile ⁊ vincere materiaz perfecte non poterit eo ꝙ de/
bilitatur in digerendo propter imbecillem calorem quē ha
bet ⁊ non poterit ad formam formatiue que in ipso est for/
mare embrionez necessario materia concepti trāsmouetur
in aliquid contrarium primo formanti in eadem specie ta/
men existens: hoc autem non est nisi complexio femine: qa
femina sicut supra ostendimus contrarie complexionis est
mari: id enim qđ est in matrice propter forme vnitatē erit
necessario aut mas aut femina. Quia autem hi duo sexus
diuersas habent virtutes: oportet necessario ꝙ instrumen
ta virtutibus contrarijs respondentia sint diuersa. ¶ Am/
plius cum aliquod de principalibus membris alteratur in
complexione necesse est totuz corpus in virtute alterari eo
ꝙ aliquo modo totum corpus sustentatur a membro prin/
cipali. Oportet igitur ꝙ ad alterationē membrorum geni/
talium totum alteretur animalis corpus: ⁊ sint contrariaꝝ
complexionum corpora maris ⁊ femine. Huius autem si/
gnum est qđ hec cognoscere facit ꝙ cuz aliquod animal ca
stratur mutatur complexio ipsius in toto corpore: ita ꝙ in/
ter castratos ⁊ feminas ꝫm complexionem modica est dif/
ferentia. Causa autem est quaz diximus: ꝙ videlicet que/
dam membra sunt principalia in corpore: ⁊ quedaz sunt se/
cundaria. Mutatis autem principalibus multa de conse/
quentibus mutari est necesse. Mas autem in omni gene/
re animalium est nature ⁊ virtutis principiū sicut dicit Pi
thagoras. Mas autem vocatur qui potest perfecta poten/
tia nature. Femine autem attribuitur debilitas ⁊ adiuto/
rium operatiōis nature per materie administrationē. For
titudo autem ⁊ debilitas non causantur nisi per digestionē
⁊ indigestionem caloris naturalis ⁊ anime virtutez habē/
tis terminantis ⁊ complentis cibum vltimum: ⁊ sic ex calo/
re huiusmodi in superfluo cibi vltimi causat differētia se/
xus in his que generantur.

¶ Cap. 3m. In quo probatur cor esse principium inter mem/
bra differentie sexus: ⁊ qui sunt in pluribus generantes fe/
minas: ⁊ in pluribus generantes masculos.

Quarto ꝺ generatiōe aīaliū cap. eodē.

Sic igitur determinata causa differentie sexus
ꝫm virtutem sexus que est in spermate que est
principium mouens in generatiōe. Querendū
est vlterius qđ sit principiū eius in membris.
Ostendimus enim superius ꝙ vnum mēbruz
est a quo reliqua principiantur: ꝫm autem ea
que bene superius determinata sunt ꝙ causa differētie se/
xus est prima virtus que est in membro in quo inter mem/
bra primum principium est caloris naturalis. Hec eniz est
causa ꝙ terminatio ⁊ formatio cordis est ante terminatio/
nem ⁊ formationem aliorum membrorum tam in mare ꝙ̄
femina. In animalibus autez corde carentibus primo for/
matur membrum qđ est cordi conueniens ⁊ obtinens vicē
ipsius. Oportet enim primo esse causaz maris ⁊ femine an/
teꝙ̄ hec fiat sexus differentia. Differentia enim maris ⁊ fe
mine non est nisi propter differentiam eorum membrorum
que coitui deseruiunt. Sicut enim prius diximus hec mē/
bra propriam habent operationem sicut ⁊ omnia alia: sicut
⁊ oculus habet visum ⁊ auris auditum: ⁊ sic ista membra
coitus cum sint de secundis post cor formatis principiū sue
facture accipiunt a corde ⁊ virtutem sexus quaz a corde ac/
cipiunt effundunt in totum corpus sicut diximus in preha/
bitis. Ad ea autem de quibus a principio locuti sumus re/
uertentes dicimus sperma esse superfluitatez cibi vltimi:
vltimum cibum vocantes illum qui iam per digestionem
quartam pertransiuit virtutes omnium membroruz: ⁊ hic
transitus ad membra creat similitudinem nati ad patrem
generantem in forma ⁊ specie membrorum. In hoc etiā di
cto apparet manifesta differentia sermonis nostri dicētis
ꝙ sperma transit ad quodlibet membrum ⁊ sermonē Pla
tonis ⁊ aliorum quorūdam dicētium ꝙ sperma exit a quo/
libet membro habens substantialem virtutem ipsi⁹. ¶ Di

Nō diuersitatez iter semen maris ⁊ femine: ⁊ q̄ sit causa maris ⁊ feminne.

uersitas autem que est inter semen maris ⁊ semen femine
est: qa in semine maris est prima virtus mouēs in genera/
tione animalium: ⁊ potest digerere vltimum cibum qui est
materia concepti ⁊ facit ipsum transire ad matricem femi/
ne. In femina autem est materia ex qua causatur embrio:
ꝓpter quod cum semen maris fuerit vincēs perfecte ⁊ obe
diens omnino fuerit materia que est ex mare tūc conceptū
erit simile patri: eo ꝙ tunc conceptum ducit ad formā que
a virtute patris est in ipso. Cum autem fuerit victum ex
inobedientia materie: aut ex propria debilitate ibit in gene
ratione ad formam contrariam hoc est ad similitudinē ma
tris: qa femina naturaliter est contrarie complexionis ma
ri. Mas enim inquantuz est mas est calidus eo ꝙ calor in
forma masculi vincit: frigus autem in femina. Cibus autē
sanguineus qui naturaliter calidus est nō infrigidatur nisi
propter remissionem caloris. ¶ Adhuc autē sicut prius di/
ximus natura dat vnicuiqꝫ superfluitati instrumentum cō
ueniens qđ recipiat eam: sperma autem est superfluitas: ⁊
ideo habet receptaculum proprium matricem in qua perfi
cit generationem. Hec autem superfluitas que sperma est
maior est in maribus animalium maiorem calorem habē/
tibus: hec autem sunt sanguinea boni corporis existentia:
membra autem recipientia eam in corporibus marium nō
sunt nisi vie ⁊ vene istius superfluitatis: ⁊ sic quidem deri/
uatum ad vasa seminaria est sperma in masculis: in femi/
nis autem propter digestionis malitiam ⁊ imperfectionez
est superfluitas multa sanguinea indigesta: propter qđ etiā
necesse est ꝙ in femina sit membrum hanc multam super/
fluitatem recipiens: ⁊ hoc membrū debet esse dissimile mē
bro virili: ⁊ propter multitudinez superfluitatis oportet ꝙ
habeat magnitudinem: propter qđ etiam matrix in tali fi/
gura formata est. Diuersitas autem inter marem ⁊ femi/
nam non est nisi propter diuersitatez nature horum mem/
brorum que coitui deseruiunt ⁊ generationi. Sic igitur de
clarata est causa propter quā in matrice distinguunt ⁊ mas
⁊ femina. ¶ Testantur autem accidentia generationi ⁊ ge

Quarto ꝺ generatiōe aīaliū caplo. 2.

nerantibus verum esse qđ diximus. Videmus enim iuue
nes in quibus adhuc prime etatis abundat humor ꝓpter
hebetem qui in ipsis est calorem plurimūqꝫ generare filias
plus ꝙ̄ eos qui plus in etate processerunt vsqꝫ ad exiccatio
nem maiorem primi humoris ⁊ vsqꝫ ad acumen caloris: ⁊
de his diximus in libro de iuuētute ⁊ senectute. ¶ Ampli⁹
senes etiam in quibusdam remisso calore abundat humor
extraneus humectans ⁊ non augens plurimūqꝫ videmus
ex iuuenibus mulieribus generare feminas. Calor enim
qui est in iunioribus nondum est completus. Calor autem
in senioribus est diminutus. ¶ Amplius corpora humida
flegmatica habentes quorum complexio est muliebris fre
quentius feminas generant ꝙ̄ hi quoruz semen est globo/
sum glandulosum ac si sit congelatum: talis enim corporuz
dispositio est ꝓpter caloris naturalis diminutionē. ¶ Am/

Nō quare vēti sint cā diuersitatis sexus.

plius autem cum flat ventus septētrionalis concipiunt fre
quentius mares: eo ꝙ vētus ille frigiditate sua claudit po
ros: vt sic calor naturalis ad intus conuersus melius sper/
ma digerat. Cū autem austrini siue meridionales sunt fla
tus frequentius concipiuntur femine: eo ꝙ corpora hume
scunt ⁊ resoluitur calor qui est in eis ad flatum calidū me/
ridionalem qui calore suo poros aperit ⁊ resoluit corpora:
propter quod etiam sperma in austrinis flatibus est mai⁹
in corporibus animalium ꝙ̄ in flatibus borealibus: ⁊ quā/
do multiplicatur sperma non bene digeritur. Ex simili etiā
causa prouenit ꝙ menstruum in corporibus mulieruz ma/

gis fluit in lune diminutiõe: eo ꝙ dies illi frigidiores ⁊ humidiores sunt alijs diebus mensium propter luminum diminutionem vltimam: quia ad diminutionez luminis sequitur diminutio caloris. Sol enim facit estatem ⁊ hyemẽ in anni spatio. Luna autez variat tẽpora quatuor in omni mense. Nam in prima incensione vsq₃ ad quartum aspectũ est calida ⁊ humida: a quarta autem vsq₃ ad preuentionez quãdo plena est calida ⁊ sicca: ⁊ in preuentione vsq₃ ad 2^m quartum aspectũ est frigida ⁊ sicca: ⁊ a secũdo quarto vsq₃ ad coniunctionem est frigida ⁊ humida. ¶ Amplius pastores fatentur ꝙ non solũ propter boreales flatus mares generantur ⁊ femine propter austrinos: sed etiã propter aspectum. Si enim oues coeuntes aspiciunt ad boream dicũt ꝙ frequenter generant mares: ⁊ si in coitu aspiciunt ad meridiem confitentur ꝙ ⁊ frequenter feminas concipiũt. Ex quo manifestum est ꝙ parua alteratio in primis principijs corpora transmutantibus erit frequẽter causa caloris: aut frigoris in spermate: ⁊ calor ⁊ frigus postea sunt cause diuersitatis generationis. Diuersitas igitur inter feminarũ ⁊ marium generationem est propter istas causas. ¶ Amplius autem indigent temperamento complexionis tã mares q̃₃ femine. Omnia enim membra officialia non fiũt nisi termino quodam temperamenti ⁊ armonia determinata: ⁊ hanc armoniã mittens ⁊ excedens calor desiccabit humidum naturale: ⁊ ideo oportet ꝙ calor ad temperantiaz reducatur. Sicut enim ignis fortior ⁊ maior exurit ⁊ desiccat: ita ecõuerso puus ⁊ excessus ignis digerere: ⁊ cũ multum diminuitur non valet terminare ⁊ complere humorẽ: ⁊ propter hoc etiam indiget vt adiuuetur ad temperantiã. Si autem ad temperantiam proportionatus non fit tũc accidit ei sicut accidit igni: sicut diximus ꝙ ignis multus desiccat ⁊ comburit: ⁊ paucus digerere ⁊ complere non potest humidum: propter q̃d tam mas q̃₃ femina generantes indigent temperantia: ita ꝙ sperma viri proportionatum sit humori femine sicut agens patienti: ⁊ complens ⁊ digerẽs ⁊ formans complendo ⁊ digerendo ⁊ formãdo: ⁊ econuerso humor mulieris sm eundez modum sit proportionatus spermati viri. Et ex hoc est ꝙ multis mulieribus ⁊ viris coeuntibus adinuicem non accidit impregnari: eo ꝙ non proportionantur sm armoniam spermata eorũ: ⁊ cum separantur ⁊ coierit vir cum alia muliere ⁊ mulier cum viro alio erunt fecundi ambo ⁊ generabunt. Ex hoc etiam aliquando accidit ꝙ iuuenes non generant: ⁊ cum in etate processerint generabunt quando calor excedens temperamentum aliquantulum remittetur. Hoc etiam aliquando operatur distantia regionum propter diuersaz complexionem climatum sicut diximus in libro de natura locorum et locatorum. Multiplex enim est causa huius diuersitatis: ita ꝙ ex multis causis aqueus humor spermatis in viro et in muliere efficitur conuenientior ⁊ minus cõueniens: ⁊ aliquando facit hoc cibus: ⁊ aliquando accidẽtaliter superueniens dispositio corporis: ⁊ aliquando aeris circunstãtis complexio. ¶ Ex modis tamen cibi ⁊ dispositionibus corporis magis proprie causatur id quod dictũ est: ⁊ precipue faciunt hec cibi aquei humidi qui sunt spermatis ⁊ humoris nutrimentalis multiplicatiui: humor enim aqueus cibi maximam habet conuenientiam cum accidentibus que diximus: propter quod etiam multum nocent corporibus aque frigide glatiales dure que non sunt molles: ita ꝙ aliquando inducunt sterilitatem: ⁊ aliquando inducunt generationem feminarum. Hec igitur que diximus vere sunt cause differentis sexus.

Qualiter cibi dispositiões ⁊ corpis sint maxia cã diũsitaᵹ sexus.

## ¶ Cap. 4^m. De causa similitudinis nati ad parentes vel auos precedentes: ⁊ de cã silitudis eiusdẽ ad pgenitores.

Quarto de generatiõe aialiũ capl'o. 3.

Ex his etiam causis accipitur causa similitudinis nati cum patre vel matre: vel aliquo auorum ⁊ causa dissimilitudinis. Quidam enim natorum patribus sm totum corpus assimilantur: ⁊ quidam ita patrib⁹ ꝙ non auis sunt similes: ⁊ in quibusdam contrariũ accidit horum ꝙ similes auis generantur ⁊ non parentibus. Aliquãdo etiam casualis est similitudo ad alium quẽcunq₃. Aliquando contingit ꝙ masculi in alijs membris sunt similes patribus preterq̃₃ in inguine: aliquando etiam nulli parentum assimilantur: sed tamen retinent figuram speciei ita ꝙ sunt homines. Aliquando etiam non retinent formam humanam siue speciei generantium: sed accipiunt formã mẽstruosam ⁊ mirabilem. Filius enim qui in nullo est similis parentibus nec sm speciei naturam: neq₃ sm indiuidui figuram est monstrum ⁊ mirabile nature vocatum. Hic enim filius sm naturam quaz habet nunq̃₃ fuit in virtute parentum. A genere enim suo ⁊ natura non est parentibus cõueniens: nisi aut generatio maris: aut femine sm sue nature ⁊ speciei conuenientiam. Tali eniz generatione natura indiget necessario si debeat saluari illud genus animalis in quo sunt mas ⁊ femina disticta ⁊ separata per locũ ⁊ subiectum. ¶ Causa autẽ omniũ istorum accipitur ex armonica proportione complexionis spermatis ad naturam concepti ⁊ econuerso. Aliquo enim tempore virtus maris que est in spermate est perfecte vincens ⁊ terminans: aut propter virtutem spermatis in se consideratam: aut quia per etatem reducitur ad temperamentum: aut propter aliam aliquam causam: ⁊ cũ talis accidit contemperatio necessario: tunc accidit animali generare propter complementum huius proportionis. Hec autem causa propter quam accidit sic generatio non erit nisi ex eis que aut essentialiter: aut accidentaliter generantibus cõueniunt: aut vtroq₃ modo sicut diximus. Ex hac igitur causa debet inueniri prima causa similitudinis vel dissimilitudinis: cum enim bene cocta est superfluitas que est sperma: tunc bene ⁊ conuenienter potest facere in superfluitatem que est menstrui ⁊ complebitur forma embrionis ad similitudinem ⁊ formã maris si materia per inobedientiam non impediat: ⁊ hoc fit ex motu maris. ¶ Non autẽ facimus aliquam diuersitatem in sermone dicente: quoniam hanc complexionẽ nõ operatur nisi primus motor in generatione ⁊ sermonez dicentem ꝙ sperma facit hoc ⁊ sermonẽ dicentẽ ꝙ motus cuiuslibet membri qui virtute est in spermate qui est motus facture ⁊ incrementi facit hanc operationem. Intentio enim vna ⁊ eadem est in omnibus dictis sermonibus. Virtus eniz formatiua est primus motor in spermate ⁊ sperma est subiectum illius: ⁊ in illo est virtus membrorum. Manifestum est ergo ꝙ quãdo vincit ille motus natus erit mas ⁊ similis patri generanti: ⁊ in ista generatione non est femina que sit matri similis. Cum autem nullo modo vincere poterit erit dissimilis sm diuersum modum dissimilitudinis. Aliquando enim non tñ non erit mas sicut est pater: sed forte erit in dissimilitudine quaz greci vocant korreokes q̃d est subcontrariam habens similitudinem: quando videlicet non habet formam hominis sm naturam generantium: sed habet dissimilitudinem sm genealogiaz. Et sm hunc modum quidam sunt similes parentibus propinquis: ⁊ quidã remotis. ¶ Et hec generatio similitudinis fit quando generatio fit modo essentiali ⁊ non accidentali: tunc enim semper fit similitudo ad parentes aut ad auos. Quoniam sicut diximus si vincat sperma omnino erit similis patri quasi alter pater existens: ac si pater in filio se alterum genuisset. ¶ Si autez materia trahat ad se spermatis operationem erit similitudo ad matrem. Et hoc potest esse tripliciter: aut in membro principali aut secũdarijs simul: aut in principali quidem ad se trahit materia: sed in secundarijs non inuenitur sperma: ⁊ tunc in complexione cordis ⁊ sexu similis erit partus matri ⁊ in alijs membris similis erit patri. Si autem econuerso fiat ꝙ sperma ducit materiam in cordis creatione ⁊ non in membris alijs: sed potius trahitur a materia: tunc erit partus in corde ⁊ sexu similis patri ⁊ in membris alijs similis erit matri. Contingit autem aliquãdo ⁊ quasi semper ꝙ in spermate sunt multe virtutes latentes in potentia. Virtus enim auorum est in membris pronepotum vsq₃ ad quartam generationem ⁊ aliquando amplius: eo ꝙ virtus transfundens semen est in virtute transfusa: donec per digestionem extergatur ab ea: ⁊ sic virtus auorum est in potentia in corporibus generantium: ⁊ quando aut per similitudinem cibi: aut temporis adiuuatur agit sm actum: ⁊ tunc sperma format in forma alicuius auorum propinquorum vel remotorum: ⁊ de

Ma[teria] tra[hat] pot ad se [sper]matis op[erationem] tripliciter.

hoc

hoc inferius pleniorem reddemus rationem. Sed ex oi-
bus dictis patet ꝙ fortitudo totius generationis est sper-
ma: ⁊ hoc quidem facit id quod est in omni generato. Ille
enim quem vocant greci korceoken: eo ꝙ subcontrariam
spermatis similitudinem est etiam homo ⁊ retinet ad na-
turam generantis similitudinem ⁊ similior est speciei: nec
venit ad hoc ꝙ non habeat nisi similitudinem in genere: si-
cut si homo sit generans erit subcōtrarius homo ⁊ nō ani-
mal tm̄: lz eniz in talibus generetur ⁊ natura generis ⁊ spe-
ciei: tamen natura speciei est magis vincens: ⁊ ideo gene-
ratio in similitudinem speciei terminatur: ⁊ tunc permanet
in similitudinez generis: sed procedit ad similitudinez spe-
ciei eius qui generat. Veruz enim est ꝙ generans est sub-
stantia ⁊ non natura: ⁊ ideo id quod est hec res determina
tum habens esse: ⁊ quantitatem ⁊ qualitatem ⁊ substantiaz
generabit sibi simile in omnibus istis si sperma vincat oi-
no. ¶ Diximus enim in prehabitis ꝙ principium motus
omniuz talium non est in spermatibus animaliuz nisi vir-
tute ⁊ potentia: ⁊ hoc modo est in eis etiam virtus ex auis
⁊ proauis ⁊ abauis ⁊ subauis: sed non quelibet haruz vir-
tutum est eque propinqua. Si autem non operabitur ex es-
sentialibus virtutum parentum: aut auorum aut proauo-
ruz: sed ex accidentalibus: tunc erit inducta forma non de-
terminatione similitudinis ad quodlibet vnum ex indiui-
duis hominis: sicut si diceremus ꝙ erit similitudo Socra-
tis si contingat accidens ad similitudinem eius disponere:
⁊ hoc est quod supra vocauimus korceokes hoc est habēs
similitudinem subcontrariam. Sicut enim iam in ante ha
bitis sepe diximꝰ. Omne quod mouetur alteratur si phice
mouetur: ⁊ cuz alteratur non mouetur ad quālibet formā:
sed potius in eadem natura cōmuni ad dispositionem con
trariaz: ⁊ talis motus necessario accidit spermati quando
mouetur non essentiali virtute: sed per ea que accidunt ei:
tunc enim non vincit pater ⁊ maris virtus: sed potius ma-
teria ⁊ accidentalia. Si ergo sola virtus maris debilitetur
efficietur femina id quod generatur: ⁊ si fuerit accidēs mo-
uetur subcontraria similitudine efficietur korceoken ⁊ effi-
cietur singulare solum: sicut Socrates extra similitudinez
genealogie non est filis patri vel alicui auorum. Sic autez
mota virtus maris sm debilitatez aliquando mouetur ad
sexum femine: eo ꝙ virtus matris est contraria patri to-
taliter sm complexionantia: ⁊ similiter accidit in corrupta
similitudine marium retento sexu eodē. Operationes eni
spermatum non sunt nisi cum principio motuum ⁊ virtutū
que sunt virtutes speciei ⁊ generis sicut virtutes hominuz
⁊ animalium. Virtus igitur filiorum ⁊ parentum ⁊ auoruz
tales faciunt operationes. ¶ Amplius quando mouet̄ na-
tus in matrice alterabitur ⁊ mouebitur proculdubio ad cō
trarium: ⁊ virtutes create in membris nati mouebūtur ad
virtutes spermati propiquiores: verbi gratia: si fuerit vir-
tus generantis feminam debilitata a virtute maris et tra-
hit ad se: materia tunc mouebitur ad formam matris la-
ctantis ⁊ nutrientis conceptum ex nutrimento qđ accipit
partus: ⁊ forma ipsa mutabitur ad formaz remotaz sicut di
ximus de contrarietate ⁊ distantia maris ⁊ femine: ⁊ qa pa
ter ⁊ virtus maris sunt vna ⁊ consimilis virtus accidit ne-
cessario vt hec virtus in generatione aliquādo vincat ⁊ ali
quando vincatur. Et sic non est difficile causam assignare
quare ambe forme accidant in conceptu patris videlicet ⁊
matris. Potest etiam vincere duplex virtus: maris vide-
licet ⁊ membruz huius generantis inquātum est hic gene-
rans: sicut est Socrates ⁊ hic vir generans: ⁊ tunc erit na-
tus ⁊ mas ⁊ filis patri. Et qa hoc frequenter accidit ideo
frequentius nati mares sunt similes patribus: ⁊ nate femi
ne sunt similes matribus: quoniaz per modum qui dictus
est mutatio fit in amboruz virtutibus: eo ꝙ femina est con
traria mari: ⁊ mater est contraria patri. Et sicut sepe di-
ximus motus est semper ad contrariuz. Si ergo vincat q-
dem motus maris sm sexum: ⁊ tamen non vincat motꝰ hu
iusmodi generantis sicut Socrates sm virtutes membro-
rum: ⁊ fuit tamen mutatio sm motuz qui est ex virtute ali-
qua patris: tunc in concepto erit similitudo alicuius auoꝝ
a quibus per lineam generationis descendit pater qui est
auus vel proauus vel subauus vsqꝫ ad quartā generatio-
nem sicut diximus superius. Si autem ex victoria materie
destruatur iste motus ⁊ fiat non ex virtute quidem huius
matris: sed ex sexu sm virtutem essentialem materie: ⁊ nō
inquantuz est ab hac femina que est sicut Cleopatra: erit
tunc motus sm virtutez alicuius auiaꝝ a quibus descēdit
mater: ⁊ erit similitudo ad auiam vel proaniaz vel subaniā
vel abauiam eo ꝙ rarissime vltra quartaz procedit genera
tionez: ⁊ hic est modus sm quez similitudo accidit in mem
bris. Sic eniz quedaz membrorum erunt similia membris
patris: ⁊ quedaz similia membris matris: ⁊ forte erūt que-
daz similia membris auoruz vel auiaruz que sunt antique
matres: eo ꝙ quedaz mēbra sunt in actu: ⁊ quedaz in potē-
tia: sicut diximus multotiēs. ¶ Et debemus istos modos
assimilationis accipere sm naturaz ⁊ sm genus hoc est sm
naturaz indiuidui ⁊ speciei ⁊ generis: eo ꝙ triuz horuz vir-
tutes sunt in spmate. ¶ Prima eniz ratio quā diximus est
ꝙ quidaz motus spermatis est sm principium mouens in
ipso qđ est in potentia ⁊ quidaz est in actu. Et si contingat
destrui ⁊ impediri hoc principiū mouebitur sperma sz vir-
tutez propinquiorez essentialez vel accidentalem: ⁊ si illa im
pediatur mouebitur post hoc iteruz ad propinquiorem: et
si destructio fuerit maior: ita ꝙ plures in ordine propinqo-
res impediantur tunc remouebitur ad remotiorez: ⁊ tādez
⁊ vltimo destruetur motus omniuz virtutuz essentialiuz ex
parentibus in spermate existētium: ⁊ tūc non erit similitu-
do nati ad aliquem in parētela genealogie sue existētem: ⁊
tamē fiet homo retinēs speciei naturaz ⁊ similitudinem. et
causa illius est: qa natura speciei sequitur omnia idiuidua
⁊ est in omnibus indiuiduis. Est eniz vniuersaliter homo
omne qđ aliquo modo se habet ad generationem huius.
Pater enim huius qui est Socrates ⁊ mater eius que est
Fronesis homines sunt. Causa autez debilitationis ⁊ de-
structiōis motuuz haruz virtutuz que in spermate operā-
tur est: qa id qđ phice in materia operatur patitur etiam a
cōtrario: ⁊ etiaz est generās in materia eadem ⁊ qđ calefa-
ciēs materiaz habetur: ⁊ qđ sic facit in materiaz etiaz a cō-
trario qđ in materia est ⁊ infrigidatur. Verūtamen est ꝙ
nō omne mouēs generaliter mouetur: ita ꝙ remoueatur a
virtute mouēte ⁊ vincēte. Aliquādo eniz aliquid ifirmum
operās magis patitur ꝙ̄ forte. Non igitur operans ad vir-
tutem suam operatur: qa aut vincitur: aut forte operatur
operatiōe minori ꝙ̄ faceret si cōtraria virtus nō operare-
tur in contrarium. Omnia autem ista iaz determinata sūt
ex his que dicta sunt in libro primo perigeneseos: vbi disti̅
ximus operationes phicas dispositionum ⁊ formaruz ⁊ cō-
tactuum: ⁊ declarauimus in quibus rebus vere ⁊ phice est
operatio ⁊ contactus ⁊ in quibus non. Similiter autem ex
parte materie patientis sunt multe diuersitates: quoniam
patiens lz semper a spermate moueatur: nō tamen semper
vincitur: sed trahit ad se suum operatorem. Et hoc potest
esse multis ex causis. Aut enim erit propter debilitatez vir-
tutis operantis: aut propter frigus ⁊ indigestibilitatez ma
terie que decoquitur ⁊ digeritur: ⁊ sic accidit defectus: aut
ex parte virtutis operantis que debilis est: aut ex parte pa
tientis: eo ꝙ non est conueniens tm̄ vel hoc modo pati ab
agente. Et he sunt cause propter quas id quod formatur ⁊
terminatur in matrice efficitur multiplicis forme figure et
speciei sm aspectum exteriorem. Accidens autem quod di
ximus accidere ex diuersitate materie terminande habet
simile exemplum in eo quod accidit in nutrimento eorum
qui a primeuo negociationibus occupantur lucrorum dif-
ficilium ⁊ operationibus laboriosis que fiunt cum grauibꝰ
motibus corporum: hos enim oportet multuz cibum assu-
mere: ⁊ ex motibus euaporat ex eis calor digestiuus ⁊ con-
sumitur humidum: ⁊ ideo incrementum eorum non potest
fieri modo conuenienti: qa nec corpora eorum ad debitam
augentur quantitatez: nec etiam proportionaliter augētur
membra ipsorum: qa ad membra quibus maiores motus
exercent plus per calorē trahitur de nutrimēto: ⁊ tūc opor-
tet ꝙ alijs subtrahatur: propter quod a primeuo fullones
existētes magnificantur in cruribus: ⁊ a primeuo existētes
fabri magnificantur in bracchijs ⁊ manibus. Et per hunc

In semie ē v-
tus indiuidui
spēi: ⁊ gn̄is.

modum etiaʒ materia cōcepti non equaliter recipiens operationem spermatis ad aliam accidentalem quandam similitudinem declinat formam que inducitur: tūc enim nec forma communis remanet ſm suam naturalem dispositionem: neqꝫ etiam forme membrorum: sed diuersitatē accipiunt ſm dispositiones que sunt in patiente. Et huiꝰ causa est: qꝛ actus actiuorum sunt in patiente ⁊ dispositio non ſm facultatem agentium: sed potius ſm facultatem patiētium. Et forte tāta est diuersitas hec que dicta est ꝙ id qꝺ generatur ab aliquo non accipiet similitudinem alicuius auorum de cognatione illa. ¶ Amplius egritudo quaʒ satyrosim greci nominant: ⁊ est in inordinato motu ⁊ appetitu superfluo coitus aliquando in generatis est causa dissimilitudinis: accidit enim hoc ex superfluo descensu spermatis ad vasa seminaria maris: ⁊ hoc indigestuʒ ⁊ incompletum necesse est esse: ex merito quidem hoc accidit: eo ꝙ tale sperma attrahitur cum violentia caloris ⁊ ventositatis ex cibo idigesto. Sic igitur determinate sunt cause differentie sexus maris ⁊ femine: ⁊ propter quid filij patribꝰ: femine autem matribus frequentius assimilantur: ⁊ propter quas causas etiam aliquando antiquis auis vel abauis assimilantur: ⁊ propter quas etiam causas quidā nullam sue cognationis accipiunt similitudinem declaratum est a nobis. Ad omnia tamen hec in sequentibus libri istiꝰ cum compendio reuertemur breuiter recolligētes causas omnium inductorum.

Scdo ꝺ aīa 24.t.26.

¶ Cap. 5m. De improbatione erroris eorum qui alias causas similitudinis ⁊ dissimilitudinis eorum que generātur assignauerunt.

Quarto ꝺ generatiōe aīaliū cap. eodē.

Physiologorum autem quidam non has eoruʒ que diximus causas assignauerunt. Alias eniʒ causas similitudinis natorum cum parētibus induxerunt. Uniuersaliter enim vidētur causam huiusmodi similitudinis duabus attribuere rebus: quidam enim illorum attribuūt hoc similitudini spermatis: dicentes ꝙ similitudo nati erit ad parentē a quo plus sui spermatis exiuit in coitu in quo natus conceptus est: ⁊ erit causa ista similitudinis ſʒ istos siue sit similitudo ſm totum corpus: siue sit ſm mēbra quedam: eo ꝙ illi sunt qui dicūt sperma exire a membris ⁊ mēbrum a quo plus exit de spermate maiorem in generato accipiet similitudinem. Dicunt etiam hi ꝙ quando equaliter ſm quātitatē exit sperma a mare a femina vincit vtrūqꝫ alterum: ⁊ tunc non erit similitudo generati ad aliqueʒ parentum. Hic autem sermo omnino falsus est. Quoniaʒ ⁊ si ponamus sperma exire a toto corpore adhuc non esset hoc quod dixerūt causa similitudinis vel dissimilitudinis: ſm iam dictum enim ab eis sermonem non potest vnqꝫ femina similis esse patri ⁊ mas similis matri: qꝺ tamen frequēter videmus accidere. Isti enim dicunt ꝙ generatum non fit femina nisi plus sui spermatis exiuerit a femina: ⁊ generatum non fit mas nisi per hoc ꝙ plus sui spermatis exiuit a mare. ¶ Iste igitur sermo non potest distingui per causaʒ quaʒ dicunt terminis qui manifesti sunt in generatione similium ⁊ dissimilium. Illi autem qui dixerunt sicut dixerūt Empedocles ⁊ Democritus generationeʒ maris ⁊ femine anime calori attribuunt: sicut ex superioribus est manifestum: ⁊ sermo illorum etiam impossibilis est. Et hoc ꝓbatur per modum alium queʒ superius induximus vbi dicta istoꝝ sunt improbata. Sed modo loquimur cōtra istos qui dixerunt causam similitudinis cum altero parentuʒ eē exitum maioris spermatis ab illo cui natus efficitur similis. Et in hoc qꝺ prius diximus isti obuiat: qꝛ frequenter videmus ꝙ femina efficitur in alijs membris similis patri ⁊ masculus efficitur similis matri: cum tamen ex ambobus simul maius sperma exire non possit. ¶ Amplius ſm istos non potest dici causa: quare natꝰ aliquando similis fit auis ⁊ proauis: ⁊ non est similis parentibus nisi remotis. Ex illis enim nihil omnino exiuit de spermate. ¶ Alij autē sunt qui aliter dicunt: ⁊ alij cause generationem maris ⁊ femie attribuunt: ⁊ sermo ipsoruʒ est tolerabilior. Dicūt hi sperma quidem esse vnum: sed hoc vnū sperma est sicut aggregatio multorum spermatuʒ in loco vno qui est vas recipiēs sperma in generante: ⁊ cum totum simul aggregatuʒ est dicunt ꝙ in generatione virtus formatiua accipit materiam generationis ex toto simul congregato: ⁊ ideo potest eē ꝙ non accipiat ex illa complexione cōmixta rem equaleʒ oīno. Admixte enim sunt humiditates spermatū naturaliter quidem ⁊ equaliter: sed virtus formatiua quā dicit esse animā que sibi parat organa accipit ex illa cōmixtiōe aliquādo maius ⁊ aliquando minus: ⁊ hoc dicunt esse possibile: eo ꝙ totum cōmixtum completū est ex multis humidis. Et dicūt hi ꝙ humiditates auoꝝ ⁊ proauoruʒ ⁊ auiaruʒ ⁊ proauiaruʒ ex vtroqꝫ parente manant ⁊ descendunt in vasa seminaria ⁊ confundūtur simul in matricem: ⁊ cuʒ anima multam acceperit humiditateʒ alicuius eorum quoruʒ humiditas fusa est per coituʒ ⁊ paucam vel nullam acceperit humiditatem aliorum erit similitudo in eo qui generatur ad eum cuius multam anima in sua formatione humiditateʒ acceperit. Et sic per quantitateʒ accepte humiditatis determinant omnes causas similitudinis ⁊ dissimilitudis. Hic auteʒ sermo nō est per se manifestus: neqꝫ est probatꝰ ab istis ⁊ assimilatur sermoni inconuenienti. Omnes eniʒ istā opinionem sustinentes pro certo falsum dicunt: quoniam sicut ex prioribus libris huius scientie manifestuʒ est cause ⁊ modi similitudinis ⁊ dissimilitudinis nō sunt in spmate actu: sed potētia soluʒ. ¶ Amplius ex eo quod ſm istos vocatur congregatio spermatuʒ nō possunt causari omnes modi similitudinis ⁊ dissimilitudinis: non enim ex dictis eoꝝ manifestum est perspicue: quare aliquando generatuʒ fit mas ⁊ aliquando femina: neqꝫ patet causa quare femina aliqū est similis patri: ⁊ aliquādo mas natus similis matri: neqꝫ causa propter quā aliquando est similis auis multum perspicua est: ⁊ adhuc etiaʒ propter quid aliquando est similis proauis multuʒ remotis. Adhuc auteʒ non est plana ex dictis eoruʒ causa propter quaʒ natus aliquando non est nisi homo ſm speciem ad nullum parentum habēs similitudinem omnino. Aliquando auteʒ etiaʒ nec similitudinem retinet speciei: sed erit monstrum: ⁊ huius causa non est manifesta ex dictis eorum. Constat igitur omnino falsas esse positiones omnium istorum physiologorum.

¶ Cap. 6m. De monstruosis partubus in quibus non remanet similitudo nisi in genere proximo tm̄.

Quarto ꝺ generatiōe aīaliū cap. 4.

His ita determinatis consequens est dicere de causa partuum monstruosorum. In spermate enim virtus assimilatiua eius quod generatur assimilat: aliquando ad indiuiduum et ad specieʒ ⁊ ad genus: aliquando autē ad speciem ⁊ ad genus ⁊ non ad indiuiduum generans. Aliquando autē non ad specieʒ sed ad genus animalis tm̄: ⁊ hanc ad minus retinet similitudineʒ: quoniaʒ non inuenitur animal qꝺ in partu plantaʒ vel lapidē enixū vnqꝫ fuerit: sed genus ad minus in omnibꝰ generatis est saluatum. De talibus ergo partubus loqui hic oportet: quoniā de alijs iam dictuʒ est sufficienter quantuʒ spectat ad intētionem presenteʒ. De monstris ergo ⁊ causis eoruʒ hoc primum aduertenduʒ est ꝙ quando principia mouentia ⁊ motus ipsoruʒ qui in spermate sunt ex natura speciei ⁊ ex materia indiuidui destruuntur per aliquaʒ causam fortiter in oppositum agentem non remanebit nisi virtus vniuersalis generis que tolli non potest materia saluata: aliter eniʒ nihil generaretur ex tali materia. Manēte auteʒ hac vniuersali virtute in materia que habet equalitatem complexionis erit generatio monstruosa: quoniā virtus vniuersalis generis mouet ad vitaʒ: ⁊ causa specialis in oppositu spe ciei agens inducet aliaʒ formā: ⁊ hoc ꝑcipue causaṫ ex duobus ex virtute celesti. vʒ. ⁊ ex materia cōcepta: ex virtute celesti quidem: quoniam quedaʒ loca celi sunt in quibꝰ quādo congregantur luminaria celi que precipue mouēt ad generationeʒ non potest esse generatio hominis. De his autē in alijs scientijs erit opportunius dicendū. Ex materia autem sicut quando materia pluriuʒ confunditur in vnū: aut etiā defectus aliquoꝝ membroꝝ est in materia diminuta. Ex virtute eniʒ in oppositū agente partus hoīs forte habebit caput arietis aut tauri: sicͭ dicitͭ de minotauro in fabulis poetaꝝ: ideʒ autē iudiciuʒ est de similibus. Tales auteʒ

occasiones magis accidūt alijs aīalibus ꝙ̄ hominibꝰ. Aliquando enim generatus est vitulus hn̄s caput hoīs ⁊ agnꝰ caudaꝫ hn̄s tauri. Aliquādo auteꝫ fit huiusmodi gn̄atio ex partibꝰ quibusdā nō occasionatis in corpore: ita ꝙ tota ps est mēbrum perfectuꝫ explens actum membri ⁊ in nulla sui parte corruptū vel vitiatuꝫ. ¶ Quidaꝫ autē physicoꝝ oēs istas silitudines mōstruosas attribuunt figuris que vidētur in duabꝰ vel tribꝰ speciebꝰ aīalium que in mōstris vidētur permixte referētes esse hoc ex coitu spermatibꝰ pmixtis duoꝝ aut trium aīaliuꝫ diuersarū specieꝝ existētiū. ¶ Nos autē opinamur ꝙ ex coitu valde dissimilium aīaliū nō pōt esse tale quale dicunt mōstruꝫ: eo ꝙ vnuꝫ spermatuꝫ corrūperet aliud: sed ex coitu similiuꝫ fit generatio de qua iaꝫ in precedentibꝰ locuti sumus. Signum aūt ꝙ talis generatio nō fiat est diuersitas tēporis impgnatiōis talium aīaliuꝫ in quo multuꝫ diuersificant. Nō enim ⁊ canis ⁊ taurus valde diuersa sue impgnatiōis hn̄t tēpora: ⁊ tn̄ videmus quosdā partꝰ mōstruosos esse sm participationē mēbroꝝ pmixtaꝫ dictoꝝ aīaliuꝫ. Qōdaꝫ etiaꝫ est mōstruꝫ ꝓpter suoꝝ ex specie debitoꝝ multitudineꝫ membroꝝ in forma diuersoꝝ et figura: sicut ꝙ generatur multoꝝ pedū aut multoꝝ capituꝫ. Et cause hoꝝ mōstruosoꝝ ꝓpinque sunt adinuicem ⁊ cōsimiles. Mōstruosa eniꝫ ⁊ habētia mēbra occasionata causas physicas ꝓpinquas habēt. Monstrum eniꝫ est aliquā occasionem passum. ¶ Democritus auteꝫ opinatus est generari monstra ex hoc ꝙ duo spermata cadentia in matricem nō simul sed successiue cadunt in eaꝫ: siue sint spermata vnius siue duaꝝ specierum: primuꝫ eni remāsit ⁊ operatum est imperfecte: ⁊ deinde scdm cadēs in eūdem locuꝫ permiscetur ei ⁊ operatur idipsuꝫ: ⁊ sic replicatur formatio mēbrorum: hoc autē maxime dicit fieri in ouātibus sicut ⁊ veruꝫ est: dicens ꝙ spmata sic successiue cadētia in matricē trāsserunt oua a locis in quibꝰ a primo spermate formari inceperāt. Accidit eniꝫ auibꝰ precipue vt multa oua ex vno spmate attrahēte materiā oualē generētur. Aliquādo aūt colligitur ex multo coitu: vt dicit Democritꝰ. Et hec opinio de auibus ꝙ videlicet ex multo coitu oua generētur ⁊ congregentur plura spermata in ouū vnuꝫ est sm nostrā opinionē verisimilius ꝙ̄ ꝙ plura generētur ex vno. Non aūt obijciēdum est qō sm verisimilitudinē physice dicitur: neqꝫ est eligendū qō falso ⁊ sophistice ꝓlatuꝫ est. Accidit autē hec necessitas precipue generibꝰ auiuꝫ quaꝝ spermata nō simul sꝫ successiue cadūt in matricē. ¶ Uniuersalr eniꝫ in omnibꝰ monstris melius est opinari qō etiaꝫ naturalꝰ ⁊ verisimilius est ꝙ causa fit in materia ⁊ in mō impgnatiōis ⁊ creationis ipsius qō generatur ⁊ cōcipit. Cuiꝰ signū est ꝙ valde raro sunt mōstruosi partus in aīalibus illis que nō generāt nisi vnū cōceptuꝫ. In aīalibꝰ autē que simul cōcipiūt ⁊ generāt multos filios plus iueniunt partꝰ mōstruosi ⁊ maxie in auibus multuꝫ ouātibus sicut galline ⁊ colūbe: ⁊ ꝓpter hoc plures galline faciūt oua in quibꝰ duo vitella inueniūtur ꝓpter cōiūctioneꝫ duoꝝ spermatū que sunt ex duobus coitibus in vno eodēqꝫ ouo. Duo eniꝫ spermata cōtinuātur cōiuncta in vno ouo: eo ꝙ vnuꝫ in ꝓpinquo loco matricis cadit iuxta alterum: sicut etiaꝫ videmus sepe accidere in fructibus: qa infra vnum corticem duo vel plures formantur fructus. Duobꝰ autem spermatibꝰ sic in vno ouo coniūctis ꝫ nisi distinguantur tela forti monstrum generabitur: si eniꝫ tela bene distinguat generabūtur pulli quoꝝ neuter supabūdabit superfluitate membroꝝ: si autē continētur spermata nō distinguente pariete medio vel non vniuersalr distinguente generabitur ex eis pullus monstruosus habens forte vnuꝫ caput ⁊ vnuꝫ corpus ⁊ quatuor pedes. Nos eniꝫ iaꝫ vidimus anseres bicorporuꝫ: ⁊ in nulla parte erant cōtinuata corpora nisi i dorso: ⁊ habebat duo capita ⁊ quatuor alas ⁊ quatuor pedes ⁊ ibat ad quācunqꝫ partem converte batur ⁊ non vixit diu. formatur eniꝫ pars superior prius ex albugine ⁊ cibatur ex citrino: ⁊ deinde creatur pars iferior: ⁊ cibus in talibus est vnus non distinctus in duobus vitellis. Et ideo dicit Aristo. ꝙ iam apparuit serpens duo capita habens propter huiusmodi causam. Serpens enim est de ouātibus aīalibus ⁊ multa oua facientibus: tamē raro in serpentibus mōstruositas inuenitur propter figuraꝫ matricis que est stricta ⁊ lōga: ⁊ ideo distinguūtur oua in ea et non comprimūt se ad vnum locum. Hac enim de causa raro sunt monstruose apes ⁊ vespe: eo ꝙ quilibet pullus earū est in foramine distincto. Gallinis vō accidit contrarium. ¶ Ex omnibꝰ ergo huiusmodi signis concipimus opinionē ꝙ causa monstruositatis non est nisi in materia. Et hac de causa monstruositas frequentius inuenitur in aīalibus generātibus multos filios: ⁊ nō inuenitur in mulieruꝫ partubus nisi raro. In qbusdaꝫ tamē regionibus generāt frequētius mulieres multos filios: ⁊ precipue in partibꝰ Egypti: ⁊ in regionibus similibus Egypto in cōplexiōe. Monstruositas auteꝫ inter quadrupedia frequentius inuenitur in capris ⁊ ouibꝰ ⁊ porcis plus ꝙ̄ in alijs animalibꝰ proptera ꝙ ista concipiūt multos filios. Gemellos eniꝫ cōcipiūt sepius capre ⁊ oues. Similiter autē fit in animalibꝰ que in multos digitos pedem findunt eo ꝙ multos hec aīalia filios sepius cōcipiūt simul: ꝓpter qō etiaꝫ pariunt plura eorum filios incōpletos sicut canis cuius filij non vidētes ꝓducunt. Nos auteꝫ inferius loquemur de causa multitudinis ⁊ paucitatis filioꝝ. Quia igitur canis parit filios incōpletos significat diminutio cōplemēti nobis viam ad monstruositatē ꝓcedēteꝫ: qa de facili cōfluit mā vicinoꝝ partuū ⁊ de facili occasionant mēbra partuū quos nā itra mrīcē cōplere nō poterit. Mōstruositas eni accidit ex errore aliquo operatiōis nature sm abūdātiā vel defectū: aut positioneꝫ: aut figurā membroꝝ. Cōcipere aūt slr plurimos qō accidit hmōi aīalibꝰ mutat nā modū creatiōis in mōstruositate: in porcis aūt frequētius hmōi creatio est mirabilis. Aliquādo autem est in eis diminutio membroꝝ mirabilis ⁊ innaturalis: ⁊ aliquādo abūdantia: ⁊ aliquādo peruersio sitꝰ aut figure: non quidem semper sed frequentius ꝙ̄ in alijs animalibus. In quibusdam autem nunꝙ̄ erit eo ꝙ id qō innaturale est non potest semper aut frequentius fieri. Accidit autem quando virtus naturalis formatiua non vincit pfecte formam ⁊ materiam. Propter qō etiam multi hoies talem partum monstruosum non vocāt: eo ꝙ generatio ipsiꝰ multotiens accidit: sicut etiam in arboribꝰ ⁊ precipue in generibꝰ vitium accidit. Genus enim vitis qō summosuꝫ vocatur qō ⁊ qdā soreth noīant multotiens fert racemos nigros: ⁊ ideo mōstrū nō reputat: cū tn̄ hoc genus vitis sit de ferentibꝰ vuas albas nāliter. Alteratio autē hec non est sm naturam quando mutatur ad ferendū vuas nigras. Talis aūt monstruositas accidit aīalibꝰ generātibꝰ filios multos: eo ꝙ multitudo filioꝝ cōplemētū ꝓhibet creatiōis sicut dictū est. ¶ Queret aūt fortasse aliqs q̄ sit causa mōstruositatis in his que multos ꝓducūt filios: in filijs eniꝫ illis aliqn̄ diminuunt mēbra ⁊ aliquādo abūdant. Aliquando eni ꝓducūt hec animalia filiū habenteꝫ multos digitos: sicut vidi homineꝫ habētem senos digitos in manibus ⁊ pedibꝰ: ⁊ frater suus post eū natus simlr senos habuit in pedibꝰ ⁊ manibus digitos: ⁊ aliqui vident diminuti hn̄tes vnuꝫ tm̄ digitū: ⁊ slr abūdant ⁊ deficiūt oīa alia aliquādo mēbra aliquādo existētia superflua ⁊ aliqn̄ diminuta. Aliqn̄ enim nascit partus habēs vtrūqꝫ sexum hn̄s virgā virilē ⁊ vuluam muliebrē: q partꝰ hermaphroditꝰ vocat: ⁊ accidit hec monstruositas aliquādo etiā in capris quas greci vyceragaryeꝫ vocant: eo ꝙ mēbruꝫ hn̄t maris ⁊ femine. Et iam visa est ante tempus Arist. capra habēs cornua in suis cruribꝰ. Et ego vidi arietem quatuor magna cornua in capite gestāteꝫ ⁊ duo longa in cruribus sicut cornua caprarum: ⁊ vidi hircum non habentem nisi pedes anteriores ⁊ super illos ambulauit: ⁊ posteriorem partem corporis portabat in aere et non traxit eā super terram. Hec aūt alteratio ⁊ diminutio non solū in exterioribꝰ est membris: sed etiam in interioribus. In his enim etiam creatio animaliū quorūdam est diminuta ⁊ quorūdaꝫ superflua: ⁊ aliquādo variat in positione in locis ꝓprijs. Aliqn̄ etiā quedā qbusdā membris carēt oīno. Sed nunꝙ̄ inuentū est animal carens corde: sed iā inuentum est animal carēs splene: ⁊ aliud inuentuꝫ est qō nō habuit nisi vnū renē: sed nunꝙ̄ visum est animal carēs epate. Aliquando etiā in quibusdā sm nām fel habentibus fel non inuenit: ⁊ in quibusdā inueniuntur fella plura. Aliquādo etiam inuenit splen in dextro ⁊ epar in sinistro. Et hec omnia inuēta sunt in aīalibꝰ completis. Et hec igitur sunt que de monstruosis mirabilibus sunt dicenda.

Opinio antiquorum.

Impugnatio.

Opinio Democriti.

Quarto d' generatiōe aialiū cap. 4.

Opinio Aristotelis.

Cā mōstruositatis nō ē nisi in materia.

Nūꝙ̄ inuētū ē aial carēs corde aut epate.

¶ Tractatus Secundus. xviij. Libri animalium de cā multitudinis ꝛ paucitatis filiorum.

¶ Cap. pᵐ. Q̄ magnitudo ꝛ paruitas corporum cause sunt paucitatis ꝛ multitudinis filiorum.

Quarto de generatiōe aialium capl'o eodem.

SIcut enim superiꝰ diximus in filijs est multa valde diuersitas ꝛ aliquando multa admixtio diuersi seminis: ꝛ ꝙ ex talibus spermatibus prius exit in matricē: ꝛ qḋ generatur ante tempꝰ sibi debitum viuit per modicū tempus: qḋ eniꝫ exit a loco generationis ante tempus complementi sui viuere nō potest: ꝛ precipue si alteratio nature non fuerit in membris principalibus que sunt vite principia. Dico autem alterationem nature quando illa membra per alterationeꝫ formatiue ꝛ caloris alterata sunt ad cōplementum. Si enim illa non receperunt alterationem aū natiuitatem paruꝫ viuēt animalia: ꝑpter qḋ in hoc capl'o desideramus vtrum opinari liceat per rationeꝫ ꝙ animalis vnicum filium generantis ꝛ alteratiōis que est in diminutione cuiuslibet membri sit vna ꝛ eadem: ꝛ si multitudīs filiorum ꝛ abūdantie membrorum sit etiam vna causa ꝛ eadem: aut non debemus per modum dictū de causa diminutionis ꝛ abūdantie membrorum inquirere: de causa quare quedam habent tm̄ vnum filium sicut elephas equus ꝛ mulus ꝛ quedam habēt filios multos: sed debemus de hoc inquirere causam specialem. Omne autem habens corneas soleas animal generat vnuꝫ partum tm̄ frequentiꝰ. Canis autē ꝛ lupi ꝛ omne animal fissi pedis in fissuras multas parit multos: ꝛ similiter multos pariūt animalia parua sicut genera murium. Ecōtra autem animalia diuidentia pedē in duas vngulas sunt paucorum filioꝝ ꝑter porcos qui sūt de genere eorum que multos faciunt filios propter multitudineꝫ spermatis ꝛ humoris qui est in eis. Rationabile autem est vt animalia magni corporis paucos simul generent filios. Id eniꝫ ex quo augentur causa est priuationis in materia generationis. Diminutio eni generationis proculdubio creatur a magnitudine corporis. Cibꝰ eni trāsit in nutrimentū ꝛ crementū corporis: ꝛ ideo paruꝫ remanet de eo qḋ fit materia generatiōis. Ecōtra autē in aialibꝰ que sūt parui corporis parum ponit in nutrimēto ꝛ incremēto corporis: ꝛ ideo plurimum cibi deputatur ad materiam generationis. ¶ Amplius sperma multuꝫ oportet esse ex quo generantur magna animalia si debeat partus cōpletos in mēbris ꝛ quantitate producere: ꝛ ideo si illa multa simul generarent animalia oporteret ꝙ esset sperma plus abundans ꝙꝫ superfluere possit nutrimento corporis. Animalia auteꝫ parui corporis ex pauco spermate qḋ de facili abundat corporis nutrimento gn̄are possunt multos filios. ¶ Amplius multa parua aialia simul possunt esse in vno loco matricis que sanguinem fundit ad nutrimentum ipsoruꝫ: animalia auteꝫ magni corporis multa simul in vna matrice continēte ꝛ nutriente esse nō possunt: qa etiam si totus sanguis matris ad matricem transiret multis talibus ꝛ tantis partubꝰ non sufficeret. ¶ Amplius animalia sotulares corneos habentia vt in pluribus non generant nisi filiū vnum aut sunt paucorum partuum. Ea auteꝫ animalia que in multas fissuras pedem diuidunt sunt plurimūꝫ multorum filioruꝫ. Causa autem huius diuersitatis sicut diximus est magnitudo ꝛ paruitas corpoꝝ istoꝝ aialiuꝫ. Sic igit magnitudo ꝛ paruitas corpoꝝ differētie sunt causantes multitudinē ꝛ paucitatē filioꝝ. Solee aūt sotulares ꝛ fissure pedis in multos digitos nō sunt hoꝝ cause lꝫ sint concomitantia ista vt in pluribus. Signum autē eius est ꝙ elephas est valde magnus: ita ꝙ est maior omnibus animalibus gressibilibꝰ et pes suus est fissus multis fissuris. Camellus autem etiam est magnus in duo vngulam diuidens ꝛ vterꝫ facit vnicuꝫ filium. Nec hoc solum accidit in gressibilibus: sed etiaꝫ in natatilibus aquosis ꝛ volatilibus: qḋ ex istis est parui corporis frequenter est multoꝝ filioꝝ: ꝛ qḋ est magnū est paucoꝝ. Accidit autem etiam idem arboribus ꝛ plātis. Causa igitur ꝑpter quā quedā aialia generāt multos: quedā aūt paucos: ꝛ quedam mediocriter declarata est a nobis.

¶ Cap. zᵐ. De causa propter quaꝫ ex vno concubitu concipiuntur aliquando multi filij.

Quarto de generatione aialium capl'o eodem.

ADmirabile auteꝫ videtur id qḋ accidit feminis concipiētibꝰ simul multos filios. His eniꝫ accidit ex vno concubitu concipere totam illā filiorum suorum multitudinē. Si eniꝫ sperma maris est cōueniens mixtioni ꝛ formatiōi materie que est ex gutta femine seminali in tēpore conceptionis: siue etiam dicatur non esse conueniens illi: sed congreget eam tm̄ sicut coagulū congregat lac videt ꝙ non debet facere nisi vnū ex tota materia eo ꝙ ipsum est vnū ꝛ materia est vna: ꝛ tūc mirabit aliquis cām quare facit cōceptoꝝ tantā pluralitatē. Sermo autē dicentiū ad q̄stionē istā ꝙ causa pluralitatis est: qa sp̄ma diuidit in plura loca matricis: ꝛ ad plura orificia venaꝝ que terminant ad matricē est falsus. Dicūt eni isti ꝙ orificia venaruꝫ trahūt ad se sperma: ꝛ cū illa sint diuersa diuiditur sperma ad loca diuersa. ¶ Et videt hec opinio concordare cuꝫ dictis Galeni. Falsuꝫ autem hoc eē conuincit per hoc qḋ supra diximus: ꝙ. vꝫ. in vna cella matricis per anathomiam plures inueniūtur filij: hoc enim multotiens visum est in animalibꝰ multos filios generantibꝰ quādo matrix numero filioꝝ est superadimpleta. Causa igit istiꝰ vera est ꝙ omne genus animalium terminum habet sue quantitatis inter minimum ꝛ maximum quā non pertransit sicut alibi diximus vbi ostendimus ꝙ omnium natura constantium terminus est et ratio magnitudinis et augmenti. Hos enim terminos nunꝙꝫ pertransit natura nisi fiat ex errore ex quo fiunt monstra. ¶ Puellā enim ego vidi que nouem annorum existens non habebat quantitatem debitam infantis vnius anni. Sicut ergo terminum seruare nature conuenit hominis: ita conuenit nature omnium animaliū. Materia enim ex qua creatur aial non est indeterminate quantitatis: habet etiam terminum ꝛ finem notum in natura. Omnia igitur animalia multos filios simul concipientia plus spermatizant mares ꝛ femine ꝙꝫ sufficiat ad creanduꝫ partum vnū: ꝛ ideo ex illa multa superfluitate ab ipsa virtute formatiua diuiditur materia generationis ad multorum filiorum generationem. Est eniꝫ ista virtus anime habens potestatem in diuidendo sperma ꝛ proportionando tam conuenientie multitudini membrorum ꝙꝫ etiam ei qḋ conuenit multitudini conceptuum ꝺm quantitatem determinatam. ¶ Est enim virtus hec regitiua distributionis spermatis: sicut etiam virtus regitiua cibi in corpore distribuit cibum ꝺm membrorum multitudinem ꝛ conuenientiam. Sperma igitur maris ꝛ virtus formatiua ꝛ regitiua que est in spermate non apprehēdit plus vel minus de materia humiditatis femine ꝙꝫ debitum sit ꝺm terminum quantitatis naturalis: ꝙꝫuis mas multum spermatizet: tamen virtus hoc ad vnum conceptum non accipit plus vel minus ꝙꝫ ꝺm rationem quantitatis membrorum determinatum est in natura: quinimo si in matrice humorem quē formet in aliud conceptum non inueniat accidet contrarium: quia quod vltra sufficientiam conceptum est desiccatur a calore matricis proprio ꝛ corrumpitur. Sicut eniꝫ videmus ꝙ ignis desiccat materiā in qua est quando pertransit in dissoluendo terminum raritatis illi materie debitum: sicut etiam aqua si vltra moduꝫ calefiat extenditur plus materia ꝙꝫ competat aque speciei: ꝛ tunc euaporabit in formam elementi rarioris ꝛ desiccatur. Extensa enim aque materia stabit in termino raritatis sue nature ꝛ speciei debito: nec extendetur vltra quantūcunꝫ igni addatur: sed si extendatur vel corrumpitur ꝛ euaporabit: ꝛ sic tandem consumitur ꝛ exiccatur: ꝛ similiter fit de spermate in matrice si est superfluum: ꝛ non inuenit humorem seminalem femine quem apprehendat ꝛ in quo contineatur. ¶ Amplius ex supra dictis patet ꝙ temperatum oportet eē sperma maris: ꝛ superfluitatem femine que est materia generationis in omnibus animalibus generantibus multos filios. Et hec contemperatio est causa tam ꝺm quantitatē ꝙꝫ ꝺm qualitatem. Tali autem contemperatiōe facta sperma maris potens est apprehendere ꝛ terminare femine superfluitatem in multas partes diuisam. Hec eniꝫ diuiditur a virtute regitiua ꝛ distributiua ꝺm proportioneꝫ quā

Nō cōtra Galenum.

2. de aia, t. c. 42.

Q̄ in spermate informatiua hēat virtutem distributiuam spermatis.

ex ea

ex ea possunt formari multi filij. Hoc autem exemplu꜔ qđ supra induximus de coagulo ꝛ lacte cum huiusmodi spermatis dispositione non habet conuenientia꜔: quoniā sperma non apprehendit quantitatem totam sicut facit coagulum in lacte: sed ponit proportione꜔ quantitatis ꝛ virtutis in materiam ſm qua꜔ proportionatur sufficienti quantitati embrionis que qualitatem distribuit membris ꝛ conceptis ſm medietatem geometricam diuisam que coagulatur ꝛ terminatur. Coagulum autem nihil facit nisi ꝙ virtus eius totam apprehendit lactis quantitatem ꝛ non immutat qualitatem ipsius distribuendo ꝛ formando. Dicta igitur est causa propter qua꜔ multi causantur filij ex vno cōcubitu in matricibus illorum animalium que ſm naturam multos concipiūt filios: ꝛ propter quā non creatꝛ nisi vnus filius magnus commixtus ex tota materia concepta. Cum autem sperma fuerit adeo paucum ꝙ non potest apprehēdere materiam humoris femine nihil omnino causatur ex ipso. Et si fuerit multum valde in comparatione patientis cuius virtus est determinata sicut ꝛ virtus caloris agētis: tunc oportet ꝙ primo fiat proportio ꝛ contemperatio vnius ad alterum per diuisionem: contemperatio autem est accidens etiam spermatibus animalium magni corporis vnicum filium concipientium: eo ꝙ in talibꝰ non possunt creari multi filij ex multa superfluitate sed vnus solus. Virtutes enim agentium ꝛ patientium in omnibus animalibus habent terminos notos ſm naturam: ꝛ ideo talia nō spermatizant vltra conceptus sufficientiam: nec femine superfluitas excrescit vltra terminum huiusmodi sufficientie naturalis propter causam qua꜔ prediximus. Et ex illa superfluitate in magnis animalibus creatur vnus filius tm̄. Si autem ex aliqua causa accidentali in talibus animalibus aliquando contingat ꝙ mas spermatizet multum sperma ꝛ abundauerit etiam femina cu꜔ qua coit multa superfluitate: creabuntur tunc ex his duo vel plures fetus gemelli. Homo autem est quasi intermedium animal inter duo genera: quorum vnum naturaliter generat multos filios: et aliud naturaliter generat vnum filium: eo ꝙ homo naturaliter generat vnum filium: sed propter superabundantiam caloris ꝛ humoris aliquando generat filios duos vel plures. Sperma enim cum sit calidum ꝛ humidum multiplicatur ex calidis ꝛ humidis: ꝛ hec homini accidunt pre alijs animalibus. Et hec est etiam causa ꝙ tempus impregnationis hominis incertum ꝛ indeterminatum est plus ꝗ̄ animalium aliorum. Aliorum enim animalium tempora impregnationis sunt determinata: tempora autem impregnationis hominis sunt multa ꝛ diuersa: mulier enim parit in nono mense ꝛ septimo ꝛ temporibus intermedijs. Natus tamen in octauo frequenter moritur. Et huiꝰ causa scitur ex his que premisimus in hac scia. Perfecte enim in prehabitis locuti sumus: ꝛ hoc sufficit intētioni presenti. Causa autem generationis geminorum ſm predicta eadē est in cōmuni loquendo cum causa generationis membrorum superfluorum. Accidentia enim que accidūt vtriq꜔ horum non accidunt nisi in prima conceptione. Quando eni꜔ in aliquo membroꝝ multa ꝛ superflua a virtute comprehēditur materia accidit illi membro maius debito fieri: sicut frequenter videmus in digitis ꝛ manibus multorum hominum ꝛ in pedibus ꝛ in alijs mēbris: ꝛ precipue exterminatum. Et si contingat illam materiam diuidi formabuntꝛ inde duo vel plura membra: sicut etiam videmus accidere radicibus arborum quarum primo vna est radix: ꝛ postea ventositate spirituali diuiditur fluxus humidi ꝛ erunt due radices: cu꜔ tamen prima terminatio ꝛ completio arboris fiunt ex vna radice ꝛ vna virtute formante. Per omne autem eundem modum accidit etiam creationi filiorum multoru꜔ ex vna prima primordiali virtute que postea diuiditꝛ materia diuisa per modū quē supra diximus. Est tm̄ huiꝰ etiā alia causa motꝰ corporis matricis: ꝛ diuisa spermatis glutitio a matrice sicut in ante habitis huius sciētie determinatū est a nobis. Sed principalis causa est superfluitas materie quādo fuerit distributa: ita ꝙ ex ea sufficiēter possunt creari filij plures ꝗ̄ vnus.

¶ Cap̄. 3m. De causa gn̄ationis hermaphroditoꝝ ꝯceptuū ꝛ aliorum monstroꝝ ꝛ multiplicatione membrorum.

Accidentia autem monstruosa que accidūt quibusda꜔ generatis quos hermaphroditos quidam vocant eo ꝙ accipiunt in prima generatione membrum virile ꝛ membrum muliebre similiter creātur a superfluitate que est materia generationis quando declinat ad vnā partem plus ꝗ̄ ad aliam: ꝑpter qđ etiam vnum membru꜔ est principale ꝛ aliud paru꜔ habens plus ꝗ̄ figuram: ꝛ ideo nō erit principale: ꝛ erit simile ei qđ generatur ex cibo quando sumitꝛ qui non est ſm natura꜔ cōueniens: ille eni꜔ putrescēs cōuertitꝛ in apostemata si ad exteriora cutis erumpit: ꝛ ita est de huiusmodi membris supfluis. Hec enim sūt in corpore ad modu꜔ nascentiaru꜔: sed tm̄ in hoc differunt ꝙ de humido radicali superabundanti talia superflua membra generantur. Nascentie autem generantur ex superfluo nutrimentali: ꝛ ideo nascentie nascūtur putrescētes ꝑpter calorem inaturalem qui est in eis: ista aute꜔ non putrescūt ꝑpter calorem naturalem qui est in eis: aut nulla virtus: aut debilis valde. ¶ Hermaphroditi autē de quibus nunc loquimur cām sue habent generationis quā diximus: si eni꜔ sperma impregnās inueniat abundans humidu꜔ ꝛ vincat ipsum perfecte: ꝛ in toto diuidet ipm̄ faciet gemellos duos in sexu simili maris. Si autē equaliter vincatur in toto et in partibus faciet duos gemellos sorores. Si aute꜔ in vna parte vincatur ꝛ in alia vincat erūt gemini disparis sexus: vnus mas ꝛ alter femina. Et hec causa est cōis toti ꝛ membris partialibus: qa in hoc nulla est differentia quantū ad victoriam virtutis ꝛ debilitatem. Si enim non abūdet materia nisi in vno membro qđ est circa inguen ibidem superabūdans diuidetur: ꝛ si vincatur rursus in vno ꝛ vincat in alio generabitur hermaphroditus. Et aliquādo est ita figura vtriusq꜔ membri completa ꝙ ad visum ꝛ tactū discerni non potest quis sexus preualeat: ꝛ non est inconueniens quin talis partus etia꜔ habeat duas vesicas ꝛ vrinā emittat per vtrāq꜔: ꝛ ꝙ in coitu ꝛ agat ꝛ patiatur ꝛ incumbat et succumbat: sed nō puto ꝙ ꝛ impregnet ꝛ impregnetꝛ. ¶ Sꝫ pro certo sexus erit principalior qui a cordis iuuatur complexione: tamen aliquando etia꜔ complexio cordis: ita media est ꝙ vix discerni potest quis sexuū preualeat. ¶ In ꝑhabitis autem iam determinate sunt cause maris ꝛ femine ꝛ cause etiam propter quas quedam extremitates membrorum exteriorum fiunt alio modo ꝗ̄ sint ſm natura꜔: hec enim cum sexu dispari in eodem indiuiduo causam habet vnam ꝛ eandem: patet etia꜔ que sit causa huiusmodi aborsus ſm que non abortit mulier aut femina: sed ipse conceptus monstruosatur in figura. In talibus enim est diuersitas multa eo ꝙ aliquando fit alteratio quedam ſm parua membra sicut est digitus: aliquando autem inueniuntꝛ concepti a natura alterari in membris magnis principalibus. Quedam enim animalia aliquando habent duos splenes: ꝛ quedam aliquando habent multos renes. Et aliquādo causantur huiusmodi mutationes ex motu matricis ꝛ materie: ꝛ tunc non distinguente pariete erit animal mōstruosum sicut duo continuati aliquando vnum cor: aliquando duo corda habentes: sicut superius diximus de ansere quē vidimus: ꝛ narrauerunt nobis multi fide digni ꝙ viderūt talem hominem qui erat duo homines continuati in dorso: ꝛ vnus erat impetuosus ꝛ iracundus: ꝛ alter erat māsuetus: ꝛ vixerunt plus ꝗ̄ per viginti annos: ꝛ postea vnꝰ mortuus est: ꝛ alter superuixit donec ex putredine ꝛ fetore fratris mortui fuit ꝛ ipse mortuus. Aliquando autem habent cor vnum ꝛ alia membra multa ꝑpter materiam abundantem. ¶ Amplius quibusdam a generatione accidit ꝙ q̄dā vie poroꝝ manifestorum sicut oris vel ani vel auriū vel nasi oppilantꝛ ꝛ inueniuntꝛ clausi in extremitate: aut forte via declinata a loco suo in locum alium: ꝛ hoc accidit etia꜔ mulieribus ꝙ orificia exteriora matricū que vocantur vulue sūt clausa ꝛ oppilata a generatiōis tēpore vsq꜔ ad tēpus pubertatis: ꝛ cū aduenit tēpus menstruoru꜔ intumescentibus ex sanguine vijs matricis excitatur calor magnus qui aliqn̄ per seipsum labia vulue diuidit ꝛ eijcit sanguinē mēstruu꜔. Quedam etiam femine moriuntur hac de causa: ꝛ quibusdam subuenitꝛ bn̄ficio chirurgie. Aliquādo etiam nascitur mas cuiꝰ via vrine declinat a recta via virge que est in vir

Quarto de generatione aīalium caplo eodem.

Quis sexus in hermaphrodito vincat.

Quid sibi relictum fuerit.

ge inferiori parte: ⁊ ideo talē sedētem oportet mingere. In quodam etiā nostri temporis nato testiculi infra pellem cōtenti erant superius: ita ꝙ prominentia eorum representabat duo labra vulue muliebris: ⁊ fissura videbaᵗ eē in medio clausa per pellem: ⁊ cum putaretur esse puella a parentibus ⁊ deberet esse fissura vt habilitaretur ad coitum incisione facta prosilierunt testiculi ⁊ virga: ⁊ postea duxit vxorem ⁊ genuit ex ea plures filios. Aliquando autem generaᵗ aliquis anum habens oppilatum per quem exit sicca superfluitas: ⁊ hoc accidisse bis cōperimus: semel tēpore Aristo. ⁊ secūdo isto tēpore nostro. Et dicit Arist. ꝙ apparuit hoc etiam in auibus ⁊ in alijs animalibus. In Grecia eni vacca nata apparuit a qua cibi superfluitas exiuit per locū per quem exire debuit vesice superfluitas. Considerantes autem hoc aperuerunt ei anum qui est via exitus superfluitatis cibi: sed apertura statim continuata ⁊ reoppilata est: et cum multotiens aperiretur nihil profuit: quia statim cōsolidabatur. Causa igitur multitudinis conceptuum ⁊ paucitatis eorum ⁊ causa superfluitatis ⁊ diminutionis membrorum hoc modo determinata sit.

¶ Cap. 4m. De his que impregnātur vna impregnatiōe super aliam: ⁊ de his que plus alijs diligunt coitum.

Quarto de generatiōe aialiū capl'o. 5.

Oportet autem scire ꝙ magnorum animaliū nō est impregnari post impregnationē. Quedam enim animalia impregnantur super impregnationem: ⁊ horum quedam formant et perficiunt secundo susceptum cū primo: quedam autem non perficiunt scdm sed corrumpitur. Animal autem qđ secūda impregnatione super primam nō impregnatur est qđ non concipit simul ⁊ parit nisi filium vnum: ⁊ talia sunt animalia soleas corneas habētia que non impregnanᵗ impregnatione secūda super primam excepta equa sicut ⁊ inferius dicemus: ⁊ animalia maiora etiam tali non impregnantur impregnatione. Causa autem huius est: qa conceptus talium animaliū est magne quātitatis sicut ⁊ ipsa animalia: ⁊ superfluitas que subtrahi potest magno corpori matris vix sufficit ad nutriendum pmū conceptum qui iam conualuit in matrice: ⁊ ideo trahit ad se menstruum: ita ꝙ nihil deriuari potest ad scdm. Signū autem huius est ꝙ filius elephantis in vtero fere crescit ad quantitatem tauri. Alia vo que multos simul cōcipiunt filios impregnantur secūda impregnatione super primam ꝓpter paruitatem conceptus qui parum trahit de cibo. Hō autē qui quasi medius est inter hec sicut diximus superius aliquādo ex secūdo cōcubitu impregnaᵗ super primam impregnationem ⁊ conualescit cōceptū: sicut iā in tēporibꝰ preteritis sepius apparuit sicut lōge ante in hac sciētia diximꝰ ꝙ mulier ex vno cōcubitu cōcipit multos filios diuiso in multos multo spmate ⁊ abūdante gutta muliebri: abūdante. n. humore post primū conceptū aliquādo ꝯcipit mulier ex secūdo coitu lȝ hoc nō nisi raro cōtingat: ⁊ sicut accidit aialibus magni corporis ꝙ ideo nō generāt nisi vnum partum: qa totū nutrimentū vix sufficit ad vnum: ⁊ precipue quando iam embrio cōualuit in matrice ⁊ tractu forti trahit ad se nutrimētū: ꝓpter qđ secūda impgnatiōe talia nō impgnātur ita vt frequēter accidat mulieribꝰ: qm̄ lȝ conuenientiam habeant ad ea que plures simul cōcipiunt partus per abūdantiam humoris qui materia est generationis: tamē illū humorē vt frequentius trahit ad se primus cōceptus ⁊ impregnationi secūde prestat impedimētū. Inter oīa tn̄ aialia non est visum ꝙ aliqđ recipiat scdm cōceptū post primū nisi mulier ⁊ equa. Et huiꝰ causa est amplitudo matricū eque ⁊ mulieris ⁊ duritia carnis harū duarū feminarū inter alias feminas. ¶ Mulier enim inter omnes feminas aialiū ꝓportione sui corporis maioris est vulue ⁊ amplioris matricis: cū tamē vir sit minoris veretri iter aialia ꝓportiōe sui corporis. Puella eni pubes lōgiorē fissuram habet vulue aliqn̄ q̄ aliqua vacca vel equa magna ante partū. Et causa huiꝰ est magnitudo capitis in cōceptu ⁊ rotūditas que aliter nō posset habere exitū nisi per mortē matris. Ampla igiᵗ existēte matrice cōcipisit scdm super primū: sed rarissime conualescit: eo ꝙ nutrimētū trahit ad se primus ⁊ fortior conceptꝰ. Silr autem isti duo modi feminarum plus ceteris diligūt coitum: ⁊ hunc appetitum facit in eis vel designat carnium suarū duritia. Omnia enim animalia dure carnis sunt plene carnis ex hoc ꝙ non effluit ex eis sanguis ⁊ cibꝰ vltimus membris infusus: ⁊ ideo multum appetūt coitū ⁊ pcipue mulier ⁊ equa: qa post coitū primū in quo concipiunt non menstruant: ⁊ embrio adhuc paruus non in se trahit sanguinē: ⁊ ideo sanguis attractus titillat neruos ⁊ inguina ⁊ mouet ad libidinem maiorem q̄ facit ante conceptum: ⁊ ista libido non sedaᵗ per coitum: sed forte plus appetiᵗ ex confricatione: eo ꝙ per cōfricationem humor seminalis ampliꝰ attrahiᵗ ⁊ amplius titillat. Similiter autē ab equabꝰ valde parua vel nulla exit superfluitas tēpore mēstrui: ⁊ ideo remanet titillans: oīa enim aialia dure ⁊ plene carnis diligūt coitum dicta de causa: eo ꝙ natura feminarū taliū fere masculina est: qa nō retineret humorem nisi per calorem bene digerētem. Pre ceteris tamē diligūt ille femine a quibꝰ non exit sanguis sufficiēs tēpore mēstruorū. ¶ Hec eadē est cā ꝓpter quā virgines plus cogitant de coitu ⁊ appetūt coitū q̄ corrupte: ⁊ ꝓpter quā mulieres que non ipregnātur plus appetunt q̄ ille que sepius sunt impregnate: pleniores enim sunt carnes earū humore spermatico q̄ aliarū. Cum enim dicimus ꝙ dure carnis mares ⁊ femine plus coitum appetūt intelligimus de his quarū durities causaᵗ ex plenitudine: ⁊ nō de his quarū durities causatur ex siccitate. Et signū huius plenitudinis in corpore est quādo cōpressa caro iter digitos globaᵗ ⁊ resilit a digitis ⁊ non plicaᵗ cōpressa ab eis. Causa autem in omnibꝰ his est ꝙ exitus menstrui a femis est similis exitui spermatis a viris ⁊ masculis. Sāguis eni menstruus nō est nisi sperma indigestum sicut diximus superius: ꝓpter qđ etiam mulieres que primo multum appetūt coitum post partum multorū conceptuum parum aut nihil appetūt propter multū seminalem humorem quo euacuate sunt: sicut ⁊ masculi euacuati a spermate coitū nō appetūt. Matrices eni mulierū sunt superius versus parietē in quibusdā feminis. Masculorū aūt testiculi cōtrahunᵗ inferius: eo ꝙ masculi est sperma eijcere. Femine aūt est sperma proiectū ad interiora ad locū generationis attrahere: ⁊ que multi sunt spermatis multo indigēt coitu. Sic igiᵗ declarata est causa ꝓpter quā q̄dā animalia impregnanᵗ scda impregnatiōe post primā: ⁊ quare quedā proferūt scdm cōceptum ⁊ quedā nō: ⁊ nō: ⁊ quare quedam aialia scdo coitu non impgnanᵗ oīno. Adhuc aūt ostēsa est causa ꝓpter quam quedā multū diligūt coitū ⁊ quedā nō. ¶ Amplius quedam aialia impregnanᵗ scdo coitu: ita ꝙ inter coitum prime impregnatiōis ⁊ coitū scde impregnatiōis est interiacens magnū tēpus: ⁊ tamē cōplebūt cōceptū scdm: hoc autē non pōt esse in aialibꝰ carentibus magnitudine corporis: sed erit in magnis calidis ⁊ humidis que nāliter sunt multi seminis ⁊ multorū filiorū. Ex hoc enim ꝙ facultatem habent multos filios generandi oportet matrices feminarū esse valde amplas: ⁊ qa natura taliū masculorū cōuenit multo spermati: in coitu multū sperma proijciūt: ⁊ humor qui est mā generationis in feminis talibꝰ etiā est multus. Corda eni taliū sunt parua nō cōsumētia humidum: ꝓpter qđ sanguis mēstruus in talibꝰ multiplicaᵗ sup quātitatē cibi qui cōceptui sufficit in pmo coitu: ex hoc eni pōt nutrire cōceptū scdm et cōplere ⁊ ꝓducere ad partū. ¶ Ampliꝰ matrices quarūdam femiarū aialiū aliqn̄ sūt oppilate in orificijs strāgulāte orificia venarū multo sanguie mēstruo: ⁊ hoc accidit qbusdam mulieribꝰ humidis: ⁊ his accidit mēstruū post ipregnationē a pnᵒ cōceptionis vsq ad ipregnatiōis finē. Accidit autē accn̄s hoc nō sm nām: pp qđ cōceptꝰ taliū mulierū frequenter sit occasionatꝰ. Accn̄s aūt idē qn̄ accidit aialibꝰ nō p occasionē est per nām sic aiali pilosi pedis accidit iterato ipregnari post pmā impgnationē cū nō sit ex aialibꝰ magni corporis: sed sit de nūero eorū que multos fil' cōcipiūt ⁊ pariūt filios ⁊ multarū fissurarū est in pedibꝰ. Oē eni in multa diuidēs pedē multorū est filiorū ⁊ multi spmatis. Signū aūt huius est: qa multā hȝ pilositatē: ⁊ pcipue in iferiori pedis sic lepus ⁊ cirogrillius quem qdam vocāt cuninum siue cuniculū. Habet aūt hoc animal multos pilos etiā in parte coxarū. Animal aūt qđ sic multe est pilositatis nō solum ipregnaᵗ super primā impregnationē: sed ēt aliquādo parit primum cōceptū: ⁊ nihilominꝰ cōplet scdm impregnatiōe post partū primi conceptus remanente sm suam dispositionem.

¶ Cap. 5m.

Mlier iter feminas omniū aialiū ꝓportione sui corpis est maioris vulue ⁊ mtricis: ⁊ vir minoris veretri,

Propter q[...] virgines pl[...] appetūt co[...] q̄ corrupt[...]

¶Cap.5m. De causa propter quã quedam animalia generant filios completos: quedam aũt incompletos.

Quarto de generatiõe aialiũ cap.6.

Amplius aũt de aialibus generantibus aialia quedã generãt filios cõpletos. Quedã aũt incõpletos. Oia igit̃ aialia soleas corneas habẽtia filios generant cõpletos. Similiter aũt et omne aial in duo tm̃ diuidẽs vngulã. Plura võ ex his aialibus que diuidunt pedẽ multis fissuris generant filios incõpletos. ¶Causa aũt illius est: q2 aialia habẽtia soleas vnicum generãt fetũ. diuidẽtia aũt in duo vngulã qñq3 generãt vnũ ⁊ qñq3 duo: sed duo vix vñq̃ excedũt: ⁊ iõ q2 hec ⁊ his similia aialia paucos generant filios facile põt eos cõplere. ¶Aialia aũt que multos simul filios generãt possunt qdẽ formare eos in principio cũ pauca indigent humiditate. Postea aũt cũ creuerint ⁊ multaz requirunt humiditatẽ impotẽtez cõplere eos generãt filios imperfectos: sicut ea que generãt vermes: ⁊ iõ quedã ipsoꝝ aliqñ pariunt nõ distinctos ⁊ occasionatos filios: sicut vulpes leo lupus ⁊ canis. Quidã etiam erunt ceci sicut canis ⁊ alias qõ greci aycorem vocant. Porca võ generat multos partus ad modũ eoꝝ que in multa pedẽ diuidunt lz in duo diuidat vngulã: quidã tamẽ porcoꝝ habent soleas corneas integras nõ diuisas: sicut inuenit̃ in porcis quarũdã regionum: ⁊ ideo aliqñ generãt porce vnũ tm̃: aliqñ generãt multos: frequenter tamen generant multos filios: eo q̃ humidum animal est ⁊ frigidũ: ⁊ cibus qui deberet transire in nutrimentũ corporis transit in spermaticam humiditatẽ. Animal enim istud nõ est magnũ sicut animalia soleas corneas habentia. Porca aũt format ⁊ auget qõ ꝯcipit in vtero donec cõpleat̃ partus: ⁊ parit imperfecta: ⁊ hoc accidit propter bonitatẽ ⁊ superfluitatem humidi qõ est in corpore eius: sicut etiã arbor plantata in terra pingui multũ cibuz habenti magis complet suos fructus. ¶Similiter aũt q̃dã aues in completos ⁊ cecos pullificant pullos suos: ⁊ ille sunt p̃cipue ille que faciunt multos pullos ⁊ carent magnitudine corporis: sicut hirũdo ⁊ perdix ⁊ passer ⁊ huiusmodi aues parue. Et similiter etiã faciunt aues que paucos pullificãt pullos: sed nõ generant in ouis cibũ sufficientẽ complexioni illoruz sicut karthagla effecta feta ⁊ colũba ⁊ multe alie aues apud nos: sicut cornix monedula ⁊ plura alia genera. Et ideo dicunt quidã q̃ si extrahat̃ oculus pulli hirundinis quãdo est imperfectus iterum recrescet: eo q̃ materia oculi adhuc est intus incompleta: sed tamen nõ est probabile nisi posset extrahi oculus sine lesione neruoꝝ ⁊ venarũ a quibus exit materia oculi. Ex his igit̃ patet q̃ quedã animalia generãt filios incompletos propter cibi diminutionem: qõ etiã manifestat̃ in filijs quos generant mulieres in septimo mense.

Nõ 8 nascentibus in septimo mense.

¶Quia enim illi filij sunt incompleti frequenter accidit q̃ hi distinctas ⁊ diuisas habent vias sensuum ⁊ poroꝝ manifestoꝝ narium ⁊ aurium ⁊ oculoꝝ ⁊ alioꝝ: ⁊ aliquãdo nõ habent expressam in his distinctionem: sed cum creuerint distinguunt̃: propter qõ sic imperfectionati inuoluunt̃ in pelliculis mollibus axungie nõ salse ⁊ cooperiuntur pellibus ⁊ paulatim instillat̃ eis lac donec conualescant ⁊ compleant̃. Multi etiã taliter natoꝝ conualescunt ⁊ viuunt: frequẽter etiã moriunt̃. In hominũ aũt generatione tali occasione occasionant̃ mares plus q̃3 femine: in alijs autez animalibus nõ. Causa aũt illius est q̃ inter marem ⁊ feminã est diuersitas caloris nature. Calidiores etiã sunt mares ⁊ ideo etiã sunt maioris ⁊ velocioris motus ad exituz q̃3 femine. Propter motus etiã multos quos habent mares adhuc teneris existentibus membris accidunt eis occasiones fracturarum ⁊ lesionum membroꝝ ⁊ plures alij modi occasionuz plus q̃3 feminis. Calor enim est causa diuersitatis complementi facture diuersitatis masculoꝝ ⁊ feminarũ in matrice mulierũ. Earũ enim matrices nõ sunt cause diuersitatis maris ⁊ femine ẽm dictũ moduz. In alijs aũt animalib9 nõ apparet diuersitas facture ⁊ complementi masculoꝝ ⁊ feminarũ: qm̃ nõ citius completur mas in istis nec femina tardius in illis.

Propter qd mulieres i vtero tardius crescũt q̃3 viri: e contra autem extra vterum.

¶Amplius mares in minori tempore distinctam ⁊ completã accipiunt facturã q̃3 femine in matricibus mulierum: post partuz autem citius crescunt ⁊ complentur femine hominum q̃3 mares ⁊ citius senescunt: eo q̃ femine marib9 sunt debiliores: eo q̃ sunt nature frigidioris. Opinandũ enim est q̃ sexus femininus est quedam naturalis occasio qua occasionat̃ conceptus sicut in antehabitis hui9 scientie probatũ est: oportet igitur q̃ cũ fuerit infra matricem tarde completam membroꝝ accipiat distinctionẽ propter frigus naturale. Distinctio enim membrorũ completa quidaz est modus digestionis. Calor enim digerit ⁊ distinguit citius id qõ maioris ⁊ facilioris est digestionis. Hoc autem est id quod maioris est caloris. Femina autẽ in specie hominis extra vteruz citius crescit ⁊ augetur ꝓpter nature sue debilitatem. Omnes enim res minoris virtutis ⁊ debilioris citius perueniũt ad complemẽtũ tale quale permittente natura possunt suscipere: eo q̃ humidiores sunt ⁊ minus agunt in contrarium. hoc accidit in omnibus operationibus nature que a calore naturali terminantur propter causam quam sepius in antehabitis diximus.

¶Cap.6m. De dispositione feminarum impregnatarum ex ipsa impregnatione ⁊ de mola matricis.

Quarto 8 generatiõe aialiũ cap. eodẽ.

Ad hunc autē moduꝫ de terrestreitate corporum aialiuꝫ est determinādūꝫ. Generalr quidem omne terreū qđ est de constitutione corpoꝝ cōmixtoꝝ naturalium est subtile: ⁊ tamē in vno subtilius est q̄ꝫ in alio. Propter hoc intelligendū est ꝙ terreū elemētum cōmiscibile non esset nisi subtile esset: nullā autem ꝓprietatē habet terra per quā cōmisceatur: frigidū enim ⁊ siccū nō faciunt cōmixtionē: similiter autē grossum ⁊ scabrosum repugnāt apprehēsioni quā cōmixtū apprehēdi oportet a virtutibꝰ aliorum elementoꝝ: ⁊ ideo omne terreū cōmiscibile opꝫ eē duas passiones passuꝫ ab humido ⁊ calido: quaꝝ vna est subtiliatio ⁊ altera est digestio spirans a scabrositate. Sic igit subtile factum ⁊ digestū in triplici pōt stare termino. ¶ Si enim terminus subtiliationis ⁊ digestiōis fit ad virtutē sicciꝰ in ipsa ꝑma materia: tunc faciet humidum qđ in ipso est non adherere tāgenti: ⁊ ipm humidum sic apprehēsuꝫ erit intra poros ⁊ spatia sicci cōferens sicco mobilitatē ⁊ cōmixtioneꝫ: ⁊ hoc terreum est mā mineraliuꝫ. Huius auteꝫ signum est ꝙ metallica frigido coagulātur. Probatuꝫ enim est a nobis ꝙ frigidum non coagulat nisi humiditatē comprimendo: non autem comprimit humiditas intra partes sicci terrei. Tale igitur terreum in mineralibꝰ prestat māꝫ. ¶ Aliꝰ autē terminus sicci in humido est ad virtutē humidi vnctuosi aerei vaporatiui: ⁊ hoc terreuꝫ subtiliter illi cōmixtuꝫ est mā plantarū. Cuius signum est ꝙ exiccant multum plante ꝓpter euaporationem humidi: ⁊ inflāmabiles sunt ꝓpter vnctuosuꝫ ⁊ aereuꝫ humidū: ⁊ natant super aq̄s ꝓpter vincens in eis aereū. ¶ Tertius auteꝫ terminus est ad humidū viscosum spumosum sicut diximus: ita ꝙ siccū terreum fit ab ipso apphensum: ⁊ hoc terreum multū est digestum ⁊ multuꝫ formabile ꝓpter virtutes humidi: ⁊ hꝫ totum nunq̄ꝫ indurabile: sed semꝑ in maiori parte molle ꝓpter vincēs in eo humidum: ⁊ hoc est terreum qđ est materia corpoꝝ aialiū. ¶ Siccum autē hoc tres est passum passiones ab humido: quaꝝ vna est apprehensio partiū ipsius ad formabilitatem quā habet in mēbris diuersis similibꝰ ⁊ dissimilibꝰ. Secūda autē est separatio a grossitie scabrosa: q̄a aliter non vbiqꝫ sequeret humiduꝫ. Et tertia est subtiliatio que fit per digestionem ⁊ ablutionē sordiciei ab ipso: ⁊ per hoc est ipm bene planabile: ⁊ in omnem figurā ⁊ lineā ⁊ superficiē extensibile. Viscosum autē est ideo q̄a conglutinātur partes eius cum humido apprehense inseparabiliter: q̄a hoc facit ad lōgitudinem vite: humiduꝫ enim non finibile est causa vite longioris. Et ad nō siccabilitatem facit viscositas continēs intra terrea ne euaporent: ⁊ multitudo humidi a siccitate terrea nō vincibilis. Tale igit terreum est fundamentū oium formaꝝ que in aialiuꝫ corporibus fiūt. Et habet differētias: q̄ꝛ quedā pars ipsiꝰ magis est grossa ⁊ sicca: ⁊ quedam magis mollis ⁊ humida: q̄daꝫ autem magis extēsibilis ⁊ viscosa: ⁊ ex prima haꝝ partium generant ossa: ex secūda autem caro ⁊ adeps: ⁊ ex tertia vene arterie ⁊ nerui ꝭm differētias quas habēt inter se ad inuicem partes materiales. ¶ Amplius terreū qđ est materia aialium sicut dictū est per oia primo sequit actū humidi: eo ꝙ aliter nō esset receptiuum figuraꝝ: tamē in fine terminat ad siccū euaporante humido. ꝙ autē hmōi siccū primum sit ꝭm subām in humido ex quo fit generatio corpoꝝ ex hoc pꝫ ꝙ sanguis ⁊ genitura ex qua fit generatio lꝫ sint viscosa: nō tamē sunt facilis abstersiōis: qđ esse nō posset nisi ꝓpter siccum terreū qđ ad se trahit partes humidi ne dilatent. Signū autem eius qđ diximus est: q̄a videmꝰ oia corpora aialium putrefacta primū fieri nigra: ⁊ tādem incinerari exhalante humido qđ non esset nisi siccum terreū esset ipsoꝝ materiale principiuꝫ. Sicut autē iā ante diximꝰ siccū terreum per ꝓprietates ⁊ potētias suas simplices nō pōt eē principium ⁊ mā viuoꝝ: sed potius imixtuꝫ humido. In oī enim viuo ⁊ ꝓpter nutrimētuꝫ ⁊ ꝓpter augmentū ⁊ añ ambo hec ꝓpter formationem ⁊ distinctionē figure membroꝝ ⁊ qđ prius omnibꝰ his est ꝓpter corporis extensionē nunq̄ꝫ posset ꝓduci pars vna ex alia: ita ꝙ remaneret cōtinuuꝫ nō diuisum nisi flueret vna pars ex alia per nām humidi: propter qđ etiā opꝫ in talibꝰ esse vincens humidū ⁊ secū trahēs siccum. ¶ Humidū enim est vite q̄litas ⁊ potētia: vite aūt nulla oīno potētia in terra est: corpora tamē viuoꝝ aialium minus participāt virtutes terre q̄ꝫ plante sicut in libris vegetabilium ostēdimus. ¶ Habēt tñ q̄tuor a terra hec corpora: non enim tenēt figuras mēbra nisi per siccū terreum ⁊ frigidum aliquātuluꝫ cōprimēs humidū: q̄uis nō oīno exprimat ipsum. Adhuc aūt euanida ⁊ inania efficerent corpora nisi esset siccitas ⁊ frigiditas reprimēs imbibitum sibi humidum. ¶ Amplius non sustentarent erecta corpora animaliū nisi eēt terre soliditas fulciens corpora aiatoꝝ: sꝫ cōciderent ⁊ cōfluerent sicut aqua: ꝓpter qđ Athlātē fabulant sustentare celū poete Pithagorici: eo ꝙ magnum aial

mūduꝫ

Humidū e[…] te q̄litas […] potentia. Quid corp[…] ra viuētia h[…] beāt a terr[…]

mūdū ꝫ esse dicebāt. Athlātem autē gigātem eē poetizāt: eo ꝙ multū habuit de terrena soliditate. Quartū autē est mēbroꝝ mobilitas: nō eni motus esset gyratiuus in piridibꝰ ꝛ vertebris mēbroꝝ nisi esset fortissima terreni elemēti decocta soliditas: qa ex motu qui calorē excitat mēbra illa dissoluerent: ꝓpter qđ etiā humore aqueo dissolutis in paralysi mēbris ꝛ iūcturis: ordinatꝰ nō est in aialibꝰ motus ille quē vocāt qdā ꝓcessiuū. Propter hec igit ꝛ his siƚia corporibꝰ aialiū terrenū inest elemētū. Et hꝫ in corporibꝰ hmōi quatuor differētias. Habet eni in eis in aliq̄ sui parte fumosū ꝛ siccū: ꝛ in aliq̄ sui parte terrestre grossum arefactū: ꝛ in aliqua sui parte multū passum ab humido vnctuoso grosso: ꝛ vndiq ꝫ cōiacens partibꝰ eius insertū sibi sicut anſis cathenaꝝ sit colligatū inseparabiƚr. Et in aliqua sui parte terminatū in humido subtili bene digesto cōstās ꝛ coagulatū ab ipso: digestiōe que ephesis grece vocat vel illi similis. Fumosū ꝫ enī ꝫ siccū terrestre est in pilis corpoꝝ animaliū. Terrestre autē grossū ꝫ arefactibile est in ossibꝰ ꝛ cartilaginibꝰ: ꝛ est assatū digestione que dicit obthesis. Cōsertū ꝫ aūt humido vnctuoso viscoso est in neruis ꝛ venis ꝛ arterijs ſꝫ ꝓprias differētias ꝛ passiōes. Sꝫ termiatū in humido ephesi digesto est in carne ꝛ adipe ſm differētias quas nos iā in ante habitis determinauimus. Hec igit sunt duo elemēta que quasi fundamēta ꝛ mālīter abūdant in aialium corporibꝰ: ꝓpter qđ ꝛ corpora ipsoꝝ horum duorum habent motus elementoꝝ ꝛ quies omnium ipsoꝝ est in terra.

¶ Cap. 3m. De natura aeris ſm ꝙ participatur ab animalium corporibus.

AEris aūt subā ꝛ q̄litates participant diuersimode ab aialiū corporibꝰ. Oia qdē eni participāt formā ꝛ nām aeris in spiritu discurrente in corporibꝰ ꝛ seminibꝰ ipsoꝝ: ſꝫ ipsa subā aerꝫ simplex nō pōt eē de alicuiꝰ aialis cōstitutione. Et huiꝰ cā est: qa nō est corporeaꝝ figuraꝝ retentiuus aer: ꝛ si calefieret simplex aer calore nāli aialis amplius rarefieret ꝛ minus eēt figuraꝝ receptiuus. Et iō spiritꝰ qui est in aialiū corporibꝰ est vapor resolutꝰ ab hūido seminali in gñatiōe: ꝛ cū hoc humidū sit cōpositū ex q̄tuor humoribꝰ ꝛ elntis nō pōt eē spūs simplicis nāe elnti aeris. Cū eni spūs ille formā aeris hñs sit vehiculū ꝫ virtutꝫ ꝛ instrm aie quo corpꝰ formatur ꝛ formatū viuificat ꝛ sensificat: opꝫ spiritū ipm in cōpositiōe esse talē ꝙ virtꝰ sibi quā vehit adhereat: ꝛ hoc nō fit nisi per potētiā humidi spissi: qa hoc solū ꝫ cū sit p̄mm ꝛ subm vite valet tenere virtutes quas vehit ad mēbra. ¶ Amplius cū sit instrm operationū aie opꝫ eē talē ꝫ subā ꝫ ipsiꝰ qualis iducere pōt in membra formas quas aia per ipm iducere in mēbra intēdit. Sꝫ hoc ēt a simili cōstat. Nō eni faber lignarius quē architectonicū qdā vocāt serrā aut dolabrū facit de lana aut plūbo: sed facit de ferro: et dētes eiꝰ ordine cōgruo disponit ſm sue opatiōis exigētiā. Et cū magis certū sit ꝛ ordinatū opus nāe q̄ꝫ artis oportet multo magis istrm nāe esse cōgruū opationibꝰ ipsiꝰ. Cū autem aia in mēbra corporis iducat multas virtutes ꝛ multas formas valde: quaꝝ p̄ma qdē est forma ꝛ actꝰ vite: ꝛ cōsequēs est forma sensus. Et ad vite qdē vehiculū exigitur subtilitas ꝛ mobilitas: eo ꝙ illa perficiunt pulsu per diastolen ꝛ systolen: ꝛ ideo opꝫ spiritū plurimū eē aeree subtilitatꝫ ꝛ mobilitatis. Ad sensū ꝫ aūt exigit luciditas vt forme sensibiles vecte ab ipso nō obscurent: ꝛ opꝫ ideo spm̄ eē clarū ꝫ ꝛ perspicuū valde ꝛ nō itēperate calidū: qm̄ itēperate calidū hꝫ partes calidiores ascēdētes: ꝛ minꝰ calidas descēdētes: ꝛ ideo nō ordinate stant ꝛ vehūtur forme in ipso: ꝛ quo ad hoc iterum opꝫ esse aereū. Aer enim mobilis est ordinate ꝛ perspicuus ꝛ nō intēperate calidus. Scđm hūc igit modū ꝫ participat ab animalibꝰ nā aeris. Adhuc autē ꝫ cum omne corpus aialium porosū ꝫ sit participat natura aeris simplicis circūstātis in subintrando vacuitates ꝛ spatia poroꝝ ꝫ. Nō eni vbiq ꝫ in corpore posset esse humidū ꝫ nisi essent spatia poroꝝ in quibꝰ reciperet. In his igitur spatijs etiā recipitur aer: ꝓpter qđ etiam venenosus aer ꝛ corrūpens efficit ꝛ corpora ledit: qa per poros ad interiora in talia penetrat nō alteratꝰ ꝛ ad aliam digestus qualitatē ꝫ: ꝛ his duobꝰ modis ſm ꝓpriam formā ꝛ qualitatē aeris est in mā corporum aialiū. ¶ Est autē adhuc alia participatio qua non in forma ꝓpria participat: sed refracte simplicia sūt in mixto: ꝛ tunc in nā humidi ex quo fiunt substātia membroꝝ participat humidū: qm̄ sunt duo principia vite tēperatū calidū ꝫ ꝛ humidū temperatū: ꝛ he ambe qualitates sūt aeris. Cū ꝫ eni humidū ex quo fiūt substātie mēbroꝝ sit continue fluēs extra suam formā ad quādā aliā quācunq ꝫ membri formā ꝫ opꝫ ꝙ ipsū ꝫ sit calidū: hoc enim extra se facit moueri ꝛ fluere humidū. Si autē eēt calidū excedens epotaret ꝛ exiccaret humidū: ꝛ ideo opꝫ ꝙ sit temperate calidū. Siƚr autem si esset excedēs humidū cōfluerent partes eiꝰ ad seipm ꝛ nō fluerent ad formā mēbroꝝ que extra ipsiꝰ sunt suscipiendā ꝫ subam: ꝛ ideo opꝫ esse tēperate humidū: ꝛ hoc est aereū ꝫ ꝛ non aqueū. ¶ Omne aūt mixtū ꝫ qđ operat ſꝫ q̄litates simplicis qđ est in eo hꝫ illud simplex ſm cuiꝰ qualitates opat magis dominās ꝛ vincēs in mixtura ipsiꝰ: ꝛ ideo in humido spermatico ꝛ in humido nutrimētali magis aeris natura dꝫ dominari: nec pōt esse vnū aliqđ nisi ſm hūc modum. Signū autē huiꝰ est ꝙ omne qđ format ad vitam: siue nutriat tm̄ vt vegetabilia: siue participet sensu eleuat in partibꝰ a loco terre: ꝛ hic motꝰ nō est nisi ex natura elemēti aeris qđ est in sic formatis. Scđm hūc igit modū ab omnibꝰ minꝰ participat natura aeris. ¶ Sūt autē quedā nobiliora aialium que participāt aerē ꝓpter respirationem: ꝛ ea que fiūt per respiratū aerem sicut vox ꝛ sonus: nā ꝫ multa aquaticoꝝ animaliū que maiora ꝛ nobiliora eē vident respirāt: sicut cete ꝛ balene ꝛ delphini: ꝛ ea que chochi hoc est vituli marini vocātur: ꝛ plura alia genera aquaticoꝝ de qbꝰ in an habitis tractatum est: hoꝝ tamē nullū oino inuenit in fluminibꝰ aut lacubus dulcis aque: eo ꝙ aque iste frigidiores sunt: ꝛ aialia viuentia in eis magis sūt frigida q̄ꝫ marina: ꝛ cū respiratio sit ad mitigationē caloris cordis ꝛ pulmōis facta sunt ea que sunt in aqs frigidioribꝰ nō respirātia: q̄dam aūt maiora ꝛ nobiliora eoꝝ que sūt in locis aquaꝝ calidioꝝ indigebāt respiratiōe: respiratio aūt est ex aere restituēte spiritū ꝛ infrigidāte ipm sicut diximꝰ in libro de respiratiōe ꝛ spiritu. Et ꝓpter hoc est facta ampla via ꝛ dura ꝑ quā fit respiratio vt multum aeris inducat ꝛ emittat ꝛ ad latera dura sustineat percussiōes ipsiꝰ: ꝛ facta est sine angulo vt aer nō stet in angulis ipsiꝰ. Et pulmones in oibꝰ talibus facti sūt superiꝰ hñtes foramina ꝛ nō inferius: qm̄ si inferius haberent foramia pertingeret aer frigidus ad diaphragma qđ tangit stomachum ꝛ epar: ꝛ sequeretur nocumentū digestionis ex infrigidatione: ꝛ insuper incēsus ꝛ fumosus ꝛ corruptꝰ aer ꝛ spiritus in corde ꝛ pulmone nō in toto excuterent: sed pertingerēt ad interiora ꝛ corrūperent animal putrescentibꝰ interioribꝰ ex aere corrupto ingrediente ad ea: mollia eni sunt ꝛ cito putrescētia: ꝓpter qđ excutit ꝑ superiora dura que nō de facili recipiūt mutationem ꝛ corruptionē: ſm hunc igit modum ab his participat aeris elemētū ꝫ. ¶ Sūt ꝛ q̄dā rugosoꝝ que nō ad respirationē ꝫ participāt spiritū aereum: sed interiꝰ clausū ꝫ hñt spiritū effundētē ad succingēs ipm diaphragma: in talibꝰ eni oibꝰ circulus diaphragmatis est valde paruus: ꝛ cōtinnātur ad ipm due partes corporis: supior. vꝫ. ꝛ inferior: ꝛ spiritus per rugas itra corpora ipsoꝝ offendens ad succinctoriū ꝫ sonat in his quādo mouent: ꝓpter qđ ēt sonat adhuc p̄cisis capitibus: ꝛ spūs ille subtiliat magꝭ q̄ꝫ refrigeret humidū ꝫ qđ est in mēbris aialium istoꝝ: hoc enī ꝫ valde subtile ꝛ spūale est ꝓpter multū ꝫ sibi imixtū aereū ꝫ. Et signū ꝫ huiꝰ est: qa ista aialia subtiliora multis alijs sunt in opatiōibꝰ ꝛ pceptionibus quorūdam sensibiliū. Nullo aūt istoꝝ modoꝝ plātarū corpora participāt aerē nisi ſm cōmixtionē ipsiꝰ cū ꝫ vnctuoso humido: ꝛ ſm aliquē modū subintratiōis ipsiꝰ in poros sicut superius diximus. Et ideo nō manifestat spiritus in plantis sicut in animaliū ꝫ corporibus manifestatur.

Pro hoc vid̄ p̄mo ce. t. c. 8.

Propter qđ pulmōes i oibꝰ aialibꝰ hñt foramia supiꝰ ꝛ nō inferius.

¶ Cap. 4m. Qualiter ignis participatur ab animaliū ꝫ corporibus.

EOdem autē determinationis modo vidēdū ꝫ est qualiter ignē animaliū corpora participāt. Multos enī ꝫ effectus ignis in corporibꝰ aialium esse cognoscimus: sicut est decoquere: digerere: separare: homogenea ab etherogeneis: cōgregare homogenea: perforare: ampliare vias: cōsumere humidum: expellere cū impetu quedam

superflua: ⁊ hmõi alias operatiões notas inueniet quis in animaliũ corporib⁹ si quis diligenter impendens perscrutet. Oẽs enim dicte operationes non efficiunt a calido nisi qđ est calidum ignis. Decoctio enim chili seminalis ⁊ nutrimentalis nõ põt fieri nisi per calidũ igneũ: ⁊ hoc lʒ iã ostẽsum sit in 4° metheoroꝝ: tamen ⁊ hic dicimus ꝙ oĩs decoctio fit a calore nãli aut alieno: cõstat autem ꝙ decoctio que fit in animaliũ corporib⁹ cõstituendis aut nutriẽdis fiet per calidũ: ⁊ cum decocta cõstent ⁊ inspissent nõ fit decoctio nisi per humidi eductionẽ: humidi autẽ eductio non fit nisi per calidũ ignis. Et sic pʒ ꝙ decoctio ꝓpria est operatio ignis. Similr aũt se habet ⁊ digestio. Digestio enim est decoctio quedã quando a ꝓprio ⁊ naturali calore cõplet ⁊ terminat humidũ seminale vel nutrimẽtale ⁊ ad finem cõgruũ deducit ⁊ remouet a qualitatib⁹ nature cõtrarijs. Nõ enĩ humidum seminale induet vnq̃ formas animaliũ ⁊ mẽbroꝝ ipsorum nisi prius sit in termino cõgruenti formis ipsoꝝ: ad terminuʒ aũt siue cõplementuʒ formis membroꝝ cõgruum nõ deducit nisi per calorẽ a contrarijs passionib⁹ separantem. Terminũ aũt voco mãm humidi in qua ſm ꝓximã potẽtiã sunt forme membroꝝ toti⁹ corporis: ⁊ statim per simplicẽ ⁊ vnicum motũ formatiue virtutꝭ educunt de ipso: sicut ⁊ nutrimẽtum digestũ esse dicim⁹ quãdo peruenit iã ad vltimã membroꝝ assimilationẽ postq̃ nihil sequitur nisi cõuersio ad formas membroꝝ. Hec aũt expoliatio a formis cõtrarijs ⁊ assimilatio ad virtutes mẽbroꝝ non põt fieri nisi calido ignis. Nulla enĩ oĩno qualitas similr est actiua nisi calor ignis: qa frigiditas que videt eẽ q̃litas actiua potius agit reprimẽdo ⁊ cõstringendo q̃ expoliãdo quedã ⁊ inducẽdo alia. Que enĩ reprimit non expoliat: ⁊ ideo cruda ⁊ indigesta manent frigida. Sed caliditas que facit ebullire humidum ex centro expoliando alterat inducẽdo quasdam passiones: ⁊ ideo digestiua est ⁊ terminatiua. ¶ Amplius separare ꝓprius est effectus ignis. Per hoc eniʒ ꝙ agit expoliando ea que expoliat attrahit ab his quorum cõtraiacẽtes passiões nõ separantur ab eis: ⁊ ideo expoliationẽ sequitur separatio de necessitate: qm̃ etherogenea sepat ab homogeneis illi nature quã digerit. Est autẽ hui⁹ exemplũ tã in artib⁹ q̃ in naturis. ¶ In artib⁹ quidẽ quãdo aurum digeritur ⁊ decoquit ea que nõ sũt de natura auri sicut lapides ⁊ imixta metalla separãtur ab auro: similr auteʒ ⁊ rubigiosa ⁊ huiusmodi: ⁊ auꝝ attrahit simł ⁊ eleuat. In naturis autem sicut videm⁹ omne fetulentum separari a chimo nutrimentali: ⁊ id qdem qđ est grossum separari per secessuʒ aut ad vas ꝯueniens superfluo humori: sicut splen est vas melãcholie: ⁊ chistis fellis est vas cholere sicut in ante habitis hui⁹ scientie determinatuʒ est. Puꝝ auteʒ assumit separatum ab hmõi ⁊ assimilatur corpori. Separatio aũt homogeneoꝝ ab etherogeneis simul positꝭ ꝓpria est opatio ignei ⁊ digestiui caloris. De perforatiõe autem per hoc cõstat ꝙ est operatio ignis: qa nulla oĩno in omnib⁹ elemẽtis est acuta ⁊ manens ⁊ agens qualitas nisi calidũ subtili sicco cõiũctum: hoc autem nõ est nisi calidũ ignis: ꝓpter qđ etiã primus spũs qui est in substantia seminuʒ plãtaꝝ ⁊ animaliuʒ nõ perforat faciendo vias ⁊ poros ⁊ distãtias nisi per vtutẽ calidi. Spiritus enim de se potius est ipulsiuus ⁊ pressiuus totius substãtie q̃ perforatiuus. ¶ Videm⁹ eniʒ ꝙ perforatio fit tam in formatiõe embrionum q̃ etiã in nutrimento eorũdem. Perforatio auteʒ in formatiõe fit multis modis. Quedã enĩ perforãtur quasi cauando in quib⁹ est multus calidus spiritus: sicut cor ⁊ pulmo. Quedaʒ aũt perforantur quasi terebrãdo vt sint vie superfluitatuʒ que decurrunt per ipsa vel in ipsa sicut intestina ⁊ stomachus ⁊ vesica ⁊ huiusmodi: ⁊ quedã perforantur subtili perforatiõe sicut vene quiete ⁊ pulsatiles: que auteʒ cauãdo perforantur: in his operat multus ⁊ calidus spiritus: ⁊ que terebrãdo pforantur: in his operat spiritus calidus non acutus: sed ventosus extrema distare faciens: sicut per vẽtum inclusum distant ampulle. In his autẽ que subtili perforatione perforantur paruus operatur ⁊ valde subtilis ⁊ acut⁹ spiritus: ⁊ hoc modo ignis operat in formatiõe semis. In nutrimẽto autem etiã opʒ ꝙ perforet ⁊ penetretur membrũ qđ nutritur: qa aliter nutrimẽtum non ingrederet substãtiã ipsius vndiq̃ nec nutriretur ꝓportionaliter in omnibus partib⁹: propter qđ etiam acutus calor pungitiuus sic penetrãdo totum corpus facit porosum. Et iste est modus operationuʒ ignis in perforando. ¶ Amplius autem vias factas calor ignis ampliat ⁊ facit expeditas: quoniam sicut in ante habitis hui⁹ scientie dictum est continuus humoris cõmixti transitus ⁊ obturat ⁊ oppilat vias sicut parue rime oppilãtur in defluxu aque limose: ꝓpter qđ exigitur calidũ est iuss qđ huiusmodi vijs adherentes materias remouẽdo amplieт vias vt recedere possint. Cuius signuʒ est ꝙ multi colicam ⁊ billiacã incurrũt quando porus fellis qui ad itestina inferiora dirigit obturatur: tũc eniʒ latera intestinorum sibi appropinquãtia cõstringũtur: ⁊ quasi strãgulata superfluitas stat ⁊ oppilat transituʒ: ⁊ aduenîente cholera acuta ampliat distãtibus laterib⁹ ⁊ via ampliata: strãgulata descendit superfluitas. Eodẽ autem modo etiã in alijs vijs ampliando operatur caliditas. ¶ Amplius operatio caloris ignei est in humidũ cõsumẽdo: hoc enim nulla aliarum facit qualitatũ: eo ꝙ calidũ aeris nõ cõsumit humidum: sed mouet tm̃ calidũ: aut ignis epotat ipsum ⁊ inducit siccitatẽ: ꝓpter qđ etiam oĩno corpora sicca sunt in quib⁹ vicit calidũ igneum. Cõtinue enim ad se trahẽdo subtile humidum relinquit tãdem terrestre siccuʒ ⁊ duꝝ. Hac autẽ operatiõe operatur caliduʒ formando ossa ⁊ supfluas humiditates que in membris sunt cõsumendo: qa aliter membra emollita minus ordinate moueri possent ⁊ fierẽt figure mẽbroꝝ enormes ⁊ incomposite. Opatur etiaʒ hoc modo calor excedens sicut est in ethicis vltra modum mẽbra exiccando: ⁊ tãdem vincẽs omnino sic opatur putrefactione et incineratione: ꝓpter qđ extrema putrefactorum pmo sunt humida ⁊ vltimo sicca ⁊ incinerata: hec autem omnia non nisi ignis sunt opationes. Similr autem ignis est operatio expulsio cum impetu. Calidum eniʒ in humido grosso terrestri facit ventositatem fortissimi motus: ⁊ illam continue generando auget ⁊ vincere facit: ꝓpter qđ tãdem cum impetu magno expellit: ita ꝙ etiam aliquando vasa scidit ⁊ rumpit. Signum autem huius est in vasis fortib⁹ vndiq̃ clausis que in igne posita dissoluuntur ipetu: sicut ⁊ oua assa aliquando ⁊ castanee ⁊ cetera in quib⁹ calidus vapor includit. He igitur ⁊ his similia caloris ignei in corporib⁹ animalium ꝓprie sunt operationes. Est autẽ in hmõi mixtis substantialiter ignis sicut ⁊ alia insunt elementa. Non eniʒ in mixto miscibilium sunt qualitates nisi ꝓpter substãtias eoꝝ que insunt. Si enĩ per generationem vnũ mutet in alterum iam nõ esset mixtum: sed poti⁹ vnuʒ esset simplex ex alio vel alijs generatũ. ¶ Opʒ igitur in talib⁹ ignẽ substantialiter inesse: ⁊ hui⁹ signũ est in sursuʒ augeri corpora oĩuʒ aĩatoꝝ. Hunc enĩ motum non hñt nisi ꝓpter ignis leuitatẽ ⁊ caliditatem. Cui⁹ signũ est: qa aĩalia corpora calidiora et minus terrestria hñtia magis erigunt ⁊ eleuant sicut hõ: ⁊ quedaʒ genera symiaꝝ que erecta incedũt duob⁹ pedib⁹. Similr autem ⁊ auium genera erigunt ꝓpter multã aeritatem ⁊ leuitatẽ corpoꝝ suoꝝ: q̃uis omnes aues multo maiora habeãt mẽbra superiora q̃ iferiora. Dictuʒ igit est q̃liter ignis inest corporib⁹ aĩatis. ¶ Queret aũt fortasse aliquis qualiter ignis descẽdit ad locũ generationis aĩalium ⁊ qualiter incorporatur mixtis corporib⁹. Sʒ nos hmõi rationem iam in alijs libris ostẽdimus. ¶ Radij enĩ solares ex repcussione sup locum generationis ignis calorem efficiunt: sicut ostenditur in scia de speculis comburentibus: ⁊ ille est ignis qui in mixtis corporibus cum elementis adunatur. Sphera ẽt solis habet mouere ignem ⁊ virtutẽ ipsi⁹ imixtis imittere corporibus. Motu etiam ignis elicit qui sepe in corporib⁹ mixtis generatur. Ignis igitur taliter ⁊ ex huiusmodi causis est in corporibus animalium.

¶ Cap. 5m. Utrum quintuʒ corpus vel essentia substantialiter cõmisceat corporibus aĩalium: ⁊ ponunt multe rationes hoc ponẽtiuʒ ꝙ cõmisceat cum animato corpore.

Preter omnia que dicta sũt que vocant quatuor elementa corpoꝝ quidam sunt in corporib⁹ quintum corpus cõmisceri dicentes. Celi enim subaʒ esse lucem dicunt: ⁊ hãc eẽ in corporib⁹ mixtis ⁊ quintũ vocari corpus. Et hoc nitunt astruere qbusdã signis. Asserũt enĩ cõtraria non simul stare cõmixta nisi sit aliquid tenens ea in mixtura.

Exẽplo i arte ⁊ nã cõprobat calidum ꝯgregare homogenea ⁊ etherogenea segregare.

Qualr pforatio facta a spũ in formatione corpis aial fiat diũsis modis ⁊ in nutritiõe eiusdem.

Nulla q̃litas ẽ hũiditatis ... ptiua nisi ca... tas ignea.

Signo cõpro bat q̃ ... masr sint in mixto.

Dubium.

Solutio.

mixtura. Leuia enim per se sursum ⁊ grauia deorsum mota distabūt nisi aliquid sit qḋ ea cōnexa retineat ne ꝓprijs ⁊ cōnaturalibus suis motibus dissoluantur. Continēs autem ea que habent contrarios motus ad mediū: aut a medio nō potest esse aliquod dictorum elementoruz: eo ꝙ oia dicta elementa mouentur aut a medio aut ad medium: sicut ostensum est a nobis in 4° libro de ce. ⁊ mun. Continēs igitur ea dicunt esse lucem de natura qnte essentie siue qnti corporis existentem qḋ est celum. Similis autem ratio est etiam de calido ⁊ frigido: quorum vtrūqȝ est actiuum per sue nature necessitatem. Que autem per nature necessitatē actiua sunt: de necessitate in seinuicem agunt quādo seinuicem tangunt. Actio autem continua necessario dissolutionis est causa: eo ꝙ omnis passio magis facta abijcit a substantia. Cum igitur mixtuȝ ex calidis ⁊ frigidis non dissoluatur: oportet aliquid esse continens preter calidum ⁊ frigidum: hoc autem qḋ preter calidum est ⁊ frigidum nullum elementorum: quintum igitur erit hoc continens extra elementa existens vt dicunt. Idem autez modus rationis est de humido ⁊ sicco hoc modo: qa que sūt passiua ⁊ materie ⁊ dispositiones ⁊ se contingentia per nature necessitatez patiuntur ab inuicem: propter qḋ continente indigent vt dicunt: hoc autem continens cum non incidat in idem cuȝ cōtento dicūt extra omnia oportere esse materialia principia siue elementa: ⁊ hac ratione quintum corpus hoc continēs esse dicunt. ¶ Amplius ex motu ⁊ qualitate ⁊ effectu vidētur ostendere spiritus esse huiusmodi corpora de nā quinte essentie existentia. Dicunt enim motum lucis a luminari moueri per modum pyramidis. Talis autem exitus spiritus est ex cordis puncto siue acumine in totius corporis latitudinem: ⁊ ideo spiritus de natura luminis esse dicunt ⁊ lucis: lucem autem dicunt esse corpus sicut diximus alibi. ¶ Amplius nullum elementum esse dicunt qḋ a principio loci sui moueatur ad omnem diametrum circulariter exeundo. Terra enim non nisi diametraliter descendit. Ignis autem ꝯtinue ascendit. Aer autē in vno descēdit ⁊ in duobus ascēdit: ⁊ aq̄ ecōtra in vno ascendit ⁊ descendit in duobus per rectas diametros. Sed ebullitio spiritus a loco spiritus est circulariter ad omnem diametrum: non ergo videtur esse de natura alicuius elementi. Huius autez signū dicunt esse motum cordis in diastole ⁊ systole qḋ continue exufflando spirituȝ mouetur: dilatando se ad circūferētiaȝ ⁊ constringendo se ad centrum: qḋ non esset vt inquiūt nisi ꝓpter pyramidalem luminosi spiritus exituram. ¶ Adhibent etiam ad hoc etiam cordis figuram quā pyramidaleȝ esse dicunt propter spiritus pyramidalē in ipso generationem. Hec igitur ⁊ similia ex motu inducentes dicunt preinductam defendentes positionem. ¶ Ex qualitate etiā motus ⁊ qualitate spiritus quedam afferunt ad istius probationem opinionis. Celeritas enim motus que mot⁹ qualitas est: tāta est in motu spiritus ꝙ subito mouetur in motu spiritus: sicut illuminationes subito fiunt in mūdo sicut Isaac testatur. Non autem subito moueri possent vt dicūt si de natura essent quatuor elementorum: ⁊ ideo de natura quinti corporis dicunt esse spiritus. ¶ Addunt etiam cōformitatem qualitatis spiritus quos lucidos ⁊ luces quasdaȝ esse dicunt: ⁊ ideo obscuratos turbationem ⁊ distrasiaȝ corporis dicunt indicare. Cum igitur vt inquiunt lux ⁊ lumen non sint de natura alicuius inferioris corporis: eo ꝙ etiam ignis in propria sphera ⁊ natura non lucet: dicunt lucem illā esse de natura essentie quinti corporis. ¶ Preter omnes autem dictos modos probationum arguunt hec ex effectu multipliciter. Primo quidem per naturaȝ termini ⁊ finis. Secundo autem per modum sue actionis. Tertio autem per compositionem sui ad suum mouens. Quarto per analogiam sui ad virtutes quas vehit. Quinto v̇o per conformitatem complexionis quā continet. Sexto per proportionem ad id in quo est primo vita sicut in subiecto ⁊ cā. Septimo per rationem sue mediationis inter corpus ⁊ aīam. Octauo per rationē sue contractionis ⁊ expansionis. Nono per rationem sui augmenti ⁊ diminutiōis. Decimo per rationem sue diuersitatis. ¶ Et per rationem quideȝ termini ⁊ finis arguunt per hunc moduȝ. Dicunt enim qualitates primas non habere virtutem nisi alterandi materiā ad suas formas simplices aut cōmixtas suscipiendas. Lux autem spirituum qui sunt in corpore agit ad spēm viui in carne ⁊ alijs membris. Propter qḋ constat lucem que spiritus est in corpore animalis non esse de natura alicui⁹ elementoꝝ. ¶ Amplius qualitates que sunt in elemētis vni⁹ effectus sunt simplicis: sed lux multos inducit: sicut eni lux in mundo plurimos inducit effectus ⁊ fere omnem formaȝ perducit ad effectum: sicut in libris physicis in scientia de anima ostensum est: ita etiā in corpore animalis non vnū: sed multa valde ⁊ difformia operatur: ꝓpter qḋ vt dicūt cōstat lucem non esse aliqḋ elementorum quatuor: sed qntuȝ qḋ est preter hec ⁊ extra ipsa. ¶ A modo autez actionis idē ostendunt. Lux enim que est spiritus omnia facit absqȝ eo ꝙ aliquod habeat contrarium: hoc autem modo non operatur aliqua qualitatum elementalium: constat igitur lucem spirituum formam elementalem non esse: ⁊ constat ꝙ non est forma sine subiecto. Oportet igitur ꝙ sit vel quintū corpus vel forma quinti corporis existens. ¶ Adhuc autez ex compositione huius luminosi ad suum mouens arguunt sic: dicentes ꝙ non est dubium lucem spirituum instrumentum esse anime ⁊ proximum corpus qḋ est sub anima creatum in vmbra ipsius sicut alibi ostensum est quintū est corpus: videtur igitur lux illa de natura quinti corporis esse. ¶ Hoc idem accipi dicunt ex analogia hui⁹ luminose substantie ad virtutes quas vehit: omnes enim ille virtutes sunt virtutes vite: ⁊ cum non possit idem esse vehens siue inuehens: ⁊ hoc cui inuehitur virtus: cuȝ id cui inuehitur sit elementum ⁊ elementatum: erit id qḋ inuehit has virtutes aliqua substantia preter omnia elementa ⁊ elementata existens: ⁊ hoc non est nisi sint omnes huiusmodi spiritus de natura quinte essentie. Quinta igitur essentia hec operans erit in corporibus animalium. ¶ Adhuc autem idem probant per naturam complexiōis quaȝ huiusmodi luces continent: hec enim recedit ab excellētijs contrariorum et appropinquat corpori nō habenti cōtrarium: ⁊ hoc non est nisi celum sicut sepius in libris p̄habitis ꝓbatum est. Cum igitur deducat ad similitudinem celi ⁊ cōtineantur in similitudine orbis etiam ea que sunt ex cōtrarijs: nō videtur aliqd esse posse nisi de substātia ⁊ natura celi. ¶ Amplius p̄mo vita nobilior inuenit̄ in celo vt dicunt isti sicut in causa vite ⁊ subiecto. Vita autē est in elemētis ſm ꝙ sunt elemēta. Si ergo elemētatum aliquid viuit vt inquiūt isti: oportet hoc esse per participationē p̄mo viuentis corporis: ⁊ hoc nō est nisi celum. Natura igitur ⁊ substātia celestis est in omni viuenti corpore. ¶ Amplius cum sit vehiculū anime in membra suba lucis in corpore sicut lux celi vehiculū est motoris celi in totā mām: opȝ lucem ipsaȝ mediā esse inter nām anime ⁊ mām: est autē materia elntatū: igit̄ lux que est in corpore est media inter aiam ⁊ mām elntoꝝ: mediuȝ aūt neutrū est extremoꝝ: sed est circa vnū ⁊ supra alteꝝ. Lux igitur corporaliū spirituȝ in corpore aialis erit supra corpus elemētatuȝ ⁊ circa aiaȝ: ⁊ tunc nō pōt esse nisi corp⁹ quintū tm̄. ¶ Amplius suba illa contrahit̄ ad vnū punctum qui est in cordis acumine in systole cordis: ⁊ expandit̄ ad dilatationem oīum mēbroꝝ in diastole. Talis autē cōtractio ⁊ expāsio nō pōt fieri frequēter ⁊ subito in aliquo corpore elementali: opȝ igit̄ hmōi lucem p̄ter quatuor elementa ⁊ p̄ter oia elemētata aliqd esse: ⁊ sic iteꝝ nō dicetur esse nisi corp⁹ quintum. ¶ Amplius hec suba diminuto corpore elemētali aliquādo auget̄ ⁊ econtra aucto corpore elemētali diminuit̄: qḋ nequaqȝ fieri posset si esset vnum ex elemētatis aut elnts in corpore. Angustia eni auget ipsum ⁊ in morte egredi videtur spūs ⁊ retrahi a mēbris tāqȝ incorruptibilis: ⁊ vocat̄ hec a medicis agonia vel tractus spūs. A vulgo aūt vocat̄ saltus aie. ¶ Amplius nullū est elemētoꝝ aut elntatoꝝ ſm formaȝ nisi vnicū. Spūs autē lucidus qui est in aiatis valde est multiplicis forme: qa alius est naturalis ⁊ alius vitalis ⁊ alius aialis ſm formam. Et quilibet istoꝝ est valde diuersus: ⁊ precipue aialis ſm oēs diuersitates sensuum et imaginationis ⁊ memorie ⁊ alioꝝ. Et ſm diuersitatez motiuoꝝ variatur spūs. Hec igit̄ diuersitas cū ad aliqd reducatur sicut ad cām: ⁊ nō possit hec diuersitas causari ab elementis: sequit̄ ꝙ nō potest causari nisi a celo ꝓpter diuersitatem formaꝝ que sunt in lucib⁹ celestib⁹ a quibus illa lux

Probatiōes ex effectu multiplices ꝓ illa opinione.

Rōnes ex prima via.

Rōnes coꝝ ex scd̄a via.

Ex tertia via.

Ex q̄rta via.

Ex q̄nta via.

Ex sexta via.

Ex septia via.

Ex octaua via

Ex nona via.

Ex decia via.

que spũs vocaꝛ descendit. His phãtasijs potius ꝙ rõnibꝰ quidã intẽtes ⁊ similibꝰ dicunt ꝙ lux corpus celeste exñs est in corporibus aialiũ: dicentes ꝙ lux celi penetrat in oia corpora: ⁊ cum quolibet corpore est in eodem loco: ⁊ in corporibus existẽs cõtinet et saluat ea: ⁊ est media substantia illa inter corpus ⁊ aiam ⁊ ipsa anima mouet corpus. Et de ista positione alibi disputauimus: hoc aũt mẽtionem fecimus quãtũ ad nãm aialis pertinet muniẽtes ipsaz rõnibꝰ: quas lz illi qui hãc positionẽ inuenerunt nõ inducant: tamẽ ideo studuimus pro eis iducere eas vt cum ostensum fuerit has rationes que fortiores esse videntur non concludere: hec positio erronea ⁊ ab omnibus recte philosophantibus tãꝗ͂ error pessimus abijciatur.

¶ Cap. 6m. De improbatiõe eius qd̃ dicitur ꝙ celũ ⁊ orbis ẜm aliquid sue substãtie sunt in corporibꝰ aialium.

Si quippe lux que de nã qnte eẽntie dicaꝛ eẽ est in corporibꝰ aialiuz: ⁊ de cõstitutiõe ipsoꝝ opz hoc aliquo triũ fieri modoꝝ. Aut eniz gñabiꝛ ex elemẽtis: sicut qdã istoꝝ ꝑcipui iã dixerunt: aut lux que suba est orbis: aut stellaꝝ de se penetrat in corpora aialiũ: aut aliquid substãtie quinti corporis in gñatiõe aialiũ descẽdẽs cõponit corpora aialiũ cũ ceteris elemẽtatis ⁊ elemẽtis cõstituẽtibꝰ corpora aialiuz in prima gñatiõe ipsoꝝ. Et ꝓmuz hoꝝ sicut diximꝰ iam asseruit primus huius erroris inuẽtor: dicẽs in quodã libro vbi de rõne trãsmutatiõis corpoꝝ locutus est intãtuz posse per assationẽ ⁊ sublimationem corpora trãsmutari ꝙ ad celi cõuertanꝛ nãm: hoc aũt pessimũ eẽ errorẽ scit ois bene institutꝰ ẜm Peripatheticoꝝ doctrinã. Quorũcũꝗ͂ eniz est trãsmutatio adinuicẽ hoꝝ est mã vna cõis sicut nos sepe in libris physicis probauimus: sed celi ⁊ elementoꝝ neꝗ͂ est materia vna. Impossibile igitur est transmutari

**Uersus finez.**

elementa ad celi naturam vel econuerso. In de celo autem ⁊ mundo ostensum est celi ⁊ elementorum non esse materiã vnam. ¶ Amplius si celi natura ⁊ orbis sic generabilis est ⁊ omne generabile corruptibile esse probatum est in primo libro nostro ce. ⁊ mun. sequetur orbem ⁊ substãtiam orbis esse corruptibilem: ⁊ hoc multis rationibꝰ improbatum est

**T.cõ.20. ⁊ in fine,**

a nobis in primo ce. ⁊ mun. ¶ Amplius si natura orbis est generabilis ⁊ corruptibilis: cum omne generabile ⁊ corruptibile indigeat corpore qd̃ sit ante ipsuz causa motuũ suorum qd̃ non sit generabile ⁊ corruptibile: sz sit perpetui motus quid erit ante celi ⁊ orbis substantiam incorruptibile ⁊ perpetui motus existens qd̃ sit causa motuum ad locum et ad formã in orbis natura existentium. Tale enim corpꝰ qd̃ sit causa alterationis ⁊ generationis ante alia corpora esse iam demonstratũ est in 8° nostrorum physicorum. Si autẽ fortassis dicat ꝙ celestis natura generabilis ⁊ corruptibilis est ẜm partẽ ⁊ non ẜm totum sequeꝛ ꝙ non sit homogenea sed composita ex perpetuo ⁊ generabili: qd̃ iterũ est absurditas maxima: qa ẜm hoc oportebit iterum ante quintum corpus esse sextum qd̃ sit simplex ⁊ icorruptibile. ¶ Amplius maxima absurditas erit dicere id qd̃ motu suo est cã generationis simplicium ⁊ compositorum esse compositum ex etherogeneis ⁊ id qd̃ creatuz est esse simplex sicut est elementum. ¶ Amplius si celi natura est generabilis que naz causa est ꝙ celum lune per tot secula tactum ab ignis cõuexa superficie non est alteratum ⁊ mutatum: sed iã apparuerunt quidam de secta istorum qui dicũt non eẽ superiꝰ ignẽ sed tm̃ aerem: qd̃ quoniã absurdum sit videri potest ex his que nos in libro de natura locoꝝ ⁊ locatoꝝ probauimꝰ. Si enim supponatur qd̃ per se manifestũ est ⁊ ad sensum certificatum ꝙ in omni materia generabiliuz est ex motu calor ignis si fortis ⁊ continuus sit motus: scimꝰ ꝓ certo ibi ignẽ non posse deesse vbi tam ingens motus: ⁊ tam velox ⁊ fortis sicut est motus orbis per tot secula materiam elemẽtorum dissoluit ⁊ igniuit. Nõ igitur potest dici ꝙ celuz ẜm aliquam partẽ sit generabile aut corruptibile. ¶ Id aũt qd̃ dicũt ꝙ celi substãtia ad omnia se extendat quã substãtiam qdã naturam perspicui vocant que est in omnibus tam peruijs ꝗ͂ terminantibus visum corporibus: stare oino non põt: sicut ⁊ alibi ostendimus: quoniam vnum numero est quodcũꝗ͂ continuum: vnum autẽ numero non potest esse in corporibus differentibꝰ numero ⁊ specie ⁊ genere ꝓximo. Cõstat enim elementa ⁊ numero ⁊ specie differre ⁊ celũ ab his etiam differre materia ⁊ proximo genere: nec est itelligibile qualiter idem numero ⁊ substantia ⁊ essentia sit in omnibꝰ istis. ¶ Amplius in circulari elementorum ex adinuicẽ generatione efficitur perspicuum ex non perspicuo: perspicuũ igitur qd̃ efficitur in ipso de potentia educitur ad actum: ⁊ sic causatur per generationem: qualiter igitur idem erit cũ perspicuo ingenerabili ⁊ icorruptibili quod est in celo. Adhuc autez quãuis demus istud intrare in constitutiõe corporis animalium: ⁊ ideo coloratum effici corpus vnde probabitur hoc esse substantiaz celi vel orbis. ¶ Hec eniz que dicunt afferentes istam positionem omnino sunt absurda ⁊ inconuenientia. Tamen iam quidam huius secte auctores istam viam elegerunt ⁊ reliquerũt in scriptis. Hec eniz secta primo vna fuit: ⁊ postea ex vna positione in tres diuisa est: ⁊ vna sustinet primum: ⁊ alia secũduz: ⁊ tertia tertiũ. Et quia iam duas huius secte partes improbauimus accingamur contra tertiam que etiam sustinetur a quibusdã gloriantibus quando incredibilia ⁊ ipossibilia fingere possunt: ⁊ in hoc se reputant esse philosophos. Hi igitur dicũt lucem que a celo descẽdit ⁊ radios esse corpora ⁊ esse de natura celi ⁊ ingredi in constitutione corporum generatoruz. Queramus igitur vtrum corporea lux diuiditur a substantia orbis quando ingreditur constitutionem generati corporis aut nõ. Si dicitur ꝙ diuiditur ab ipso: oportet ꝙ aliquo agente diuisionem: non autem est agens nisi qualitas elementalis: ergo materia ⁊ qualitas elementi diuidũt substantiam orbis: ⁊ elementum fortius est celo: quod est absurdum. ¶ Amplius cum celum sit homogeneum quo ad corruptibilitatem ⁊ incorruptibilitatem sicut diuiditur in vna parte: ita diuidi potest in qualibz parte: qualiter ergo ignis ab antiquo non diuisit ipsum. Non enim potest huius assignari conueniens causa. Si autem non diuiditur tunc oportet ponere ꝙ quodlibet generatum per aliquid continuetur celo: ⁊ hoc est contra sensum. ¶ Amplius cum lux illa que est in generatis non sit inuisibilis oportet ponere ꝙ visibiliter quodlibet generatum per aliquid sui celo continuetur quod est absurdum. ¶ Amplius quomodo potest dici ꝙ lux illa sit substantialiter corpus quintuz ⁊ ꝙ descendat ad medium: quorum enim vna est natura eorum est vnus motus simplex. Probatum autem est in de ce. et mun. ꝙ omne quod est de natura corporis quinti mouetur circa medium ⁊ non ad medium. ¶ Amplius quid mouet ipsum ad descensum: hoc enim cum ẜm naturam sit motꝰ oportet ꝙ aut a se moueatur aut ẜm naturam. Et si quidẽ a se mouetur oportet ꝙ sit animatum: sicut demonstratum est in octauo physicorum a nobis. Si autem mouetur ẜm naturam sequuntur tria inconuenientia: quorum vnũ est: simplicis corporis erunt duo motus specie differẽtes: quorum vnus est circularis circa medium: ⁊ alter est rectꝰ ad medium. Secũdum est: quia omne generatum sequiꝛ motum sui generantis: ⁊ sic lucem ⁊ radium mouens deorsum mouebitur naturaliter deorsum: ⁊ hoc est terra: ⁊ sic terra generabit lucem ⁊ mouebit eam deorsum. Tertium est: qa cum idem sit motus ad formam ⁊ ad locuz sequetur ꝙ lux sicut petit locum deorsum: ita non perfecte habeat formaz ⁊ naturam lucis nisi quando est deorsum qd̃ tonsoribus patet esse absurdissimum. Non igitur lux de corporis quinti natura existens potest incorporari generatis. Nouelluz autem figmentum huius secte apparuit qd̃ dicit lucez formaliter a luminibus celestibus generari ⁊ esse formã: ⁊ mãm huiꝰ forme ꝯtinue cãri ex nihilo ab opifice siue cã ꝑ°. Cui fabule nunꝗ͂ aliqd sile dictũ est a phis. Phia eiz Platonis formas qdem ab opifice dari mãe exñti docuit. Aristotelis autẽ positio formas ex materia existente educi affirmauit. Anaxagore autez positio omnes latere dixit formas in materia existente. Nunꝗ͂ aliquis finxit ꝙ materia ex non esse ad esse deduceretur forme a quodam generante traducte. In hoc igitur gloriatur ista fatuitas: quia non solum contra philosophiam dicit: sed etiam qa dicit id cui nihil vnꝗ͂ simile opinatus est aliquis philosophorum ⁊ cui nunꝗ͂ simile ꝓduxit natura: ⁊ quod ars in nullo genere artis imitatur. ¶ Amplius queramus ab his vtrum sensu vel ratione vel vtroꝗ͂ aliquo experimento possit probari qd̃ di-

cunt

cunt. Et si nullo istoꝝ constare potest constat ipsum esse cõ/tra omnia nature principia: q̄r illa omnia probanẽ aut per viã sensus aut per viã rationis. Erronea igiẽ ⁊ contra na/turã est ista positio quã inducunt. Alibi autẽ contra hec fi/gmẽta disputauimus: ⁊ ideo hec que induximus hic suffi/ciant ad certitudinẽ materialiũ principioꝝ componentiu3 corpus aialis. Prima igitur elementa componentia corpꝰ non nisi quatuor esse probantur a nobis.

¶ Cap. 7m. De solutione rõnu3 superius inductarũ ad hoc ꝙ substantia quinti corporis sit in corporibus nostris.

EA vo que inducta sunt superius non est graue dissoluere. Non enim est verũ ꝯtraria in actu mixti non manere nisi per aliquid ꝯtinens qḋ sit quintũ ab elementis. Mixtio enim est mi/scibiliũ alteratorum vnio in vnã formam que est actus mixti a mixtiõe causatus. Et de hoc causas ⁊ modos determinauimus in fine primi libri peri/geneseos. Per hoc enim ꝙ alteranẽ miscibilia q̇libet pa/titur ab alio. Per hoc aũt ꝙ in vnã forma3 mixti vniuntur quodlibet ab alio apprehendiẽ ⁊ teneẽ: ⁊ ita stant in mixto. Huius aũt signũ est ꝙ inducta discrasia in aialibus nõ stu/det medicus sapiẽs ad reformationẽ lucis que sit in corpo/re continens ꝯtraria: sed potius studet vt reducat ad equa/litatem ꝯtraria aut ẜm rõne3 medij arithmetici aut ẜm rõ/nem medij geometrici: sicut in alijs locis vbi de cõplexio/nibus locuti sumus dictũ est. Et hoc generale est in oibus ꝯtrarijs siue sint leuia ⁊ grauia siue etiam calida ⁊ frigida aut humida ⁊ sicca. ¶ Qḋ aũt hi dicũt de pyramidis exitu/ra a corde spiritus est derisibile: q̄ñ spiritus ille ab humi/do naturali generaẽ sicut a nobis alibi ꝓbatu3 est: propter qḋ calor hmõi causat exiturã potius q̄̃ natura lucis. Calo/ris enim motus est a centro ad circũferentiã: ⁊ ideo cũ cen/trũ eleuaẽ super superficiẽ quã motu dilatationis spiritua/lis humidi describit calor generaẽ figura pyramidis. Ele/uaẽ aũt centrũ propter cordis figurã. De causis aũt figure cordis satis dictũ est in his que diximus de cordis anatho/mia. ¶ Qḋ aũt de qualitate motus ⁊ eius qḋ moueẽ indu/cũt oino est irrõnabile. nõ enim corpus quintũ moueẽ subi/to: nec aliquid est corpus oino qḋ possibile sit ẜm nãm subi/to moueri: ⁊ ideo nulla est cã quã inducunt: neq3 spiritus in corpore subito moueẽ. Et hoc testanẽ accidentia spiritui que sunt vndans spiritus velox tardus caprizans decidẽs ⁊ oĩa pulsus siue spiritus accidẽtia. ¶ Adhuc aũt cõpositio spiritus testaẽ qui componiẽ ex duobus motibus ⁊ duabꝰ quietibus: sicut in libro de spiritu diximus. ¶ Et qḋ diciẽ ꝙ moueneẽ sicut lumina in mũdo nõ est hoc dictũ quo ad tẽ/pus motus: sed quo ad similitudinẽ vtilitatis ⁊ finis: quo/niã sicut per lumina in mũdo vehuntur virtutes celestes in materiã generabiliũ ⁊ corruptibiliũ: ita vehuntur virtutes aĩe ⁊ cordis in materiã membroꝝ per spiritus. Quare autẽ illuminatio in mũdo fiat subito in scientia libri de sensu et sensibili a nobis determinatũ ẽ: nec hic op3 repetere. ¶ Et ꝙ dicit spiritus naturales vel vitales vel animales esse lu/ces vel lumina mendaciũ est apertũ: cũ spiritus plus cõna/turalitatis habeat cũ fumo ⁊ vapore q̄̃ cum lumine ⁊ luce. Luminosi aũt sunt spiritus ⁊ precipue illi qui vitales dicũ/tur ex multa perspicua natura que est in substãtia spiritu3 sicut ⁊ alia extra aial corpora fiunt perspicua ⁊ luminosa: et hec luminositas priuaẽ ⁊ obscuraẽ per terrestres vapores obscuros. Et quo ad hoc obscuritas spiritũ attestaẽ tur/bationi complexionis ⁊ discrasie. ¶ Qḋ aũt de effectu lucis inducunt nõ h3 vigore3: q̄r terminus qui est forma efficiẽ a calore nãli qui nõ agit in forma ignis tñ: sed potius infor/matus forma celi ⁊ aĩe sicut nos in antehabitis sufficienter exposuimus: ⁊ iterũ in sequentibꝰ plenius dicturi sumus: ⁊ ideo stultũ est dicere hoc esse lucis operationẽ. Et ꝙ multa efficit hoc mõ calor naturalis id est: q̄r forme celestes ⁊ aĩe sunt multiplices virtutes habentes nõ etiã vna3 solam ẜm quam forma celestis est forma periodi generationis: ⁊ hec forma est circuli qui componiẽ ex duodecim circulis duode/ci3 domoꝝ; ⁊ ex omnibus eis que ꝯtineneẽ in illis ⁊ ex respe/ctibus eoꝝ adinuicẽ. Et similiter aĩe virtus cõponiẽ in se/mine ex virtutibus oium membroꝝ ⁊ relatione ipsoꝝ adin/uicẽ: ⁊ ideo non est mirũ si calor prout est instrumentũ harũ virtutum multa ⁊ multiformiter operatur. ¶ Omne enim instrumentũ cuiuscũq3 motoris ⁊ artis ta3 multa operatur q̄̃ m̄ltas formas ⁊ virtutes in arte sua habet is artifex qui mouet instrumentum ad opus: sicut apparet in dolabro et malleo ⁊ in omnibus instrumentis artificum. Similiter autem esse dicit Pithagoras in instrumentis musicis: si/cut est videre in monochordo in quo in vna ⁊ eadem chor/da sonant omnia neupmata ẜm tactus diuersaru3 diuisio/num. ¶ Quod autem dicitur ꝙ lux omnia operatur absq3 eo ꝙ habeat contrariũ non tenet omnino: q̄r l3 spiritus per substantiam non habeat contrariu3: tamen per qualitates quas habet contrarium habet. Calidus enim est spiritus ⁊ clarus ⁊ quo ad vtrũq3 istorum habet contrarium. nulla enim substantia habet contrarium: sed qualitates contra/rie sunt inter se. ¶ Similiter non est verum ꝙ sit medium quo anima vtiẽ in viuificando vel perficiendo corpus. Ani/ma enim non vtitur spiritu nisi iam vnita corpori. Et ideo patet ꝙ ẜm naturã prius est vnita corpori q̄̃ spiritu vtatur. Adhuc aũt si mediũ esset nõ oporteret ꝙ esset de natura qn/ti corporis: q̄ñ multiplex est mediũ. Est enim medium per equidistantiã extremoꝝ: ⁊ est mediũ non substantiarũ vel extremoꝝ: sed potius quo aliquid agit in aliud: sicut instru/mentũ est mediũ: ⁊ hoc solo vltimo modo spiritus est me/dium anime ⁊ corporis. Omne aũt qḋ instrumentaliter est mediũ habet natura3 eius circa quod est operatio: sicut p3 in instrumentis architectonicoꝝ fabroꝝ malleatoꝝ ⁊ alioꝝ quorũcũq3 artificum. Et sic concludiẽ ꝙ spiritus debet esse de natura corporis circa qḋ operatur anima: ⁊ sic erit ex ele/mentis sicut diximus. ¶ Qḋ aũt dicitur non idem esse inue/hens virtute3 ⁊ id cui inuehitur. Dicendũ ꝙ non est idem ⁊ est idem: q̄ñ non est idem forma ⁊ esse: sed est idem origi/ne ⁊ materia cõmuni sicut cuilibet patet in omnibꝰ malleis fabroꝝ qui materialiter conueniũt cum his quibus forma fabrilis inuehitur: ⁊ tamen differunt forma ⁊ esse: sicut alia est forma instrumenti: ⁊ alia est forma eius circa qḋ opera/tur. ¶ Nec est verum qḋ dicunt ꝙ lux complexionem dedu/cat ad celi natura3: q̄ñ sicut in scientia de complexionibus determinatũ est: complexio ipsa equalitate sua ad celi vici/natur equalitatem: ⁊ non per aliquã lucem quinti corporis que sit in ipsa. ¶ Similiter aũt vita que est in superioribus ẜm opinionem peripatheticoꝝ non est vniuoca ad vitã ani/malium: veruntamen est ꝙ corpora elementata non partici/pant vitam nisi per aliquid simile ad orbe3: sed hoc sicut di/ximus non est nisi equalitas complexionis: ⁊ nõ lux aliqua sicut iam ante diximus. ¶ Sed qḋ dicũt de medio ꝙ debet esse citra vnum extremorum ⁊ supra aliud iam in antehabi/tis est determinatum: quoniam spiritus non est lux celi: sed est medium sicut anime instrumentum: ⁊ ideo participant formam formatiui ⁊ motiui primi: ⁊ est conueniens cũ mo/uente ⁊ infra ipsum: eo ꝙ mouetur ab ipso: supra materia3 aute3 est eo ꝙ ipse mouet eam ⁊ imprimit in eam. Hac enĩ ratione est medium ⁊ non alia: ⁊ ideo nihil est quod dicũt: q̄r supponunt mediũ esse quo ad naturam: ⁊ hoc est falsum q̄r nullum tale medium potest esse inter incorpoream ⁊ cor/poream substantias. ¶ Quod autem dicunt recolligi spiri/tum ad vnum punctum cordis ⁊ dilatari non bene dictum est: q̄r nihil naturalium corporum ad vnum retrahi potest punctum: sed colligitur versus centrum infrigidatis corpo/ribus exterius ⁊ expanditur ad extra recalefactis extremi/tatibus: ⁊ hoc potius est de natura calidi q̄̃ celi: nec in an/gustia augetur spiritus nisi elementalis: q̄r calor ⁊ angustia sunt quodãmodo generantia spiritum per resolutione3 in/terioris humidi. Quando autem moritur animal non ma/net huiusmodi spiritꝰ: s3 expirat ex animali mortuo. ¶ Qḋ autem dicunt spiritum multiplicis esse forme: verum qui/dem est: sed non habet eam causam sue diuersitatis quam inducunt pro causa: sed potius vnus ẜm originem existens spiritus: q̄r in corde oritur deriuatus ad membra principa/lia que etiam causatrices habent virtutes efficitur multi/plex: ita ꝙ vnus naturalis ⁊ alter vitalis ⁊ tertiꝰ animalis dicitur: nec hoc modo solum efficitur multiplex: sed etiam in quolibet membro multiplicitatẽ forme accipit: eo ꝙ nul/lum membrum est quod non propriam habeat virtutem et operationem sicut diximus in hoc libro vbi de anathomia

Qualr dz itel/ligi dictu3 cõe ꝙ moueneẽ spi/ritꝰ sicut lumina in mũdo.

Nõ ꝯtra dcm cõe asserẽtiu3 spũs eẽ de nã lucis.

Solo ad rõ/nes opinionis de effectu ꝓce/dentes.

Pulchra ⁊ no/tabilis ꝓpõ.

Spũs non est medium quo aia vniẽ corpi. sed vtiẽ eo ia3 vnita.

Spũs in quo/libet membro multiplicitatẽ forme accipit.

⁊ virtutibus membrorum locuti sumus. Ex omnibus igitur dictis patet ꝙ error est dicere corpus quintum ⁊ incorruptibile venire in constitutionem corporum animalium: sed potius ipsum motu suo causa est generationis eorum non mixtum cum ipsis.

¶ Cap. 8m. De ratione commixtionis materialium principiorum corporum animalium: ⁊ de causa ⁊ modo commixtionis ipsorum.

Materialibus principijs corporum animalium sic executis: antequã de formalibus agamus oportet determinare commixtiones istorum adinuicem ⁊ causas commixtionuꝫ ⁊ modos. Non enim ex materialibus quocunqꝫ modo compositis cõsistit corpus animalis: sed sicut dicit Empedocles oportet cõmixtionis ⁊ compositionis eẽ quandam collaꝫ ⁊ rationem. Sicut enim in artificiatis que in domus structura componuntur sine colla non coherent ⁊ sine ratione coniuncta non perficiunt domus figuraꝫ sicut dixit Empedo. capita germana membris non coherere sine colla continuante: nec conguram constituere animalis figuram nisi determinata ratione ⁊ proportione fiat compositio. Oportet igit̃ ꝫm Empedo. in talibus esse tria ad minus in ipsa materia: mixturam videlicet et mixtorum collam ⁊ rationẽ mixture ad mixturã. ¶ Rursus tria exiguntur vel quatuor vt placet Democrito: ⁊ primum quideꝫ est miscibilium per minima diuisio. Secundũ auteꝫ est vnius in alterum tanta penetratio vt vbicũqꝫ minimum vnius sit cum minimo alterius. Tertium autem est vniuscuiusqꝫ mixtoruꝫ ab altero alteratio ⁊ fractio ⁊ non perfecta transmutatio. Quartuꝫ autem quod addit Democritus est mixtarum partium ordinatio siue situs. ¶ Quorũ omnium modum ⁊ causam oportet aduertere eum qui perfecte vult naturam animaliuꝫ inuestigare. Oportet igitur scire diuisionem elementorum nequaqꝫ fieri per minima nisi vaporabiliter diuidantur. Propter quod etiam opera artis que perfectiora sunt ⁊ subtilius corpora transmutant sublimationibus student que fiunt per euaporationem. Euaporatio enim ⁊ minima diuidit ⁊ quod nobilius ⁊ subtilius est in re ipsa que euaporat eleuat reiecto feculento nõ bene cõmiscibili. Hanc autem euaporationeꝫ duabus virtutibus oportet perfici que sũt in materia: ⁊ tertia que est causa mouendi ⁊ alterandi in vtraqꝫ. Et vna quidem virtus in materia inferiori grossiori ⁊ grauiori est calor in terra et aqua vaporabiliter eleuans vnum istorum in aliud ⁊ vtrunqꝫ simul ad elementuꝫ aeris. Alia autem virtus est frigus temperatum aeris comprimens ⁊ deprimens aereꝫ in id quod ex terra ⁊ aqua eleuatur. Sic enim vnumquodqꝫ triuꝫ elementorum penetrat in fundum alterius: qꝛ cum vaporant aperiuntur vt vndiqꝫ penetrari possint: ⁊ cuꝫ oppositis virtutibus mouentur: grauia quidem calido eleuante: ⁊ leuia frigido temperato deprimente: vndiqꝫ seinuiceꝫ ingedientia penetrant ⁊ tangunt ⁊ diuidunt. Virtus autem que causat vtrũqꝫ istorum est lumen periodi quod ex multis stellarum virtutibus incidit in locũ generationis: sicut diximus in libro metheororum. Illud enim componitur ex virtute stellarum calidarum ⁊ frigidarum ⁊ humidarum ⁊ siccaruꝫ per multas differentias virtutum mouentiuꝫ: ⁊ hoc modo in seinuicem facit moueri elementa per radios emisperij. Radius enim ascendentis percutiendo contingente linea tangit ⁊ dat qualitatẽ: ⁊ dum continue eleuatur ascendens radius percutiẽs profundatur in id quod percutiet donec in meridie erectus stat infixus in ipsum: reflexus in seipsuꝫ ⁊ totam sibi virtutem suam imprimens: ⁊ ponit ipsum a cenith rei generande vsqꝫ in profundum ꝫm diametrum longitudinis rei generande. Cum autem continue postea descendit quod primo fuit ascendens deficit tandem in linea contingente ipsum in occasu: ⁊ sic per radium ascendentis in ortu ⁊ occasu penetrat ipsum ꝫm diametrum latitudinis rei que generatur. Et hec est causa ꝙ membra sinistri lateris ⁊ dextri equalia ⁊ similia sunt in figura: sed in virtute et potentia sunt dissimilia: quoniam virtus omnis in celo fortior est ascendens ꝙ̃ descendens. Has autem duas virtutes longitudinis ⁊ latitudinis perficit ꝫm periodos ꝫm motum diurnum qui est ab oriente in occidentem super circulos equinoctiali paralellos et super polos mundi rotatos. ¶ Per motũ aũt qui est periodi ab occidẽte in orientẽ sup polos orbis signoꝝ ⁊ super circulos zodiaco paralellos: qui etiam motus est ab austro in aquilonem ⁊ vocatur ab ante in retro radius ascendentis influit lumen ⁊ virtutẽ rei que generatur ꝫm diametrum mensurantem profundum ipsius ab ante in retro. Et sic corpus habebit ꝫm tres diametros plenitudinem virtutis celestis qua mouetur ad esse et generationem: nec est radius alicuius signi celestis sic longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ profundum rei penetrans sicut radius ascendentis. Et ideo est ꝙ qualitates rei generate maxime cognoscuntur per ascendens. ¶ Sic igitur perficitur diuisio elementorum ⁊ penetratio vnius in alteruꝫ. Et sic duorum supradictorum que ad mixturam exiguntur ratio competens est inuenta ⁊ causa ⁊ modus. Hec autẽ non seinuicem alterabunt ⁊ frangent propter dictas virtutes: eo ꝙ per huiusmodi motum radij super materiaꝫ eius qđ generatur non restringitur in seipsam materia: sed potius egreditur extra seipsaꝫ propter quod exigitur occasus ⁊ descensus radij formantis generatum sub emisperiuꝫ ad angulum occidentis ⁊ ad anguluꝫ medie terre: ⁊ fit continue reditus eius ad anguluꝫ orientis vt ex frigore vmbre ⁊ noctis id quod in extremo est materie inspissetur: et sic contineat intra se virtutem calidi ⁊ humidi ne elabatur: ⁊ similiter alias virtutes que sunt in materia. Sic enim retente conuoluuntur in seipsis qualitates prime ⁊ frangunt seinuicem ⁊ remouent se ab excellentijs ⁊ deducuntur ad mediam equalitatẽ aut ratione arithmetica aut ratione geometrica sicut sepius exposuimus. Et hec sunt illa tria que ad mixtioneꝫ exiguntur. Non enim mixta in toto transmutantur ꝫm formas substantiales ⁊ species: sed franguntur ꝫm excellentias suarum qualitatum per modum quem diximus. Ordinem autem mixtorũ addidit his tribus Democritus. ¶ Videns eniꝫ Democritus omnia mixta per minima diuidi dixit athoma corpora principium materiale esse omnis rei naturalis: ⁊ hec figura ⁊ ordine facere differentiam ꝫm formaꝫ: ⁊ lꝫ exprimere proprijs verbis artis nesciret: tamen in hoc verum dixit ꝙ in omni mixto grossiora ⁊ grauiora ĩferius sunt ⁊ dilatationi magis apta: subtilia autem magis ascendunt ⁊ magis sunt apta extensioni in longuꝫ. Quedam autẽ internatant quasi mota per trãsuersum: sicut videmus omnem vaporem inferius diffundi in latum ⁊ superius eleuari in altuꝫ ⁊ acui: ⁊ de latere huiusmodi figure moueri quedam in latus per mediuꝫ quasi per profunduꝫ spissitudinis figure talis. Et sic ex ipsis partibus materie corporis tres constituuntur diametri longitudinis per leuia comparata grauibus ⁊ tenta ab eis lꝫ nõ omnino sint retenta: tenta enim dico ne euolent non retenta tamen ab extensione in longum. Diameter autem latitudinis efficitur a graui: moto a leui ⁊ non eleuato. si enim non moueretur tunc concideret circa seipsum in rotunduꝫ. Si autem eleuaretur tunc extenderetur in longum: sed cuꝫ leue tenetur ⁊ retinetur a graui ⁊ graue mouetur a leui: tũc necesse est in latum fieri dilatationem: ⁊ sic diameter secunda que in latuꝫ est in corporibus mixtis efficitur ⁊ precipue in corporibus animaliuꝫ sicut inferius patebit. Ab his aũt que sunt leuia in alio ⁊ grauia in alio: quoniã caliduꝫ ascendentis radij mouet ⁊ est tentum ⁊ retentuꝫ ab eo qđ est leue ⁊ graue cõstituitur diameter tertia que est ex motu istorum in profundum. Est enim motus istorum a calido et a propria qualitate: nec descensuꝫ habent simpliceꝫ nec ascensum simplicem: sed mouentur ad medij impletioneꝫ. Hec igitur sunt que ad elementorum exiguntur mixturam primam in corpore naturali animãlium siquis subtiliter velit inuestigare. Sic igitur duplex causa cõmixtionis elementorũ ꝫm tres diametros corporis determinata est. Ex hoc autem quod diximus de radio ascendentis qui virtutem habet periodi totiꝰ figurat dextra ⁊ sinistra superiora ⁊ inferiora per motum diurnũ ⁊ anteriora ⁊ posteriora per motum obliquum qui est super polos orbis signorum. Scitur ⁊ causa quare anteriora ⁊ posteriora non sunt eiusdeꝫ figure sicut dextra ⁊ sinistra: quare etiam superiora ⁊ inferiora nec eiusdem figure sunt nec eiusdem potentie. Motus enim declinationis ab austro in aquiloneꝫ: sicut ab ante in

Quõ elemẽta diuidãtur ad minima dum ad mixtioneꝫ deueniunt.

Nota hoc astrologi.

Triplex [illegible] midũ i co[illegible] tibꝰ giato[illegible]

Dubit[illegible]

Solu[illegible]

retro non est perfectus:ꝛ ideo virtus eius non est ad ean/
dem figuraȝ terminans opus:ꝛ ideo non nisi fundamenta
corporum sunt retro:ante aũt sunt operationes sensuuȝ ad
vigorem luminis immissi a celestibus. Inferiora autẽ lȝ mo/
ueantur perfecto ſm circulum circũducto radio:tamen qꝛ
inferior pars materie terrestrior est ꝛ spissior magis apta
est fulcimentis corpoꝝ sicut sunt crura ꝛ huiusmodi. Supe
rior autem qꝛ clarior est ꝛ purior magis apta est luci ꝛ ope/
rationi sensuuȝ. Talis igitur ꝛ hac de causa est commixtio
elementorum.

Nota hoc astrologia.

¶ Cap.9m. De colla corporum mixtorum que est triplex hu
midum ꝛ de conuenientia ꝛ differentia horum humidoꝝ.

Colla aũt mixture corporum mixtorum est hu
midũ:nec aliquid est qđ contineat mixta in cõ
tinuatiõe vnius forme mixture nisi humidũ.
Specialiter tamen humidum quod est colla
mixtoruȝ est in animatoꝝ corporibus. Et hoc
humiduȝ est triplex:vnum quidem imbibitũ

Triplex ẽ hu midũ i corpo rib⁹ aiatoꝝ.

mixtis elementis:ꝛ hoc prestat continuationem. Alterum
aũt est fluens per ipsa quod prestat mollificationem. Et ter
tium est qđ continue assimilaꝛ eis:ꝛ hoc prestat nutrimen/
tum. Et primum quidem horum est in corporum substan/
tia. Secũdum aũt diffunditur in partium spongiositate et
poris. Tertium aũt discurrit per vias que transeũt per cor
pora ꝛ influit partibus ꝛ vnitur eis. Et vltimo quidẽ sub/
tracto adhuc manet secundum ꝛ primum:ꝛ secundo subdu
cto per aliquantulum tempus adhuc manet tertium:sed il
lo remoto non remanet nisi cinis:propter quod etiam colle
nomen per prius ꝛ posterius participãt hec humida:quo/
niam absqȝ dubio vere ꝛ primo colla est humidum conti/
nuatiuum:ꝛ alia duo sunt colle posterius:scđm quidem qꝛ
infundendo se in profundum mixti mollificando facit flue/
re partem ad partem. Tertium autem qꝛ restituendo hu/
midum partibus impedit dissolutionem que fieret euapo/
ratione duorum aliorum humidorum. ¶ Est autẽ hic ad/
uertendum ꝙ humidum continuatiuuȝ est corporis ſm ꝙ
recipit quantitatem ꝛ figuram. Humidum autem mollifi/
catiuum est corporis inquantum est receptiuum formaruȝ
sensibilium que sine humido mollificatiuo non recipiunꝛ.
Cuius signũ est ꝙ nerui sensibiles ab anteriori cerebri de/
scendunt vbi est mollior ꝛ medullosior pars cerebri. Humi
dum autem tertium est animati ſm ꝙ est animatum:eo ꝙ
est ad nutrimentum ꝛ augmentũ ꝛ restaurationem deper/
diti que sunt prime operationes aiati corporis. Hoc igitur
modo illa mixtorum corporum animalium colla triplex est
sicut diximus humiduȝ. ¶ Queret autem fortassis aliquis

Dubium.

qualiter humidum continuatiuum sit vniuersaliter in cor
poribus mixtis animaliuȝ. Ea enim que diuersarum sunt
specierum ꝛ terminorum non sunt continua. partes autem
animatoruȝ sunt caro:os:neruus:vena:ꝛ huiusmodi:ꝛ hec
sunt diuersarum formarum ꝛ terminorum:propter qđ non
continua esse videntur:ꝛ ita non est in eis vnum humiduȝ
continuans. ¶ Sed hoc de facili soluiꝛ si aduertanꝛ ea que

Solutio.

in quinto physicorum sunt determinata de continui multi/
plicitate:quoniã aliud est omnino ꝛ simpliciter continuuȝ:
ꝛ aliud est continuum vt colla:quoniam continuum simpli
citer est cuius terminus est vnus ꝛ idem. ꝛ cuȝ forma sub/
stantialis rei sit proprius ꝛ essentialis terminus:oportet ꝙ
in hac ratione continuum sit vnius forme ꝛ simplex:ꝛ ideo
mixtum esse non potest:qꝛ multa in se saluat mixtuȝ ſm esse
primum:ꝛ ideo continuum ſm rationem est ante mixtum.
Continuum autem ſm colle rationem est colligatum sicut
lapides in muro per cementum. hoc enim collam vocauit
Empedo. Humor igitur omnia que sunt diuersarum for/
marum infundens in animalium corporibus vnus est ſm
primum formans ipsuȝ quod est cor:ꝛ vnus est in materia
mixti corporis:ꝛ vnus est in relatione ad formam vnã que
est anima in omnibus partibus operans. Et ideo dicitur
huiusmodi continuum vnum vt per collam effusum est hu
midum ex vno ꝛ eodem semine vel corde vel vtroqȝ quod
diffunditur ꝛ distrahitur per omnes partes:ꝛ ex omnibus
continuatio est ad vnum quod est origo:ꝛ hoc est colla qđ
ex vno qđ est origo sic in omnia diffunditur:ꝛ ideo ab isto
vere ꝛ proprie corpus colligatum esse dicitur. Humidũ aũt
nutrimentale illi infunditur vt ab ipso primum humidum
instauretur ꝛ retineatur ne consumatur a calore naturali:ꝛ
hoc humidũ quo ad virtutem generaliter nutritiuã etiã a
corde sicut a primo in quo est principium vite ꝛ nutrimenti
informaꝛ:ꝛ ideo hoc etiam ad idem ſm ordineȝ reducitur.
A corde enim est omnis nutrimenti vigor ad nutriendum
sicut in antehabitis probatum est. Mollificatiuum aũt est
quod anteqȝ conuertatur in membra ab humido nutrimẽ/
tali membris infunditur:ꝛ humectando resoluit ad molli/
tiem terrestreitatem ꝛ duritiem membrorum qđ qꝛ etiam
naturale est:oportet naturale esse factum a virtute cordis:
quoniam si hanc non habeat inordinate resoluit membra
ꝛ facit inordinatis motibus animaliũ inepta ꝛ incongrua.
Omnia igitur hec tria humida continuantur ad vnuȝ qđ
est cor:causa ipsoruȝ existens:lȝ ex corde fluentia hec humi/
da in multa diuidantur. Signum aũt eius quod diximus
est ꝙ omnia membra animatoꝝ ex corde generantur:neqȝ
ex corde generari possunt nisi per humoreȝ qui terminatus
ꝛ digestus diffunditur membris a corde tam ad membroꝝ
formationem qȝ ad ipsorum continuationem:neqȝ sufficit
sicut diximus sola continuatio:quoniam hec non facit ma
teriam corporis animalis. Corpus enim solum continuuȝ
non necessario habet in se penetrans humidum. Hoc aũt
habet omne animatum tam in nutrimento qȝ in augmen/
to:qđ si ꝛ hoc habeat non necessario erit animalis corpus:
quoniam ꝛ plante corpus habet in se penetrans humiduȝ:
sed qꝛ hoc corpus non mollificat ideo sensibilium nõ est su/
sceptiuum. Et ideo ad animalis corpus exigitur humidũ
mollificatiuum. Omnia autem hec humida in prima sunt
materia seminis ꝛ in cõmixtione ipsius. In omnibus enim
tam intra in matrice generatis qȝ in ouis extra:est humi/
dum radicale infusum membris ꝛ partibus:ꝛ est humidũ
cibale aut affluens continue in matrice sicut humor men/
struus animalium aut congregatum per modum thesauri
vt accipiat inde natura operans vnde suppleat formatio/
nem membrorum ꝛ nutrimentum. Tertiuȝ autem ex vtro/
qȝ est relictum quod infunditur membris formatis vt mol
lificans. ¶ Amplius hec tria humida ordinem habent ad/
inuicem cause ꝛ effectus:quoniam primum quod radicale
est ꝛ quasi primordiale ꝛ seminale in mixtura corporuȝ ani/
malium habet virtutem assimilandi sibi aliud humidum
quod quasi nutrit partes:nec enim illud conuerteretur in
partes mixti nisi prius assimilareꝛ a virtute radicalis hu/
midi:ꝛ quod ex assimilato ꝛ assimilante relinquitur non cõ
uersum in partes mixti nec vnitum diffunditur per corpus
ꝛ mollificat ipsum. Hec igitur causa est mollitiei corporum
animalium. quãuis enim quedam partes corporum quo/
rũdam animaliũ sint dure sicut ossa ꝛ cartilago:tamen hu/
mido mollificante interiora ipsarum partium non destitu/
untur:et hoc patet in medullis que sunt in partibus illis.
Talis igitur colla propria est corporibus animaliuȝ. Mix/
tura enim corporum animalium non est ad actuȝ duri:sed
ad actum mollis humidi. Et hoc contingit propter duas
causas:quarum vna est motus animalis qui in duro nul/
lo modo perfici potest. Alia autem est sigillatio ꝛ impressio
sensuum que iterum in duro nulla ratione perfici possent.
Signuȝ autem huius est ea que duros oculos habent ma/
le videre. Mineralia quidem ꝛ plante mixta ex elementis
habent corpora:sed tamen actus ꝛ complementum in quo
sicut in termino stat mixtio non est molle sed durum. Mi/
neralia enim omnia frigido vel calido aut vtroqȝ coagulã/
tur ꝛ constant:ꝛ siue humidum comprimatur per frigiduȝ
siue educatur per calidum:siue etiam primo educatur per
calidum:ꝛ postea residuum eius comprimatur per frigi/
dum:sicut in lapidibus fit:semper operatio terminatur ad
durum. In plantis autẽ non est huiusmodi coagulatio:sed
potius terrestris pars et virtutes terre vincunt in eis. Et
ideo etiam plante quãuis non omnino dure sint tamen ri/
gide sunt ꝛ ad duritiem tendunt:ita ꝙ tacte non cedunt in
sui superficie:sed ꝓpter dictas superius causas actus quo
consumatur mixtio elementorum in corporibus animaliuȝ
est vt sint mollia:nec dure partes interponuntur mollibus
nisi propter sustentationẽ mollis. Operationes eni aie oẽs
exercentur per molles ꝛ in mollibus. Humidum enim est

colla mixtorum in animalium corporibus sicut diximus.

¶ Cap. 10m. De ratione sm quā perficitur mixtura corporum animalium.

Oportet aūt mixturā esse sm rōnē ⁊ ꝓportionem vt bene dicit Empedo. Et opꝫ nos querere sm qd attendatˀ huius rōnis proportio ⁊ in toto ⁊ in partibus mixture. Hāc eni rōnēꝫ ⁊ ꝓportionē Pithagoras numerum vocauit quo elementa ligantˀ in mixto: ⁊ sm ipm Pithagorā attenditˀ rō hec in numero partiū virtutū eoꝝ que miscentˀ sm vincere ⁊ vinci ⁊ sm apprehendere ⁊ apprehendi ⁊ tenere ⁊ teneri. ¶ Sicˀ si dicamus qm̄ ex vno pugillo aq̄ decem fiunt aeris in mixtura: virtus decem pugilloꝝ aeris adequatˀ virtuti vnius pugilli aque: ⁊ tunc aqua apprehendit ⁊ tenet aerē: ⁊ apprehenditˀ ⁊ tenetˀ ab eo ꝓpter equalitatem virtutuꝫ: alioquin si excedet in numero ⁊ virtute aqua vincet apprehendens ⁊ tenens ⁊ nō erit apprehensa ⁊ tēta: ⁊ tunc nō erit mixtū. Eodē aūt mō ⁊ de ceteris dixit elemētis. Et sicut diximus de potētia rari ⁊ densi cōparādo vnuꝫ pugillū aque ad decem pugillos aeris: ita dicebat de alijs potentijs elementoruꝫ quas multas valde esse asserit: sicut ꝙ ignis caliditas est in multis partibus excedens aeris caliditatē: ⁊ iō. zo. pugilli aeris sunt equati vno pugillo ignis sm caliditatē: ⁊ qōcūqꝫ excedat alterū erit apprehendens ⁊ tenens alterū ⁊ trāsmutans: ⁊ tūc ꝓpter potentiarū inequalitatē nō perficitˀ mixtura: sed alterū elementoꝝ victū a reliquo transmutabitˀ in ipm ⁊ totū erit simplex vnū elementū. Idem aūt dicebat de ꝓportione potentiarū calidi ⁊ frigidi ⁊ humidi ⁊ sicci ⁊ leuiū ⁊ grauiū ⁊ perspicui ⁊ opaci ⁊ omniū alioꝝ que in elemētis inueniuntˀ. Multū eni innitebatˀ ꝓportionibus Pithagoras: ⁊ opinatꝰ est ad ꝓportiones armonicas oīa facta esse: ⁊ huic ꝯsensit Empedo. dicens alia rōne ꝓportionis esse os ⁊ alia carnē ⁊ alia neruū: ⁊ sic de alijs partibus corpoꝝ mixtoꝝ homogeneoꝝ. Et q̄ntuꝫ ex verbis eoꝝ perpēdi pōt opinati sunt nō esse aliquā formā reruꝫ nisi armoniā mixtoꝝ que resultat ex numero ⁊ ꝓportione eorū simpliciū que cōponuntˀ ⁊ conueniunt in mixto. Nos aūt de hac positione in alijs nostris libris disputauimus. Lꝫ enīꝫ huic positioni nō ꝯsentiamus in hoc qō dicit ꝙ non sit aliq̄ forma materie nisi que est ratio mixture: tamē in hoc ꝯsentimus ꝙ dicimus omnē mixtionē fieri ad rōnē ꝓportionis alicuius: sed nos nō dicimus ꝙ ꝓportio absolute accipiatˀ in nūero eoꝝ que ꝯueniunt ad mixturā. ¶ Nos eni in alijs libris dudū ostendimus ꝙ impossibile est ꝙ aliquid ita misceatˀ ꝙ qōlibet elementoꝝ in ipso equale sit alteri: qꝛ hꝫ hoc eius qō mixtione illa perficitˀ nullū omnino hꝫ locū sm naturā. Propter hoc dicimus ꝙ ꝓportio mixtoꝝ animatorū accipitˀ sm ꝓportionem organi ad actū aīe qui exercetˀ per ipsum: ⁊ iō alia est mixtura oculi ⁊ alia carnis ⁊ alia ossis ⁊ alia auris: qm̄ in mixtura oculi opꝫ abūdare perspicuū tenens formas que mouentˀ actu lucis: ⁊ mixturaꝫ carnis opꝫ esse sm mediū qualitatū tangibiliū: ⁊ sic est de alioꝝ membroꝝ mixturis. ¶ Si aūt qs dubitaret que sit illa rō mixture. Diximus alibi ꝙ est sm rōnē medietatis geometrice: nō sm medietatē arithmeticā: nec ꝓpter hoc vincet elemētum dominans in tali mixtura vt alia ad se transmutet: et sic de omnibus efficiatˀ vnū simplex: qꝛ sicut diximus actus medius ad quē deuenit mixtura tenet elementa vt non soluatur ꝓportio: ⁊ habet ille actus virtutes se informantes ⁊ celestes ⁊ animales ⁊ nāles quibus tentionē hanc perficere pōt: ⁊ etiā discrasiaꝫ mixtionis ad equalitatē reducere precipue quando mixtura diuersa est in diuersoꝝ membroruꝫ cōpositione: tunc enīꝫ qualitas excedens in mixtura vnius membri reducit discrasiam frigidam in alio membro: sicut stomachum infrigidatum ad crasim reducit epar calidum: ⁊ sic est in alijs mixturis membrorum compositorum in corpore animalis in quo contrarie mixture membrorum componuntur: sicut nos in sequentibus huius libri ostendemꝰ. Ista igitur est proportio sm quā attenditur mixtura corporum animalium: ⁊ qꝛ ex diuersa proportione ad actuꝫ comparata diuerse fiebant in sonis armonie: propterea putauit Empedo. non esse animam animaliū nisi huiusmodi proportionis armoniam. Sicut enim videbat ex proportione diuersa chordarum vel cymbalorum sonare diapason diapente ⁊ diatesseron ⁊ sic de alijs: ita putauit ex proportione in oculo facta fieri visuꝫ ⁊ ex alia in aure facta egredi ⁊ fieri auditum. Nos aūt in sequentibus ostendemus ꝙ causa talis actus vel passionis organi nō est virtus forme armonice: sed alterius forme virtus facit rationē mixtionis ⁊ actuꝫ ⁊ passionem organi. ¶ Hoc aūt pretermittendum nō est ꝙ huius proportionis quā diximus ratio ⁊ esse dat nomen organo ⁊ generaliter mixto qō est corpus animalis. hoc enim est corpus in quo exercentˀ operationes vite: ⁊ tūc etiā cuilibet manifestum est qualiter a proportione mixtorū ad actū visiuū nomen accipiat pupilla: ⁊ qualiter a proportione mixtorum ad auditum soni nomen ⁊ esse accipiat auris. Et similis denominationis ratio est in omnibus alijs membris mixtis. Cum enim a fine sit omnis denominatio: denominatio autem est ab actu proprio et connaturali et essentiali oportet proportionem mixture ⁊ esse ⁊ nominari ad actum ⁊ non ad numerum eorum que in ipsa mixtura conueniunt sicut dicebat Pithagoras. Peius tamen in hoc dixit Anaxagoras qui nō ab actu essentiali: sed ab eo quod in mixto magis abundat quodlibet mixtorum dixit denominari. ¶ Oportet enim nos non ignorare ꝙ quidā sunt actus et operationes qui mox nominati ostendunt se esse simplicis vnius virtutis: sed oportet cōfluere diuersa in ipsoꝝ actuū perfectione sicut est videre et audire et cetera huiusmodi. Visus enim non perficitur nisi virtute patiente actum lucidi ⁊ suscipiente visibile ⁊ tenente ipsum ⁊ ducente siue dirigente ad interius ⁊ virtute iudicante de ipso. Et certissime scimus ꝙ nō est virtus passiua ab actu lucidi nisi sit mixtus perspicuo. Suscipiens autem formam non est nisi virtus humidi: tenens autem non est nisi virtus spissi vel sicci ⁊ frigidi. Dirigens autem ad interius anime non est nisi virtus spiritus lucidi: ⁊ iudicans nō est nisi virtus anime. ¶ Qualiter ergo vnq̄ꝫ in menteꝫ hominis venire potest ꝙ dicat oculum esse simplicis elementi: cum actus suus tam multarum sit virtutum. Idem autem est de alijs operationibus animalium ⁊ vitalium virtutum: propter quod etiā animalis corpus non simplex aliquod elementū: sed mixtū ⁊ organicum esse oportet. Hinc etiam vlterius patet ꝙ nulla partiuꝫ corporis animalis vniuoca est in corpore animalis existens et diuisa ab ipso: sed de hoc in fine quarti metheororum satis determinatum est. ¶ Hec igitur sunt que de mixtura et colla et ratione mixtionis corporum animalium dicta sunt.

Primo celi tex. cō. 7. ⁊ 2. d̄ gnōne ⁊ corruptiōe. te. cō. 48. 49. ⁊ 50. et in fine pmi de gnōne.

¶ Cap. 11m. De complexionibus humorum et de proprietatibus eorum que fiunt ex inducta corporum animalium commixtione.

Ex ista v̄o mixtione in corporibus animalium causatur complexio et complexionis diuersitas. Ex humido enim discurrente per corpus in vasis in quibꝰ fit ipsius humoris decoctio necesse est quatuor generari humores: sanguinem videlicet ⁊ choleram et flegma ⁊ melancholiam per modum quem in antehabitis huius scientie determinauimus. In his autem que non habent sanguinem aliquid est loco sanguinis: et in his quidem lꝫ sit aliquid magis calidum et siccum ceteris partibus tamen non vere est cholera: sed flegma spissum et viscosum: propter quod etiam talia vt in pluribus pigra sunt per multuꝫ temporis immobilia manentia: et si qua ipsorum subtile habent flegma et calidum sanguinis nature propinquum mobilia sunt et velocia et subtilia in operibus vt apes: sed tamen modico frigore corripiuntur et pigritantur. Quecunqꝫ autem terrestria sunt et melancholica: grauiora sunt et in operibus paruam vel nullaꝫ pretendentia subtilitatem. In his autem que sanguinem habent quecunqꝫ sunt leuis et cholerici sanguinis spumosi: agilia et leuia sunt vehementer ⁊ instabilia: sicut etiam in hominibus huius complexionis existentibus apparet. Quecūqꝫ autem grossi sunt sanguinis et calidi: immixtam in sanguine habent choleram adustam vel aduri incipientem que est quoddam genus melancholie: ⁊ hec satis sunt stabilia et constantis audacie ⁊ multorum spirituum mediorū inter grossos ⁊ subtiles: propter quod etiaꝫ talis complexionis existentes homines stabilis sunt animi et fortis et non precipites. Ta-

Aristoteles in 30. ꝑticula ꝓblematū ꝓblemate primo.

lis enim melancholia est quasi de cōplexione vini rubei: sicut dicit Aristo. in libro de ꝓplematibus. ¶ Vinū enim rubeū clarū fumosum est ⁊ bone spei facit hominē ⁊ grauitate sue spissitudinis stabilit spiritū ⁊ calorez. Et q2 fumosa est hmōi cholera multiplicat spiritū subtilē qui bene tenet formas. Et q2 calidū eius est in materia mediocriter spissa calidū non confundit ⁊ cōmiscet operationes: ⁊ resultant conceptus mētis stabiles ⁊ operationes ordinate: ⁊ per huius calorē ascendentē spiritus decenter feruntur in foramina: ⁊ in angustia existentes nō desperant seipsos: sed etiā confortant: sicut fecit Eneas alloquens socios in periculis existentes ⁊ dicens. O passi grauiora dabit deus his quoqȝ finez. Et ideo dicit Aristo. ꝙ omnes viri in phia ⁊ heroicis virtutibus precipui de huiusmodi fuerunt melancholia: sicut Hector ⁊ Eneas ⁊ Priamus ⁊ alij. Propter qđ etiā Leo ⁊ alia quedā huiusmodi cōplexionis animalia magis sunt alijs liberalia ⁊ cōmunicatiua. Quecūqȝ aūt sanguinē habent frigidū feculentū ⁊ turbidū grauiuȝ sunt cogitationum ⁊ quasi imobiliū: ⁊ sunt forme apprehensionis eoꝝ obscure: ⁊ forme ipsoꝝ resultāt in spiritu spisso fumoso terreo ⁊ frigido: ⁊ ideo timida sunt quecunqȝ sunt talia per nām: ⁊ nō recedit ab eis timor acceptus nec accipiunt ꝯsolationē: sed desperantia talia animalia ⁊ hoīes patiūtur amentias ⁊ alienationes. Et homines aliquādo nihil delectationis apud se inuenientes ⁊ male suspitionis etiaȝ existentes ad alios occidunt seipsos: ⁊ sunt nec diligentes nec diligibiles solitudinē que malitia est vite humane amantes: ⁊ in sordibus delectabile est eis: ⁊ alia multa mala ꝯtingūt eis: ⁊ sunt frequenter fures etiā quādo nō indigent de re quā furanꝛ: ⁊ multū sunt insomnes ꝓpter cōplexionis siccitatez ⁊ frigiditatē. Quorūcūqȝ aūt sanguis multum hȝ flegmatis pigri sunt ⁊ somnolenti ⁊ molles mollitie feminea ⁊ quasi nullius existentes memorie: ⁊ sunt albi sine rubore admixto multū pallescentes ⁊ timidi ꝓpter frigus ⁊ instabiles egestiones indigestas habentes: ⁊ in hoc abundant maxime ea in tali cōplexione existentia: spissas habent pelles ⁊ frequēter multos habēt humores idigestos: ⁊ dormiūt per magnā partē anni sicut in antehabitis huius sciētie determinatum est: ⁊ est eoꝝ ingeniū malū ⁊ memoria mala. Ingeniū qđē ꝓpter frigus qđ nō mouet spirit⁹ neqȝ abducit: sed abscidit eos. Memoria aūt ꝓpter humorē aqueū qui nō retinet. Timida etiā sunt hmōi aīalia ⁊ habēt paruas venas ⁊ sunt īpotētia calefacere suū sanguinē: ⁊ iō in eis post timorez nō redit audacia. Sanguinē aūt clarū ⁊ bone hypostasis existentem habētia iocūdissime sunt complexionis ⁊ hilaris aspectus semper bone spei nec delectū infortunijs: ⁊ sunt boni igenij ⁊ bone habitudinis ⁊ bonoꝝ moꝝ. Aliter aūt in corpore sanguinei sūt bone carnis ⁊ bone habitudinis. Cholerici aūt longi ⁊ graciles. Flegmatici breues ⁊ pingues: ⁊ melancholici sunt tenues ⁊ breues ⁊ nigri. hi aūt qui sunt de melācholia adusta calida sunt valde longi ⁊ graciles ⁊ nigri ⁊ dure carnis: ⁊ alia multa accidentia sunt istarum complexionuȝ que partim a medicis ⁊ partim a physicis determiata sūt: sed que dicta sunt p̄senti sufficiunt intentioni. Quecūqȝ enī alia de ipsa cōplexione ⁊ cōplexionū differētijs dicēda erant in antecedentibus a nobis determinata sunt.

¶ Tractatus Secūdus. xx. Libri de animalibus qui est de virtutibus formalibus corporum animalium.

¶ Cap̄. p̄m. De virtute prime cause que sit ⁊ qualiter multiplicetur in effectibus ⁊ qualiter agat.

De pꝛīcipijs materialibus corporis aīalis in precedenti tractatu iā determinatū est. Opȝ aūt nūc etiā de formalibus principijs in hoc sequēti tractatu determiare anteqȝ de cōpositione corporis ex dissimilibus partibus facta pertractare possimus. Sunt aūt virtutes formales corpoꝝ aīaliū quedā simplices nō nisi mouētes. Quedam aūt sunt cōposite ex motore ⁊ moto: quedā aūt aīales ⁊ q̄dā corporales sunt. Et oēs iste virtutes sunt cōposite ex motoris ⁊ moti virtutib⁹ p̄ter primā virtutem que nō est virtus nisi mouentis primi. Et has virtutes ⁊ modū actionis earū in mām corpoꝝ aīaliū nos opȝ determinare si perfectā sciētiaȝ volumus accipere de aīaliū corporib⁹. Primo ergo distinguamus has virtutes ⁊ determinemus eas: ⁊ postea dicamus modū actionis singularuȝ. Prima igiꝛ virtus que est motoris primi qui principiū est toti⁹ vniuersalitatis est virtus eius qđ mouet tm̄: nō. n. hȝ aliqȝ ante se priorē que moueat ipsam: ⁊ hec est que formalis est ⁊ informat oēs alias sicut calidū informat oīa calida. ¶ Illa eniȝ est que vt dicit Plato vl'r hȝ ⁊ p̄habet formas quecūqȝ fiūt in oī nā: ⁊ sūt forme que fiūt in mā imagines q̄daȝ ipsi⁹ sicut in p̄habitis ostēsum est: ⁊ hec virt⁹ est cōicata reb⁹ in qb⁹ fit gnō s̄m ꝓportionē vniuscuiusqȝ suscipiētis ipsaȝ: ⁊ est in eis s̄m posse rerū gn̄abiliū ⁊ nō s̄m hoc qđ est in cā prima. Hui⁹ aūt exēplū aliud ꝯueniēs habere nō possumus in corporib⁹ nisi in his que per se ⁊ s̄m suas essentias agūt sicut luminare solis ⁊ calor ⁊ hmōi: ⁊ in spiritualib⁹ habem⁹ itellectū actiuū siue practicū. Luminosum. n. ita ebullit luces ꝙ ꝯtinue videtur moueri motu ebullitionis si ip̄m est fons lucis sicut est sol: ⁊ iō ēt q̄dā dixerūt solē moueri motu titubationis: cū. n. fundit lucē opinati sunt titubare solē: ⁊ he q̄dē luces in sole sūt vnius forme ⁊ nāe ⁊ essentie. Incidētes aūt alijs corporib⁹ que distāt a sole diuersum esse accipiūt s̄m diuersas potestates recipiētium: ⁊ iō in perspicuo fiunt lumē: ⁊ in corpor ⁊ termināte visum clare superficiei fiunt albedo: ⁊ in minus clara superficie fit color s̄m superficiei potestatē: sicut ostēdimus in semina de sensu ⁊ sensato: ⁊ sic est in fontali vniuersitatis cā a qua ebullitione ꝓcedūt bonitatū ipsius luces ⁊ forme que in reb⁹ distantib⁹ recepte diuersuȝ esse accipiūt s̄m diuersam recipientiū potestatē: ⁊ iō quedā sunt accedentes ad similitudinē cause prime. Quedā aūt longe distātes sunꝛ: quedā obscure resultationes ipsi⁹ in mā mixtoꝝ ⁊ aīaliū corpoꝝ. ¶ Aliud aūt exēplū istius magis cōpetens est in itellectu practico artificū. Intellect⁹. n. ille formā artis a se accipit ⁊ hāc ebullit in instrumēta ⁊ mām in qb⁹ s̄m plus et minus distat ab itellectu qui sic ignobilius esse accipit: ⁊ sic est de vl'i cā oium ex seipsa formas ebulliēte que ꝓcedētes ab ipsa informāt ⁊ ea que mota mouēt ⁊ ea que vt spēm accipiūt formā ꝓcedentē: sicut mā cui⁹ act⁹ ⁊ nō est forma: ⁊ sic est qn̄ calidū per se de se emittit calores. Et vt vl'r dicaꝛ oīa que per se agūt ⁊ sunt prima cā actionis in gn̄e oīa per hūc modū emittēdo formas se multiplicāt in mā supposita ⁊ virtute talis forme ex prima cā ebulliētis agūt qcqd agūt oēs alie forme que sunt eoꝝ que mouent mota: ⁊ iō virtus ista est q̄si fundamētū oiuȝ aliarū ⁊ ifluit oib⁹ alijs virtutē mouēdi ad formā: eo ꝙ iformat oēs alias virtutes tā celestes qȝ māles ⁊ nō iformaꝛ in eis: sed distinguiꝛ ⁊ determinaꝛ in ipsis: nō q̄dē sicut gen⁹ determinaꝛ a spē: sȝ potius sicut lux determinaꝛ a colorib⁹. ¶ Si. n. ꝯsiderem⁹ qđ est hoc qđ distinguit lucē in colorē albū viridē ⁊ nigrū ⁊ in alios colores īueniem⁹ ꝙ nihil est de esse coloris vere nisi ꝑspicuū cū luce participatū in terminato ⁊ nō puro corpore. Oē aūt qđ additur de opaco fumoso vel aquoso vel fuliginoso vel hmōi potius est de priuatione eē coloris veri qȝ sit de nā coloris. Cuius signū est: q2 nullius illoꝝ actu agit in visuȝ: sed agit in actu lucidi: ⁊ de hoc determiatū est in libro de sensu ⁊ sensato. Propter qđ ēt dixim⁹ albū ⁊ nigruȝ hoc mō priuatiue opponi magis qȝ ꝯrie. Oi aūt eodē mō est itelligēdū de forma primi motoris simplicis ꝙ q̄deȝ p̄habet ⁊ simplex hȝ in se oēm multitudinē secūdoꝝ: ⁊ qn̄ determinaꝛ nō determinaꝛ per ea q̄ iducūt nouū eē qđ nō sit ab ipsa: sȝ potius iducūt mālitatē ⁊ ꝯtingētiā ⁊ multiplicitatē q̄ potius sunt recedētia ab eē vero qȝ accedētia ad ipsum. Hec igiꝛ forma sic ebulliēs a cā prima ⁊ q̄dā lucis sue existēs iformat oīa principia gnōnis: ⁊ ab ipsa habēt virtutē ꝓducēdi formā in generato: ⁊ ꝓpter ipaȝ totū opus gnōnis est certū ⁊ finitū ⁊ nō casu sicut dixit Empe. ¶ Et pȝ iā qđ diciꝛ ⁊ a paucis intelligiꝛ ꝙ prima forma nāe est vita: sicut q̄dā antiq̄ssimoꝝ tradiderūt. Est. n. in motore primo vna: sed s̄m ꝓcessum ab ipso agiꝛ in multitudinē plus ⁊ plus s̄m ꝙ ab ipo lōgius ꝓcedit p gradus eoꝝ q̄ mouēt ⁊ mouenꝛ. ⁊ iō hec forma cōparata entib⁹ est mlťa: ⁊ accepta in prima cā est vnica. Est g̊ alia ⁊ alia p relationē ad formata: sȝ eadē est oīno ⁊ simplex in prima cā: ⁊ iō in ipso nullā prorsus iducit multiplicitatē. ¶ Ampli⁹ cū itellect⁹ p̄ie cāe nō opereꝛ p habitū quedā diuersuȝ a

Vide p̄io hoc Auerroez. 12. meta. cō. 18. in fine.

Virt⁹ p̄ͤ forͤ iformat ceťas v̄tutes ⁊ nō in formaꝛ in eis.

Quō itelligiꝛ dictum cōe a paucis intellectum.

luce sua: sed per se ipm sicut lucēs ex seipso ꝓmit luces que ꝓcedūt ab ipso: ꝯstat ꝙ lꝫ ipsa forma diuersa a prima cā effi ciat per ꝓcessum ab ipsa tñ in ipsa nullā prorsus hꝫ diuersitatē: ⁊ iō nullā in ipso inducit cōpositionē. Cū aūt in oi ꝓcessu quo ꝓcedit ab ipso nihil addat sibi per qḋ nouū esse fiat in ipsa: sed potius addita trahāt ad qḋdam nō esse sicut est nō esse simplex: nō esse vnū: nō esse perpetuū: nō esse stans: ⁊ hmōi: pꝫ ꝙ illud qḋ est vere principiū rerū est vnicū ⁊ participando determinationē ⁊ māalitatem efficit multa per modum quē diximus. Propter qḋ etiam participationes ille que sunt in mā potius sunt imagines ⁊ resultationes prime forme ꝙ̃ sint forme vere sicut in libro ꝓcedenti dixim⁹. Hec aūt lꝫ potius spectēt ad primū phm ꝙ̃ ad physicū: tñ hic induximus vt facilior sit intellectus principioꝝ formaliū generationis animalim. Subtiliter tamē ista in prima phia habent determinari. ¶ Hec igitur de primo formali generationis animalium principio dicta sint a nobis.

¶ Cap. 2m. De virtute formali celesti que vocat virtus periodi que sit ⁊ qualiter procedit in materiaꝫ ⁊ qualiter agit.

Id aūt qḋ sub isto mouet est mouēs informatum. Et est duplex: celeste. vꝫ. ⁊ qḋ est elementale siue māle. Et celeste qdē hꝫ multitudineꝫ sm oēm motū celoꝝ a primo celo vsqꝫ ad orbē lune existentiū: tamē virtutes oium superioꝝ ꝯfluunt in vnū orbē: nō qdeꝫ alicuius planete aut celi singularis: sed potius in reuolutionē orbis qui periodus vocat ⁊ duodecim circuloꝝ cōparatione cōponitur qui duodecim domus vocant ad quas sidera oia referunt sicut in antehabitis diximus. Semper enim superior orbis influit inferiori formā influxā sibi a causa prima que descendendo per participationē determinat ꝯtinue ⁊ multiplicat. Et hoc est qḋ dicit ꝙ quelibet intelligentia mouens orbeꝫ est plena formis: sed superiores habent magis formas vniuersales ⁊ inferiores magis determinatas ⁊ minus vniuersales. Uniuersales aūt dico sm ꝙ vniuersale est causa formaliter prehabens ⁊ simpliciter habens ea que post ipsum sunt nō sm ambitū ꝑdicationis sicut sepius expositum est. Cum igit huius virtus sit periodi ⁊ ad periodū referat circulus obliquus ⁊ etiā circulus rectus sm queꝫ est reuolutio diurna: referet ad periodū ois virtus motoris ⁊ ois virtus circuloꝝ qui mouent: ⁊ omnis virtus stellarū sm status in se ⁊ adinuicē quos habent in periodo. Uirtus ergo descendens ⁊ causata ab huiusmodi periodo est causata ⁊ descendens a multitudine maxima virtutū tam eoꝝ que mouent ꝙ̃ eoꝝ que mouent: ⁊ lꝫ hec virt⁹ simplex sit: tñ mltiplicitas virtutū est in ipā sm ꝙ descēdit ⁊ cātur a multis simul causantibus in vna periodo generationis: in qua tamē quedā sunt fortiora: quedam aūt debiliora. Et qꝛ in periodo sunt virtutes intelligentiarū que mouent orbes ⁊ ab antiqs grecis vocant intellectus diuini separati: ideo quidaꝫ stoicoꝝ dixerunt oia inferiora virtute intelligentiarū produci: sicut oia que fiunt in corporibus animaliuꝫ fiunt virtutibus aīe. Et qꝛ intelligentia nō operat per se nisi ebullitione sue actiue lucis sicut artifex operat ebullitione formarū itellectualiuꝫ: ideo dicunt ꝙ forme inferiores fiunt oēs a lumine intelligentiarū qḋ nō: ita dictuꝫ est ꝙ lumen intelligentiarum per se agat eas: sed potius prima causa agit per se: ⁊ intelligentie motu celestium agunt sicut instrumenta. Hoc auteꝫ habet in prima phia determinari. ¶ Qḋ aūt necessariū est sciri hic: est ꝙ forma periodi est essentia simplex ⁊ actu ⁊ virtute multiplex vt diximus: ⁊ est informans qualitates māe generabiliū sm principiū ⁊ incrementū ⁊ statū ⁊ declinationem ⁊ finem esse ⁊ vite: ⁊ ideo astronomoꝝ peritiores ꝓnosticant de inceptione ⁊ processu ⁊ fortuna ⁊ fine vite per studium qḋ ponunt in cognoscendo periodū. Uirtus eniꝫ illa sicut diximus causam vite que est ex motoribus ⁊ his que mouent complectit: ⁊ hec est prehabens oia que cōtingunt variationi generati sm generationem ⁊ esse ⁊ finem vite. ¶ Antiqssimi aūt Epicureoꝝ ⁊ Stoicoꝝ virtuteꝫ periodi dicebant esse numen quod sub deo deoꝝ quem primā cām vocabant gubernat ⁊ regit vitam. Et hoc quidem numen vt testat Apulleius loquens de deo Socratis: distinguebant primū in duo genera deoꝝ: primū quideꝫ dicentes incorporeū. Scḋm aūt corporeū: ⁊ incorporeū diuidebant in 12. ꝓpter virtutes. 12. domoꝝ in periodo. Corporeos aūt deos distinxerunt in celestes ⁊ terrestres: celestes vocantes stellas ⁊ stellarum imagines: ⁊ stellas quidem potentiores esse dicebant quas planetas vocabant. Stellarum aūt imagines. 48. ponebāt chaldei: ⁊ inde ponebant multo plures: eo ꝙ planete in his admirandas accipiunt virtutes: ⁊ habēt se ad eas sicut anime ad corpora sua: ⁊ sicut anima multas recipit passiones a corpore: ita recipiūt planete ab imaginibus. Terrestria aūt numina vocabāt Thetym ⁊ Esculapium ⁊ Cererem ⁊ huiusmodi que nihil aliud erant nisi virtus celestis qualitatem generabiliū informās. Et ideo omnis natura deorum sm eos aut erat supra periodum sicut deus deoꝝ qui est prima causa: aut in periodo spiritualiter aut corporaliter: aut sub periodo quādo virtutes celestes informant terrene materie qualitates vt sm eas agāt: ⁊ ideo dixerunt multos Joues ⁊ multos Martes ⁊ alia huiusmodi. Periodū aūt sicut dixi componebant ex motu planes ⁊ ex motu applanes: vocātes motū planes motū orbis decliuis super cui⁹ polos omnes planete ⁊ imagines ⁊ stelle ab occidente in orienteꝫ circūuoluuntur qui. 12. habet ex 12. domibus numina preter numina planetarum ⁊ imaginum que fiunt in ipso. Motū autem applanes vocant qui sine errore diuersitatis est circūrotatus ab oriente in occidentem super polos mundi: ⁊ iam in prehabitis diximus qualiter radius ascendentis per circulum rotatus causando describit diametros corporis generati. Radius autem ille: qꝛ multis luminibus aliarum stellarum commiscetur multiplicis efficit virtutis: ⁊ ideo quando virtus hec multiplex descendit a periodo multiplicis valde est operationis: ⁊ hoc qꝛ corporeum est in periodo informatur ab intellectuali mouente: qꝛ sicut sepe diximus omnis actus ⁊ operatio que procedit ab operante composito ex motore corporeo ⁊ incorporeo est sm formā incorporei: sicut pꝫ in omnibus operationibus anime quas facit per corpus. De virtute ergo celesti que agit in generatione tm̄ dictum sit a nobis. Plenius eni hec in astronomicis habēt determinari.

¶ Cap. 3m. De principio formali corporis qḋ ab anima est in semine.

Sub dictis auteꝫ causis que celestes vocantur sunt ille que sunt in materia que seminales in materia vocant animaliū ⁊ sunt in semine ab ipsa anima generantis. Et per hoc quideꝫ ꝙ sunt anime habent vnitatem: per hoc autem ꝙ hec virtus vna est a virtutibus membroꝝ quibus ipsum semen assimilatum est habent multiplicitateꝫ potestatis. Et hec omnia satis in antehabitis sunt determinata. hec eniꝫ est illa virtus que in semine animatorum est sicut artifex in artificiato: ⁊ vocat hec virtus a quibusdam phis formatiua: ⁊ a quibusdā distinctiua: ⁊ a quibusdam vocatur intellectus: ⁊ a quibusdam vocat imago mundi: ⁊ a quibusdam vocatur anima. ¶ Rationes auteꝫ hoꝝ nominū sunt: qm̄ ex premissis iam scitur ꝙ hec virtus est eleuata super omnes naturales formas et imprimit in eis per hoc ꝙ ipse sunt instrumentū eius sicut calidū digestiuū est instrumentū anime in corpore animato. Cuꝫ ergo hec virtus informet calidū ⁊ spiritum que sunt in semine ⁊ per ea sicut per instrumenta formet cor ⁊ membra dicit formatiua: ⁊ cum membra formauerit ex se influit virtutē vnicuiqꝫ ipsoꝝ. Et de his multū habitum est in pluribus locis ꝓhabitis huius sciētie. Distinctiua aūt vocat hec virtus: qꝛ ipsa est prima que in eis facit distinctionē: quarū vna est potestatū ⁊ altera operationū ⁊ tertia organoꝝ. Cū. n. nālis virtus nō sit nisi vnius potestatis sicut apparet in calido et frigido: ⁊ oibus alijs hec virtus est prima que plurimaruꝫ est potestatū: sicut pꝫ in plantarū seminibus que nutriunt ⁊ augent ⁊ generāt: ⁊ hoc multipliciter. s. tā in radices ꝙ̃ stipites ⁊ virgas ⁊ folia ⁊ flores ⁊ fructus. Et virtus hec magis est multiplex in aialibus in quibus distribuitur in potestates sensitiuas ⁊ imaginatiuas ⁊ appetitiuas. Permaxime aūt multiplicitatis est in homine in quo cū omnia hec habuerit: efficit virtus deliberatiua ⁊ intellectiua ⁊ voluntaria ⁊ huiusmodi. ¶ Dicitur auteꝫ hec virtus operationuꝫ distinctiua: qꝛ cuꝫ virtus naturalis non operetur per se nisi vnum: et hoc ex necessitate sicut lux lucet et calidum cale-

facit ⁊ sic de alijs: hec virtus multa per se operatur ⁊ nullū
ipsoꝝ operaꝛ ex necessitate. appetit enim ⁊ sentit ⁊ intelligit
quādo est itellectualis ⁊ sic de alijs: ⁊ ab omnibus his ab-
stinet aliqñ ⁊ aliqñ cōuertiꝛ ad hos actus cū voluerit. Di-
stinctiones etiā organoꝝ que primo sunt in embrionib⁹ for
mat hec virtus ⁊ postea his formatis cū generatum fuerit
aial cū diuersitate figure ⁊ māe organa ꝯstituens qđ non fa
cit virt⁹ naturalis que semper est homogenea in eo qđ est
vnius figure nisi per accidēs figura corrumpaꝛ. Hac ergo
rōne distinctiuā hanc virtutē quidā vocauerūt. ¶ Intelle-
ctū aūt hanc virtutē quidam appellabāt: eo ꝙ opera ipsius
sunt sicut opera intellectus practici. In oībus eniꝫ archite-
ctonicis videmus intellectū artificis distinguere ⁊ operari
opera absqꝫ eo ꝙ cōmixt⁹ sit māe sicut dixit Anaxagoras.
Et similiter videmus hanc virtutē nō esse: ita imixtā māe
ꝙ vincaꝛ ab ipsa: ita vt ad virtutes māe opereꝛ. Sicut eni
ars facit ascendere grauia in edificio ⁊ opꝫ ꝙ cōtra virtutē
nāe vnūquodqꝫ moueaꝛ ad figurā artificiati prout cōpetit
cogente ipm intellectu artificis: ita facit hec virtus terre-
stria ⁊ aquea mouens sursum ⁊ ad latera prout cōgruit ma
chine corporis aiati: ⁊ hoc nō posset facere nisi esset ẜm na-
turā eleuata super qualitates māe sicut intellectus artificis
est eleuatus supra nām artificiati. ¶ Imago aūt mūdi vo-
caꝛ hec virtus ẜm plus ⁊ minus ẜm ꝙ est perfectior ⁊ min⁹
perfecta. Imperfecta eni est in plantis ⁊ perfectior in aiali-
bus: ⁊ ad plenū perfecta in hominibus: ⁊ ideo in hominib⁹
perfectā hꝫ imaginis rōnē: ⁊ hec ratio imaginis consistit in
quatuor: quoꝝ vnū ⁊ primū omni anime congruit: quoniaꝫ
sicut celestis machina in quadā multitudine velata ad vnū
consistit: ita in simili multitudine querit esse hec virtus. Ui
demus enim oia superiora referri ad vnū motorē: ⁊ inferio
res motores desiderant assimilari illi tam in motu proprio
qꝫ in motu cōmuni qui est diurnus. Et sic patet ꝙ motores
oēs ad motorē primū referunꝛ per formā que primo effluit
⁊ procedit a primo motore sicut superius diximus. Et hoc
ipso modo est in virtute formante aial in quo oēs virtutes
membroꝝ ⁊ māe referunꝛ ad virtutem primam diuinā que
principaliter est formans ⁊ informans omnes alias. Secū-
dum aūt est in motu. videmus enim omnia superiora tene
re motū diurnū quantū ad circulationē que est vocata diur
na: qꝫuis quo ad motū ꝓpriū habeant alios motus. Et si-
militer videre quilibet pōt ꝙ omnis motus alterationis ⁊
cuiuscūqꝫ virtutis materie terminaꝛ semper ad speciē que
est ẜm cōgruitatem virtutis prime: ⁊ ad illius speciem ter-
minaꝛ omnis mot⁹ māe siue fiat alteratione primarū qua-
litatū siue corporibus celestibus mouentibus siue quibus-
cūqꝫ alijs virtutibus mouentibus. Tertiū aūt est: q: etiam
lumina celestia omnia referunꝛ ad lumen solis sicut dicunt
Aristo. ⁊ omnes astronomi. Et simil'r est in aia que in hoc
imago mundi est: q: omnes vires vniuscuiusqꝫ potestatis
aie referunꝛ ad lumen intelligentie qđ aliquo modo est in
ipsis siue clarum siue vmbrosum sicut a nobis alibi tam in
antecedentibus qꝫ in libro de intellectu determinatuꝫ est.
Quartū aūt ⁊ vltimū est ꝙ sicut ois celestis motus est circu
laris ⁊ sphericus: ita etiā motus aie sunt imitantes circula
rem motū ⁊ sphericū sicut in libro de motibus animaliuꝫ: ⁊
iterum inferius determinabimus. In his igiꝛ quatuor aia
est imago mundi. Et ꝓbaꝛ per hoc ꝙ aia ꝑcipue hominis
multū imitaꝛ cām primā ⁊ intellectus celestes: ⁊ ideo etiam
totus ordo celestis sigillaꝛ in ea in somnijs: ⁊ ꝓnosticaꝛ de
oibus que causanꝛ a motibus celestibus. Cū igiꝛ sit imago
celestiū virtutū ⁊ motuū nō est mirū ꝙ valde multarum est
virtutū ⁊ operationū. ¶ Ut aūt expressius ista pateant re-
uocenꝛ ad memoriā antedicta de virtute cordis: qm̄ cordis
virtus que prima est in aiali dat oibus alijs virtutes tā ve-
getandi qꝫ sentiēdi: pꝫ ꝙ ad cor ois alia virtus tam nālis qꝫ
aialis habet referri. Similiter motū cordis qui est ẜm dia
stolem ⁊ systolē participat omne qđ est in corpore: q: sine il-
lo nec vitā haberet neqꝫ spiritū vitalē. Adhuc cor primā spe
ciem confert nutrimento qua moueꝛ ad formaꝫ cuiuslibet
membri nutrimentū accipientis. Spiritus etiā ois est a cor
de sicut ostēdimus in libro de spiritu ⁊ etiā in antehabitis
istius libri. Et ita pꝫ qualiter in quatuor superius de celo
dictis virtus prima aialis proportionalis est his que sunt
in celo: hoc tñ maxime ꝯuenit aie rōnali: q: illa per virtutē
diuinā quā habet ⁊ per intellectualē virtutem ⁊ animalem
imago est prime cause ⁊ similitudo intelligentie ⁊ exempluꝫ
vite celestis: ⁊ per naturales virtutes sui corporis que cum
mouenꝛ ab aia sicut organa qđ est sigillū naturaliuꝫ: ꝓpter
qđ ipsa imago mundi est specialiter: ⁊ quecūqꝫ sunt de ordi
ne oium cārū mundi imprimunꝛ in ea ⁊ effigianꝛ: ⁊ ideo ēt
in imaginibus suis ⁊ visionibus est futuroꝝ quedā ꝯiectu-
ralis sciētia sicut paulo ante diximus. Anima aūt sensibilis
resultatio quedā est hmōi imaginis propter lucem sensuū:
sed obscurissima resonātia huius est in vegetatiuis. Hec
igiꝛ est causa quare forma in semine imago mūdi vocatur.
¶ Animā aūt virtutem in semine vocauerunt quidam: nō
qđ animal vel corpus animatū sit semē: sed potius ideo q:
operaꝛ actu anime membra vite ⁊ vitā: sicut si diceremus
animā esse in aliquo sicut actū siue perfectionē ⁊ hoc eē aial
in aliquo: siue artificeꝫ in artificiato: ⁊ hoc non esse animal:
sicut si diceremus artem idoli esse in cupro ⁊ absqꝫ extrinse-
ci artificis motu artem in cupro existenteꝫ fingere idolum.
Hec ergo est virtus aie que formaliter operaꝛ in seminib⁹
aialiū. Sed opꝫ scire ꝙ aliquādo hec virtus est ab animali
⁊ aliquādo a stellis. Ab animali est in materia seminis vel
ouo qđ descindiꝛ ab animato habēs virtutē similē virtuti-
bus membroꝝ aialis. Omnia aūt semina plantarū sunt si-
cut oua venti sicut diximus in antehabitis. A stellis aūt est
cōplementū sicut in his que sine coitu ⁊ ꝯceptu generantur.
Et hec oia patēt per antedicta tā in hac scia qꝫ i alijs libris
physicis quos edidimus: ⁊ differens in vtraqꝫ istarū gene-
rationū est primo formatū membꝝ sicut diximus superius.

¶ Cap. 4^m. De causis formalibus corporis naturalib⁹ que sunt in materia cōmixta ex quatuor elementis.

Cause vō ꝓprime que in mā sunt corpoꝝ sūt ca-
lidum frigidū humidū ⁊ siccū: ⁊ sunt comple-
xionales nō simplices: q: simplices non agunt
ad aialis nām. Cōplexionales aūt existentes
differētes hñt actiones ⁊ passiones ab actio-
nibus simplicibus ⁊ passionibus. Et hec dif-
ferētia ꝯsistit in qnque modis: quoꝝ prim⁹ est in mō actio-
nis ⁊ passionis earuꝫ. Scđs est in forma actionis. Tertius
aūt in actionis acumine vel hebetatione. Quart⁹ aūt est in
actionis diuersitate. Et qnt⁹ est in actionis fine. ¶ De mō
eni actionis calidi simplicis ꝓut ipm est in igne est vrere et
dissoluere ⁊ reducere id in qđ agit vsqꝫ ad spēm suā qꝫtū re
duci est possibile. Calidū aūt cōplexionale hoc nō facit: sed
potius digerit ⁊ cōplet humidū ⁊ terreū qđ est in corpore et
nō separat vnuꝫ ab alio: sed potius depurat vtrūqꝫ per hoc
ꝙ separat purum ab impuro. Adhuc aūt formam actionis
hꝫ aliā. In simplici eni nō agit nisi ad formā ingnis: in com
plexionatis aūt moueꝛ a forma cōplexionis ⁊ ab aia: ⁊ ideo
agit ad formā cōplexionati aiati sicut malleus agit ad for-
mā artis que est in mēte artificis ⁊ non ad formā mallei vel
ferri que sunt forme mallei. ¶ Amplius in simplici agit ca-
lidū quasi recedēdo: eo ꝙ est leue sursum motū. In comple-
xionato aūt acute penetrat interiora: eo ꝙ per minima per
oia interiora rei diuisuꝫ est sicut patet per antedicta. ¶ Am
plius multa agit dissoluendo decoquendo dirigendo assi-
milando terminando ⁊ conuertendo ⁊ vniendo in comple-
xionato. In simplici aūt non agit nisi vnum per se quod est
calefacere: ⁊ siquid aliud agit hoc est per accidens. ¶ Am-
plius in simplici finit actionem in cineres quādo agit in reꝫ
terrestrem humidam. Sed in complexionato finit actionē
in speciem carnis ⁊ ossis ⁊ nerui ⁊ aliorū membroꝝ homo-
geneoꝝ. Similis aūt modus differentie est in frigido. Fri-
gidum enim simplex est mortificatiuum ⁊ constrictioneꝫ fa
ciens ⁊ abscindens motum. Complexionale aūt frigidum
est formas ⁊ figuras tenens ⁊ humidum retinens ne euapo
ret: exteriora circunstans ne dissoluantur ab agente calido.
Adhuc hebes est valde in simplici ⁊ non ingreditur in rem
profunde nisi sit valde excellens. In complexionato autem
propter humiduꝫ in quo est ⁊ propter diuisionem: q: per mi
nima diuisum est magis ingreditur ⁊ tenet interiora qꝫ cir
cunstet extrinsecus. ¶ Amplius formā complexionis ⁊ ani-
mam habet mouentem: propter qđ etiā nō abscindit motū
sed continet mouentia ne dissoluantur. ¶ Amplius valde

Marginalia: Quare dꝫ itellect⁹ vide. 7. meta. cō. 31. et 12. met. cō. 18. — Quare dicitur imago mūdi. — Quare aia dꝫ — Nota qnque dñias qb⁹ differūt qualitates ꝑme vt sūt simplices et vt sunt cōplexionate.

diuersa operat̄ continendo: coagulando: claudēdo poros: cōuertendo subtilia euaporātia: ⁊ retinēdo in membris ea que sunt in ipsis: ⁊ p̄cipue facit hoc in quibusdam membris frigidis sicut in cerebro ⁊ oculis. ¶ Amplius finez actionis prorsus hz aliū in cōplexionato q̄z in simplici: q2 in simplici facit cōstare partes mãe ad speciez terre: ⁊ in cōplexionato detinet principia in forma cōplexionis ne dissoluat̄ complexionatū. Idē ēt est de humido simplici ⁊ de humido cōplexionato per oēs supradictas quinque differentias. Humidum enim simplex extra se fluit ad terminū alienū. Humidum autē complexionale loco illius est sicci penetratiuum. ¶ Adhuc aūt in simplici agit ad formaz aque vel aeris. In cōplexionato aūt agit ad formā vite ⁊ aie mouētis ip̄m taz in prima formatione q̄z in nutrimētali humido. ¶ Amplius humidū simplex humectat. In cōplexione aūt cōmiscet penetrando subtilitate sua per siccuz. ¶ Amplius multa facit in cōplexionato. s. infundendo mollificando: cōmiscēdo: cōtinuando: nutrimentū portando: formas recipiendo ⁊ reddendo: ⁊ hmōi. Vnuz aūt solū facit in simplici qd̄ est fluere ad terminū alienū: ⁊ in fine ip̄m terminū finire ad speciem aque vel aeris. Adhuc aūt humidū complexionale fluit ad formā vite: q2 cā vite est humidum difficulter siccabile sicut ostendimus in libro de causa lōgitudinis vite: ⁊ ad hoc nō terminat̄ neq3 finitur in simplici: sed potius ad sp̄m aque vel aeris. Eadem aūt ratio differentie est de actionibus et passionibus sicci. Siccū enim in simplici est in euaporatione vel expressione humidi. In complexionato aūt est in humido actu ⁊ sicco s̄m potentiā tm̄. Adhuc aūt in simplici est cātum a forma ignis vel specie terre: sed in complexionato mouet̄ a forma cōplexionis a forma aie. ¶ Amplius in cōplexionato diuisum est subtiliter in humidū: sed in simplici expressum est de humido aliquādo, sicut in terra: ⁊ deductū est ex ipso humido aliquādo sicut in igne. Adhuc in cōplexionato facit inspissationē humidi: figit virtutē que fluxibilis esset in humido: terminat motū humidi continet terminos figurarū: tenet humidū ne euaporet per calidū: ⁊ hmōi multa facit in cōplexionato: sed in simplici nō facit nisi constrictionem per terminationem sui termino ꝓprio. ¶ Amplius in simplici terminat̄ ad terrā vel ignē: sed in cōplexionato terminat̄ ad sp̄m viui animati. Hec ergo sunt in quibus iste differentie differūt in cōplexionato ⁊ simplici. Sed hoc maxime aduertendū est sicut sepius diximus ꝙ omnes iste qualitates elementales se habent ad virtutes luminuz celestiū sicut instrumenta: ⁊ nō operant̄ nisi s̄m ꝙ sunt informate a luminib⁹ celestibus. Virtutes aūt luminū sicut instrumenta se habent ad virtutes anime: ⁊ virtutes anime sunt sicut instrumenta virtutū intellectuū celestiuz: ⁊ virtutes intellectuum celestiū sunt sicut instrumenta cause prime siue virtutis prime que procedit a causa prima operans generatis ⁊ efficiens esse per modū quem diximus. Cum aūt oēs forme iste sic referunt̄ ad vnū: pz ꝙ ois multitudo mãliū colligit̄ ad vnitatē virtutū celestiū: ⁊ hec colligit̄ vlteri⁹ vsq3 ad virtutem cause prime: ⁊ causando quidem vna virtus cause prime hoc modo agit̄ in multitudinem. Lz autez multa sint in mã dicto modo agentia ad eē generati: tamē duo sunt principalia que sunt informata omnib⁹ dictis virtutibus que sunt calor ⁊ spiritus. ⁊ calor quidem est ex parte materie: ⁊ subiectū eius est humidū. Spiritus aūt est ex parte virtutū oium quasi vehiculum quo virtus vitalis in oēm partē materie vehitur ad operanduz. Et qualiter fiat vtrūq3 istoꝝ patet per ea que sepius in antehabitis determinata sunt. De virtutibus ergo efficientibus in materia generationis animaliū determinatū sit hoc modo.

¶ Cap. 5^m. Qualiter omnia dicta principia oriuntur ex vno ⁊ ad vnū recolliguntur: ⁊ qualiter multiplicitas organoruz causatur a multiplicitate anime in animalibus.

In semine aūt aialiū siue ēt in mã habēte vim seminis q̄uis nō sit semē: oēs iste virtutes taz in generatione q̄z in generato colligunt̄ in partez vnā ⁊ in locū vnū mãe: sicut ēt oēs virtutes per distributionē ꝓcedūt a virtute vna prima ⁊ in parte q̄dē mãe seminalis colligunt̄ in locū cordis vel eius qd̄ est loco cordis: ⁊ illā partē primo formādo ex illa postea format oia alia membra. Similiter autē in generato sedes oiuz harū virtutū est in corde: ⁊ ex illo vecte per spirit⁹ oēs in oibus alijs membris perficiunt̄ virtutes ⁊ operationes. Et huic sentētie lz ꝯtradicāt Plato ⁊ Galenus: tm̄ hec est opinio oium peripatheticoꝝ: ⁊ nos ostendimus rōnē huius opinionis in p̄habitis vbi locuti sum⁹ de virtutibus spermatis ⁊ de virtutibus cordis. Causa autez quare opz eas colligi in vnū locū ⁊ membrum est: q2 virtus sparsa ipsa sui sparsione ⁊ diuisione debilitat̄ ⁊ corrumpit̄: collecta aūt ⁊ vnita fortificat̄ ⁊ ꝯseruat̄: nec nã intendit tm̄ facere aial: imo ēt intendit cōseruare ip̄m in esse ⁊ in vigore ad operationes: q2 aliter frustra esset gn̄atio ipsius. ¶ Adhuc aūt multitudo nec ꝓcedēs ad vnū nec relata ⁊ collecta ad vnū nō facit vnū aliqd̄ sed multa. Cum ergo non sit nisi vnū aial generatū opz oēm multitudinē p̄cipioꝝ suoꝝ formaliū ⁊ procedere ab vno primo ⁊ referri ⁊ recolligi ad vnū primū ⁊ hoc est cor in habentibus cor: ⁊ est membruz qd̄ est loco cordis in his que cor non habent: propter quod etiam omnia que diriguntur in totum corpus sicut vie virtutū necesse est oriri ab illo: sicut sunt vene ⁊ arterie ⁊ nerui: ⁊ hoc iaz ante determinatū est. Insuper etiā tota materialis multitudo membroꝝ per generationē orit̄ a corde: q2 sicut in generatione nulla pars materie formam membri accipit nisi per hoc quod exit a corde in quo accipit ⁊ induit virtutem que membrum format: ita etiā in aiali generato nullū nutrimentū est cōuertibile in formā membri nisi a calore cordis virtutem inducat per quā ad membruz moueat̄: ⁊ ideo cor in membris est sicut primū celū in celestib⁹: ⁊ virtus cordis est sicut virtus prime cause in celestibus: sicut tamen quodlibet celuz in celestibus ⁊ quelibet stella in sitibus suis proprias habent virtutes: ita etiā membra quelibet proprias habent virtutes in sitibus membroꝝ sibi determinatas sicut diximus vbi locuti sumus de virtutibus membroruz: ⁊ hec multitudo tota refertur ad vnū quod est celū primū cōpositum ex motore ⁊ mobili in celestibus: ⁊ ad vnum membrum primum compositum ex motore ⁊ mobili in animalibus qd̄ est cor. Oportet etiā scire ꝙ omnis diuersitas mobiliū ⁊ mãe quādo formaliter ⁊ s̄m figuram mobilia diuersificantur causat̄ a diuersitate motorum ⁊ formaruz: ⁊ ideo nisi anima esset motor compositus ex multis virtutibus et potestatibus nãlibus nō esset diuersitas partium corporis in forma ⁊ figura: ⁊ vnicuiq3 potestati suū propriū respōdet organuz sicut vnicuiq3 facultati artis mechanice proprium datur instrumentū. Has tamen potestates generaliter per quatuor videmus variari differentias. Naturalibus enim potestatibus quedam membra respondent: ⁊ potestatibus mouentibus s̄m locum respondent instrumenta motus localis sicut sunt ale ⁊ pedes: ⁊ potestatibus animalium sicut sunt sensus interiores ⁊ exteriores respondent organa que patiunt̄ ab obiectis sensuū sicut oculi ⁊ aures ⁊ huiusmodi: ⁊ sicut in artibus textor nihil operat̄ cum dolabro ⁊ securi: eo ꝙ nō sunt instrumenta sue artis: ⁊ nihil operat̄ tibicē cū naui ⁊ remo: ita nihil operabitur potestas vnius facultatis nature per organū alterius facultatis: ⁊ ideo cecati in oculis nihil vident per aures: nec claudi ambulant auribus et sic de alijs. ¶ Patet ergo ꝙ diuersitati potestatum anime omnis respondet diuersitas organorum in corpore: ⁊ ꝙ taz in anima q̄z in corpore omnem diuersitatem oportet reduci in vnum aliquod ex quo omnia alia informentur ad motū ⁊ operationē: q2 aliter nec in anima nec in corpore esset animal vnuz. ¶ Quod aūt quidam dicunt ꝙ plures substantie mouentes sint in corpore que ad vnum actum animandi reducantur sicut multa lumina reducuntur ad vnū actū illuminandi omnino est inconueniens. Cum enim dicunt ꝙ reducuntur ad vnum actū animandi: aut est idem actus numero aut specie aut genere. Si dicant ꝙ est idem numero: tūc opz etiā animātia esse eadē numero ⁊ aiata similiter: ⁊ hoc nō est verū cū ipsi dicāt esse plures substātias animātes. Si aūt aiatio est vna specie: tūc erit animatio eadē sp̄e que est forma aiationis: ⁊ hoc qualiter pōt esse veruz: cum aiantes substātie s̄m eos sint diuerse in forma vt ipsi dicūt: q2 vna est vegetans: ⁊ altera sensificās: ⁊ intelligens tertia. ¶ Adhuc aūt si ꝯcedat̄ ꝙ eadē aia sp̄e nō ꝯstituet nisi vnuz sp̄e ⁊ nō vnū in numero aial. Idē aūt sequitur si dicāt ꝙ sint vnū gn̄e. Si aūt dicāt ꝙ per cōpositionē ⁊ vnionē faciūt vnā

animationē:

animationem:queramus quid iuuat ea cum sint diuersaꝝ formarum:non eniꝫ seipsis iuuantur sicut lumina que sunt vnius forme:quecunqꝫ enim diuersaꝝ sunt formaruꝫ sepa/rantur ex se ⁊ nõ vniuntur nisi vnum se habeat ad alteꝝ si/cut potentia ad actum:qđ isti non dicũt:qa si hoc eẽnt vna substãtia:actus enim ⁊ potẽtia vniunt̃ in subam vnaꝫ. Et per hoc patet ꝙ absurdũ est qđ dicunt:sed oportet relatio/nem multitudinis potestatum ⁊ mẽbroꝝ fieri ad vnuꝫ per modũ quẽ determinauimus:qa sic ⁊ non aliter cõstituunt vnũ aial. Sic ergo de distributione vnius ꝑmi in aialibꝰ in multa:⁊ de reductiõe totiꝰ multitudinis in anima ⁊ in cor/pore existentis ad vnũ primum a nobis determinatũ sit.

¶ Cap. 6m. Qualiter dictis supra potestatibus a seinuicem differunt animalia:⁊ qualiter hõ differt ab omnibus.

Est aũt intelligenduꝫ adhuc ꝙ iste potestates diuise abinuicem sm esse ⁊ subiectũ cõstituũt dr̃iam geneꝝ ⁊ specieꝝ eoꝝ que sunt anima/ta. Si eni sm se vegetatiuuꝫ accipiat̃ gñe dif/fert ab eo qđ est sensitiuũ:⁊ huiꝰ rõ patet per antedicta. Cũ eni oium dr̃ia corpoꝝ sit a dr̃ia formaꝝ:⁊ nos videmus corpora plantaꝝ tã in simplicibꝰ q̃ in cõpositis eẽ oino alteriꝰ generis q̃ aialiũ:necẽio sequit̃ ẽt aĩas genere alteras eẽ:per hoc idẽ aũt pꝫ ꝙ ẽt aialia a sei/uicẽ spe sunt dr̃ia. Uniꝰ eni forma ⁊ spe vna est figura corpo ris ⁊ organoꝝ. Cũ ergo diuerse sint figure corpoꝝ aialium ⁊ organoꝝ ipsoꝝ oportebit ⁊ aĩas ipsoꝝ spe alteras abinui/cem eẽ. Eadẽ autẽ rõ est ꝙ ⁊ arbores ⁊ herbe abinicẽ alte/ra sunt specie. ¶ Hõ autẽ ab alijs aialibꝰ plus q̃ spe videt̃ differre:videmꝰ eni ea que nec sensu nec motu faciunt dif/ferẽtiam tñ specie abinuicem differre. Cũ igit̃ hõ ⁊ in par ticipatione sensuũ differat spe ab alijs sicut ꝓbatur ex figu ra organoꝝ sensus ⁊ figura totius corporis:⁊ isup adijciat differentiam rõnis videt̃ plus q̃ specie hõ ab alijs differre aialibꝰ. Cuius signũ est ꝙ irrõnabiles vires hois persua/sibiles sunt ratione sicut concupiscibiles ⁊ irascibiles:⁊ hoc non est in alijs animalibꝰ:plus igitur q̃ specie differt a bru tis:⁊ videt̃ ad ipsa quãdã habere gñis dr̃iam cũ ipsaꝫ ani malitatẽ sm differentẽ potestatẽ ab alijs aialibꝰ participet.

*Q̃ homo ab alijs aialibus plus q̃ spe dif ferre videat̃.*

¶ Si qs aũt opponat ꝙ genꝰ plures ambit spẽs:⁊ sic homo plures deberet hr̃e spẽs:nõ valet:qa forma de se cõicabilis pluribꝰ spe vel numero differẽtibꝰ nõ necessario cõicat̃: sed forte sm eẽ nõ erit nisi in vno sicut apparet in sole ⁊ luna et alijs que sub spe nõ nisi vnũ hñt idiuiduũ:eo ꝙ sunt ex mã sua tota. Et si ponamus vnum solum esse asinũ ⁊ vnã solaꝫ esse arborem:erunt tñ aial ⁊ corpus aiatum genera diuer/sa:hõ igitur plus q̃ specie differt ab his que dicunt̃ bruta animalia. Specie eni differunt leo ⁊ equus:plus aũt q̃ spe differt hõ ab vtroqꝫ ipsoꝝ.

*Cõsidera cir/ca opionẽ do/ctoris diligen/ter:qa ẽ đ vi/tate suspecta.*

¶ Amplius autẽ aial genus qđ est in aialibus sm esse alteꝝ est in vnoquoqꝫ animalium:⁊ cum rõ generis phici detur sm eẽ:patet ꝙ etiam ratio ge/neris in animalibus non est vna:sed multa generis natura est in aialis sm eẽ dr̃ie que est forma ⁊ actus:⁊ ideo agit̃ in differẽtias sm eẽ sicut ipsi actus differẽtes sunt:⁊ huic diffe rẽtie rñdet dr̃ia figuraꝝ in corporibꝰ aialiũ:⁊ ideo nulla ani malia differẽtia specie vnius figure oino in corpore iueni/untur. Sũt tñ quedã potestates magis cõuenientes in oibꝰ aialibꝰ:⁊ quedã differunt valde abinuicẽ. Potestas enim sensus visus in oibꝰ cõuenit ad formã perspicui:⁊ ideo etiã organa visus in figura ⁊ cõpositiõe paꝝ differunt abinicẽ: in auditu aũt magis differũt:⁊ ideo aialia stolida differen tes in figura auriculas hñt ab auriculis aialiũ magis signa reꝝ participãtibꝰ sicut facit hõ ⁊ q̃dã symiaꝝ genera. Que/dã aũt oino indisciplinabilia nullũ oino vident̃ hr̃e auditꝰ instr̃ꝫ. Unde manifestũ est qđ dixim ꝰ ꝙ ois illa que in corpo/re est diuersitas causat̃ a diuersitate potestatũ que est i aia. Inter has aũt ptãtes q̃s aia exercet in corpore: q̃dã sũt ge/nerales omni aiato:sicut nutrire ⁊ augere ⁊ alimẽto vti ⁊ ge/nerare:⁊ de his iã in scĩa de plãtis determiatũ est. Q̃dã aũt sunt que cõueniũt oibꝰ aialibꝰ ⁊ cõstituũt aial sicut motus ⁊ sensus:qa tactꝰ cõstituit aial pp tactũ:⁊ motꝰ q̃dã causat̃ a sensu in omni aiali sicut motꝰ localis per appetitũ. Oẽ eniꝫ aial ad minus mouet̃ motu dilatatiõis ⁊ cõstrictiõis. Opꝫ ergo de differẽtijs aialiuꝫ sm sensus ⁊ motum localem de/terminare:⁊ aliud ad hoc īducemus libri principium.

## ¶ Incipit Liber animalium. XXI. qui est de perfectis ⁊ imperfectis:⁊ causa perfectiõis ⁊ imperfectionis. Cuius primus Tractatꝰ est de gradibus perfectorum ⁊ imperfecto/rum animalium.

¶ Cap. pm. De sũma aialis perfectione que est in hoie.

Determinandum autẽ nunc videtur de perfectione ⁊ iperfectio/ne animalium sm anime facultates ⁊ po testates:⁊ de causa perfectionis ⁊ imper/fectionis ipsoruꝫ. Hec enim videtur an/tecedere considerationem de animalibuꝫ in specie perfectorum aut imperfectorum animaliũ. ¶ Cum autem omnis perfectio animaliuꝫ ⁊ im perfectio sit sm participationem virtutum animaliuꝫ per/fectam vel imperfectam:nec imperfectũ sciri possit nisi per rationem perfecti:oportet nos primuꝫ determinare que sit ratio animalis perfectissimi:qa sm proportionem ad illud omnem inuenimus in alijs gradum imperfectionis. Ra/tio autem perfectioris animalis sm anime vires queren/da est:qa sicut iam ante diximus qđ est perfectum in vir/tutibus anime:perfectum est in organis:cum organuꝫ non faciat natura in animalibus nisi ꝓpter virtuteꝫ aĩe que mo uet organum ipsum. Hoc igitur modo non potest esse per/fectior modus viriuꝫ alicuius anime nisi ꝙ organice vires non sint nisi sm esse nature organicarum. Sicut enim dixi/mus in ante habitis in omnibus in quibus sensibilis ani/ma est actus vltimus siue endelechia completa in his ve/getatiua non est nisi sicut pars potestatis:⁊ est in eis sm eẽ sensibilis. Cuius signum est:qa hoc circa qđ operatur ad viuum sensibile terminat:⁊ cum eodeꝫ modo in quibuscũ/q̃ rationalis anima est endelechia completiua in his ve/getabilis ⁊ sensibilis potentie naturales existentes sunt sm esse rationalis: eo ꝙ virtus animalis vnicuꝫ est esse qđ est actus ⁊ effectus essentie ⁊ forme sue substãtialis:⁊ ideo sicut viuere simpliciter vegetabilibus est esse:ita sentire sentiẽ/tibus est esse:⁊ intelligere intelligentibꝰ est esse. ¶ Dico au tem viuere sentire ⁊ intelligere vitam ⁊ sensum ⁊ intellectũ habere:eo ꝙ anima primo actus est sicut somnus sicut di/ximus in libro de anima:⁊ postea sicut vigilia:sicut sũt duo actus ensis. s. figura ensis ⁊ secare vel incidere. Cum auteꝫ vegetabilis ⁊ sensibilis potentie insunt sm esse perfectissi/mi qđ potest esse a corpore organico necessarium est ipsas perfectissimas esse ⁊ ratione aliqualiter participare. Cuiꝰ signum est ꝙ in homine taꝫ in vegetatiuis q̃ in sensibilibꝰ est ordo vite sm rationem. Naꝫ temperantia ⁊ castitas in/sunt sm opera vegetabilis:humilitas autem ⁊ mansuetu/do similiter ⁊ fortitudo ⁊ plures alie virtutes insunt sm cõ cupiscentias ⁊ iras sensibilis:qđ esse non posset nisi ⁊ vege/tabilis ⁊ sensibilis inessent homini sm eẽ anime intellectua lis:aliter enim non essent ordinis sm honesti rationem su sceptiua. Si quis autem dicat ꝙ temperantia ⁊ castitas et pudicitia ⁊ cetere huiusmodi virtutes non sunt sm vege/tabilis opera:sed potius sm concupiscibile que est sensibi/lis anime:hoc stare non potest:qa nutrire ⁊ generare non sunt nisi vegetabilis:⁊ ideo virtutes que sũt circa hec ope/ra non possunt inesse nisi sm vegetabilem: ⁊ cõcupiscentia que est circa hec:⁊ similiter sensus ⁊ motus sunt circa hoc: prout vegetabilis est in sensibili sicut trigonum in tetrago/no:⁊ hoc est qđ ante diximꝰ ꝙ inest sm esse sensibilis:⁊ hoc vlterius inest sm esse rationalis:⁊ ideo ordinem capit opꝰ a ratione:⁊ concupiscentiam a sensibilis anime esse. Opus tamen semper est vegetatiue potentie. Ex his ergo pꝫ non posse esse perfectius animal homine:quoniam anime que est actus vltimus non potest esse perfectior q̃ ꝙ sit eẽ alio/rum ⁊ ratio sic separatum:⁊ qđ est potentia naturalis ipsiꝰ sit coniunctum organo. Ante talem enim substantiaꝫ nihil omnino est nisi separatum in esse ⁊ potentia:⁊ hoc non ha/bet anime rationem:⁊ ideo non constituit animal. ¶ Po/tentia naqꝫ non potest comparari nisi ad duo:ad obiectuꝫ

*2° de aĩa. t. c. 5.*

Nõ a q̃ poᵗⁿ hʒ eleuationem: an ab obto an a nã subti a q̃ fluit.

vʒ. ꝛ ad subiectum siue substantiam cuius ipsa est potentia naturalis. Ex parte autem obiecti nõ habet nisi ꝙ aut tali obiecto patitur ꝭm naturam: aut circa tale subiectum ꝭm naturam operatur: ꝛ hoc non elargant ꝛ exaltant posse suũ vel modum sui posse: sed ex natura subiecti a quo ipsa potentia orit̃ sicut omnis naturalis potentia oritur a victoria forme subiecti habebit absq̃ dubio tãto magis posse quãto altior ꝛ nobilior ꝛ prime cause vicinior fuerit forma subiecti ꝭm cuius esse est ꝛ inest potentia naturalis: ꝛ ideo vegetabilis in sensibilibus elargataʒ habet potentiam: ꝛ sensibilis ꝛ vegetabilis in rationabili largissime que ꝭm naturaʒ esse possunt sũt potẽtie: ꝛ hoc est qd̃ quideʒ a multis dicitur: sed forte nõ a multis intelligit̃ ꝙ quicquid potest potentia inferior potest ꝛ superior excellẽter ꝛ eminẽter. Patet igitur ex oĩbus predictis non solũ in adiectione ratiõis esse hoĩeʒ perfectissimuʒ: sed etiaʒ in omnibus potentijs ꝛ modo operationis oĩuʒ potentiaruʒ taʒ sensibilis q̃ rõnalis. ¶ Ex dictis tamen orit̃ questio: quoniam visus ꝛ odoratus ꝛ auditus ꝛ cetera huiusmodi sunt potentie quedaʒ sensibilis anime: ꝛ scimus lynces melius videre q̃ hoĩem: vultures aũt melioris esse odoratus ꝛ simil̃r canes: ꝛ q̃daʒ animalia forte melius audiũt. ¶ Hoc aũt qd̃ inductuʒ est non obstat. Uidere eñi melius ꝛ odorare ꝛ audire meliꝰ dupliciter dicũtur. Melius eñi videt̃ qd̃ acutius visu accipitur: ꝛ talis potẽtia visus est ex cõplexione organi corporalis in quo est visus: ꝛ hoc mõ nihil ꝓhibet quedã aĩalia acutiores quosdã sensus habere q̃ hõ habeat. Dicit̃ itẽ meliꝰ videre nobiliori vti visu: siue qd̃ est largioris potentie super q̃dlibet obiectum: ꝛ hoc modo largior est visus disciplinabil̃r differẽtias rei nũtians q̃ ille qui sensibiliter tm̃ nũtiat easdẽ: ꝛ sic hõ hʒ visum ꝛ sil̃r auditum ꝛ alios sensus qui in ipso sunt ꝑncipium ꝛ experimẽtum memorie ꝛ vniu̾s ꝛ artis ꝛ sciẽtie: ꝭm quem modũ aĩalia nulla preter hoĩem sensibus vtũtur. Patet ergo qd̃ diximus ꝙ videlicet perfectissimũ aĩalium est cuius oĩs aĩe potentia est ꝭm eẽ nature separate: ꝛ ideo diximus in ante habitis huiꝰ sciẽ ꝙ hõ nõ solum specifica differentia differt ab alijs aĩalibꝰ: sed etiã ꝭm esse generis ꝓximi ꝛ ꝭm eẽ generis remoti. Genus eñi ꝓximuʒ est sensibile ꝛ remotũ est viuum: ꝛ nos ostẽdimus ꝙ tam sensibile q̃ viuũ participãt aliqual̃r rõnem lʒ ipse potẽtie de natura sua sint irrõnabiles. Eodẽ autẽ modo etiã vegetatiuum in sensibili ꝭm esse alteꝝ: ꝛ aliud est q̃ sit ex natura sua in seipso. Et ideo dictũ est ꝙ ratio animalis vniuscuiusq̃ generis ꝭm vnũquodq̃ aĩalium in esse accepta est altera ꝛ altera ꝛ alterius potentie sicut determinatum est a nobis in ꝓmo de aĩa. ¶ Amplius autẽ est adhuc alia perfectio hominis supra alia animalia oĩa: primus eniʒ sensuuʒ ꝓpter quem aĩal est animal ꝛ quo nullũ oĩno caret animal est tactus: ꝛ hic si ad terminos ꝛ organa sensibilia respiciamus fundamentuʒ est oĩuʒ sensuuʒ alioꝝ ꝛ obiectum suum oẽs neruos relaxat ꝛ soluit ad sentienduʒ: q̃a calor complexionalis laxat sensum ꝛ frigus ligat oẽm sensum: sicut patet per ea que in libro de somno ꝛ vigilia subtil̃r: ꝛ per causam ꝓpter quid dicenteʒ determinata sunt. Si ergo tactꝰ est in quo fundatur omnis sensus oportebit necessario oẽm sensum in esse aĩalibus ꝭm virtutem ꝛ potẽtiã tactꝰ. Quecũq̃ eñi forme sunt in aliquo sicut in fundamẽto subiecto: sunt in ipso ꝭm potentiã subiecti ꝛ non ꝭm potentiaʒ ꝓpriaʒ forme aut efficientis sicut a nobis sepe probatuʒ est. Uidemꝰ enim lumen solis in sereno aere ꝛ nubilo ꝛ in nube variari tm̃ ꝓpter diuersum posse ꝛ diuersam virtutem suscipientis ipsum. Sensus ergo omnis inest omnibus ꝭm potentiaʒ et virtutem. Tactum auteʒ habet homo ꝛ subtilissimuʒ ꝛ certissimuʒ sicut a nobis in libro de aĩa dictuʒ est: igitur in homine sunt etiã ceteri sensus nobiliores ꝛ aliqua certitudĩe certiores ꝛ subtiliores q̃ sint in aliquo alioꝝ aĩalium. Cuʒ igit̃ a perfectiõe sensuuʒ dicat̃ ꝛ sit animal perfectũ: erit hõ perfectissimum omniũ animaliuʒ eo ꝙ perfectius ꝛ certius sensus participat. ¶ Amplius in organis sensuuʒ ꝛ virium aĩe participat hõ manum solus inter aĩalia: que sola est organũ organoꝝ: ꝛ organũ intellectꝰ operatiui: sicut in ꝑcedẽtibꝰ istius sciẽ determinatũ est. Nulluʒ autẽ oĩno aĩaliuʒ ꝑter hoĩeʒ in corpore suo hʒ organũ organoꝝ: sed potius hñt oẽ organũ ad vnũ actũ tm̃: q̃a oĩa quadrupedia hñt anteriores pedes ad ambulandũ tm̃: ꝛ volatilia bipedia habẽt anteriora membra ad volatum. Homo autem huiusmodi mẽbris superioribꝰ non vtitur ad motuʒ: sed potius vniu̾r in vsu artis ꝛ officij aliorum membrorum. Patet igitur ꝙ ipse participat quedam organa supra modum participãdi oĩuʒ aliorũ animaliũ: ꝛ sic etiã in cõpositione organica corporis perfectior est oĩbus corporibus aĩaliuʒ ꝛ animalibus ipsis. ¶ Ampliꝰ hoc ipsuʒ ostendit figura corporis. Cũ eniʒ diametri tres constituant omne corpus perfectius ꝛ nãliꝰ erit corpus qd̃ diametroꝝ mensuraʒ naturaliũ participat. Diameter aũt lõgitudinis mẽsurat a sursuʒ in deorsum: et in solo hoĩe idẽ est sursuʒ qd̃ est sursuʒ mundi: ꝛ ideʒ deorsum qd̃ est deorsuʒ mundi. Sil̃r aũt est de diametro latitudinis. Solus eñi homo inter oĩa aĩalia latũ habet corpus ꝭm mensurã sue quãtitatis latitudine proportionata: quoniã ꝛ si quidaʒ vermes lati sunt: non habent latitudinẽ longitudini proportionataʒ. Lõgitudo eñi in corpore naturali semper vincere dʒ latitudinẽ si non sit vitiuʒ nature. Quadrupedia aũt spissiora hñt corpora q̃ lata. Hõ auteʒ solus diametrũ profunditatis minorẽ habet ceteris diametris. Cũ igitur sensus organa ponantur ꝭm longitudinẽ descendendo ꝛ motus organa ꝭm latitudinẽ: perfectionem distinctionis maiorẽ hñt organa corporis in hoĩe q̃ in aliq̃ animaliuʒ alioꝝ. ¶ Amplius solus hõ vt superius probatũ est est imago ꝛ silitudo mundi taʒ ꝭm animam q̃ ꝭm corpꝰ: oẽ autẽ aliud aĩal deficit ꝭm plus vel minus: ꝛ defectus est ex carentia alicuius ad perfectioneʒ pertinentis. Patet igit̃ etiaʒ ex isto ꝙ solus hõ perfectissimuʒ est oĩum aliorum. In eo enim in quo quodcũq̃ animaliũ non habet symbolũ cũ his que vniuersaliter causant munduʒ: in hoc nõ imprimit̃ ab illo: ꝓpter qd̃ non imprimit̃ ab intelligentia nisi hõ: nec est aliqd̃ aĩaliuʒ qd̃ ita a celo imprimat̃ sicut hõ: ꝓpter qd̃ equalitas cõplexiõis eiꝰ magis inter oĩa aĩalia accedit ad nãm celi ꝛ eq̃litatẽ. ¶ Ampliꝰ motor secũdus in oĩbꝰ in q̃bꝰ est motor secũdi ordis iperfectꝰ est nisi cõiũgat̃ motori ꝓmo eiusdẽ ordis. Motor enim ꝓmus solus est qui a seipso mouet: ꝛ est causa motus in oĩbꝰ sicut pʒ per añdicta. Constat nobis ex his que de motibꝰ aĩaliuʒ bene determinata sunt ꝙ phãtasia mouens se habet ad intellectũ mouẽtẽ sicut motor secundi ordinis se hʒ ad motorẽ primuʒ. Nullum auteʒ aĩaliũ perfecte ꝛ ordinatũ hʒ motũ nisi in quo motꝰ ꝓcedit ꝭm rõnẽ motoris ꝓmi qui rectꝰ est. Solus igit̃ hõ cũ per intellectũ moueat̃ perfectionẽ hʒ principioꝝ motiuoꝝ: his q̃ modis ꝑfectiõis solus hõ est ꝑfectissimꝰ oĩuʒ aĩalium.

¶ Cap. zᵐ. De modis perfectionis animalium in cõmuni quot sint ꝛ que sint ꝭm animam ꝛ ꝭm corpus ex quibus cognoscitur natura pigmei.

De alioꝝ auteʒ aĩalium perfectione dupliciter dicit esse loquendũ Theophrastus. Sũt eniʒ quidã illoꝝ alijs perfectiora ꝭm corpꝰ: ꝛ q̃daʒ alijs perfectiora sunt ꝭm anime potẽtias. Et vtraq̃ istaꝝ ꝑfectionũ est duplex: q̃m ea que ẽ ꝭm corpꝰ: aut est ꝭm corporis q̃ititatẽ: aut ꝭm qualitatẽ eq̃litatis siue cõplexionis. Et ea q̃deʒ que est ꝭm corporis q̃titatẽ adhuc in duas distribuit̃: q̃m ꝑfectio q̃titatis: aut est ꝭm magnitudinẽ cõtinue q̃titatis: aut est ꝭm numeꝝ organoꝝ qui numerus est discrete q̃titatis sicut ꝓmuscidã hʒ elephas qua loco manꝰ vtit̃ in multis vsibꝰ quã nõ hñt alia aĩalia. Adhuc ꝛ ea que est ꝭm aĩaʒ diuidit̃ ꝛ efficit̃ duplex. Aut eñi est in participãdo vires plures aĩe iteriores: aut in participãdo plures vires exteriores in nũero sensuũ. Et ꝭm participationẽ q̃dẽ potẽtiaꝝ interius apprehendẽtiuʒ adhuc sunt duo modi: quoꝝ vnus est ꝭm numerũ potentiaꝝ: ꝛ alter ꝭm moduʒ ꝛ qualitatẽ. Quedã eñi aĩaliũ videntur de interioribꝰ potentijs paucas aut nullas habere. Adhuc aũt ea que habent huiusmodi virtutes ꝛ potentias quedã habent in eis quandam subtilitatẽ sic apes quaʒ alia maiora in quantitate non habent. Et omnẽ modum perfectionis ꝛ imperfectionis animaliũ: oportet nos determinare q̃a ex modis perfectionis ꝛ iperfectiõis ipsoruʒ maior pars cognoscit̃ nature ꝛ opeꝝ ipsoruʒ. ¶ Loquemur aũt primo de modis perfectionis ꝭm animam. Et de aĩe perfectione tractantes ꝓmo inuestigabimus eam que est ꝭm numerum potentiaꝝ ꝛ virtutũ anime. Utamur aũt

arte

Dubium.

Solo ꝓ q̃ vid̃ phʒ. 5. d̃ gñatiõe aĩaliũ capitulo. 2.

Prio meta/phice in phe/mio.

arte quaȝ tradidit Aristo. in principio prime phie dicēs ꝙ
nos videmus ꝙ omnia animalia habent sensum aliqueȝ ⁊
sensibilium acceptionem. Ex sensu autem quibusdā fit me
moria: quibusdaȝ auteȝ non. Et ꝙ non fiat memoria qui/
busdam ex sensu ex hoc scimus ꝙ memoria est que facit ex
prius per sensum accepto redire in absens sensibile sicut vi
demus vultures saturatos recedere a loco cadaueris: ⁊ po
stea iterum redire ex memoria loci ⁊ cadaueris: ⁊ hoc mo/
do ad caulas reuertūtur greges ⁊ aues ad nidos ⁊ huius/
modi. Quecūqȝ autem animalium non persequuntur nisi
presens sensibile ⁊ ex prius accepto non reuertūtur ad ab/
sens sensibile scimus memoriam nullam prius acceptoruȝ
habere: sicut sunt musce que cum abiguntur reuolant ime/
mores ictus prius accepti: videmus etiam ꝙ certuȝ domi
cilium non custodiunt: ⁊ videmus ꝙ non nisi presens sensi/
bile persequuntur. ¶ Amplius videmus quedam anima/
lia quādam habentia prudentiam circa res sibi cōferētes:
⁊ tamē indisciplinabilia sunt: sicut patet in apibus que pru
dentiam habent magnaȝ in rebus conferentibꝰ: ⁊ tamē nō
disciplinantur: ⁊ similiter formice. Ex prudentia enim con
tingit ꝙ prouident sibi thesauros: sed ꝙ non veniūt ad vo
ces hominum: ⁊ non timent minas ipsorum: nec videntur
fugere terribiles sonos: signum est ꝙ sint indisciplinabilia
per magisterium hominum: propter qđ etiam quidam di/
cunt ꝙ sonos non audiunt: hoc autem in ante habitis ipro
batum est: qa videntur sonos audire. Sed quicquid sit de
auditu hoc absqȝ dubio verum est ꝙ sonos non audiūt ad
disciplinam vt per nomina vocari possint: ⁊ instrui sicut in/
struūtur animalia multa: sicut canes ⁊ symie ⁊ alia quedā.
¶ Dupliciter eni habetur auditus ab animalibus: a qui/
busdā enim habet̄ inquātum est sensus tm̄: ⁊ a quibusdam
habet̄ inquantum est disciplinalis sensus. Et hoc secundo
mō adhuc dupliciter participat̄ ab animalibꝰ: qm̄ hic sen/
sus est disciplinabilis ꝑm ꝙ per sonos ⁊ voces accipit̄ noti/
tia intentionum sonantis aut vocantis. Hoc enim mō so/
ni ⁊ voces faciunt disciplinam. Hoc autē dupl'r fit. Faciūt
enim soni ⁊ voces aliquando signū intentionis cōfusum et
aliquādo determinatū. Confusum autem signū faciunt in
brutis: ⁊ determinatum faciunt in homine: ⁊ ideo quecūqȝ
animalia auditum habent: ꝓut est sensus disciplinabilis:
⁊ cum hoc memoriam qua retinent signa discipline ꝑcepte
cōfuse vel determinate sunt disciplinabilia ⁊ percipiūt di/
sciplinam cōfusam aut determinatā. Et ideo multa aialia
ad voces hoīum multa faciūt: ⁊ elephas flectit genua corā
rege ad vocē indicātis: ⁊ canes multa talia faciūt. Sȝ apes
⁊ alia minuta animalia sonos ⁊ voces nequaqȝ disciplina/
bil'r percipiūt lȝ magna vigeāt memoria. Hec ergo in qui/
busdā aialibꝰ est causa disciplinabilitatis. Priuatio auteȝ
huius disciplinabilitatis est maxime in minutis valde ani
malibꝰ sicut in apibus ⁊ vespis ⁊ achatis ⁊ pulicibꝰ ⁊ alijs
huiusmodi vermibꝰ. Quedā aūt aialium vident̄ aliquid lȝ
paꝝ experimenti participare. Experimētuȝ nāqȝ ex multis
nascit̄ memorijs: qa eiusdē rei multe memorie faciunt po/
tentiā ⁊ facultatē experimēti: ⁊ nos videmus ꝙ multa aia/
lia p̄ter hoīem aliqđ experimentalis hn̄t cognitiōis in sin/
gularibus sicut ꝙ mustela pugnās cū serpente vulnerata cō
tra venenū accipit foliuȝ endiuie que a quibusdam rostruȝ
porcinū vocat̄: ⁊ alia talia multa iduximꝰ in p̄cedētibꝰ que
faciūt aialia. Sufficiēter aūt nō participāt experimēto: qa
nō veniūt per experimētū ad vniu'e ⁊ artē ⁊ rōnē: sȝ tamen
ꝑm aliqđ participāt expimēto vt iā diximꝰ. Quedā aūt in/
tantū eleuant̄ in his potētijs vt artis quādā habeāt imita/
tionē lȝ artē non attingant. Et hoc dupl'r videmus fieri in
aialibꝰ: qm̄ quedā ⁊ visu ⁊ auditu vident̄ esse disciplinabi/
lia: qa faciūt que vident ⁊ reseruāt que audiūt sicut symia.
Quedā aūt intātum vigent in disciplina auditus ꝙ ēt sibi
mutuo suas intētiōes significāt sicut pigmeus qui loqtur:
cū tn̄ sit irrōnabile aial. ¶ Et ideo quātuȝ ad aiales virtu/
tes post hoīem videt̄ pigmeus perfectiꝰ eē aial: ⁊ videt̄ ꝙ
inter oia aialia plus confert memorias suas ⁊ plus ꝑcipit
de signis auditꝰ: ita ꝙ videt̄ aliqđ habere imitās rōneȝ: sȝ
rōne caret: rō eni est vis anime discurrendo per experta ex
memorijs accepta per habitudinē localē aut syllogisticam
vniu'e eliciens: ⁊ ex illo p̄ncipia artium ⁊ sciētiaꝝ ⁊ similes

Apes ⁊ formice ⁊ si pruden/tia participēt: nullo tn̄ pacto disciplinabilia sunt.

Sēsus auditꝰ dupl'r hȝi p̄t.

Quātū ad aiales v̄tutes post hoīeȝ pigmeꝰ videt̄ esse ꝑfectius aial.

habitudies cōferēs: hoc aūt nō facit pigmeꝰ: sed ea que ac/
cipit cū auditu nō separat a sensibiliū intētionibꝰ: ⁊ ꝓut sūt
sensibiliū intētiōes memorie comēdat ⁊ hoc mō ꝯfert ⁊ col
lata alij significat per locutionē. Et ideo pigmeꝰ lȝ loquat̄:
tn̄ non disputat nec loquit̄ de vl'ibus rerū: sed potiꝰ sue vo
ces dirigunt̄ ad res particulares de qbꝰ loquit̄. Causat̄ eiȝ
locutio sua ex vmbra resultante in occasu rōnis. ¶ Rō eni
duo hȝ: quoꝝ vnū est ex reflexiōe sua ad sensuȝ ⁊ memoriaȝ
⁊ ibi est ꝑceptio experimēti. Scōm aūt est qđ hȝ ꝑm ꝙ exal
tat̄ versus intellectū simplicem: ⁊ sic est elicitiua vl'is qđ est
principiū artis ⁊ scie. Pigmeus aūt nō hȝ nisi p̄muȝ istoꝝ: ⁊
ideo nō hȝ nisi vmbrā rōnis: qa totū lumē rōnis est in secū/
do. Dico aūt vmbrā idē qđ resultatiōeȝ obscuratā a sensi/
biliū mā ⁊ appenditijs materie nō separatā: ⁊ ideo pigmeꝰ
nihil oīno percipit de reꝝ quidditatibꝰ: nec vnqȝ ꝑcipit ha
bitudies argumētoꝝ: ⁊ sua locutio est sicut locutio morio/
num qui natural'r stulti sunt eo ꝙ nō perceptibiles sunt rō/
nuȝ. Sȝ in hoc est differētia ꝙ pigmeꝰ hȝ rōnis p̄uationē ex
natura. Morio aūt hȝ per accīs ex melācholia vel alio ac/
cidēte nō ex p̄uatione rōnis: sed potiꝰ ꝓpter p̄uationē vsus
rōnis. Huiusmodi aūt perfectio ꝓxima est sub hoīe pp qđ
etiā pigmeꝰ ciuilitatē perfectā ⁊ leges nō custodit: sȝ potius
in talibꝰ sequit̄ nature ipetū sicut ⁊ alia bruta aialia: sȝ ere/
ctus icedit. Manu vtit̄ nō ꝓut manus est instrm̄ itellectꝰ ⁊
spēs quedā instrumētoꝝ siue organoꝝ: sed potiꝰ ꝓut q̄daȝ
aialium vtunt̄ pede anteriori ad multos vsus: sicut genera
muris plurima anteriori pede cibū accipiūt: ⁊ ad os porri/
gūt: ita ēt pigmeꝰ vtit̄ manu in pluribꝰ vsibꝰ: sed non ad ar
tis opera: ⁊ ideo ēt sua manꝰ nō plenā hȝ manus rōnē. Qđ
aūt erigit̄ semper facit in eo spirituū aialiū maiorē clarita/
tem: ⁊ ideo melioris apꝑhensionis est inter cetera bruta: sȝ
verecūdiaȝ de turpi: ⁊ gloriā de honesto nō attēdit. Et hoc
signū est ꝙ nihil hȝ de iudicio rationis: ꝓpter qđ ēt rheto/
ricis persuasionibꝰ in loquēdo aut poeticis non vtitur: que
tamē impfectiores sūt oīum rōnum: ⁊ ideo semꝑ syluestris
manet nullā prorsus ciuilitatem custodiēs. Uirtus autē il/
la anime quā vmbrā rōnis quādaȝ vocauimus superiꝰ in/
nominata qdem est a phīs: sed circūloquendo cognoscimꝰ
ꝙ hec vis aliqđ potētie addit super estimatiua. Cuȝ enim
estimatiua brutorum iudicet de intentionibus que cū sen/
sibilibus accipiuntur ista plus facit qȝ referunt hmōi inten
tiones ad memoriam: ⁊ elicit expertuȝ ⁊ vtitur illo postea
ad que cōfert. ¶ Est aūt hoc non pretermittendum ꝙ esti/
matū ⁊ expertum dupl'r referunt̄ ad vniu'e. Uno qdeȝ mo
do contēplatiue ꝓut ex expertis ⁊ memoratis in sensu acce
ptis quidditas reꝝ qđ est rerum veritas accipit̄ per se vel
in signo cōmuni: ⁊ hoc mō memoratū ⁊ expertum non est in
pigmeo. Alio mō inest memoratuȝ ⁊ expertū ꝓut in ipso est
cōferens ad appetitum vel fugam: ⁊ hoc modo expertuȝ et
memoratū accipiuntur a pigmeo: ⁊ ideo diximus superiꝰ
ꝙ experimēto paꝝ participat pigmeus. Pigmeus eni non
accipit nisi referens ad conferens vel nocens in re extra: sic
⁊ alia aialia bruta oēs intentiōes quas apprehēdūt ad eos
referūt: ⁊ ideo nunqȝ separant eas a particularibꝰ: sȝ potiꝰ
cōponūt eas cū ipsis: ⁊ ideo ēt bruta ⁊ muta aialia vocant̄:
qa cōceptus sui nihil veritatis loquunt̄ de rebꝰ. Pigmeus
ergo ꝑm p̄inducta q̄si medius est inter hoīem diuinū itelle-
ctū habētē: ⁊ alia muta aialia in qbꝰ nihil diuine lucis esse
deprehēdit̄ inquātū expimētali cognitiōe vtit̄ per vmbraȝ
rōnis quā pre ceteris accipit aialibꝰ: magis tn̄ ꝑm nām vi/
cinus est bruto qȝ homini vt pȝ per a͞ndicta: qm̄ expertū ma
gis est ad vl'e ⁊ cōtēplatiōeȝ qȝ ad particulare ⁊ motum.

¶ Cap. 3m. Qual'r aialia sūt disciplinabilia ex aliq̄ participa/
tiōe virtutū aīe: ⁊ precipue qual'r hoc fit in gn̄ibus symiaꝝ.

R Eliquaꝝ aūt symiarum genera que multa sunt
valde: in tertio gradu potestatū anime ⁊ virtu/
tum vident̄ participare aiam. Cū eniȝ discipli/
na fiat in hoīe qui solus ꝑm nām est aial discipli
ne susceptibile per doctrinā. vȝ. ⁊ per inuētionē.
Ea aūt que per doctrinā est duplex est: itellecti/
ua. vȝ. ⁊ sensibilis: videtur symie pre ceteris aialibus saga/
citatem habere eā ꝙ disciplinabiles sunt sensibilibꝰ. Pro/
pter qđ etiaȝ symie greco noīe dicte sunt a ludo: eo ꝙ indi/
cra in sensibilibus eis adhibita imitātur plus ceteris ani/

Rō duo hȝ.

Estimatū ⁊ expertū dupl'r ad vl'e referunt̄.

*In q̄ symia d'ficit a pigmeo*

*Nullū aial est disciplinabile cū nāe instinctu.*

malibus. Propter qđ etiam quidā sapientes tradiderūt hec aialia ad ludum esse facta ⁊ hac sagacitate q̄libet qđ vident imitantur: ⁊ ex auditu colligunt intētiones vocātiū ad sensibiles ludos ordinatas: ⁊ hic est p̄mus gradus disciplinabilitatis. Primū eni opꝫ eū qui discipline est perceptibilis ea que videt ⁊ audit diligēter attēdere ⁊ cōferre: et ex collatis memoria retētis experta sumere ⁊ ex illis vl'e depuratū accipere: ꝓut est p̄n^m scie vel artis vel prudentie vel alicuius hmōi itellectualis virtutis. ¶ De his aūt tribus gradib⁹ perfecte nō attigit symia. Symia eni inde p̄mum ⁊ hūc z^m nō attingit nisi imaginabiliter ⁊ memoriter: sꝫ vlterius experientia non participat neq̄ multū neq̄ paꝝ vtens experiētia: ⁊ in hoc deficit a pigmeo. Imitatio aūt tāto facilior est in ea quāto rē visam vel sensatā nō refert ad experimentalē cognitionē: referens eni ad experimentalē cognitionē detinet in collatiōe memoriaꝝ siue per memoriaꝫ acceptoꝝ. Nō cōferens aūt statim fert in sensibile. Et ex hoc est ꝙ symia p̄mā facultatē discipline hn̄s statim imitat hoc qđ videt: sed pigmeus ⁊ hō non statim imitant. Habꝫ eni symia sicut diximꝰ nō nisi p̄mā disciplinabilitatis facultatē. Cuius signū est ꝙ non discernit in quo vel quem imitetur. ¶ Est aūt p̄ter oīa que iducta sūt obseruādū ꝙ nullū oino animal disciplinabile est cū instinctu nature. Ex disciplina eni ad tria ꝑficit hō: ad scias. vꝫ. contēplatiuas: ⁊ ad artes mechanicas: ⁊ ad v̉tutes morales: ⁊ ad nullū hoꝝ ꝑficit sine rōne ⁊ itellectu: ⁊ hoc pꝫ per se de scia speculatiua. De arte aūt actiua cōstat: q̄m ars est cū rōne factiua eoꝝ que fac. In virtute aūt attigit mediū qđ determinata rōne est mediū ꝓut sapiēs determinat. Propter qđ nullū oino aialiuꝫ disciplinat ad aliqđ istoꝝ triū. Sed cū hō habeat sensus disciplinales duos: visuꝫ. vꝫ. ⁊ auditū sicut determiatuꝫ est in libro de sensu ⁊ sensato visus deseruit iuētioni discipline: ⁊ cū huiꝰ inuētio nō fiat nisi rōne cōferente memorias ⁊ sensata nō est aliqđ aial disciplinabile visu: qa nō hꝫ facultatē inuētiue ex collatiōe sensibiliū. Auditꝰ aūt sensus est disciplinabilis ex signis reꝝ ⁊ ex alio. Et ideo aialia quedā p̄nt disciplinari per auditū ⁊ nulla per solū visuꝫ. Et ex hoc cognoscit symia maioris eē facultatis q̄ꝫ aliud aial: q̄m disciplinā recipit per auditū: ⁊ imitationē rep̄sentatiuā operuꝫ per visum qđ nō facit aliud aial nisi hō ⁊ pigmeus ⁊ symia. Et ideo pꝫ ꝙ ista tria aialia cōtinuis descēdūt gradibꝰ: hō quidē particeps sensus disciplinalis omni mō ⁊ memorie ⁊ experimēti ⁊ rōnis scie ⁊ artis. Pigmeꝰ aūt particeps sensus disciplinalis ⁊ memorie ⁊ paruꝫ experimēti ⁊ nihil rōnis scie ⁊ artis. Symia aūt participās sensuꝫ discipline auditū ⁊ in visu aliqđ percipiēs ordinatū ad disciplinā: imitationē. vꝫ. ⁊ memoriā hn̄s sensibiliū: sed ex ipsa nihil omnino experimēti eliciēs: alia aūt bruta in visu q̄dē nihil disciplinabile accipiēdo: solū auditu aliqđ discipline percipiūt. ¶ Amplius cum sic cōstat ex supra habitis forme mouētes sint in hoie ⁊ forme speculatiue: nō recipit disciplinā symia: neq̄ ēt aliud aial nisi formaꝝ mouentiū: ꝓpter qđ ēt aialia disciplinabiliora sunt multoꝝ valde motuū. Et iō ad ambulādū vel stādū vel querendū aliqđ disciplinātur animalia bruta ⁊ nō ad artem vel sciaꝫ. Et ideo nullū oino aialiū disciplinat nisi motiuū ⁊ sm̄ appetitum operabilibꝰ: eo ꝙ hec sunt particularia ēt in particularibꝰ accepta quoꝝ p̄ceptiua sunt aialia hmōi. Videt aūt genꝰ symiaꝝ pre ceteris animalibꝰ brutis estimare de nociuo ⁊ conferente ex sensu ⁊ imaginatione ⁊ memoria. Alijs enim estimationē habentibus de sibi conferentibus ⁊ nocentibus: ⁊ illa persequentibus vel fugiētibꝰ: symia estimat de conferētibꝰ sibi ⁊ alijs aialibus: ⁊ ideo vidēs paruulū exhibet paruulo vbera non ꝓpria: sed matris que peperit eū si permittat. Puero eniꝫ exhibet vbera femiaꝝ si permittat: ⁊ hoc alia nō faciūt animalia: ⁊ in hoc cognoscitur symia melioris eē estimationis q̄ꝫ aliud animal: sꝫ in omnibꝰ his nō mouet nisi phātasmate: ⁊ ideo frequēter errat sicut ⁊ alia aialia: qa sicut diximꝰ in aūt habitis vbi phātasticū itellectui nō cōiungit frequēs incidit error: ⁊ est in talibꝰ aialibꝰ nō syllogismus opis sꝫ argumētatio iperfecta. Et sicut in cōtēplatiuis enthimema ⁊ exēplū sunt argumētatiōes iperfecte: quaꝝ tn̄ iperfectio pficit ⁊ reducit ad syllogismū: ita in istis aialibus sunt iperfecti syllogismi opeꝝ que nō hn̄t nisi phātasticā estimationeꝫ de operabili vel appetibili ⁊ appetitū facietēꝫ impetum ad opus. Sꝫ in hoc differētia est ꝙ enthimema ꝓcedit ex ea q̄ est sub vl'i: ꝓut est in pluribꝰ vel in oibꝰ. Phātastica auteꝫ estimatio nō est nisi ex eo ꝙ videt tn̄: ⁊ ideo frequēter decipit sic ex sophismate accn̄tis: qa non ꝓcedit nisi ex his que h̄ ⁊ nunc vident reputās sil'r fugiēda vel persequēda q̄bus idē accidit accn̄s sꝫ h̄ ⁊ tunc. Inductiōis aūt aliquid videtur participare pigmeꝰ in hoc ꝙ experimēti paꝝ p̄cipat sꝫ syllogismū operatiuū quē practicū greci vocant: sed perfecte nō inducit: q̄m nō ꝓgredit vsq̄ ad vniu'lis acceptioneꝫ. Exēplo autē hec aialia nullo mō vtunt: eo ꝙ exēplum fieri nō pōt sine aliqua rōnis collatione. Hec ergo duo gn̄a aialiū sm̄ oīa que cōtinent sub ipsis pre omnibꝰ alijs aialibus accedūt ad hois silitudinē nō in cōtēplatiuis: sed potius in motiuis: ⁊ ideo pro certo estimatiuā hec aialia hn̄t lucidiorem omnibꝰ alijs aialibꝰ pp qđ meliꝰ estimāt de phātasmatibus q̄ꝫ alia aialia ⁊ melius eliciūt intētiōes acceptas cum phātasmatibꝰ q̄ꝫ aliqua alioꝝ aialium: ita ꝙ vident aliqđ habere rōni simile: ⁊ p̄cipue illi actui rōnis aliqđ sile hre videtur qui cōfert de intētiōibꝰ in ipsis sensibilibus ⁊ phantasmatibꝰ acceptis ⁊ non separatis ab eis. Et hec est causa ꝙ hec genera aialium silitudines hois vocant: cuius signū est: qa capita hn̄t rotunda quasi sit sphera cōpressa per tres cellulas distincta: ⁊ aures semicirculares ⁊ imobiles sic hō manus cū longis digitis ⁊ flexuraꝫ bracchij in cubito v̉sus domesticū pectoris: ⁊ vtunt manibꝰ in multis vsibꝰ sicut homo lꝫ nō vtantur eis in vsibꝰ artis: ⁊ sunt lati corporis ⁊ nō ꝓfundi sicut hō: ⁊ hn̄t paruum collū ⁊ latos humeros sicut hō: ⁊ femine eoꝝ mamillas hn̄t pendentes in pectore sic femina hois: ⁊ hn̄t vuluas magnas respectu sue quātitatis: ⁊ sunt posite in fine vētris: ita ꝙ fissura vulue ascēdit versus vmbilicū sicut disponit vulua mulieris: ⁊ coeunt hec aialia femina in dorso posita: ⁊ masculo icūbēte ei sicut coeūt homines. Et hoc in exterioribꝰ conueniētia ēt interiorē significat ꝯueniētiā: qa sicut diximus estimatiua ipsoꝝ silior est rōni q̄ꝫ estimatiua aliquoꝝ alioꝝ aialium. Sic ergo ⁊ alijs his similibꝰ modis isunt vires aie his aialibus que magis ad similitudinē accedūt hominis inter bruta animalia.

## ¶ Cap. 4^m. De his que attenduntur circa disciplinabilitatem animalium quadrupedum.

Quecūq̄ aūt aialia sunt quadrupedia minꝰ discretiōis in opabilibꝰ hre vident q̄ꝫ dicta. Et est in oibus cōsideratio hn̄da penes tria: auditū. vꝫ. ⁊ estimationē: ⁊ memoriaꝫ: qa sicut in p̄cedentibꝰ diximus auditꝰ est in hoie sꝫ tres differētias v̉tutis sensitiue per auditū. ¶ Est eniꝫ p̄mo sm̄ sonoꝝ iudiciū: ⁊ hoc cōuenit oibꝰ auditū hn̄tibꝰ. Est ēt in hoie h̄ sensus discipline prout ex auditu accipiunt voces sm̄ ꝙ sūt signa cōceptuū ⁊ passionū que sunt in aīa ꝓferētiū ⁊ sm̄ ꝙ referuntur ad res per noīa significatas. Et hoc dupl'r. Uno q̄dē mō ꝓut in noibꝰ significantur quidditates reꝝ cōtēplatiue. Et alio mō ꝓut in noibꝰ inotescit forma operabilis circa quā est aut effectus proferentis: aut res in quā est appetitꝰ animalis: sicut canes ad voces vel sonos mouentur ceruoꝝ. Et primum q̄dem istoꝝ conuenit sensui auditus inquātum est sensus particularis ortus ex cōi sensu qui est fons sensuū. Scđm auteꝫ cōuenit sensui auditꝰ inquātuꝫ reflectit ad ip̄m rō: ⁊ ideo hoc oino nulli irrōnali cōuenit aiali. Tertium aūt cōuenit sensui inquātum vis dicens fugere vel persequi vel operari cōiungit ei que est phātasia ⁊ estimatio: ⁊ ideo aialia q̄dā tam q̄drupedia q̄ꝫ bipedia percipiūt hoc mō sonos ⁊ voces vtroq̄ mō. Plurima eni aialia percipiūt voces sm̄ ꝙ sūt idicia vocātis: ⁊ mouētur persequēdo aut fugiēdo ad illud: sicut agnus audiēs lupos fugit: ⁊ audiens pastores sequit. Hoc aūt modo quo voces sunt note affectus ⁊ volūtatis eiꝰ qui profert voces dupliciter cōtingit percipere voces: vno q̄dē modo distincte: ⁊ alio modo cōfuse: ⁊ quecūq̄ distincte estimāt volituꝫ qđ intēdit qui ꝓfert voces disciplinabilia sūt: ⁊ hec sūt multa ⁊ nō hn̄t hoc nisi ex istructiōe ⁊ nō a natura. Quecūq̄ aūt nō percipiūt volitū: sꝫ circa volitū percipiunt aliqđ ire vel beniuolētie fugiūt q̄dē a vocāte vel accedunt ad ip̄m: sꝫ nō sunt disciplinabilia nisi forte sm̄ valde paꝝ: ⁊ ideo videmus canes ⁊ q̄dā aialia multa discere. Equus aūt

⁊ mulus

Rõ q̃d d̃ mure referat.

⁊ mulus ⁊ asinus in hoc magis inueniunt̃ stolida:lz iã vide-
rimus equos ⁊ asinos ⁊ anseres qui q̃dã ludicra ⁊ minuta
didicerãt:parua aũt aialia in his minus perceptiua ⁊ disci
plinabilia sũt q̃ magna:tñ iã visus est mus qui ratt⁹ voca-
tur ⁊ magn⁹ est qui candelã ad mẽsaz tenuit sedẽs erectus.
In estimatione aũt aialiũ ⁊ p̃cipue q̃a estimatio cõponit̃ ex
app̃hensiõe phãtasie ⁊ appetitu desiderij:⁊ hz se in sensibili
aia sicut ꝓheresis in rõnalib⁹:⁊ qñ bñ pura est ⁊ boni orga-
ni:tũc efficit̃ boni iudicij de intẽtionib⁹ rez:dico aũt puraz
quãdo spũs ei⁹ est purus ⁊ clarus:⁊ calidũ ei⁹ est puz tẽpe-
ratũ:neq̃ pigrũ ex frigido neq̃ cõmiscẽs operatiões ex ni-
mis calido. Organũ aũt bonũ est nõ melãcholicũ q̃d bñ su
scipit spirit⁹ in eadẽ claritate qua deferunt̃ ad ipm in spiri-
tu:hec eni aialia gñaliter sũt melius discernẽtia sonos qui
fiũt per auditũ: ꝓpter q̃d terrestria melãcholica quasi lucis
expertia iterioris nõ bñ iudicãt de intẽtionib⁹ que in sensi-
bilib⁹ accipiunt̃. Alia aũt de q̃b⁹ diximus opposito modo se
hñt ad ista:⁊ iõ meli⁹ iudicãt. Et cuz soni ⁊ voces sint signa
affectuũ in aialib⁹ sonãtibus ⁊ sicut signa rez:ea aialia que
lucidiores hñt estimatiões iudicãt tã de reb⁹ q̃ de volũta-
tibus sonãtiũ per auditũ. Que aũt minus bñ estimãt nõ iu
dicãt de reb⁹:sed de sonãtib⁹ tm̃ ⁊ cõfuse. Sil̃r aũt multum
ꝯsiderãdũ est in memorijs aialiũ. ¶ Et homini q̃dẽ hmõi

Memoria in hoie ſm q̃tuor virtutes inuenitur.

potẽtiã ſm q̃tuor videm⁹ in esse virtutes:q̃rũ p̃ma est ſz te
nere bñ formas in sensu acceptas:⁊ alia est ſm bñ tenere i-
tentiones ex sensibilib⁹ per estimationẽ elicitas:⁊ tertia est
ſm bñ redire per recordationem ad sensibilia accepta: et
quarta est ſm bñ redire ad intẽtiões ex sensibilib⁹ elicitas.
Et q̃ocunq̃ aialiũ memoriã ſm oĩa que bñ participat si cũ
hoc participat disciplinabiliter audituz ⁊ est bone estima-
tiõis illud bñ est disciplinabile ⁊ q̃ocunq̃ male hec oĩa par
ticipat illud nõ est disciplinabile. Et q̃ocũq̃ quedã horum
bñ:quedã aũt male participat:aut si oĩa quidez:sed nõ ſm
oẽs potẽtias oĩum hec participat erit mediocriter q̃dẽ di-
sciplinabile. Quatuor aũt que dixim⁹ de memoria ad duas
vires in cõi reducunt̃:q̃a duo p̃ma fiunt sicco frigido tẽpe-
rate:alia aũt duo fiũt calido ⁊ humido tẽperatis:⁊ ideo di
cunt̃ esse recordatiõis potius q̃ memorie:de his aũt dixi-
mus in libro de memoria ⁊ recordatiõe. Et sepe cõtigit q̃
aialia bone memorie sunt male recordationis ⁊ ecõuerso.
Disciplinabilitas tñ aialiũ magis attendit̃ in recordatiõe
q̃ in memoria:⁊ p̃cipue ſm eã partẽ que est recordatiua i-
tentionũ. Cui⁹ signũ est q̃ aialia disciplinata ad ludos ad
nutus ⁊ sermones magistroz suoz percipiũt volũtates eo
rum:⁊ faciũt ea que sibi iperãtur ad intẽtionẽ suoz magi-
stroz:q̃ aũt in auditu ⁊ recordatiõe potius app̃hẽdãt vo-
lũtatem ⁊ affectũ significatũ in voce q̃ cõceptuz magistroz
suoz ex hoc significatur q̃ aliq̃ñ nõ faciunt ea ad que disci-
plinata sunt nisi cũ minis vel blãditijs vel aliquo signo ter
roris vel blãditiei: ꝓpter q̃d operant̃ ad effectum ꝓferẽtis
significatum in voce ⁊ nõ ad cõceptum:⁊ ideo articulatiõez
vocis nõ apprehẽdunt:⁊ tamẽ recte perficiunt sibi impera-
ta:⁊ mouent̃ ex disciplina potius modo quo mouet natura
q̃ mõ quo mouet apprehẽsa ⁊ cõcepta intentio rez aliqua-
ruz:q̃a moueri ex huiusmodi cõcepto est rõnis:moueri au
tez ex habitu in modum nature mouẽte est ẽt cuiuslibz po-
tentie bruti sensibilis. Simile autez huic videmus in arti-
bus mechanicis:quaz opera optime exercent habituz ha-
bentes ex cõsuetudine ⁊ nescientes operis sui rõnẽ:⁊ citha
rizant vel viellant vel aliquid aliud faciũt ex solo habitu cõ
suetudinis nullã prorsus sciẽtes sui op̃is rõnẽ. ¶ Similis
est differentia inter hoies ⁊ bruta ex habitu mota discipli-
ne. Mouẽtur enim bruta sicut ex nã nõ attendentes voces
nisi ꝓut sunt signa volũtatis eius qui vocat:nihil penit⁹ p̃ci
piendo de articulatione sermonũ quib⁹ alloquit̃ ea magi-
ster qui imp̃at opera. Nõ aũt facit imperata sibi ſm inten
tionem articulationis que est in sermone imperãtis. Supe
rius aũt determinatũ est q̃ aialia aliquando ex ipso sensu
statim obediũt ad ea ad que disciplinata sunt ꝓpter facilez
facultatem quã hñt ex habitu discipline. In omni tñ disci-
plina lz in trib⁹ dictis cõsistat potissimũ est recordatio intẽ-
tionũ:q̃a illa bñ redeũte oĩa fient imp̃ata:ita q̃ ẽt q̃dã ani
malia in talib⁹ aliquid rõnis habere vident̃:cũ tñ in veri-
tate nõ habeãt eo q̃ intẽtiões ad quas mouentur nõ sepa-
rantur a sensibilibus in sensu acceptis. Scd̃z hoc ergo ⁊ hu
iusmodi ⁊ ſm gradus qui sunt in istis maioz ⁊ minoz ⁊ me-
diocris animalium attenditur disciplinabilitas.

¶ Ca. 5m. De disciplinabilitate ⁊ loq̃la ⁊ garrulitate auiũ.

In oibus tamẽ his aues alia vidẽtur excelle-
re aialia que aues multũ ab hoib⁹ disciplinã-
tur etiã ad loquele ⁊ sermonis ꝓnũtiationẽ:⁊
hoc fit nõ in vno genere sz in multis generib⁹
auiũ:in q̃b⁹ tñ oibus in hac disciplinabilitate
antecedit psitacus ⁊ post euz sturnus ⁊ pica et
monedula ⁊ coruus:⁊ quedã alie aues frequẽter hmõi iue
niũtur discipline:⁊ vidẽtur in his oẽs inesse vires aie sensi
bilis tã exteriores q̃ iteriores. Et p̃terea fere oẽs aues plis
sũt vociferationis q̃ alia aialia:⁊ in hac vociferatiõe ⁊ gar
rularitate ⁊ disciplinabilitate minus vident̃ habere aq̃ti-
ce aues q̃ alie:⁊ minus disciplinabilitatis inuenit̃ in ipsis.
¶ Amplius magne aues minus garrulitatis ⁊ minus disci
plinabilitatis hñt q̃ pue. ¶ Ex his aũt que in añcedentib⁹
huius scie libris dicta sunt de auib⁹ scimus q̃ aues sunt le-
nioris carnis ⁊ ñãe q̃ alia aialia ⁊ abũdat in eis natura ae-
ris. Propter q̃d ẽt leniorũ ⁊ subtilioz spirituũ cõuenit esse
aues ceteris animalib⁹ ſm suũ genus. In leniorib⁹ autez ⁊
subtiliorib⁹ spiritib⁹ lucidius forme rep̃sentãtur:⁊ cũ hmõi
spirit⁹ facile imprimant̃ ⁊ imutent̃ a quibuslibet formis:se
quitur aues ſm suũ genus multaz eẽ imaginationũ ⁊ esti-
mationis multiplicis. Iã aũt in p̃habitis ostẽdim⁹ q̃ bru-
ta nõ accipiunt formas sensus ⁊ imaginatiõis nisi practice
⁊ cõtẽplatiue. Sequit̃ ergo aues eẽ ex multiplicib⁹ formis
estimationis multoz desideriorum:⁊ ex multis desiderijs
causat̃ multa auiũ garrulitas. Prolatio aũt sermonis non

Vñ causet̃ garrulitas in aialibus.

co in quo a matre derelictꝰ est ad tres vel quatuor passus.
Paritura autem asina lucem fugere dicitur forte propter
debilitatem oculorum partus: proficit autez hoc animal in
terris parue latitudinis calidis. In his autez que vltra se-
xtum clyma dilatãtur continue deficit: ita ꝙ in terris quin-
quaginta graduum latitudinis non conualescit. ¶ De ex-
pertis autem est ꝙ epar eius assum ⁊ cõmestum in die hoc

Exptũ de asini epate.

si multotiens ⁊ diu fiat confert caducis. Similiter autẽ ope
rantur vngues eorum si comburuntur ⁊ bibitur ex eis pon
dus trium aureoruz ⁊ vncie singulis diebus. Et siquis asi-
ni medulla ⁊ sepo eius perunxerit calida loca erit iuuamen
tum manifestum. Si fiat ex vnguibus combustis empla-
strum dissoluit scrofulas ⁊ curat fissuram pellis ex frigidi-
tate prouenientem. Triti etiam vngues ⁊ puluerizati super
apostemata aperta pedum vel corporum conferunt. Urine
etiam asinorum bibite conferunt contra dolorem renum.
Et habet asinus consuetudinẽ mingendi in loco vbi ante
alius asinus minxit: ⁊ si talem locum nõ inuenerit vult min
gere super fimum: ⁊ hoc facit etiam mulus filius eius. Uri
ne autem ipsius precipue valent renibus vt diximus quã-
do dolor causatur ex humiditate grossa. Stercus etiã asi-
ni combustum aut incombustum cum fit ex eo emplastrum
restringit fluxum sanguinis. Si domus cum asini pulmone
suffumigetur vermes fugient ab ea. ¶ Stercus asini vino
acri infusum ⁊ lycinijs impositis bene ⁊ diu imbibituz ⁊ ly-
cinijs de bombace existẽtibus perfecte madefactis si lyci-
nia illa naribus immittãtur fluxum sanguinis restringũt.

Nõ ꝯ fluxũ sãguinis nariũ.

Emplastrum ex eo in fronte positum sanat a fluxu sangui-
nis. Combustum epar tritum in modum collyrij liquefa-
ctum cum sepo vrsi ⁊ oleo donec fiat in spissitudine mellis: ⁊
deinde ex eo supponatur supercilio depilato renascunt pili.

¶ Asinus autem etiam syluestris quem onagrum greci vo-
cãt quod sonat latine asinus agrestis: est sicut domesticus:
sed virtutes dicte fortiores sunt in eo et in membris eius.
Et huius caro valet contra dolorem lateris ⁊ duarum an-
charuz. Medulla autem asini syluestris si inungatur quis
ex ea curat podagram ⁊ aufert dolorem eius. Stercus asi-
ni syluestris tritum cum felle boum si ex eo quis inungat ca
pillos suos incrispantur. Stercus etiam asini syluestris de-
siccatum cum vino bibitum valet contra morsum scorpio-
nis ⁊ puncturam.

¶ Aper syluestris bestia est seua: que etiam a nonnullis sin-
gularis ferus appellari consueuit: cum armis dentium qui
culmi vocantur ad impugnandum armata et spissitudine
pellis ad defensionem: quam tamen pellem indurat luti et
arborum confricatione. Si agitetur mane anteꝙ̃ vrinaue
rit melius capitur lassus posterioribus insidens lassitudine
dissimulat bellum: expectat cũ venatore duellum. Culmos
in India habet monopedales in longitudine: alibi vix per-
ueniunt ad semipedem: tales in longitudine aliquando
apud nos inueniuntur. Super ictum cuspidis currit: ⁊ nisi
letaliter vulneretur venatorem prosternit nisi in terram hu
midis cadens iaceat vel retro arborem vel superius in ar-
borez se recipiens euadat: qꝛ culmis recuruis ad superius:
ad inferius secare non potest: sed iacentem humo concul-
cat. Femina autem culmos non habens dentibus lacerat:
gregatim vadit ⁊ de alia nisi de sua generatione pullos se-
cum commedere non sinit. Culmi eius quasi ferrum inci-
dunt dum in viuo sunt animali: ⁊ ideo magna infligit vul-
nera. Seuũ nimis est ⁊ est pugnãs in coitu ⁊ femina in par-
tu: ⁊ hoc fere oibus cõpetit aialibus. Caro eius viscosa est
et frigida: ⁊ maxime vicinior est lacti. Adiuuicem apri cor-

rirantes cum viderint lupos quasi confederati se iuuant mutuo ⁊ concurrunt ad vocē querelantis apri omnes qui audiunt ⁊ iuuāt seinuicem: ⁊ hoc conuenit multis animalibus. Quidā etiā cornuti paruis cornibus inueniuntur.

¶ Aper aūt domesticus ſm minus istas participāt ꝓprietates: ⁊ vtrisq; ꝯuenit ꝙ rostro defossa in terra effodit ⁊ comedit. Domestic⁹ aūt magis imorat fetidis q̄ syluestris. Et qū multi apri pugnāt ille qui vltimo ꝑualet oibus alijs dominat. Propriū aūt apꝛoꝝ generi est qd̄ ⁊ porcoꝝ esse dicit s. ꝯcitari ad rabiē vno stridente: ⁊ tunc periculosum est incidere in gregem eoꝝ: ⁊ precipue in cādida veste: ⁊ maxime si femine tūc sunt in coitu vt dicit Plinius. Exoculatus ē in altero oculo nō diu viuit. Et ꝓpter humorē abundantē multum coit ⁊ diu coit: q2 nō est calidū. Infirmitas porcis accidit quā lāchos quidā vocant que plerūq; in aure vel in cauda incipit vel in pede ⁊ perraro in alia parte corporis: ⁊ serpit hec in carnem vicinā ⁊ viuā donec per inflationē alicuius vene peruenit ad pulmonem ⁊ tunc morit: ⁊ ideo remedium est a principio resecare partem in qua incipit. hic aūt multum dormit ⁊ precipue in estate quādo calor humidum eius resoluit: ⁊ tunc etiā nisi frequēter excitet litargiā incurrit ⁊ morit: q2 somnus corpus eius humectat: iō caro eius in estate est infirmior. In terris aūt calidis ꝓpter viscosi motū humidi magis crescit ⁊ impinguat plus q̄ in frigidis. Hoc aūt aial in se habꝫ monstruosa que in precedentibus libris determinata sunt: ⁊ ideo dicta hic sufficiant.

¶ Akabo vt in libro sexaginta aialium dicit: aial est multū valens medicine: in desertis Arabie cōuersans. Caro aūt eius cocta cum aceto que calida est ⁊ humida valet podagricis: valet etiā dolori iuncturarum quādo est ex frigiditate. Hec aūt caro cocta in aqua ⁊ posita in cupa balneari curat podagricū intrantem in eam maximo iuuamento. Hec aūt animalia fugiunt ab eo qui radicē fert colloquintide. Dicunt etiā aliqui ꝙ pili in collo huius animalis accepti ⁊ mixti cum pice puluerizati ⁊ cōbusti vnctam in ano sodomitā curāt a viro. Fel aūt ipsius ad pondus vncie potatū cum aqua spice nardi valet cōtra hydropisim que est ex ventositate. Sanguis aūt eius ꝯtra lepram valet si loca patientia inungant cum eo calido. Dens eius suspensus super brachiū dextrum ab humeris ad cubitū valet cōtra obliuionē. Pes sinister ⁊ vngues eius positi in pāno lineo ⁊ ligati brachio dextro alicuius nō tradet obliuioni quicquid audierit vel sciuerit. Fel masculi ligatū super femur alicuius sinistrum non cessabit coire cum muliere quousq; super femur habuerit. Manus eius dextra si cum corio abscindat ⁊ suspendat supra eum qui intrat ad regem vel aliquē aliū pro obtinendo negocio: obtinebit illud. Adhuc aūt manus eius dextra abscisa cum ictu sinistre manus hois ⁊ suspensa super aliquē facit eum diligi ab omni vidente ipm̄ pter alzabo. Dicunt etiam aliqui ꝙ medulla pedis sinistri trita valet mulieri que non diligit virum suū: ⁊ si proijciatur in narem eius diliget eum plus q̄ alium.

¶ Akanes animal est ad magnitudinem cerui cuius fel contra consuetudinem aliorum animalium est in auriculis per quas etiā cholera purgat. Est autē simile felli hois ⁊ amarū valde concitatiuum vehementis ire ⁊ ferocitatis.

Bonachus in genere vaccino cōputat de quo nos in antehabitis exposuimus. Est enim vt Solinus dicit aial habens caput taurinum: corp⁹ vō ⁊ iubas hꝫ sicut equus. Cornua aūt hꝫ multiplici flexu in se recuruata: ita ꝙ etiā in cornua offendentem ledere nō possit. Hoc aial cum in fugā conuertit a venatoribus fluxu ventris ad longitudinem ingens stercus proijcit: cuius odor vel substantia quem attigerit adimit ⁊ his armis se defendit.

¶ Bubalus est generis bouini maius q̄ bos cōmunis fortissimis cruribus ⁊ breuibus respectu sui corporis: cornua habens longa valliculosa ⁊ nigra sicut capra: caput paruū respectu sui corporis: corpus habet valde spissū: ⁊ omnis eius defensio est in fixione vngularum: ⁊ conculcat ea quibus nocet: nec de facili insequitur ea extra viam rectam. Nigrum autem est parui pili ⁊ parue caude. Circulo posito in naribus circunfertur: et trahit fere ad vices duorum equorum pondera. Colorem varium ⁊ rubicundū valde persequitur: ⁊ de hoc multa diximus in prehabitis.

¶ Bos aūt cōmunis scitur: ⁊ omnia que vident de ipso notanda in prehabitis sunt determinata. Hoc animal si non castratur feror est ⁊ precipue quando fuerit prouocatus.

Camellus est aial deforme bina habēs in dorso tubera: ⁊ sunt ei crura prolixa: collum longum: dum vadit vix vnq; pedes atterit. Sunt enim reciprocis quibusdam pulliūculis ⁊ cruriū pulpis vestigia canilenta: ⁊ ideo lapides vix sustinent in multum ambulādo. Habet aūt in vsū duplicem: onerum videlicet ⁊ vecture: sed de facili non recipiunt vltra onera consueta ad portādum: ⁊ si vehunt nō de facili vadunt vltra spatiū consuetū: ⁊ cū onerant modicis percussionibus flectunt genua ad onera suscipiēda. Odiūt aūt omne genus equinū. Sitim sustinent per triduum: sed cum veniunt ad aquā tātū bibunt ꝙ etiā future ⁊ pterite siti satisfaciunt. Bibunt aūt aquā turbidā vel turbatā. purā aūt nō libenter bibunt. Tempore coitus solitudinem diligunt: ⁊ tunc non sustinent secum esse hominem nisi forte pastorem. Rabies autem ⁊ podagra camellis accidit ex quibus facile moriuntur. Vngulas non abijciunt: sed longis ⁊ duris in vijs lapidosis grauantur: propter quod duri corij parantur eis in talibus vijs calcei vt pedes eius minus atterantur. Ordeum amāt: cuius pabulum subito gluttiunt: ⁊ postea tota nocte rumināt. Vno abstinēte in stabulo: alij quasi compatientes secum abstinent. Camelli communes vnum gibbum habent in dorso. Hi vō qui dromedarij vocantur magne velocitatis sunt ⁊ duos habent gibbos. Cerebrum autem camelli cum aceto in potu datum dicitur valere caducis. Camellus in complexiōe est calidus ⁊ siccus: Galenus dicit ꝙ medulla camelli desiccata parata cum vino ⁊ sumpta valet caducis qui causam habent ex melācholia nigra: ⁊ precipue si singulis mensibus sumat semel. Spuma camelli cum aqua mixta ⁊ sumpta ab ebrio demoniacū reddit. Siquis de pulmone camelli desiccato et trito potauerit ad pondus aurei incurrit oculorum cecitatem. Lac camellorum subtilius est omni lacte ⁊ laudabilius ⁊ subtilioris actionis: quoniam extenuat superfluitatem et soluit ventrem ⁊ aperit stricturas propter calorem vehementem naturalē qui est in eo: ⁊ roborat epar ⁊ aperit oppilationes eius: ⁊ subtiliat grossitiē splenis: ⁊ cōfert hydropicis sumptum in potu calidum: ⁊ precipue quādo ponitur cum zuccharo alchabiar. Multa de camellis in antehabitis dicta sunt: ⁊ ideo hec hic sufficiunt: non enim repetere oportet.

¶ Canis animal notum est: de cuius diuersitate multum in antehabitis disseruimus. Est autem animal fidele domino: ita vt nec a mortuo nisi vix separetur: ⁊ mortem aliquādo pro domino subeat. Fertur ꝙ in Albania ita magni sūt ꝙ leones ⁊ elephantes prosternunt: ⁊ ad vrsos ⁊ lupos indignantur nec nocent eis. Jorach dicit ꝙ multū vigent odoratu: ⁊ hec de quibusdam ex diuersis animalibus generantur: ⁊ ideo diuersi sunt in figura: quātitate etiam differunt multum propter cibi diuersitatem. Genus canum ignobilius quod ad custodiā deputatur ante mēsā: ita frequenter se disponit ꝙ vno oculo hostium: alio autem inspiciat largam domini manum. Cum autem omnes ceci nascātur optimus in vno numero natorum esse dicitur qui vltimus videre incipit vel quem primum mater deportat in cubile. Rabiei canis mederi dicitur fimo gallinacio cibis eorum immixto. Morsui autem rabidi canis dicitur esse medicina radix rose syluestris.

¶ Canis omnis hoc habere videtur ꝙ vuluas ⁊ posteriora odorant ac si iuuamentum ex hoc habeant forte cum odore vigeant qualitates habitudinum in resolutionum corporis odore cognoscunt. Infirmi abominabiles herbas comedunt vt humores malos euomere cogantur. Curare autem vulnera sua ⁊ aliena dicuntur lingua eorum: ⁊ si lingua tāgere non possunt pede saliua infectum locum lesum tangunt et sanant. Nos autem multa de canibus in antehabitis diximus que hic non repetimus. Sed quia hoc animal multis vsibus humanis aptum est: ideo hic volumus tradere quomodo nobiles canes habeantur et nutriantur et sanētur si sunt infirmi. ¶ Indicandum igitur nobis videtur ꝙ in canibus venaticis non leuerarijs illi

De cultu ... nū ⁊ custo...

nobiles sunt quorum aures magne et late directe ad ma-
xillas dependent: ⁊ quorum nares aperte sunt ⁊ superius la
biū longe dependens: ⁊ vox sonora ⁊ cauda nō admodū lon
ga plus ad dextrū incuruata ⁊ frequenter erecta portatur:
⁊ anus liber ad euaporandū: ⁊ ideo talibus inuentis cani-
bus q̄tuz fieri pōt femine ⁊ mares similes quātitate colore
etate ⁊ robore accipiant̄. Color tamen in his minus atten-
dit̄: ⁊ femina accepta recludat̄ ⁊ maceret̄ donec euacuet̄: et
similiter masculus excrucietur ieiunio donec euacuet̄ i toto:
deinde ciba vsq₃ ad perfectā satietatē butyro multo imixto
recēti caseo: ⁊ reclude in cōclaui ad hoc apta per nouē dies
vel donec videas catulam ꝯcepisse. Caue his aūt ne aliquo
mō ante hoc tēpus euagari possint. Cū aūt cōceperit femi-
na emittes masculū ⁊ feminā tenebis in custodia: aliquan-
do ⁊ raro permittes eam deambulare: ⁊ iterū ad locū stra-
mentis cōmoduz reuocabis: ⁊ ſm ꝙ magis appropinquat
ad partū plus in cibo administrabis vt cōceptus inueniat
qd̄ suggat a matrice. ministrabis aūt humida vt lac ⁊ seruz
cū aliquādo butyro ⁊ hmōi: ⁊ imisce panis aliquātulū ⁊ car
nis cocte. Quādo aūt peperit ſm numerū catuloꝝ est nutriē
da cauēdo ne maciē incurrat nec pinguedinē: qꝛ macies in-
duceret defectum in lactatione: ⁊ pinguedo induceret ma-
lā dispositionē in lacte. Lac enim canū spissisimū est ꝓpter
cōplexionis calorē: ⁊ hic calor hebetat̄ ⁊ remittit̄ i nimia pi-
guedie. Macies igit̄ trahēdo nutrimētū ad corpꝰ matris:
lactis inducit diminutionē: sed nimia pinguedo inducit la
ctis frigiditatē ⁊ tenuitatē. Cōpetēti aūt tēpore ab vberibꝰ
matris auellēdi sunt catuli: ⁊ tunc etiā nō nutriēdi sunt ad
pinguedinē: nec macerādi ad defectū: sed ꝓportionaliter ci
bādi sunt ſm ꝙ sufficit sustētationi ⁊ augmēto ⁊ ꝯfortatio-
ni. Serū aūt cum aliquāto lacte primo dādū est eis: ⁊ sit lac
butyrosum: ⁊ ſm ꝙ magis ⁊ magis ꝓficiunt minus in cibū
eoꝝ de hmōi humore infundendū est. Tunc eni ita cōpletis
octo mensibꝰ pane mollificato in sero sine multo liquore sūt
nutriendi ꝓpter siccā canū cōplexionē: ⁊ tunc in spatio anni
sani ⁊ agiles ⁊ fortes ⁊ sagaces inueniunt̄. Post anni v̄o et
dimidij spatiū exerceri debēt ad venationē. primo q̄dē mo
deratis laboribꝰ incipiēdo vt per seipsos de die in diē plus
⁊ plus se exerceāt: qꝛ si nimio cursu ⁊ labore exerceant̄ ꝓmi-
tus: labor tenella adhuc exiccabit mēbra: et humido in eis
exiccato nec poterunt nec valebunt laborare: sed abhorre-
bunt venationē. Si aūt moderate laboribꝰ exponent̄ calor
motus in cruribꝰ attrahet̄ ad crura ⁊ nō cōsumet nutrimē-
tum: ⁊ tunc demū cruribus ꝯfortati fortes erunt ⁊ venatio-
nes per seipsos desiderātes. Per oīa aūt idē faciēdū est in
gnōne ⁊ nutrimēto de leuerarijs nisi ꝙ aliter nobilitas ho-
rū cognoscit̄. Hi eni optimi sunt lōgis ⁊ planis capitibꝰ nō
enormibꝰ ⁊ auriculis in acutis retrorsūz directis ⁊ paruis:
labio superiori super inferius nō dependente nisi valde pa
rum: collo lōgo ⁊ aliquātulū tumēti supra capitis q̄titatē in
loco vbi ꝯtinuat̄ capiti: pectore enormi ⁊ bene acuto iferiꝰ:
costis lōgis ⁊ fortibꝰ. hilijs strictis: cauda nō spissa nec ad-
modū lōga: cruribꝰ altis ⁊ macris plus q̄ pinguibꝰ: ⁊ ꝙ ra-
ro vel nunq̄ latrēt: qꝛ istius canis ꝓpriū est ad paruoꝝ canū
latratus qui ꝓ custodia latrāt indignari: ꝓpter qd̄ etiā nō
q̄libet inuadit reputās sibi hoc esse idignū. Iste aūt canis
magis lacte q̄ seracio est nutriēdus. Canis aūt qui masti
nus vocat̄ ⁊ lupo est similis. similiter q̄dez se hꝫ in gnōne: sꝫ
cuz ablactat̄ magis grossis nutrit̄ ⁊ siccis. In his tñ hi q ex
leueraria ⁊ mastino bene magnobili generant̄ cū fortitudi
ne habēt agilitatē: ⁊ iō meliores sunt. Est aūt canis vniusr
aial multū disciplinabile: ⁊ iō inimica discunt histrionū ope
ra. Si quis aūt ad hec ingeniari voluerit accipiat canez ex
vulpecula natum vel ex vulpe si fieri pōt: ⁊ si nō pōt accipiat
rufuz canē de his q custodes sunt: ⁊ ꝯsuescat eū vt iuuenis
ꝯuerset̄ cū symia: ad illā eni ꝯsuescit multa humana facere:
⁊ si coierit cū ea ⁊ generet symia: ille canis erit pre oībus ad
ludos mirabilior. Ad latrones aūt inuestigādos nō oīs vti
lis est canis: sed attēdēdū est ad canē ferocē qui idignet̄ di-
scernere inter hoīes: ⁊ hoc qñ docet̄ primo sit armatus ali-
quis homo pelle spissa quā canis lacerare nō possit ⁊ incite
tur canis in illum: ⁊ illo fugiente tādez a cane se permittat
capi: ⁊ cadendo ante canem permittat mordere bene canē:
⁊ in crastino similiter incitet̄ ad alium: ⁊ hoc fiat frequēter:
qꝛ tandem beneficio odoratus insequit̄ euz super cuius ve
stigium ponit̄. Causa autem quare eligendus est canis qui
non discernit inter homines: quia si discat blandiri homi-
nibus tunc sequitur vestigium eoꝝ quos diligit ⁊ illoꝝ for-
ma ⁊ odor remanens apud eum confundit cerebrum eius
intātuz ꝙ non discernit vestigia eius qui insequendus est:
multi autem tales inueniuntur canes qui quasi neminem
cognoscere dignantur. Huius autem signum est ꝙ etiā ca-
nes venatici aliquādo confunduntur quādo super diuersa
vestigia ferarum ponunt̄ ⁊ errare incipiūt. Qui aūt canes
melius odorāt alibi in ꝓcedētibus libris determinauimꝰ.

¶ Canes autem qui ad aues valent magis hec a disciplina
habere videntur q̄ ab odoratu: tamen ab vtroq₃ habent: ⁊
docentur hoc modo: capitis perdicibus primo circunducū
tur sepius: ⁊ per minas tandem discunt circuire ⁊ circuire:
sed inuenire perdices discunt ab odoratu: ita ꝙ primo se-
pius ponunt̄ super vestigia captarum. Sic ergo canes enu
triuntur ⁊ docentur ⁊ generantur.

¶ Regimen aūt sanitatis canum est ꝙ nō permittant̄ mul- *De regimine sanitatis canū*
tum dormire: qꝛ cum caloris magni sit animal quādo dor-
mit multum calor qui est circa locum nutrimenti intensus
attrahit malos humores ad stomachū ⁊ inficit̄ canis ⁊ in-
firmatur. Permittat̄ ergo dormire paululum post cibuz et
tātū ꝙ cibus digerat̄. Et qꝛ siccus est canis cibetur humi-
dis. Tunc enim magis temperat̄ complexio ipsius. Signū
autem bone purgationis est ꝙ aliquātulum ⁊ non multum
longi sit pili: qꝛ tunc per pilositatem purgatur. Si autem ni-
mis longos habeat pilos ⁊ spissos tunc sub pilis corrumpi-
tur ei pellis ⁊ conuertitur in fetorem ⁊ scabiem.

¶ Accidunt autem cani vt frequenter nouez infirmitates. s.
scabies siue impetigo vel forte lepra quod totum pro vna
computamus infirmitate: vermes in vlceribus: tumor: spi
na in membro aliquo: rabies: macies iordinata: pigrities:
pulices: ⁊ cōstipatio ventris. Si ergo impetigine vel lepra
vel scabie tactus fuerit canis: prius fiat minutio de omni-
bus cruribus in vena maiori que in exteriori crurium de-
scendit: postea fac vnguentum de argento viuo: sulphure:
semine acalabis trito: equalia de duobus accipiendo cum
duplo axungie veteris vel butyri commixtis: ⁊ inunge loca
lesa ⁊ curabitur. Ad hoc etiam valet aqua in qua cocti sunt
lupini: ⁊ etiam aqua salsa. Si autem in vulneribus vel pla-
gis vermes nascuntur: succo hippie que vocatur tanacetū
agreste perfundantur tādiu ꝙ ad interitum ducātur. Ve-
natorum tamen quidam experti dicunt ꝙ omnes vermes
tales in omnibus brutis animalibus moriūtur si sticados
citrinum ad collū eius suspendatur statim cum fuerit are-
factum: ⁊ dixit mihi multum expertus ꝙ hoc valet multuz
contra pestem boum ⁊ equorum ⁊ omniū animalium quā-
do tritum cuz potu datur animalibus. Quando v̄o predi-
cto modo vermes mortificantur: butyro mense facto inun
gantur: ⁊ per hoc etiam ipsi tumores depelluntur: ⁊ ipsa lo-
ca vncta predicto modo libentius lingentur: ⁊ hoc est cani-
bus perutile. Si autem tumor innatus in aliquo membro
canis fuerit ⁊ eum deprimere volueris de hinc: alceam cō-
tritam in aqua compasta donec ad modum cere se tractari
permittat superpone: pannus etiam canapinus superpo-
situs valet: precipue si cimino sit immixtus. Similiter lac
aciduz ⁊ bene commixtum ⁊ superpositum sedat dolorem ⁊
totum celeriter expellit tumorem. Adhuc lini semen cum
recenti sanguine coctum valet. Adhuc pannus canapinus
aqua madefactus ⁊ tumori a pilis bene raso superpositus
valet multum. Adhuc betula trita ⁊ apposita valet. Adhuc
senecōnes cum lardo recenti triti ⁊ appositi faciunt idem ⁊
saniem funditus extrahunt ⁊ vlcus et vulnus consolidant.
Si autem canis spinam vel aculeum in pede aut in aliquo
quouis membro habuerit furfuresca cum lardo trita ⁊ ap-
posita spinam ⁊ aculeū extrahit ⁊ saniem denudando ape-
rit. hoc idem etiā facit puluis hirundinellarum in olla no-
na cum suis interioribus combustarum. hoc puluis seruet̄
in pixide: qꝛ multuz valet ad talia. Si autem lymphaticus
siue rabiosus fuerit canis statim sequestretur ab alijs: ne
alios incidendo in rabiem conuertat. ¶ Doctrina aūt Ar-
netia regis valētie est vt canis rabidus in aqua calida per
lōgitudinē corporis imergat̄ per nouē dies: ita ꝙ pedibus

posterioribus vix terrã attingat: anterioribus sursum erectis: ⁊ tũc extractis de aqua caput radat̃ ⁊ bene depilet̃: ita ꝙ vulneret̃ coriũ: ⁊ tunc succo bete vngat̃ ⁊ perfundat̃ sepiꝰ: ⁊ siqua comedit tunc canis eodem succo intingat̃: ⁊ det̃ eis medulla sambuci: q2 illa ꝓdest ⁊ si hoc infra spatiũ septem dierũ nõ ꝓdest interficiat̃: q2 nõ curabit̃. Si aũt canis non subtractione cibi: sed nãli aliq̃ destitutione in maciem conuertit̃ tribus vicibus aut quatuor butyro ad plenũ eũ refice: ⁊ si ex hoc non impinguat̃ sensibiliter vermes h3 sub lingua: ⁊ illos acu extrahe ⁊ impinguabit̃: ⁊ si tunc nõ ĩpinguat̃ nãli defectu tendit ad mortẽ. Si aũt pigritiẽ in velocitatem mutare volueris pane auenatio poptime cocto ⁊ bene fermentato assidue refice: ⁊ erũt cursu veloces. Cõtra pulices vnge eũ oleo oliue ⁊ recedent ⁊ nõ cito reuertent̃. Incõmoda autem latentia ꝑter ꝑdicta accidentia canibꝰ sola ignis calefactione ⁊ graminis comestione curantur. Scias aũt ꝙ sicut dicit Gal. in primo libro de cõplexione: canis calidus est viuus. mortuus aũt nõ. Calidus aũt est respectu hoĩs: ⁊ frigidus respectu leonis. ⁊ similiter siccus est respectu hoĩs. humidus aũt respectu formice ⁊ apis: ⁊ ideo si cibi nãliter sicci ⁊ stiptici dant̃ canibus cõstipant̃ ⁊ frequenter pereunt. Signũ aũt cõstipationis est: q2 frequẽter gementes clamãt ⁊ de loco ad locũ discurrũt: ⁊ ex nimio conatu deponendi sicut febricitãtes tremũt: ⁊ hoc sepius videt̃ in catellis dominaru3 qui fere oẽs ex vẽtris cõstipatione moriunt̃. Detur ergo pasta auenatia distemperata cum aqua calida: ad modum spisse pultis: vel cibet̃ pane auenatio molli fermentato: ⁊ det̃ aliq̃ñ serũ lactis ⁊ liberant̃ ⁊ veloces fiũt ⁊ sani: nec aliud extra predicta est qð multũ oporteat attendere in cura canũ. Si aũt optimos ad custodiã facere intẽdis: fortes elige ⁊ omni die ligatos reclude: ⁊ de nocte solue ⁊ erunt in custodia mirabiles: nullũ penitus cognoscentes nec ad domũ tuã admittẽtes. Dicit̃ aũt in libro sexaginta aĩalium ꝙ caro canis calida est ⁊ sicca. Dentes aũt canini suspensi sup ictericiũ ꝯferũt: ⁊ qui dentes canũ super se h3 suspensos nõ illatrabit̃ a canibꝰ vt dicũt. Costabẽluce dicit ꝙ siquis cor canis super se habuerit nõ inuadet̃ morsu canũ: sed si ad ipsum venerint ⁊ olfecerint eos statim fugient ab eo. Dicunt etiã qdã ꝙ si dens canis nigri in palma teneat̃ nõ latrabũt canes cõtra tenentẽ eũ: ⁊ ideo talẽ dẽtẽ secũ ferunt latrones noctiũ. Mulier etiã in vtero laborãs a partu mortuo si sumat de lacte canis cũ modico mellis alleuiabit̃ partus eiꝰ. Stercus etiã canis sumptũ ꝯstringit ventre3: maxime si sit stercus ossa comedentiũ canũ ⁊ desiccatũ sit per. 20. dies in mense Julio: ⁊ ante solis ortũ sumat̃ ad põdus aurei cũ decoctione galli decrepiti: ⁊ hoc idẽ optimũ est ad squinantiã ⁊ apostemata amigdalarũ gule: q2 velociter ꝯstringit ea: et tritũ cum semine coriãdri ⁊ linitu3 super apostemata rubea curat ea. Dicunt etiã quidã ꝙ sordes auriũ canum cõgregent̃ ⁊ ex eis lycinia bombacij noui inũgant̃ ⁊ in crucibulo viridi in oleo extendant̃ videbunt̃ capita presentiũ oĩa calua. Gal. dicit ꝙ caput canis cõbustu3 oleo infusum ⁊ sepo canis eiusdẽ desiccat vlcera capitis ⁊ scabiem. Dicunt etiã quidã ꝙ corium virge canis inuolutu3 in terra in quã minxit aliquis ⁊ ligatum super eum ꝓhibet mingere q̃diu fuerit super eum. Si sumat̃ coagulũ de vẽtre catuli paruuli et cum vino cõfectum sumat̃: dissoluit ad tempus laborem ex cholica. Sordes etiã aurium canis cum vino mixto statim inebriant. Dicunt etiã ꝙ lapis morsus a cane ⁊ in vino sũptus cogit clamare sumentem. Hec aũt cum alijs que ante determinata sunt de canibus sufficiant.

Stercꝰ canis ꝯ squinãtiam valet.

Chama bestia est alio nomie rufinus dicta: in Ethiopia sub estiuo tropico hñs gnõne3. Est aũt ad modũ lupi in figura maculis albis per totũ respersa: ludis apta: eo ꝙ discipline multũ est ꝑceptibilis: ⁊ in hoc ꝯuenit cũ nã canis.

Calopus dicit̃ esse aĩal Syrie iuxta Eufraten habitãs ⁊ de Eufrate ꝓpter aque frigiditatem bibens astutũ ⁊ velox esse dicitur ita vt venator sibi appropinquare nõ possit. Cornua gestat lõga serre modũ ꝑtendentia: quibus etiã arbores deijcere dicit̃: sed virgulta ante impulsu3 cornuũ suoꝝ cadentia frangere nõ põt: l3 ad hoc sepe nitat̃: ⁊ iõ in eis frequenter inuolutis cornibus captum tenetur ⁊ tentum stridet: ⁊ audito stridore a venatore capitur.

Camelloperdulus bestia est Ethiopie colore rubea: collo equi: capite camelli: pedibꝰ cerui vel bouis exhibens spẽm.

Caper ⁊ capra nota sunt aĩalia: sed multoꝝ generum. Domesticũ quidẽ longoꝝ ⁊ acutoꝝ est cornuũ ⁊ multi lactis nutritũ herbis ⁊ arboꝝ ramusculis: scãdens mõtes: ⁊ in mõtanis magis pascua volẽs fortissimũ fronte ⁊ cornibꝰ: in quo ꝯuenit cũ ariete: de quo in viatico dicit. Constantinus ꝙ si 40. dies folijs thamarisci pascat̃ splenẽ nõ habebit. Et in libro de simplici medicina dicit Serapion inducens Gal. dicentem ꝙ vidit capras folijs thamarisci cibari ⁊ inuenit splenes earũ paruissimos: quas vt dicit idẽ Gal. vidit serpentes excoriatos lingere ⁊ postea minus senescere ⁊ albescere. Huiusmodi aĩalis sanguis bulliens de nouo calidus extractus mollificat adamantẽ. Fel etiã huiusmodi aĩalis palpebris vel supercilijs superpositũ depilando facit nõ apparere pilos: q2 acutissimũ est: ⁊ forte facit idem alijs pilis: hoc etiã fel in terra ĩ vase aliquo repositũ ad se dicit̃ ranas ꝯgregare: ac si iuuamẽtũ aliqð inueniãt in eo. Est aũt aĩal hoc discẽs percutere cornibꝰ forti ictu: ita ꝙ qcunq3 sibi asserem vel scutũ exhibuerit statim percutit: ⁊ aliquãdo scutum scindẽs hoĩem ꝓsternit. Huiusmodi etiam aĩalis sanguis si diurecticis nutriat̃ si cũ petrosillino ⁊ vino potet̃ frãgit lapidem in renibꝰ ⁊ in vesica si puluerizatus accipiatur. Jecur etiã cõmestũ dicit̃ cõtra visus valere obscuritatem. Hec aũt gregati3 vadũt ⁊ si qð de grege attractũ fuerit animal. q. in stuporẽ versa eminus aspiciũt. In die cu3 pascunt̃ dicunt̃ respicere ea que e regione sunt opposita. In sero aũt respiciũt ea que iuxta sunt posita. Hoc aũt multis herbis ⁊ serpentibꝰ venenatis vtit̃ ⁊ ꝓficit ex eis. ⁊ austo melle multum debilitat̃ ⁊ forte morit̃. Spinã vel sagittã vel aliud alicui membroꝝ suoꝝ. infixu3 habens dicit̃ extrahere polegio syluestri. Culmo facto ex felle caprarũ syluestriũ vel domesticarũ valet ꝯtra telã oculi. Vngues caprarũ cõbusti facto emplastro cum aceto forti fortem curat allopiciã. Cornu caprarum incineratũ si ex hoc cõfricent̃ dentes ⁊ gingiue ꝯfortant̃ ambo. Dicunt etiã quidã ꝙ qui comedit duos testiculos capri ⁊ coit ex superfluo digestionis eiusdem cibi generabit filium masculum nisi sit impedimentum femina cum qua coit: ⁊ si comedit vnum habebit puer tm̃ vnũ testiculũ. Sepum etiã capri cum stercore capre cõfectũ fricatu3 super podagrã lenit dolorẽ: stercus etiã caprarũ cõbustũ cũ aceto aut cũ melle cõfricãdo sanat allopiciã. Diximus aũt in antehabitis libris ꝙ est aliud genꝰ istius aĩalis qð nõ magnũ est ⁊ curua ad modũ vnci h3 cornua qbus se tenet qñ cadit per deuexa montiũ: ⁊ tertiũ genꝰ est qð caper montanus et alio noĩe hiber vocat̃: ⁊ de his satis dictũ est in alijs libris.

Capreolus aũt in cornibus magis pretendit speciem cerui: ⁊ dicit̃ hoc aĩal visu esse acutum: vocem habens debile3 quã venator imitat̃ sibilo folij: ⁊ tunc capreolũ quasi ad sui generis aliquod animal prosiliens interficit vel deprehendit. De capro montano dictum est alibi: nec hic repeti op3.

Castor est aĩal posteriores pedes habẽs anserinos ad natandũ ⁊ anteriores vt canis: eo ꝙ in terra frequẽter ambulat. Dicit̃ aũt castor a castrando nõ ꝙ seipm̃ castret vt dicit Jsidorus: sed q2 ob castrationẽ maxime querit̃. Falsum enĩ est ꝙ agitatus a venatore castret seipm̃ dentibus ⁊ ꝓijciat castoriũ: ⁊ ꝙ si alia vice castratus exagitat̃ erigẽdo se ostendat castoreo se carere: sicut frequenter in partibus nostris est cõpertũ. Hoc aĩal dente deijcit satis mẽsurate q̃ntitatis arbores: ⁊ casas ꝯstruit in ripis aquarũ ante antra in qbus habitat: quas ẽt bicameratas vel tricameratas cũ solarijs facit vt crescẽte aqua ascẽdat vel descẽdat. Cõportãs aũt ligna ad hmõi structuras dicit̃ peregrinos ad seruitutẽ redigere ⁊ resupinos ĩpositis inter crura lignis supra vẽtrẽ diligenter aptatis ⁊ per caudam ad locum edificij trahere ⁊ sic domos extruere. Pellis autẽ castoris cinerea est ad nigredinem declinans: ⁊ aliquando fuit ꝑciosa: sed nunc parum valet. Spissi aũt est ⁊ curti pili. Cibus eiꝰ melica est piscis: comedit etiam arboꝝ cortices. Castoreum autem interius habet in corpore qð calidũ est ⁊ siccũ neruos cõfortans: ⁊ iõ contra tremorẽ membroꝝ ⁊ paralysi3 bene operat̃. Est enĩ diuisiuum ⁊ exiccatiuu3 flegmatici humoris. Caudam habet latam quasi corio squamoso pinguem valde: ⁊ hanc in aquã vult semper dependere. Est aũt cauda apta ad natã

dum sicut gubernaculū in naui: sed nō est verū ꝙ nunꝙ retrahat eā ab aq̄: qꝛ ex nimio frigore glacialis aque retrahit eā ab aq̄: ⁊ idō falsum est ꝙ hoc aīal lutherere cogat vt aquā hyeme circa caudā suā moueat ne ꝯgelet: sꝫ ꝑualet lutheri ⁊ expellit eū vel occidit. Est enim acutissimi morsus. Tota aūt caro eius abominabilis est ꝑter caudā. Est aūt castoreū qđ in quātitate equali ⁊ cōpari extractū cū humore qui circa ipm est ⁊ sic exiccatū cū siccū fuerit dꝫ esse subtilis substātie declinās ad colorē nō nigrū: sꝫ obscuri sanguinis. Si aūt est variū declinās ad nigredinē venenū est: ⁊ quꝫ interficit eodē die: ⁊ aliqñ ꝯuertit ad aliā malā egritudinem. Qđ aūt est bonū: est calidū ⁊ siccū subtilissime exiccationis: ⁊ idō ꝯfert neruis ⁊ paralyticꝭ qñ cū saluia calidū bibit. Bibitū ēt a pariete cū calamēto ⁊ melle ad pondus duarū vnciarū post minutionem saphene que est vena epatis in inferiori ꝑte bracchij salubriter eijcit fetū ⁊ secūdinā: ⁊ hoc ēt mō ꝓuocat mēstrua salubriter: qꝛ si vena nō minueret forte minꝰ ꝓuocaret. hoc etiā mō bibitū a viris calere facit testiculos.

Mō 8 q̄litate castorei ⁊ ꝯditionibꝰ eius.

¶ Catū ferūt eē aīal in Arcadia super ripā fluminis tyberis habitās infestū bobꝰ ita vt tres aliqñ simul per caudas ad antrū trahat. Timet aūt hoīem multū. ⁊ catū interficit ⁊ insidiat ei. Est aūt spēs pulmonis ipsiꝰ adeo calidi ⁊ subtilis veneni vt ad modū flāme ꝯsumat ea que tetigit.

¶ Cattus est aīal a capiēdo dictū: muribꝰ infestū: ⁊ dicit eē moribꝰ verecūdū ⁊ pulchritudinis amatiuū. Habet aūt colorē griseū glaciei fortiter ꝯgelate similē: hūc enꝫ colorē hꝫ nālē: ⁊ alios ēt hꝫ ex accidētali cibo ⁊ ꝑcipue qui domesticꝰ est. Est aūt mordax valde in multis simile leoni ꝭm figurā vnguibꝰ ⁊ dentibꝰ armatū sicut leo. Carnem aūt hꝫ laxam ⁊ mollē: ⁊ dicit valere podagre caro catte agrestis qñ d̄super infigit. Fel aūt catti agrestis magni iuuamēti est ꝯtra oris torturā. Accipit aūt fellis catti nigri medietas vncie ⁊ miscet cū zābach ⁊ sic fit ex eo sternutoriū. Fel etiā catti ꝑcipue agrestis extrahit fetū mortuū de matrice qñ fit ex eo suffumigatio subtꝰ mulierē in os vulue ⁊ fuerit cōmixtū cū stercore nigro alicuius catti vel eiusdē cuius est fel. Idem etiā operat fel catti qñ miscet aque colloquintide et humectat inde spongia ⁊ teneat penes se mulier: ⁊ ꝑcipue si tenet subtus iuxta extrinsecum os matricis.

¶ Cōfusam dicit Solinus esse bestiā mōstruosam cuius anteriora crura ꝑtēdūt similitudinē bracchioꝝ ⁊ manuū hominis: ⁊ posteriora ꝑtēdūt similitudinē cruriū ⁊ pedū hoīs: quā bestiā dicit tēpore Cesaris Romā esse deductā: ⁊ hāc ēt tēporibꝰ nostris vidimꝰ in syluis Sclauie deꝑhēsam masculū ⁊ feminā sicut in antehabitis diximꝰ: ⁊ ꝑcedēte tēpore voces quasdā expressit: ⁊ hoc est aīal de genere symiarū.

¶ Ceruus aīal notū est ꝓ etate culmos augens in cornibꝰ ⁊ vsqꝫ ad sex ānos vt dicit Solinus: tūc eni nō vltra culmos vt dicit ꝓducūt: sed in spissum cornua grādescūt. Quot aūt ꝓducāt nō est certū. Ego.n. vidi cornu qđ vndecim in vno ⁊ vndecim in alio habuit. Plinius aūt narrat ꝙ cuꝫ sentit se ceruus grauari senectute spiritu per nares serpentes de cauernis extrahit: ⁊ cū veneno diffuso per corpus estuare se sentit: fontē petēs limpidū bibit: ⁊ sic a vetustate pellis paulatim expoliatus iuuenescit: ⁊ hoc puto ego verū nō eē. Senectutis aūt eiꝰ idiciū certissimū est mltitudo vel paucitas dētiū vel nullos hēre dētes si est antiqssimus. natātes cerui per flumē ꝓpter pastū si magna est latitudo quā trāsnatare cupiūt caput vnius super clunes alterius ponūt ꝓpter pondus cornuū fortissimū in primo ⁊ debilissimū in vltimo statuētes ordine: ⁊ sic seinuicē supportāt. Coeūtes ad coitum insaniūt ⁊ pugnāt ꝓ feminis vsqꝫ ad mortis vulnera: ⁊ hoc facere dicunt in fine augusti oriēte arctari sydere cū sole: et tūc femine per esum herbe sylesis vocate vterū ꝑparant vt facilꝰ ꝯcipiāt: eo ꝙ ꝓpter duritiā virge maris nō accipiūt semē nisi fugiēdo. Agitatꝰ aūt ceruus magis fugit ad vias hominū publicas q̄ꝫ ad latibula ne sua occulta ꝓdant. Geminos ēt cerua aliqñ parit: ⁊ eiꝰ partus castigatione pedū infra frutecta frequenter abscondūt ne egrediant: ⁊ cū maturi siūt ad cursum assiduitatē ad currēdū ⁊ fructeta trāsiēda docet: ne per ꝯdensa currētes cornibꝰ hereāt ⁊ capiant. Dicit etiā de hoc aīali ꝙ oia visa rara mirat ⁊ audita: ⁊ idō frequēter ēt videri volēs ⁊ in fistulis ⁊ in cantu delectari incidit in periculū capture vel mortis. Dicūt ēt experti ꝙ taꝫ ceruus q̄ꝫ alie bestie dicallo tela ⁊ spinas membris infixas eijciūt qñ bibit eū. Percussi aūt a phalangio qđ est genus aranearū: cācros si habere possunt comedūt ⁊ sic vincūt veneni virtutem. Dicūt etiā hec aīalia vitaꝫ imunē febribus habere: ⁊ ideo sanas valde esse carnes ceruoꝝ si mane ante oēs alios cibos comedant per duas horas in aliq̄ q̄ꝫtitate que totū infundere possit corpus. Dicūt etiā ꝙ Alexander probauit amplius per centū annos vixisse ceruos circulis aureis insertis in naribꝰ qui post mortē Alexandri per centū annos ⁊ amplꝰ capti nullū dederūt senectutis vestigiuꝫ. Venenata aūt fugiūt: ita ꝙ si etiam venenata iacula in locū eoꝝ iaciunt recedūt. Agitati aūt contra ventū currūt vt ventus ab eis auferat voces canū. Unguentū aūt etiaꝫ ex eoꝝ medullis cōfectū imunē vt dicūt seruat a febribꝰ. Cornua eijciūt in aquis vt dicūt quidam ne cornu dextrū inueniat quasi aliquid in illo sentiant iuuamenti. Hoc tamen ego cōperi non generaliter esse verū: eo ꝙ alibi abiectū in sylua sub frondibꝰ absconsum inueni cornu sinistrū. Cerui pugnantes in pascuis victori vt dn̄o obediūt. In partu obseruant locū ad quē nō nisi in vna parte sit introitus vt ibi pugnando cōtra aduersariū defendat. Dicūt aūt q̄dam ꝙ abortiuū cerui intra vterū maternū occisi multū valet contra venenū si carnes eius comedant. Dicūt etiā ꝙ in spondili colli vbi caput collo iungit qđ basis capitis vocat vermes esse numero.zo. Dicūt etiaꝫ in senectute in capite eiꝰ intra os oculi vespas ⁊ formicas generari ⁊ aliquādo progredi. Dentes aūt quaternos habet in vtraqꝫ mandibula ⁊ inferius q̄tuor alios qui in masculo maiores sunt q̄ꝫ in femina. Os aūt cordis eius exiccatū ⁊ puluerizatū cōtra cardiacā dicit valere Platearius. Isaac dicit ꝙ caro eius est melācholica dura ad digerēdū. Cerebrū aūt eiꝰ ⁊ sepū cōtra pulsum cordis valere dicit ⁊ dolorē ancharū ⁊ laterū: ⁊ cōfert ad reparationem fracture ⁊ lenificat eam. Sepū aūt cerui si cū eo fiat vnctio vermes fugat. Sanguis aūt cerui frixus cū oleo si fiat ex eo clistere sanat intestinoꝝ vlcera ⁊ remouet fluxum antiquum. Si potetur cum vino valet cōtra apostemata venenata. Cerebrum lenificat apostemata dura si sunt in musculis et chordis iuncturarum. Serpentes etiam fugiūt odorem cornu cerui si inde ⁊ vngue caput domus suffumiget. Dicūt etiam ꝙ cornu cerui decoctū cū aceto si moueat in ore sedat dolorē dentiū ⁊ cōsolidat gingiuas. Si sumat pulnis eiꝰ ⁊ fiat inde dentifrigiū emūdat dētes. Cōbustū aūt ⁊ bibitū ad pōdus vncie ⁊ duoꝝ aureoꝝ restringit fluxū sanguinis sine putredine: ⁊ valet cōtra fluxū intestinoꝝ antiquū ⁊ cōtra dolorē vesice ⁊ abscindit humiditates ꝓueniētes ex matricibꝰ: ⁊ valet cōtra icteritiaꝫ. Cornu cerui cōbustū si potet cū modico melle expellit vermes. Uirga cerui desiccata ⁊ potata valet contra morsum serpentū qui dicunt tyri ex quibus fit tyriaca. Uirga cerui desiccata data homini patienti difficultateꝫ mingendi aut cholicam hoc mō vt abluat ⁊ potet aq̄ ablutionis remouet mingendi difficultatem ⁊ sedat cholicam. Uiscera autem cerui fetida sunt valde: cuius causam dicit Plinius esse: qꝛ fel diffusum est in eis alij autem in auribus cerui dicunt fel diffundi: ⁊ alij in cauda. Plura autem de ceruis in antehabitis dicta sunt.

¶ Chimeram dicūt quidam esse bestiam monstruosam anterius altam ⁊ posterius demissam in partibus Babylonie in Chaldea inuentā: motus histrionū plures exprimentem: et ideo vestitur: et dicitur in vestitu gloriari quando preciosis induitur.

¶ Cyrogrillus est animal paruum debile in terre foueis habitans ⁊ animalibus paruulis terrenis in terra habitantibus in que potest infestum est.

¶ Cuniculus est animal minus lepore: sed fortius in antris sub terra habitans vineis vbi potest infestuꝫ: ⁊ colore ⁊ figura fere sicut lepus. Querit autem antra in collibus terreis: ⁊ antra adequat puluere ne deprehendatur: in vespere autem ⁊ mane ante antra sedet. Coit autem posterioribus aduersis: eo ꝙ parui seminis est ⁊ virga maris ad posterius dirigit: ⁊ valde est sui generis multiplicatiuuꝫ. Est aūt albe carnis ⁊ animal timidū: ⁊ ideo iniuriatū relinquit habitationem qđ videns tota grex de loco transit ac si indignetur ad iniurias sociorum.

¶ Cricetus vt dicũt qdã aĩal est paruulũ in terris habitãs: capite vario: dorso rubeo: vẽtre candẽte: pilũ adeo tenaciter pelli habẽs infixũ: qđ citius pars pellis de carne recedit q̃ pilus possit auelli. De antro etiã nõ extrahit̃ de facili nisi aqua feruẽti vel alia in antrũ diffusa humiditate: ⁊ in hoc cõuenit cũ cuniculo ⁊ citello: de qua bestia in superioribus huius scientie diximus ꝙ habet pilũ fere sicut cuniculus: ⁊ non habet aures: sed vias auditus habet sicut auis. Cricetus autem est animal qđ nos hamester germanice vocamus: ⁊ est animal mordax valde ⁊ iracundum.

¶ Cirocrothes vt dicit Solinus bestia est que iethiena voces hominũ imitat̃: oculos nunq̃ claudit: in ore nullam hꝫ gingiuam: sed pro dente habet os vnum continuum ne retundat̃ capsulis clausuꝫ. Tante est virtutis vt omnia mox comminuat: ⁊ de lupo ⁊ cane generari dicitur.

¶ Cathapleba est animal modicũ: ⁊ in eos caput egre ferẽs ꝓpter grauitatem in ripis Nili iuxta fontem qui niger dicitur habitans: adeo subtilis spiritus est ⁊ venenosi in oculis vt qui ipm in oculos eius offenderit statim moriat̃.

Damma bestia est magnitudinis capree figure ⁊ pili: sicut ceruus cornua habẽs nõ ramosa: sꝫ plana longa ⁊ acuta. Est aũt cursu velox: vita prouida: cornupeta in aduersas sibi bestias. Hec bestia arabice vocat̃ agazel: cui⁹ caro frigida est ⁊ sicca hemorroidarũ gñatiua: nisi cũ pipere ⁊ cinamomo ꝯficiat̃ ⁊ cũ synapi. Sterc⁹ huius aĩalis crescere facit capillos ⁊ meliorat eos ꝑparatũ cũ oleo. Dicũt ẽt qdã ꝙ si cũ eo vngat̃ virga virilis ⁊ sic coeat cũ vxore sua diliget eũ. Si cũ lingua desiccata suffumiget̃ guttur in quo est sanguisuga cadet: calcaneus cõbustus ipletus in cõcauũ fistule ꝯfert. Dicũt ẽt ꝙ si fel huius aĩalis ⁊ semẽ testiculoꝝ vulpis ⁊ piper ⁊ semen eruce de quolibet acceptuꝫ ad põdus aurei ⁊ mellis due vncie ⁊ fiat ex eo electuariũ ⁊ ipm teneat mulier in lana qñ cũ viro cõcumbit cõcipit: ⁊ si fel sit ex femina ꝯcipit feminã. Si aũt ex masculo ꝯcipit masculũ.

¶ Dãma siue dãmula bestiola paruula est ⁊ debilis sicut dicit Isidorus vocata qꝛ de manu fugit. Hec bestia cuꝫ parit subito deuorat secundinam anteq̃ ad terram cadat: ⁊ hoc animal est preda alijs animalibus.

¶ Daxus aĩal est pingue valde: ⁊ axungia eius valet ad renũ dolores. Est aũt aĩal latũ in dorso breuibus crurib⁹ multũ mordax pilo plus albo q̃ nigro: sed in dorso plures hꝫ nigros ⁊ in lateribus plures albos: ⁊ caput in medio nigrũ et in lateribus hꝫ albũ: ⁊ quando est domesticũ multũ est lusiuuꝫ: dicunt̃ etiã crura sinistri lateris breuiora esse q̃ dextri. Et hoc ego nõ deprehendi: cũ tamẽ sepius hoc animal ꝯsiderauerim. Sed durũ habet pilũ ⁊ est spisse pellis: ⁊ est ad quãtitatẽ vulpis. Et est duoꝝ generũ. dicit̃ enim daxus caninus q in multa findit pedẽ sicut canis: ⁊ dicit̃ daxus porcinus qui in duo findit vngulã sicut porcus. Morsus aliqñ habet venenosos: sed non semper. Dicit̃ ꝙ scrabonibus et alijs vermib⁹ viuit: qꝛ nõ est velox ad venandũ. ¶ Duran dicũt esse bestiam crudelem velocem ⁊ fortem in venatorẽ ⁊ canes stercus intorquenteꝫ: ⁊ sic fetore stercoris ⁊ viscositate impedire venatores ⁊ canes ab insecutione sua.

Elephas est aĩal maius iter quadrupedia: de cuius quidem figura ⁊ coitu ⁊ generatione satis in antehabitis dictũ est: promuscidaꝫ habens longitudine decem cubitoꝝ: ⁊ vtit̃ ea loco manus taꝫ in bello q̃ in cibo q̃ in alijs operibus. ⁊ sonans aliquando sonat per os: ⁊ tũc terribilis est sonus: aliquando aũt sonat per promuscidaꝫ: ⁊ tunc efficit̃ dulcis sicut sonus in cõcauo magne fistule. Dicit̃ aũt hoc animal timere murem ⁊ abhorrere grinnitũ porcoꝝ ita vt aliquando fugiat ex his. Infestũ aũt dicitur esse tauris syluestribus. Dracones vt quidaꝫ dicũt magni corpore pugnant cũ elephantibus: ⁊ deuictis eis bibũt sanguinem eoꝝ: ex quo vt dicũt refrigerant̃ ex estu. Sed hoc puto esse fabulosum. Hoc aũt animal propter pondus sui corporis testiculos habet intra vt sit velocioris coitus: tamen tẽpore coitus emittit eos. Pellem habet nigram quasi puniceam ⁊ scabiosam in quã cadũt musce quas in rugas ꝯtrahendo pellem interficit. Dicũtur etiaꝫ animalia casta esse ⁊ adulteria nescire et combinata incedere tempore libidinis. Fortia aũt sunt adeo ꝙ in cruce lignea super se ferant homines duodeciꝫ ⁊ amplius: ita ꝙ aliqui magni. 40. homines posse portare dicũtur. Duoꝝ enim generũ esse dicũtur: ⁊ nobiliores eoꝝ corporis ostendit magnitudo. Crura aũt eoꝝ sunt magna ⁊ superius ⁊ inferius fere equalis magnitudinis sicut columne: ⁊ lꝫ in multa diuidant pedem: tamen natura ꝯiũxit pedũ digitos vt ex hoc pes fortificet̃: et hac de causa etiaꝫ flexuras post genua in cruribus dicũtur non habere: ⁊ forte habet flexuras laxas sed strictas: ⁊ ideo putat̃ non habere ab impitis: qꝛ si nullas haberet flexuras in cruribus non haberet gressum ordinatum. Est aũt caro eius frigida ⁊ sicca abominabilis: et qui gustat de ea cum aqua ⁊ sale ⁊ seminibus ferule curat̃ a tussi antiqua. Decocta aũt ⁊ liquefacta cũ aceto ⁊ semine ferule si pregnans hãc gustauerit decoctionem proijcit quicquid habet in vtero. Fel autẽ eius ad pondus aurei per nares immissum dicit̃ conferre contra caducũ morbũ. Extremitas epatis cõmesta cũ aqua ⁊ folijs citranguli valet doloribus epatis. Stercus elephantis si inungatur inde coriũ in quo sunt pediculi apparentes ⁊ dimittatur donec desiccetur super ipsum non remanebũt in eo pediculi: sed statim egredientur. Sepum elephantis si cũ eo vngatur patiens dolorem capitis cõfert ei. Dicitur etiam ꝙ si vncia de osse elephantis cũ deceꝫ vncijs mentastri montani potet̃ ab eo quem primo tetigit lepra confert ei plurimũ. Si cũ stercore elephantis suffumigetur domus aut locus in quo sunt cinifes fugant̃ ⁊ moriunt̃.

¶ Equi dicuntur ab equalitate siue paritate: eo ꝙ pares antiquitus cruribus iungebantur. Est autem animal notũ fere vbiq̃ terrarũ generationem accipiens: sed illi dicũtur excellere qui in Syria ⁊ Cappadocia generant̃: ſm aũt ꝙ videre possumus temporibus nostris maiores corpore a tertio clymate vsq̃ ad finem sexti clymatis procreantur ⁊ precipue in Hispania. Fortiores aũt ⁊ satis magnos etiam in septimo clymate ꝓcreari vidimus: ⁊ sunt plus durantes in laboribus q̃ hi qui a tertio clymate vel quarto veniunt.

¶ In equis cõsiderãtur quatuor: forma videlicet: pulchritudo: meritum ⁊ color. ¶ Forma aũt est quãdo corpus est validũ ⁊ robustũ ⁊ robori respondens altitudo: latera longa: clunes rotũdi: corpus totũ musculoꝝ densitate ⁊ plenitudine quasi nodosum: crura fortia ⁊ sicca ⁊ equaliter a genu vsq̃ ad pedem porrecta sine nodositate ⁊ sine tumore ⁊ mollitie aliqua: nullas habentia nascentias. Pes aũt equalis ⁊ plane superficiei hoc est non aspere: rotũdus cũ cornu cõcauo vndiq̃ terram tangens. ¶ Pulchritudo aũt est vt sit caput paruũ respectu corporis ⁊ siccũ valde: ita ꝙ pellis q̃si ossibus immineat: oculi magni quasi ante caput iacentes: aures breues ⁊ acute quasi in ante porrecte: nares aperte quas cum bibit profunde in aquam mergat: ceruix erecta: coma densa: cauda magna ⁊ longa ⁊ tota corpore soliditate fixa rotũditas. ¶ Ad meritum autem deputatur vt sit audax valde: pedib⁹ terraꝫ fodiens ⁊ terens: hinniens: membris tremens. hoc enim fortitudinis est indiciũ: ⁊ ꝙ ex quiete summa facile concitetur: ⁊ ex maxima concitatione facile sistatur ⁊ quiescat. ¶ Color autem naturalis equi qui in syluestribus deprehenditur est cinereus: per dorsum linea fusca a capite vsq̃ ad caudam porrecta. In domesticis tamen boni inueniuntur nigri ruffi ⁊ albi aliquando. ⁊ similiter grisei qui quasi circulis paruis iterpositis nigros albis immixtos habent pilos. Dicitur aũt ꝙ in pullo equi quando nascitur carũcula quedaꝫ in fronte connascit̃ que adeo efficax est venenum ꝙ statim interficit: sed equa mater illam lambendo statim annihilat ⁊ abstrahit a pullo. Sunt autem apud nos inter domesticos equos quatuor modi equorum: bellici videlicet qui dextrarij vocantur: ⁊ palefridi: ⁊ curriles equi: ⁊ runcini vocati. Bellicoꝝ autem equorum est non castrari: qꝛ ex castratione efficiuntur timidi: et horum equorum est sonis musicis gaudere ⁊ sonis armorũ excitari ⁊ cum alijs dextrarijs congredi. Horum etiam est dare saltus ⁊ irrumpere acies mordendo ⁊ calce feriendo: ⁊ aliquãdo adeo diligũt dominos ⁊ ministros suos ꝙ perditis eis ieiunant ⁊ tristantur vsq̃ ad mortem. Aliquando etiam in tristitia lachrymantur. Et ex hoc quidam pronosticantur de victoria futura vel ꝙ succumbere debeãt hostibus. ¶ Palefridorum autem vsus est vectio que equitatio dicit̃:

tio dicitur: ⁊ bonum etiam est non castrari ne effeminētur.
Sed currilium equorum est vsus ad fugas ⁊ insecutiones
precipue: ⁊ ne indurescāt eis nerui ex calore cursus castrā/
tur vt frigiditate ⁊ humore occurratur siccitati que ex calo
re motus ⁊ cursus inducitur. Rūcini autē sunt qui hn̄tur
ad labores onerum vel tractus quadrigaꝝ ⁊ redaꝝ: lȝ etiā
alij aliquando his laboribus deputent̄. Simil̄r sunt q̄tuor
equoꝝ motus: cursus qui ex saltibꝰ in equo cōponit̄: trot/
tatio: ambulatio: ⁊ peditatio. Cursus aūt perficit̄ quando
simul anteriores pedes eleuant̄ ⁊ posteriores simul ⁊ equus
se impingit anterius. Trottatio aūt quando velocius q̄ȝ in
ordinato gressu in appositis lateribꝰ simul vnum anteriorē
cum vno posteriori leuat pedem. Et hoc mō fit etiam pedi
tatio: sed est p̄ter equi concitationē. Ambulatio autē fit qn̄
simul in eodem latere vnū anteriorē ⁊ vnuȝ posteriorē le/
uat pedem: sed suauius illa perficit̄ si iuxta terrā non alte le
uando sed q̄si trahendo ducit pedes: ⁊ aliquātulū citiꝰ an̄/
riorē q̄ȝ posteriorē figit pedē: difficilius aūt quo magis a ta
li mō motus deuiauerit. Unde necesse est optime ambulā/
tes equos frequentiꝰ cespitare p̄cipue in via aspera. Est au
tem equoꝝ magis cōueniēs pabulū duꝝ quidē non vento/
sum: ⁊ hoc est auena vel triticū ⁊ aliquando spelta: minꝰ au
tem cōuenit ordeū: ⁊ minime siligo ꝓpter ventositates. Mi
autē qui cito īpinguare desiderant equos tortucas cū pabu
la molli decoquūt: ⁊ ex hoc equi salsaȝ ⁊ magnā accipiūt pi/
guedinem. ¶ Est aūt hoc aīal cui plurime accidūt īfirmita
tes quas opȝ marescalcū cognoscere qui curare hȝ equos.
Aliquādo enim in equis abūdat sanguis corruptus ⁊ icor/
ruptus. Et signa huiꝰ infirmitatis sunt hec: delectat euȝ fri
cari: fetent egestiones eiꝰ preter solitū: vrina efficit̄ rubea ⁊
spissa: oculi rubei aliqn̄ ⁊ lachrymosi: aliquando etiā per cor
pus ipsiꝰ nascunt̄ pustule que magis digitis sentiri querunt
q̄ȝ videri ꝓpter pilositatem: aliquādo etiā amittit volunta/
tem comedēdi ꝓpter repletionē vasoꝝ: tūc eni minuendus
est equus de vena in medio colli descēdente: minuat̄ autē
flobothomo lato nō spisso s̄m equi fortitudinē ⁊ etatē. Si
enīȝ fortis est ⁊ quinque vel ampliꝰ annoꝝ subtrahant̄ tres
vel quatuor libre. Si aūt debilis sit ⁊ pullus: subtrahatur li
bra ⁊ dimidia vl̄ ad plus due libre. Et si hec euacuatio ob/
mittat̄ eueniūt multa incōuenientia que s̄m diuersas actio
nes diuersa sortiunt̄ vocabula: aliqn̄ enim incurrūt q̄si q̄dā
vlcera que in carne vagant̄ ⁊ cutem in diuersis perforāt lo/
cis: aliquādo aūt pruriginē siue impetiginē aut serpiginē: ⁊
aliquando incidūt in scabieȝ: ⁊ tunc vno corrupto ēt alij se/
cum cōmanētes corrumpunt̄ tribꝰ modis: vno q̄dē mō: qa
dentibꝰ aliqn̄ seinuicē equi scalpunt: ⁊ quando vnus corru/
ptus est per anhelitū ⁊ saliuaȝ corrumpit̄ alius. Scdo autē
quando vnus fricat se ad locuȝ vbi se fricuit alius: humor
eni corruptꝰ infundit̄ loco ⁊ hoc corrūpit aliuȝ qn̄ tangit ad
eūdem locuȝ. Tertius modus ⁊ precipuus est quando per
anhelitum corrumpitur aer. Signum autem hmōi est ꝙ ⁊
pueri qui calidi sunt ⁊ humidi ꝓhibētur accedere ad egro/
tantes ex sanguine corrupto ne corrumpantur.

Si sanguis de vulnere equi alicuiꝰ nimis fluat
filtrum aliquantulū cōbustuȝ per se vel semiu
stum ⁊ in succo vrtice madefactū desuper posi
tum iuuat: vel sumat̄ fungus quem q̄dam vo
cant vesicam lupi: aut etiā puluis fungi illiꝰ et
misceat̄ cū stercore porci qui gramina vel her
bas campestres depastus est: ⁊ hec bn̄ cōtrita multū calida
emplastrent̄ super locuȝ ⁊ vsq̄ȝ ad tertiū diem alligent̄. Ua/
let etiam ad hoc stercus equi contritum. Adhuc aūt puluis
antique        siue pepli si supponat̄ puluis auricularis ⁊ se
pe vulneri iniiciat̄ donec stet sanguis. In omnibꝰ autē apo/
stematibus ⁊ vulneribus equorum cauendum est ne lumē
¶ Si aūt patitur aculeos siue p̄ncturas acutas accipe setas porcorū ⁊ minutatim incide: ⁊ sparsas super carnem asturi in cibum tribue vsq̄ ad nouem dies: ⁊ postea trifolium tere: ⁊ succū eius carni infunde ⁊ da comedere asturi. Si aūt spumat in oculis est melācholia ibi congregata: accipe siler montanū ⁊ semen cicute: ⁊ pone super carbones ⁊ suffumiga inde carnem: ⁊ pasce eum super talem ignem vt fumus veniat in guttur: ⁊ in oculos ipsius: ⁊ in sequēti die da ei comedere aloe ad quantitatem dimidie fabe: ⁊ viridem cicadam siue locustam quā si viridem inuenire non poteris tere siccam apud te reseruatam ⁊ asperge super carnem ⁊ da ei. Si aūt ficum in ano patitur accipe pinullas alarū: ⁊ desiccatas tere ⁊ sparge super carnem: ⁊ de hoc ciba eum nouē vicibus. Si autē inordinatam astur sitim habeat accipe liquiritiam reubarbarum betonicam ⁊ syrupum violatum ⁊ mitte in aquam: ⁊ sit ibi nocte vna ⁊ mane da ei bibere cotidie de illo vsq̄ ad octo dies quantum voluerit: ⁊ pasce eū de rana. Si aūt fascinatus putetur astur accipe fungū myrti: ⁊ olibanum: ⁊ aspaltū: ⁊ palmam benedictam: ⁊ teste impone omnia hec ⁊ exinde suffumiga asturem. Si autem in capite eger sit accipiter accipe raffanum sauinam rozēmarinum sambucum saturegiam mētham rutham saluiā betonica: ⁊ misce hec omnia simul: ⁊ tere multū: ⁊ imitte mel ⁊ da ei ex illo quantum est vna auellana. Si vis impinguare accipitrem ciba eum frequenter carne anseris ⁊ palūborum. Si pediculos habeat mētham romanā tere ⁊ distempera cū vino acri: ⁊ iunge saxifragiam ⁊ si clarum tempus est ⁊ calidum balnea eum ex illo. Si autem turbidum ⁊ frigidū tolle axungiam galline ⁊ impone in illa ⁊ mitte super fimū nocte vna ⁊ die sequenti vnge asturem in alis ⁊ in dorso super caudā. Qz si nascētias astur habeat accipe sanguisugas: ⁊ mitte eas in nascentias ⁊ sequenti die accipe lac arboris que celsa siue ficus fatua dicitur: ⁊ vnge nascentias ⁊ demū accipe radices herbe que brācha lupi vocaƀ ⁊ tere et cōmisce cū lacte celse ⁊ superpone nascentijs ⁊ stet desuper tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ⁊ postea accipe radicem caude porci: ⁊ fac bullire ⁊ da ei bibere mane ⁊ sero nouem diebus ad tres fabas. Si autem scabiosus sit accipiter accipe axungiam veterem sulphur ⁊ argentum viuum ⁊ tere simul cum aliquot gariofilis ⁊ cinamomo: ⁊ ex eo vnge scabiem ad ignem vel in balneo.

¶ Contra dolorē oculorū accipe zinziber aloe olibanū equaliter de omnibus ⁊ tere fortiter insimul: ⁊ mitte cū albo vino in bacinū vbi sit nocte vna: ⁊ postea mitte in oculos. Itē accipe aloe ⁊ cerusam equaliter: ⁊ de lardo veteri rade de medio loco aliquātulū ⁊ misce omnia hec ⁊ mitte in oculos eius sero cum eundum est dormitum. Quod si crus fractū habet accipiter mastica olibanum bolum ⁊ serpentinam ⁊ consolidam ⁊ fortiter tere ⁊ misce cum albumine oui ⁊ distende totum super pannum lineū: ⁊ dirige crus fractum et inuolue in pāno dicto: ⁊ accipe pennā de ala vulturis ⁊ scinde eam ⁊ in cāna ex ea crus fractū: ⁊ sic remaneat quinque diebus ⁊ quinque noctibus. Iterum autem contra lapidē asturis ⁊ renum corruptionem accipe sepum galli partem vnam verbene partes duas ⁊ tere ⁊ exprime succū ⁊ da de eo tertiam partem coclearis asturi ieiuno ⁊ sic dimitte eū a mane vsq̄ ad meridiem: ⁊ si in angustia esse videatur da ei coclearia tria de syrupo violatio distēperato vel de melle rosato: ⁊ quarta die accipe centinodiam ⁊ centineruiam siue quinquineruiam ⁊ tere ⁊ accipe succū quātum est pars tertia coclearis vnius ⁊ mitte eum in guttur asturis ieiuni ⁊ curabitur. Si autem podagricus sit tere titimalum cum melle ⁊ aceto ⁊ aliquantulo calcis ⁊ liga super podagram: ⁊ postq̄ se mouerit vnge aloe cum vino ⁊ sanabitur. Iterū autē contra felleram asturis simul ⁊ tineā accipe conchas testudinum ⁊ ramūculos virides de iubis: ⁊ saxifragiam saluiam ⁊ folia oliuarum ⁊ spumam poledri iuuenis quem projicit de naribus cum nascitur ⁊ fel anguille: ⁊ hec omnia mitte in ollam nouam ⁊ ad ignem torre donec inde fiat puluis: ⁊ in mane ieiuno asturi da inde comedere ad quantitatem dimidie auellane cum carne pauca: ⁊ accipe reubarbarum ⁊ pone in aqua per diem vnū ⁊ da ei bibere: ⁊ istud fac de tertio in tertium diem tribus vicibus.

¶ Si autem guttam habeat astur: accipe anserem bene pinguem ⁊ aufer adipem eius: ⁊ accipe adipem vrsinum ⁊ vulpinum ⁊ excoria cattum ⁊ electis de corpore catti visceribus ⁊ ossibus carnem cum cultello diuide: ⁊ accipe parum cere ⁊ de laudano ⁊ de xyloaloe siue ligno aloe ⁊ fac puluerem: ⁊ succum politarie maioris ⁊ minoris ⁊ incide cepam albam ⁊ omnia simul misce ⁊ totū mitte in ventrem anseris: ⁊ cōsue foramen fortiter ⁊ dimitte per vnum diem ⁊ deinde fac anserem bene assari: ⁊ sagimē quod inde decidit collige in vas terreum aliquod ⁊ de hoc vnguēto vngatur locus guttosus ⁊ valet omnibus guttosis animalibus. Item ad clarificandos oculos accipe dulcem herbam aloe ⁊ cerusam equaliter ⁊ contunde fortiter ⁊ trita cū oleo ⁊ axungia mitte ad ignē in aliqua testa donec liquescat ⁊ misce cum his que dicta sunt ⁊ duc ⁊ cōmisce simul fortiter in vnum: ⁊ ex vnguēto sic facto mane ⁊ sero aliquid in oculos asturis impone ⁊ clarificabuntur. Hec igitur s̄m Guilƚ. experta sunt dicta de curis asturum.

¶ Cap. xx^m. De regimine domesticationis accipitrum ⁊ regimine aucupij.

Um autem cum asture vel niso aucupare volueris caue prius q̄ bene ad manum assuetus sit accipiter sic domesticādo. primo enim vinciēdus est die ac nocte ⁊ tenendo eum cū zona valde longa facias vt sepius ad manū aduolet: ⁊ quotiens aduolauerit semper aliquantulum ciba eum vt assuescat manum beneficā. Cum autem eum aucupari volueris primo die accipe columbam in alis depilatam: ⁊ fac eam sepius sub pedibus eius effugere ⁊ vt iterum capiat eam. ⁊ sic muta eam in melius

volantem: ⁊ melius ⁊ debiles ⁊ paruas aues commuta in
fortiores ⁊ maiores: sicut etiã de aucupio falconum docui-
mus: q͛ quo ad hoc vnus modus est in regimine omnium
auiũ rapaciũ: quotienscũq3 aũt accipit auem dimittat̃ ali-
quid de sanguine eius bibere cũ prouocatione ⁊ sibilo aucu
pis: ⁊ in presentia canũ: q͛ per hoc sumet audaciam. Quan
do autẽ aucupari volueris dimittendo ad aues syluestres.
primo ciba eũ carne tenere vacce siue lingua porcina que in
aceto vel vrina parũ steterit: ⁊ mane sequenti valde dilucu
lo vade ad aucupiũ. Caue tamen vt nõ iactes accipitrem si
poteris nisi ꝯtra faciem auis ⁊ fac vt accipiter auez videat
⁊ nõ lõge ab ea existat quãdo iactas eũ. Dicũt tamẽ aliqui
ꝙ si carnem vt dixi in vrina iacere permittas: ⁊ in mane ci-
bes eũ de illa: ⁊ in sero parũ de ipsa carne des ei: ⁊ in sequen
ti mane cibes eum de lingua porcelli ⁊ ad vesperũ vadas in
rapariam in qua sunt aues audaciam habebit ad magnas
aues capiendas: quando vͦo videris accipitrem venationẽ
videntem quidem: sed non appetentem scias ꝙ nimis est
pinguis ⁊ pẽnas de pinguedine spissas habere: eo ꝙ nimis
delicate nutritus sit. Subtrahas ergo ei partẽ de dieta cõ-
sueta ⁊ dabis ei leuem digestibilẽq3 dietã: ⁊ in minori ꝙ̃ti-
tate quã prius: q͛ ex fame naturali surget appetitꝰ magnas
aues capiendi: ⁊ in dieta quã sibi bonã esse probaueris con
serua eũ continue: ⁊ si nimis est pinguis albeo trito cũ pule-
gio macerat̃: ⁊ caue ne defectũ ⁊ pusillanimẽ facias. Accipi-
ter nãq3 ab Augusto vsq3 ad Nouembrem debet teneri me
diocriter pinguis: ⁊ mediocriter macer nõ multum ad pin-
guedinem vel maciem declinãs: sed a Nouembre in antea
pinguis tenendus est ⁊ fortis: tenendus est etiam in die diu
super manum: ⁊ detur ei hora tertia coxa vna de carne pul-
li: ⁊ postea per horam permittat̃ in aqua balneari: ⁊ postea
dimittat̃ ad solem donec pennas componat se perungẽdo:
⁊ postea ponat̃ in obscuro vsq3 ad vesperũ: ⁊ superponatur
pãnus lineus super perticã super quã stat ne vngues ledat:
⁊ ab hora vesperarũ teneat in manu vsq3 ad primũ somnũ:
⁊ tũc superpone eum in pertica pãno supposito sicut prius: ⁊
accende coram eo lucernam per totam noctem: ⁊ circa dilu
culum asperge cũ vino: ⁊ postea pone eum ad ignem claruz
⁊ orto iam die vade ad aucupiũ: ⁊ si videris eũ aues appete
re proijce. Sin aũt itera qͦd supra dixi: si vͦo capiat: ciba eum
de preda ꝙ̃tum vult comedere. Cauendũ aũt multũ est ab
afflatu ⁊ morsu ⁊ laceratione vnguiuz accipitris ⁊ falconis:
⁊ omnium rapaciũ auium: ⁊ maxime quando he aues bal-
neate fuerint: ⁊ pennas rostro composuerint: q͛ pinguedo
ꝗdaz adheret rostro quã accipiunt de cauda sua que est ve
nenosa: pẽnas enim ⁊ pedes ⁊ anhelituz habent venenosas
aues iste: ⁊ si tunc cum vngue vel rostro percusserit poterit
esse periculum: ⁊ iam quidã mortui sunt de huiusmodi vul
nere percussionis. Attẽde aũt ꝙ si accipiter plus debito cla-
mosus fuerit cibet̃ vespertilione pleno pipere trito. Si aũt
pipiat quasi pituite sit infirmitatis et clamare voce sonora
nequit cum acu erea nares eius perforabis. Hec igit̃ sunt
que de falconum asturũq3 curis de his qui tempore nostro
in talibus studiũ posuerunt ꝯgregauimus: nec debet repu-
tari superfluũ qͦd deseruit delectationi multoꝝ qui in auibꝰ
celi ludere consueuerunt. Ut aũt perfectior sit nostra doctri
na etiã studia antiquissimoꝝ his adiungemus.

¶ Cap. 23m. De regimine infirmitatum omnium auiuz ra-
pacium ꝫm Aquilam Symachum ⁊ Theodotionem.

A Ntiquissimoꝝ quidẽ Aquile ⁊ Symachi ⁊
Theodotiõis extant epistole ad Ptolomeũ
Phylometorem regez Egypti in quibus de
moribus ⁊ medicinis auium rapacium in cõ-
muni ista doctrina continetur. si enim infirmi
tas est in capite ⁊ sit quidez in oculis vnge se-
pius de oleo oliue ⁊ precipue si dolor est in exterioribus ocu
li. Si aũt albugo crescit in interiori oculi auis inijce pulue-
rem seminis feniculi cum lacte mulieris masculũ pariẽtis.
Si aũt per senectutẽ caligat oculus habili argenteo vel au-
reo instrumento coque eum super nares vbi sinciput in me
dio oculo medio rostri cõiungit̃: si clausas nares habuerit
per fistulam parue pẽne insuffla in nares eius puluerem pi
peris ⁊ saxifragie: si reuma in capite habuerit ruthaz pone
iuxta nares eius ⁊ carnẽ quã comedet in succo ruthe intin-
ge. Item allium contusum cum vino per nares ei inmitte: et
in loco obscuro resideat tota die: ⁊ eũ per vnũ diem ieiuna-
re permitte: si pituitam quã quidam pipiam vocãt habue-
rit accipe linguã eius aperto ore: ⁊ frica eam cũ puluere sa-
xifragie melle condito: ⁊ si dicta non prosunt dabis ei come
dere butyrũ: puluis etiam densitate caulis ad idem valet:
si vltra modũ clamosus fuerit accipe vespertilionem: ⁊ pi-
per tritũ intus pone: ⁊ da ei comedere: si vespertilio non ha
bet̃ alia auis eodem modo cũ pipere parata ad idem non
oberit. Nimius tamen clamor aut infirmitatis aut defectꝰ
ex matie: aut q͛ oua generata in se habeat est signum: si fa-
stidium habuerit surices viuas da ei vel catellum in proxi
mo natum anteꝙ̃ videat. Si cibuz frequenter non altera-
tum euomit accipe scamoneã ad põdus quarte partis ebo-
li ⁊ tãtũdez cimini ⁊ tritis illis asperge eoꝝ puluere carnes
porcinas pingues ⁊ da in cibum. Si vͦo dictam carnem co-
medere non potest tolle albuginem oui: ⁊ in ea pone dictaz
puluerem ⁊ ori eius inice. Item si cibũ eijcit accipe oua cru
da ⁊ frange in lac caprinũ: ⁊ totũ decoque ⁊ da ei ter ad co-
medendũ ⁊ sanabit̃: si mutare pẽnas incipit exime eum ab
omni labore: ⁊ abundanter ciba eũ: quotiens enim esurie-
rit tot signa fracturarũ vel fracturas habebit in pẽnis. Ua
lent etiã tũc auibus glebe virides substrate pedibus ⁊ solis
calor cũ estu moderato. Nimius aũt estus nocet. Si febres
habuerit da ei ter vel quater succum arthemisie cuz carne
galline. Item ad idem liga ei dextrum crus fortiter: ⁊ tũc in
medio cruris vena apparebit ⁊ illam subtiliter minue. In
crure enim talium auium quatuor sunt vene: vna quidem
anterius: altera inferius ⁊ tertia exterius magis quarta po
sterius super vnguem maiorem. Signa autem febris sunt
si ale dependent: ⁊ caput demissum teneat: ⁊ si vomit quasi
frigore teneatur si cibus absq3 causa euz fastidit: aut auide
quidem sumit: sed male glutiendo inducit. Si autem val-
de sitit accipere puluerem caulis liuistici: ⁊ carnez de anhe-
to ⁊ feniculo ⁊ coque cũ vino: ⁊ cõmisce cuz hoc coclear vnũ
mellis ⁊ colaturam huius da ei bibere vel inice ori eius: ⁊ si
bibere noluerit vna die da ei carnem linitam melle: secũda
die carnem linitã oleo rosacio frigido. Si felle laborat quã
infirmitatem felleram supra vocauimus puluerem florum
salicis siue gẽmarum salicis sparge super cibum eius: si ei
ale preter febrem pependerint sume sanguinem ⁊ adipem
anseris: ⁊ de sanguine frica alas eius ad solem. De adipe
autem ciba eum vel melius sũme oleum laurinum: ⁊ ex illo
alis leuatis ascellas eius vnge: et felle porci perunge alas
ipsius: ⁊ succo verbene vel saluie cibuz eius itinge. Si alas
guttosas habuerit hederam terrestrem in aqua coque: ⁊ fo
lia illa cocta et bene contusa alis eius iuxta latera circũli-
ga: et cibum eius in eadez aqua tinge. Si pedes guttosos
habet vel si tinee comedant eius pennas carnes hircinas
comedat in aceto tinctas: ⁊ alas eiꝰ aceto calido ⁊ oleo lau
rino sepius perfrica. Si pẽnam fractam sine dolore extra-
here volueris: accipe sanguinem animalis paruuli quod
grulle vocatur vel sanguinem muris: ⁊ vnge locum penne
⁊ cadet: ⁊ postea ex melle ad magnam spissitudinem deco-
cto fac virgulam ad modum foraminis in quo stetit pen-
na ⁊ inijce foramini ⁊ exibit noua penna. Item succo herbe
papaueris calido perunge pennas eius et intinge cibum
eius eidem succo: si os fractuz habuerit in crure vel in alia
parte aloe calliduz superliga ⁊ dimitte vna die ⁊ vna nocte.
Item stercus galli in aceto decoctum superliga: si inquieta
sit auis in pratica vel super manum myrrã in aqua deco-
que ⁊ ex ipsa aqua asperge corpus eius ⁊ intinge cibuz eius
in ea vsq3 nouies: si infirmitate que rampa dicitur infirma
tur succo arthemisie cibus eius intingatur. Item sanguine
agni calido pedes eius perfrica vel vino tepido in quo de-
cocte sint vrtice ⁊ in ipso vino cibum eius intinge: si sterco-
rare non potest fel galli da ei comedere vel testudines al-
bas decoctas. Si nimium laxatur modicum de succo ius-
quiami da ei bibere: ⁊ intinge cibuz eius. Si pediculos ha
bet accipe succum absinthij vel aquam coctam cum absin-
thio: ⁊ eo ad solem sedente infunde plumas eius: ⁊ corpus
eius per totum. Si lapidẽ in ventre habuerit da ei pingue
dinem axungie comedere et butyrum: ad idem aloe her-
bam cum puluere apij inuolue cordibus paruarum auium

⁊ da ei comedere: sic igit͛ ex his similiter poteris de omniuꝫ
auiuꝫ medicina cõmode facere. Si aũt vis habere pinguẽ
da ei de masculi carne bouis vel porci: si vͦ vis habere ma-
crum da ei gallinas iuuenes aqua madefactas. Si vͦ vis
habere temperatũ da ei gallinas veteres: si vis vt expedi-
tus sit ad aucupandũ stude vt facias ei bonã vesicã guttu-
ris ⁊ include in tenebris: accẽsa ibi lucerna modica ⁊ aucu-
pa alterius diebus: si vis vt leporem aut cuniculum capiat
opꝫ vt doceas eũ in iuuentute: ⁊ gyros liga in crurib⁹ eius
prope pedes interiecto spatio vnius palme: que sit distãtia
cruris a crure: q̃ tunc sine lesione capiet. Syluestris accipi-
ter citius mansuescit si multũ ieiunare permittat͛: ⁊ si iuue-
nis est auis nec nimis calidus nec nimis frigidus sit locus
in quo custodit͛: ⁊ in loco in quo stat habeat semper herbã
mẽthã ⁊ saluiã: ⁊ si est accipiter: in p̃mis in folijs salicis de-
mum super lignũ salicis aut abietis semper sedeat: ⁊ si sepe
sanguinem auiũ biberit vires sumunt ⁊ audaciã ⁊ affectuꝫ
capiendi: nec negetur ei balneuꝫ aque frigide quãdo nutri-
tur: nec multum coniungantur ale eius nisi pendeant.

¶ Cap. 24^m. De alijs duobus generibus falconũ ⁊ de locis habitationis eoꝝ ⁊ de diffinitione accipitrum.

Hec de falconũ etiã ⁊ accipitrũ nã ⁊ regimine a
nobis dicta sunt s̃m dicta antiquoꝝ. Sed pre-
ter omnia que inducta sunt falconuꝫ genera.
Duo adhuc apud nos genera falconuꝫ inue-
niunt͛: quoꝝ vnũ est falco lapidaris ⁊ alterum
falco qui vocat͛ arborealis: primũ quidem me-
die quãtitatis est ⁊ vigoris inter peregrinũ ⁊ gibbosuꝫ ⁊ in-
uenit͛ in alpiũ rupibus: ⁊ est eiusdẽ nutritiue cũ peregrino.
Alterũ aũt mediũ est q̃ntitate ⁊ vigore inter gibbosuꝫ ⁊ mir-
le eiusdem cũ mirle regiminis existens: ⁊ ideo de his in spe-
ciali tractare nõ opꝫ. Preter ea aũt que dicta sunt forte mul-
ta apud diuersos inueniunt͛ falconũ genera: sed ex his que
dicta sunt sufficienter de natura ⁊ nutritura omniuꝫ habet͛
cõiecturalis scientia. Sed hic adhuc adijciendũ q̃ sicut in
antehabitis libris dictum est omne animal abundat in lo-
co vbi sui proprij ⁊ conuenientis cibi est abundantia ꝓpter
q̃ cum huiusmodi auium cibus proprius sit venatio auiuꝫ
abundabunt in locis vbi abũdant aues quas venant͛. Iste
aũt aues sunt aquatice: q̃ ⁊ ille tardiores sunt ad volatũ ex
carnosiores ad escam: ⁊ ideo versus septentrionem accipi-
trum ⁊ falconũ ⁊ aquilarũ abũdant genera: sicut est in Bri-
tania Suecia Liuonia ⁊ Finitime his regiones Sclauoꝝ
Prutenoꝝ ⁊ Rutenoꝝ: ⁊ q̃ frigide sunt iste regiones ⁊ in
terris frigidis sint corpora magna: ⁊ ex multo sanguie mul-
ti spiritus: ⁊ ex his audacia ⁊ feritas vt in scientia de natu-
ra locoꝝ habitabiliũ determinatũ est. Ideo etiã aues rapa-
ces in dictis regionibus magne sunt: ⁊ cum audacia feroci-
tatẽ magnã habentes. In alijs aũt locis proportionalẽ etiã
accipiunt vigorem ⁊ quãtitatem ⁊ audaciaꝫ: nec est silentio
pretereũdũ q̃ Aquila ⁊ theodotion ⁊ symachus socius eoꝝ
omnia accipitrũ genera falcones vocant: ⁊ ea quatuor esse
generum determinant: asturem prime q̃ntitatis ponẽtes in
genere primo: ⁊ asturem minorem quem tercellinũ vocam⁹
ponentes in genere secũdo: ⁊ nisum in genere tertio: ⁊ mu-
scetum in genere quarto: quibus nullo modo consentiẽduꝫ
esse probat q̃ tercellinus inuenitur in nido accipitris: ⁊ mu-
scetus in nido nisi reperit͛: ⁊ ideo ⁊ accipiter ⁊ tercellinus nõ
differũt nisi sexu nõ spẽ: q̃ accipiter est femina ⁊ tercellinus
est masculus: ⁊ eundem modum differentie habent nisus ⁊
muscetus: nisus enim est femina ⁊ muscetus est masculus.
Hec igitur de rapacibus auibus dicta sunt.

¶ Facator auis dicitur esse orientis que cupida prolis ꝓbis
coit in anno: primo quidem in hyeme in Januario post sol-
stitium hyemale: sed oua illa frequenter pereunt per hye-
mis congelationem. Secundo coit in estate post tẽpus ve-
ris: ⁊ post equinoctium estiuale circa solstitiuꝫ in estu: ⁊ hec
ouat conualescunt ⁊ pullificant.

¶ Fenicem auem esse arabie in orientis partibus scribunt
hi qui magis theologica mistica q̃ naturalia perscrutant͛.
Dicunt aũt hanc auem sine masculi ⁊ sexus cõmixtione so-
lam in sua esse specie: ⁊ conuenire in orbem ⁊ trecentis. 40.
annis viuere solitariam. Est aũt vt dicũt aquiline magni-
tudinis caput habens vt pauo: fauces etiã hꝫ cristatos cir-
ca collum: fulgore aureo purpureus est: caudã hꝫ longã pur-
purei coloris pẽnis quibusdã roseis ⁊ interscripta sicut in-
terscribit͛ cauda pauonis quibusdã orbibus ad modũ ocu-
loꝝ formatos: ⁊ est hec varietas mire pulchritudinis. Cũ-
q̃ sentit se etate grauari ↄstruit nidũ in alta ⁊ abdita super
limpidum fontem sita arbore ex thure ⁊ myrra ⁊ cinamo-
mo: ⁊ alijs aromatibus preciosis: ⁊ ruit in nidũ: ⁊ se radijs
feruentibus obijcit soli ⁊ illos resplendentia pẽnarum mul-
tiplicat donec ignis elicit͛: ⁊ sic se cum nido incendit ⁊ inci-
nerat: dieq̃ altero dicunt vermem in cineribus nasci qui
alis die tertia assumptis infra paucos dies in auem pristi-
ne figure cõmutat͛: ⁊ tunc auolat. Referũt etiã hoc iam se-
mel in helyopoli Egypti ciuitate accidisse q̃ super compo-
sitionem lignorum sacrificioꝝ auis hec aromata compor-
tans se incẽdit: ⁊ ad visum sacerdotis prius dicto mõ dua-
bus generationib⁹ vermis ⁊ auis formata est ⁊ auolauit: ⁊
sicut dicit Plato non sunt a nobis calumnianda que libris
sacrorum delubrorum conscripta referuntur.

Nota aureã Platonis sẽtentiam.

¶ Fetix auis est bis in estate pullificans: ⁊ multos in estate
valde fouens filios: eo q̃ corpore parua est ⁊ breuis vite: et
ideo multum ponit in semine.

¶ Ficedula auis est dicta sic: q̃ ficus edat. comedit aũt etiã
vuas: ⁊ alios fructus arborum dulces: a nobis autem fice-
dula vocari consueuit auis quã Germanice sueppam vo-
camus que longum valde habet rostrum ⁊ in autumno in-
ter arbores volat in crepusculo ⁊ in diluculo: propter quod
etiam tunc expansis in altum rhetib⁹ capitur: eo q̃ in exeũ-
do ⁊ intrando semper easdem vias tenere consueuit.

¶ Fulica nigra ⁊ aquatica auis est de genere mergoꝝ anate
minor: in mari ⁊ circa stagna habitat nec vagat͛ per diuer-
sa volitans: sed in loco manet sue generationis: cadaueri-
bus vescitur ⁊ in tempestate gaudere videt͛: q̃ tunc in pro-
funduꝫ maris natat ⁊ ludit: nidũ facit in petris quas aqua
circũfluit: ⁊ ibi thesauros condit ciborum: ⁊ de his adeo li-
beralis est q̃ extraneis auibus partitur de illis.

Griphes aues eẽ magis tradũt hystorie q̃ ex-
perta phoꝝ vel rationes phice. Dicunt enim
has aues ante effigurare aquilas in capite et
rostro ⁊ alis: ⁊ anterioribus pedibus lꝫ multo
sint maiores. In posteriori vͦ parte ⁊ cauda ⁊
posterioribus crurib⁹ imitari leonẽ: ⁊ in aqui-
linis quidem vnguibus longos habet vngues in leoninis
vͦ breues: ⁊ magnos habet vngues ex quib⁹ cyphi siũt ad-
bibendum: ⁊ ideo quidam longi: quidã autem breues gri-
phonis vngues dicunt inueniri. Habitãt autẽ in hyperbo-
reis montibus: infesti maxime equis ⁊ hominibus: ⁊ tã for-
tes sunt vt equũ ducant ⁊ assessorem. Dicunt autẽ in mon-
tibus illis esse aurum ⁊ gẽmas ⁊ maxime smaragdos. Di-
cunt etiã q̃ si griphes in nidis sunt ꝓpter speciale iuuamen-
tum ponunt achates lapides.

¶ Gracocenderon auis dicitur esse nigra inter omnia vola-
tilia minus vtens coitu. vno enim coitu in estate implet fe-
minam ad filiorum fecunditatem: et sic toto anno non coit
amplius.

Jura gallo[rum] decrepitor[um] ... psunt asi[n]... ibus.

¶ Gosturdi aues sunt tradis: ⁊ terre similes quasi vndose:
non alte nec depresse gregatim volantes: oua dicuntur in
terra facere: ⁊ raro fouere propter qđ vulgus mentit͛ hec a
bufonibus foueri. Sed verum est q̃ modicus calor cũ sole
sufficit fotioni eorum. Exeũtib⁹ autem pullis a matre col-
ligũtur ⁊ sollicite properantur in pastu: que tamen de ouis
ante minus videbatur esse sollicita.

¶ Grus auis est nota in terris omnibus habitans de qua
multa in prehabitis dicta sunt: q̃ videlicet sola propter ter-
restreitatem nigrescit in senectute: propter qđ etiam caro
eius est dura: ⁊ dum comedenda est in estate prius occisa
iaceat in pẽnis per diem: ⁊ in hyeme iaceat per duos dies:
q̃ ex hoc caro efficitur magis tenera: ⁊ hec auis ordine vo-
lat litterato ⁊ alte volat vt quo eundũ est eminus aspiciat:
⁊ ideo exaltantur diu clamando ⁊ girando circũuolant: do-
nec certum sit quo ire petant: longe eniꝫ volantes flatibus
ventorum se cõmittunt raro contra impetum venti nisi fu-
giendo nitentes: duces constituunt ⁊ dux vocat multum vt
omnes conueniant. Lassatis autem quibusdam ad terraꝫ
omnes descendunt vt seinuicem expectent; vbi castrame-
tantur:

cantur: vigiles constituunt: ⁊ decima in ordine custodit excubias: vigilando lapides in pedibus leuant dum vigilāt vt casu lapidis excitetur vigil si obdormit: ⁊ in casu lapidis omnes clamāt quasi increpantes vigiles de somnolentia: alie que dormiunt caput ad dorsum subtus alas recōdunt: ⁊ alternando pedes vno pede se sustentant: ⁊ dum aliquando descendunt ad pastum dux capite leuato cōtinue circūspicit dum alie pascuntur: ⁊ si viderit contrarium clamando alias munit volantes de loco ad locum: lapides ducunt in pedibus quedam ex eis ⁊ quedā harenas glutiūt. Quedam autem lapides vomunt auricalci habentes splendores. His autem omnibus non omnes sed quedam se onerant ne velociores ⁊ leuiores alijs existentes ab alijs celerius volando recedant: ⁊ sic aciem deserant lassate: tamen aliquando lapides proijciunt: ⁊ hoc deprehensuz est a nautis in quorum naues aliquando ceciderunt: he igitur aues seinuicem multum diligunt ⁊ iuuant: vnde rauco ꝓpter clamores duce alius constituitur. Dum autem de loco ad locum volando se per terras transferunt equinoctialez ⁊ vltra ad partes vbi Nilus fluit conueniunt: ⁊ ibi cū pigmeis cubitalibus figuram ⁊ loquelam hominum imitantibꝰ pugnant: qui pigmei etiam equos paruissimos habēt sicut in ante habitis dictum est. Hec auis lusiua est ⁊ derisiua: ⁊ idō etiam syluestris ad vocem hominis clamores suos repsentantis ludit ⁊ tripudiat: lapidem etiam aliquotiens inter oua sua ponit: ⁊ alia plura huic aui conuenientia ex preinductis colligi possunt.

Nota auream Platonis sententiam.

¶ Glutis auis est tarda a lōgitudine lingue sic dicta que cū aues recedunt cyconia ⁊ hirundo ⁊ alie prima euolans nititur abire vt dicunt: sed postea laborem volandi experta retardatur ⁊ vna de postremis efficitur. Est aūt alia quaz cioranctū vocāt: ita ad recedēdum sollicita ꝙ in excubijs etiā alias excitat ⁊ ꝓuocat ad cepti itineris perfectionē.

¶ Gallus auis nota est cristatus faucibus ⁊ capite vngulas in cruribus longas habens ad modum semicirculi curuatis pēnis cauda figurās ⁊ ceteras in collo ⁊ dorso pēnas habet semicirculariter curuas: ⁊ teneras carnes habet duriores q̄z gallina: hec auis pugnax valde est ꝓ gallinis: ⁊ ideo cum plures conueniunt pugnant: ⁊ qui separat coit cuz gallinis ⁊ erigit caput ⁊ caudaz gloriādo de victoria ⁊ alter tabescit de seruitute: aliquādo pugnant taz valde ꝙ mors pugnam finit: hec auis multi est coitus: ⁊ ideo multas implet gallinas ⁊ ad vnum ouum fecundandum multotiens cum eadem coit gallina: ⁊ si multi sunt galli occidūt gallinas nimio coitu: hec auis facile sentit aure mutationes ex motibus solis contingentes: ⁊ ideo cantu horas distinguit ⁊ nocte canens se erigit ⁊ alis percutit ⁊ se excutit vt vigilantius cantet. Gallinis aliquando mortuis tabescit: cum dormit in alto se ponit: ⁊ que petulantior est gallinarum iuxta gallum proximius sedet de nocte. Decrepiti galli carnes teneriores sunt: ⁊ si quid inest viscositatis decoctio ꝯsumit. Et ideo iura gallorum decrepitorum prosunt asmatibus ⁊ defectum cordis patientibus: album gallum leo timere dicit forte propter speciei contrarietatez: vel qa basilisco similis esse dicitur: Qꝫ autem dicunt decrepitum gallum ouū ex se generare: ⁊ hoc in fimo ponere: ⁊ hoc testa carere: sed adeo dure pellis esse ꝙ ictibus fortissimis resistat: ⁊ ꝙ hoc ouum fimi calore fecūdetur in basiliscum qui est serpens in oibus sicut gallus: sed caudam longam serpentis habet: ego non puto esse verum: tamen Hermetis dictum est ⁊ a multꝭ acceptum propter dicentis auctoritatem.

Iura gallorū decrepitorum ꝓsunt asmaticibus.

¶ Gallina auis nota est tardi volatus temperate carnis et leuis vltra modum diligens fetum sue speciei: ita etiam ꝙ acuta voce infirmatur dilectione pullorum: sed nō curat cuius sint oua que fouet: ita ꝙ etiam circa partum aliene speciei sollicitat. Ouat autem multuz ⁊ clamore accedit ad nidum: ⁊ clamore recedit ab eodez: ⁊ si agitetur ⁊ persecutionem patitur: tamen postq̄ȝ securitatē acceperit perficit cantum. Dicitur autem ꝙ illa die cū ouuz fecit a serpente percuti non potest ⁊ caro percussis est medicina. Ouum antē cōpletur in ipsa die vndecima: nec fecundatur per vnicā spermatis mixturam: sed per coitum continuum. Ouant autē aliquando oua venti: ⁊ ex rotundis galli ⁊ oblongis galline generantur: lꝫ huic contrariari videatur Aristo. Oua decē dierum bene fouentur ⁊ paucoruz vsqꝫ ad oua quatriduana. Recentiora vel antiquiora minus valere probātur. In estate in calidis locis. 19. die exeūt: ⁊ i hyeme. 29. die. Oua bona ad fouendum quarto die sanguineas habent venas: ⁊ tunc si ad radium solis clara sunt in acutiori parte nō valent: plena ⁊ fecūda oua mergūtur in aqua ⁊ alia supernatant: multuz nocet si cōmouentur manu: quia vene ⁊ humores per inuersionem corrumpuntur: ⁊ huius signum est: qa quando gallina in occulto ouat omnia oua fecundantur: ⁊ quando manibus hominum tractata sunt plura eorum corrumpuntur. Caput pulli ad acumen oui conuertitur et totum corpus ad residuum: ⁊ pullus nascitur supra pedes sicut ⁊ ceteri pulli auiū pullis exeūtibꝰ. gallina eos sub alas ꝯgregat ⁊ ꝓ eis miluū inuadit: ⁊ alia queqꝫ insurgentia.

¶ Gallina est auis vngulbus cracando victum querens et adinuentum pullos vocans. Faciunt autem quedam galline oua in quibus sunt gemelli: sed alter geminoruz comprimit aliuz: ⁊ aliquando ruptis telis bicorporeus generatur: alia etiam multa de ouis ⁊ gallinis in prehabitis libris dicta sunt. Sed hoc adijciendū est qđ Plinius dicit: ꝙ si inter membra galline aurum minutatim ponatur diuisum membra galline consumunt aurum: ita ꝙ membra galline venenum auri esse videantur. Hoc etiam notanduz ꝙ vitellum oui quod in plenilunio ouatum est sordes lauat a pannis: ⁊ si alio tempore ouatum sit non tergit sordes macularum: ⁊ huius causam dicunt quidam esse: quia media saginata gutta in vitello: prima quidem generatione existens calorem penetrantem ⁊ diuidentem maculas ex multo lumine lune humidum mouente tunc concipit ꝙ in alio tempore facere nequit.

¶ Gallus gallinatius gallus est castratus ⁊ effeminatus: et ideo nec generat nec cantat: ⁊ cum quedam vrticarum genera aspera mortifera sint pullis gallinarum: que etiaz gallina rostro nititur euellere radicitus: tantū aliquando trahendo laborans ꝙ rumpitur interius: tūc gallinatius depilatus pectore ⁊ ventre ⁊ vrticis fricatus: paruulos postea fouet pulliculos tactu suam ad prurientem carnem delectatus: ⁊ cum ita delectatus allectus fuerit semper postea pullos diligit ⁊ fouet ⁊ pascit ⁊ ducit. Et hoc iam expertum vidi ⁊ miratus suz: de gallinatio dicitur ꝙ post sex annos aliquando in epate lapidem electorium nomine gignit: et ex tunc non bibit: ⁊ ideo etiam homo lapidem hunc super se gestans dicit non sitire. Gallinatius carnes habet bonas ⁊ solidiores q̄z galline. Gallinatium autem antiqui paponem: moderni autem caponem vocauerunt.

¶ Gallus syluestris fasianus vocatur auis pulchra valde igneis ⁊ rubentibus pennis: ⁊ interduz viridibus in capite decorata. Sed nec cristam habet in capite nec spiculam in cruribus: cum tamen audax sit valde. Azurini coloris est in collo ⁊ in corpore: ⁊ aliquādo terree ceruleitatꝭ: hec auis fatua est ⁊ facile decipitur. Si eniz pannus albus quadrāgulus inter quatuor virgas vel baculos inde flexibiliter distēsus pictum in se fasianum rubei coloris preferat tātū fasianus miratur picturam ꝙ non aduertens venatorem retrorsum in rhete contruditur: adhuc longe preparatū rhete etiam per modum dictum quadrangulum erigitur ⁊ baculo sustentatur: ita ꝙ leui motu cadere potest: ⁊ in baculo sustentante chorda est sub niue vel folijs ad latibuluz protensa aucupis: ⁊ sub illo rheti cibus auene qui est pabulum fasiani positus: ⁊ super cōgregatos ibi fasianos rhete deijcitur. Capitur autem etiaz laqueis in vijs per quas de sylua vadit ad aquam distensis: hec auis gallinam habet minoris decoris: ⁊ carnes habet teneras valde ⁊ albas valde et temperatas.

¶ Garrulus autem a garrulitate dicta auis est quaz Germani heher vocāt: ⁊ ita picta est coloribus vt nullus ei deesse videatur: in alis tamen versus inferius colorem habet pulcherrimum azurinum: hec auis omnes inclamat ⁊ oiuz voces imitatur: propter ꝙ etiam a quibusdam marcolfus vocatur. In caueis autem detenta etiaz articulatas voces hominuz nōnūq̄ȝ imitatur. Hec auis ex ira aliquādo tātū furit ꝙ seipsam perimit in furcatis lignis suspendendo.

¶ Gracculus est auis nigra coruini generis magno rostro albo vbi coniungitur capiti cadauer non comedens. In altissimis arboribus nidos ciuiliter construens: ita ꝙ in vna arbore multi sunt nidi. Est autem auis clamosa ⁊ precipue tempore coitus ⁊ pulloꝝ: ⁊ pulli eius apti sunt in cibuz quādo cum plumis ⁊ pelle fuerint excoriati.

IBis ibidis auis est que in Egypto iuxta Nilum est varia. In Ethiopia vō est nigra. Est autem auis magna in multis ciconie naturā imitans: sed non est ciconia: quia rostrum lōgum quidem sed aduncum habet: hec autem auis pugnat cum serpente quodam qui etiaz ibis vocatur: ⁊ declinatur ibis ibisibi: quia potest in omne venenosum ⁊ oua serpentis pro desideratissimo cibo fert suis pullis. Et cum aliquando Arabie de Ethiopia aduolant serpentes ibes congregata acie in aere congrediūtur cum eis ibides ⁊ deuorant eos: vnde fit vt oua eius vt caro sint venenosa: hec auis lz aquatica sit aquas non ingreditur: sed iuxta aquam colligit pisciculos ⁊ cadauera relecta: ⁊ alia animalia que inuenit ⁊ maxime serpētes. Hec auis cum constipata fuerit ex ano per rostruz cibos eijcit: ⁊ aliquando clistere sibi faciens aquam maris salsaz in posteriꝰ inijcit: ⁊ sic se laxat. Unde ⁊ Galenus narrat per huiusmodi visa auium ibidum ⁊ ardearum clisteris vsum esse inuentum.

De iniectione clisteris.

¶ Ibor auem dicunt esse orientalium partium fortē ⁊ odiosam equis existere: habet enim hinnitum sicut equus: sed vox eius horribilis ⁊ terribilis ad audiendum: ⁊ illa vocādo eijcit equos a pascuis eo ꝙ herbis pascitur sicut equꝰ. Inuidie autem ⁊ auaritie causa equus eandem auem expellit de pascuis cum pratis insederit.

¶ Incēdula auis est orientis fortis coruini generis pugnās cum bubone: que quia de die clarius videt victo bubone de die deuorat ⁊ frangit oua ipsius. Nocte autem cum preualet videre bubo aggreditur incendulam frangens oua ⁊ dissipās nidum eiꝰ: ⁊ reddens ei ꝙ pro malitia ꝓmeruit.

¶ Irundo auis nota est parua dorso ⁊ alis nigra ventre alba rubea sub gutture: que custodit tempus sui aduentus: ⁊ hanc auem ⁊ murem dicunt esse indomabilia: sed ego vidi sepe domitas ⁊ ad manum volantes sicut aduolant alie aues: artificiose faciunt nidos: bis ouant in anno: quatuor inueniuntur generum: que videlicet in domibus: ⁊ que exterius in muris: ⁊ que in terra super flumina: ⁊ que vocantur marine: muniunt autem domos stipula ⁊ luto: vt firme sint: ⁊ omnes ille que in muris nidificant claudunt nidos preter foramen per quod intrant. Passeres autez aliquādo nidos earum auferentes cum exercitu venientes hirūdines ⁊ portantes lutum in ore claudunt subito ⁊ suffocāt: de hac aue dicitur ꝙ pullis eius oculi perforati recrescunt: ⁊ visum recipiunt: ⁊ si qua macula oritur in oculis pulloꝝ mater per celidonie succum abolet. Sanguis eius de sub dextra ala medetur oculis: sed stercus eius calidūz oculos excecat: carnes comedit: muscis ⁊ apibus insidiatur: volando cibum colligit in aere obuiantem: optimi est volatus ⁊ mali pedis: caudam habens longam bifurcatam. Garrula est ⁊ diem prenuntiando precinit: pulli eius qui in augusto sunt lapidem quem celidonium vocant gestant aliquādo in epate vel stomacho quem ego diuersorum inueni colorum: ⁊ dicitur ꝙ pulli gestantes lapidem hoc signo cognoscuntur ꝙ in nido sedent conuersis ad inuicem vultibus cum alij posteriora ad se conuertant stercora eijciendo ad extremum nidi faciūt: ⁊ alia multa de hirundinibus dicta sunt in prehabitis animalium libris.

Nō ꝺ sanguie dextre ale hirundinis.

¶ Ispida auis est pulchra que Germanice isnogel vocatur. In dorso colorem habet medium inter viridem ⁊ ceruleum cui cum radius solis incidit saphyrini coloris esse videtur. In pectore colorem habet carbonum ardentium: circa aquas volat: pisciculis insidiatur et vermiculis: de hac dicunt ꝙ pellis eius detracta et parieti infixa: mutat pennas annis singulis: sed probaui in quibusdam verum non esse: dicunt etiam auguria sectantes ꝙ hec auis conseruata in thesauris thesauros auget ⁊ abolet paupertatem.

k

Xrij auis est preda viuens bone pullificationis: ⁊ diligenter pullos nutriens non solum suos: sed ⁊ nutrit pullos aquile abiectos tedio nutriēdi.

¶ Karkolix auis est pigra: que nec oua sua fouet nec pullos nutrit: sed oua sua latēter in palumbi nido reponit: ⁊ a palumbis fouentur ⁊ nutriuntur pulli eiꝰ: ouis palumbi prius confractis.

¶ Komor auis est que in anno quinquies vel sexies pullificat et nutrit.

¶ Kytes aues sunt que vociferant vocibus diuersis: ita ꝙ fere quolibet die commutant voces: faciunt autem nidos in arboribus de lana ⁊ pilis: ⁊ ibi nutriunt pullos: ⁊ cū mature sunt glandes: thesauros ciborum de glandibus cōgregant: ⁊ cum pulli perfecti sunt reponunt suos parētes in nidis de quibus exiuerunt ne amplius laborent: ⁊ cibant eos in nidis illis pietate naturali.

LArus auis est de genere milui taz in aqua natans pro preda q̄z in aere volans.

¶ Lucidie aues sunt pēnas habentes noctilucas: ⁊ ideo porrectis pēnis vias demōstrāt: ⁊ ideo nomen hoc acceperunt.

¶ Lutinia est auis longe noctis tedia cuz oua fouet dulcibus cantibus reuelans: ⁊ cantu diem nuntians ⁊ cantu oua viuificās in partibꝰ his philomena eē credit.

¶ Linachos auem dicit Aristo. que filios ante completiōez pennarum percutit: ⁊ cogit videre solem in rota: ⁊ si quoꝝ oculi lachrymantur illos abijcit ⁊ pascit alios. Est aūt auis rapax in littore maris habitans: ⁊ ibi venatur aues in mari natantes que videntes linachum submergūt se sub aqs ex timore: sed illa obsidens aque superficiem cogit eas natare: ⁊ tūc qa pēnis subuecte natant accipit eas ⁊ defert.

¶ Ligepus auis est ꝭm suum nomen leporinos habens pedes: ⁊ villum habet pro plumis ⁊ male volat: ⁊ ideo in specubus sub terra viuit que quādo pro preda aliquando ꝓsilit statim capta preda ad antrū tendit ⁊ comedit: hec auis non domesticatur ⁊ capta moritur ⁊ citissime putrescit propter sue complexionis maliciam.

MIluus auis est nota magnitudinis accipitris ruffa pennis aduncorum vnguiuz: ⁊ rostro viribus: ⁊ audacia destituta: nisi ꝙ pulliculis domesticis insidiatur: hec auis guttosa est: ⁊ podagram patitur: ⁊ ideo timida est ⁊ ꝓpter hoc latet aliquando: circa macellos insidiatur carnibus: ⁊ cadauera obseruat: circa solstitia latet frequentiꝰ: quia tunc magis est podagricus ⁊ guttosus.

¶ Magnales aues sunt orientis valde magne pedibus nigris: ⁊ rostro hominibus non nocentes: piscibus in fluminibus ⁊ stagnis ⁊ alijs aquis insidiantur ⁊ illos comedūt.

¶ Melanchorisus sic dicta est: quia mortificat. Auis est: vt dicit Plinius quantitate parua ⁊ fecunditate magna: naz vltra viginti oua fouet ⁊ omnes educit filios: ⁊ ita diligenter pascit ꝙ in nidis pinguissimi sunt: ⁊ cum a nido auolāt per turmas matrem sequuntur: nec ipsa deserit eos donec per seipsos ad procurationem cibi sufficiant.

¶ Morfex auis est aquatica que scolucherez vocatur: nigra est ⁊ rostrum habet serratile ⁊ forte: ⁊ vngues fortes ⁊ mergitur sub aqua: ⁊ capit pisces magnos: ⁊ precipue anguillas: ⁊ gregatim nidificat in arboribus iuxta aquam: et pascit pullos piscibus: ⁊ sunt voraces: ⁊ dicit̄ de eis ꝙ quādo auolare debent a nido si se sentiunt nimis grauari cibis de nouo sumptis euomunt eos: vt leues fugiendo volare possint: ⁊ qui non euomunt aliquando pereūt. Stercus autem huius auis siccat arbores in quoꝝ ramis cadit. Hec auis saturata expandit alas ad solem insidens palis ⁊ arboribus vt siccent: ⁊ quando incipit volare vix eleuatur: ⁊ caudam diu in aqua ducit: vnde ⁊ a quibusdam humiduculus vocatur.

¶ Menonides quedam vocantur aues a loco ab Egyptijs sic vocatas. Caternatim enim ab Egypto volant ad illuz: ad sepulchruz Menonis Pithagorici Ubi semper in qnto anno: ⁊ cum biduo ibi circūuolauerūt decimo die pugnā ineunt et se rostris et vnguibus lacerant: ⁊ tunc reuertuntur in Egyptum.

¶ Meance

¶ Meance aues ab imitatione vocis sic dicte: sunt autem anatibus maiores: ⁊ sunt meance breui collo ⁊ breuib9 pedib9: coloris cinerei: oculis glaucis: rostro ex parte croceo: ⁊ ex parte rubeo semper clamans meanca cadaueribus cupidissima ⁊ precipue hominuz: vnde ⁊ gaudet in tempestate: insidiatur tamen etiaz paruis animalibus: ab istis auibus etiã multe alie aues apud marinos meance vocanṫ.

¶ Meristiones aues sunt parue rapaces: tamen ⁊ aliquid habent de falconum natura: socialiter eniz volant ad predam: ⁊ aliquando quatuor docentur ꝙ spe auxilij hominis cygnum prosternunt: ⁊ tunc vnus capiti: duo autez alis insidentes: ⁊ vnus pectus oppugnans cygnum opprimendo deijciunt vt ab aucupe capiatur. Quando autez syluestres sunt paruarum auium sunt insecutrices. Sunt autez in colore ⁊ figura sicut merule: excepto ꝙ pedes vngues ⁊ rostrũ habent aduncos ad capiendum.

¶ Muscicape aues sunt sic dicte quia muscas capiunt quibus solis ⁊ vermiculis vescuntur. Auis est maior turture vel columba colore pẽnarum sicut lanarius: piger in volatu: pedes ⁊ rostrum habens sicut hirundo: rictum oris taz magnum habens: ꝙ rictu multas ambit muscas in os suũ gratia humoris insidentes.

¶ Merops est auis de picorum genere: cuius garritum augures multum obseruant ⁊ aliquantulum viridis: ⁊ ideo picus viridis vocatur: habet tamen etiam dorso aliquantuluz coloris tyani: in pectore subrutilus est ⁊ in ventre pallet caliditate naturali. Fodit autem in terra ad altitudinẽ sex pedum: ⁊ ibi nidum construit: et pullos vsq3 ad perfectionem nutrit.

¶ Merulam sic vocatam quidam dicunt: eo ꝙ antiquitus modula vocaretur quasi modulos ⁊ melos edens. Unde dicunt quidam merulam arte fuisse doctam ꝙ nouem modos vocum quibus omnis cantilena componitur adeo bene modulabatur ꝙ a nullo hominum perfecte potuit imitari: ⁊ quasi glorians in hoc auis illa sepe in presentia hominum per ordinem notas formabat. Quidam autem dicũt merulã dictam: quia meyr hoc est solitaria volat: hec verno tempore canit: hyeme balbutit: auis nigra est aliquantulum: fusca in pectore: clausa ergastulis propter pinguedinem diutius cantat: ⁊ tunc contra naturam carnibus vescitur: ⁊ propter eas libentius cantat: hec contra consuetudinem auium non mutat pẽnas: sed rostrum ⁊ pedes crocei habet coloris ⁊ multum nitentis: ⁊ cum vbiq3 nigra sit in Achaie partibus est candida. Est autem quoddam merularum genus: qđ caprimulgus vocatur: eo ꝙ stabula ingreditur ⁊ capras suggit: ⁊ ex hoc capre vbera sterilia: ⁊ oculos cecos acquirunt sicut in ante habitis huius libri diximus. Romani etiam passerem solitarium meruluz stercorosuz vocant: quia habitat in latrinis antiquis ⁊ rimosis: sed de hoc inferius prosequemur.

¶ Monedula quasi monetam tollens vel diligens dicta est auis nigra in superiori capitis aliquantulum in nigredinẽ vergens: ⁊ in cinereitatem nitentem: auis est grata; ⁊ quicquid monete auri vel argenti inuenit tollit ⁊ abscondit: voces imitatur humanas: quando in pullo docta fuerit. In matutino autem voces has deuotius discit sicut ⁊ omnis alia auis: pedes nigros habet: ⁊ gaudet si fricetur in capite: ⁊ ideo ẽt carnes ei9 comeste pruritũ capitis inducunt.

¶ Mergus non tam species auis est q̃3 genus: multas habens species: aues tamen qui vt in pluribus mergi vocantur varie sunt vt pice: figuram in quantitate rostro ⁊ pedibus habentes anatum: aerem spirando capiũt: ⁊ ideo diutius sub aquis esse non possunt q̃3 spiritum valent retinere: hui9 auis pulli adeo sunt validi: ꝙ statiz vt de ouo exierint sine matre se valent nutrire. Dicitur ꝙ he aues tempore tempestatis ad littorum tuta se conferunt: ⁊ sic prenunciant tempestates.

NIsus auis est que ⁊ speruerius vocatur: accipitre multo minor: s3 colore similis: a nisu hoc est conamie prede sic vocatur: quia nititur capere aues se fortiores sicut columbam anatez ⁊ corniculam: hec auis sola preda socijs dedignans: ⁊ expertus sum ꝙ si duo sunt aue dimissa vnus inuadit alium: dicitur autem ꝙ auem hyeme tenet viuam sub pedibus propter calorem: ⁊ in mane memor beneficij viuum abire permittit: sed non sum expert9. De nutritiua autem huius auis in ante habitis determinatum est.

¶ Noctua est nycticorax vt quidam falso mentiunṫ: noctua enim auis est varia crura habens plumosa: caput ingens: rostrum curuum maior q̃3 nisus: propter glaucedinem oculorum solem non sustinens: sed nocte volãs: ⁊ mures ⁊ brucos capiẽs: si de die apparuerit ab auibus alijs deplumatur: sed illa resupinata dorso ⁊ rostro ⁊ vnguibus se defendit quã propter similitudinem generis iuuat accipiter si ꝓpe fuerit. Uarietas autem noctue vergit in alborem et est vocis rauce.

¶ Nycticorax autem est coruus noctis nigre varietatis cuius vox est eho: ⁊ quando vocat regyrat se conuertendo in aere: ⁊ est minor q̃3 noctua ⁊ eiusdem venationis ⁊ consuetudinis: ⁊ est lucifuga auis sicut ⁊ noctua.

¶ Nepa est auis longi rostri: in dorso colorem habet perdicis ⁊ in ventre nisi. Rostrum autem molli infigit luto: ⁊ cibum vermium requirit: ⁊ si aliquando profundius defixo rostro heserit pedibus lutum eruens se liberat: hec in die quiescit ⁊ in aurora ⁊ crepusculo volat: ⁊ ideo tunc in altum eleuatis rhetibus capitur: ⁊ habet carnes dulces ad comedendũ: hanc ficedulam quidam vocauerunt.

ONocratulus auis est rapax longo rostro qđ in aquam vel terre lutum ponit ⁊ infigit: ⁊ quasi cornu sonans horribilem vocẽ emittit: ⁊ sunt duo genera: aquaticum ⁊ syluestre ⁊ vtrũq3 soluz inter aues splene caret: felliculos magnos in gutture habet in quibus cibum mollificando primo immittit: ⁊ postea ad stomachum vt digeratur transmittit: alia cibi receptacula non habet: et ideo aquis viuere dicitur.

¶ Othus auis est bubone minor: ⁊ noctua maior ⁊ figuram habens bubonis: ⁊ ideo a multis bubo vocatur: nocte volat muribus insidiatur: aures habere videtur: pennis eleuatis ad modum aurium: clamor eius est hubu: ac si homo vocet confectus frigore: hec ⁊ alie noctis aues ab auguribus quando importune clamores multiplicant dicuntur mortes prenuntiare.

¶ Osina auis est alba cygno maior vel equalis: quaz nostri quidam volinarum vocant. Rostrum autem habet valde longum ⁊ forte ⁊ saccum magnum ex rostri inferiori parte ante pectus pendentem in quo cibos piscium congerit donec paulatim glutiendo digerat: in aquis amplis ⁊ piscosis habitat: euacuat etiam si copiam piscium habeant.

¶ Oryoli aues sunt a tono vocis vulgariter sic vocati: vt dicit Plinius. Coloris autem sunt aurei nisi ꝙ in alijs crocea quadam distinguuntur varietate: ⁊ sunt de picorum generibus: ⁊ apud Germanos veidevuali vocãtur: he aues de lanis ⁊ lanugine ita artificiose nidum construunt vt hureti artem videantur imitari: ⁊ chordis suspendunt ad extrema minuta ramorũ arborum: ita ꝙ in aere videnṫ dependere: ⁊ per omnia nidus figurã habet testiculoꝝ arietũ: ⁊ facit ibi cãnalem in qua est porta introitus sui.

PEllicanus auis est a pelle cana sic vocatus eo ꝙ canas habeat pennas: habitare dicitur in Egypto iuxta Nilum: ⁊ duo dicuntur esse pellicanorum genera: vnum aquaticum qđ piscibus: alterum terrestre quod serpẽtibus ⁊ vermibus viuit: ⁊ dicitur delectari lacte cocodrillorum ꝙ cocodrillus spargit super lutum paludum: vnde ⁊ pellicanus sequitur cocodrillum. De hac aue dicũt ꝙ pullos sibi infestos interficit ⁊ deplanctos aliquãdiu sanguine quem de pectore morsu elicit reuocat ad vitam: ⁊ eodẽ modo viuificat eos a serpentis morsu qui pullis isidiatur: intereunt ⁊ de vulnere ⁊ sanguine virium debilitatur tãtũ ꝙ in nido remanet: ⁊ pulli pro sua ⁊ matris cibatione exire cõpelluntur. Et si qui sunt qui aut propter inertiam: aut propter impietatem quã in matrem habent cibare matrez nolunt: hos cuz voluerit abijcit ⁊ prouidentes sibi se sequi ꝑmittit. Hec autem potius in hystorijs legũtur q̃3 sint expe-

rimento per philosophiam probata.
¶ Porfirion auis est vt dicunt quidam exterarum regionũ
vnum pedem habens anserinum ad natandum: ⁊ aliuz di/
uisis digitis vt auis terrestris: hec auis sola hꝫ inter alias
ꝙ pede aquam hauriens bibit: ⁊ pede cibum in os ponit: ⁊
oportet ipsam in omni bolo bibere: quia aliter sibi cib⁹ p/
pter appetitus debilitatem non descenderet. Meliores in
his auibus sunt: que rostrum habent magnũ ⁊ crura lõga:
hec etiam ab hystorijs sunt accepta potius q̃ꝫ ꝓbata.
¶ Pauo auis est nota paruo capite: ⁊ quasi serpentino ⁊ lon
gis pẽnis coronato: longo collo saphyrino: sed ruso capite:
pectus etiam saphyrinuz habens ⁊ lucens: alas habet ru/
fas: dorsum cinereum ad ruborem declinans. Caudaꝫ ma
sculus habet longam pẽnis plumosis: ⁊ in fine pẽnaruz ha/
bet orbes ex viridi quasi crisoliti splendore ⁊ auri ⁊ saphy/
ri coloribus distinctas: inueniuntur etiaꝫ in locis humidis
⁊ frigidis albi pauones dictos colores quasi per pannum
album preferentes.
¶ Gallina autem pauonis de decore pauonis nõ habet nisi
coronam capitis: ⁊ aliquid in collo de colore saphyri: et in
ceteris est fuscam habens rufedinem ⁊ terrestreꝫ: incessus
pauonis simplex ⁊ mollis est: vox sonora ⁊ terribilis: ⁊ au/
dita fugat serpentes quos inuẽtos pauo comedit: hec auis
in pulchritudine gaudet: ⁊ in concupiscentia in vere maxi/
me caudam distendẽs erigit: ⁊ si gallina sibi appropinqua/
uerit cuꝫ pennis sonat ex concupiscentia: ac si vento suffle/
tur: oua tertio anno facit: ⁊ tunc decorem induit: ⁊ ter ouat
in anno: ⁊ oua eius nisi molli stramento excipiantur fran/
gũtur de facili: paua oua a pauone occultat: quia nimio de
siderio fouendi pauo oua occultat ⁊ frangit. Cuꝫ aspicitur
ad solem decorem ostendit: ⁊ alio tempore occultat quan/
tum poterit. Nocte clamare dicitur: eo ꝙ decorem non vi/
dens perdidisse se pulchritudineꝫ opinatur. Carnes hꝫ al/
bas ⁊ duras ⁊ diu durantes sine putrefactione: pulli pauo/
nis si in frigore per totũ humidi fiant moriuntur.
¶ Perdix auis est nota que coloris est rufi nigris interpi/
ctis longis maculis. Est autem dicta perdix a sono vocis:
⁊ a perditione quã patitur. Fraudulenta enim auis existẽs
aliena rapit oua ⁊ fouet: sed spe frustratur: qa dum pulli p/
priam nutricem vocantem audierint: perdicem relinquũt
labore vacuam: ⁊ ad naturalem reuertuntur genitricẽ: hec
auis in condensis spinarum nidum facit: ⁊ duꝫ aliquis ni/
do vel pullis appropinquauerit debilem volatu ⁊ cursu se
obijcit: vt dum ille matrem insequitur lõgius a nido ⁊ pul/
lis abstrahatur: ⁊ tunc etiam mater auolat deceptuꝫ relin/
quens: ⁊ hoc faciũt multe aues ⁊ parue ⁊ magne: pulli etiaꝫ
glebulis in pedibus apprehensis sub ipsis abscõdunt: per/
dicem ⁊ gallinam ⁊ pauonem ⁊ anserem quidam mendo/
se dicunt concipere sine coitu: quia libidinem sentientes se
adinuicem conuertunt ⁊ confricando mares ad coeunduꝫ
excitant sicut ⁊ columbe: coeunt enim ⁊ semẽ inferius sicut
alie aues recipiunt: ⁊ hoc habent ꝙ fetent coitus tempore
propter calorem concupiscentie: qui laxat anum in eis per
quem semen recipiunt in viam matricis: cuius os ad anũ
deriuatur in omnibus que non mingunt. In his autẽ que
mingũt deriuatur ad os vesice: perdices tempore quo non
coeunt caudas adinuicem conuertunt ⁊ sunt multi sterco/
ris: ⁊ ideo dicit Plinius ꝙ non pinguescunt. Caro perdi/
cis est temperata multum ⁊ delectabilis. Dicit autem sicci
esse cerebri ⁊ ob hoc obliuiosa ⁊ nidi proprij obliuiscens: sꝫ
hoc falsum est: ⁊ non phice dictum: quia memoria sicco cõ/
fortatur: perdix etiam que ad nidum reuertitur ostendit
ꝙ nidi sui recordatur.

In oib⁹ q̃ nõ mingũt os ma/ tricis deriuat ad anum.

¶ Platea auis est vt Plinius dicit: que auibus illis que in
mari piscibus viuunt aduolat: ⁊ capita eorum mordens et
nens compellit vt predam captam euomendo sibi tribuãt:
hec aliquando conchilibus se replens cum se testis graua/
ri sentit rursum euomit: ⁊ tunc conchas reijciens ostreum
qḋ intus latet comedit.
¶ Pluuiales dicuntur esse aues solo aere viuentes: cum ta
men sint valde pingues. Sed hoc iam a nobis improbatuꝫ
est: quia aer non est elementum incorporabile per nutrimẽ
tum. Qui autem hoc ideo dicũt: ꝙ in ventribus haꝝ auiũ
nihil inuenitur non sufficienti crediderunt signo: hui⁹ enĩ
causa est quia non habent aliud intestinum nisi ieiunuꝫ in
quo nũquã aliquid inueniť: ⁊ hoc conuenit multis anima/
libus: ⁊ causam huius nos in ante habitis huius libri red/
didimus: he aues dicuntur capi dum plumbate sagitte vl/
tra eas in aere proijciuntur: tunc enim timentes in imo vo
lant: ⁊ in rhetia cadunt tensa iuxta terram.
¶ Pica auis est nota varia ex albo ⁊ nigro colore. Sꝫ in cau
da niger color splendescit in viridẽ cũ saphyrino permixtũ:
hec auis nidũ exterius spinatuꝫ facit ⁊ tegit: ⁊ duo forami/
na in oppositis laterib⁹ in nido ad intrandum ⁊ exeũdũ cõ/
struit: ⁊ frequenter duos habet nidos: vt aspicientes deci/
piat ⁊ dubitare faciat in quo oua habeat. Dicitur ꝙ hec
auis oua sub digitis pedum aliquando de nido ad nidum
ducit. Est autem vt in ante habitis diximus auis derisiua
cuius pulli excoriati ⁊ comesti visum dicũtur acuere. In p̃/
habitis aũt libris multa de hac aue sunt tradita.
¶ Picus non species est auis sed genus: quidã enim est ma
rinus: ⁊ quidam syluestris. Vterqꝫ autem cauat cortices ar
borum pabulum subesse putans: ⁊ omne genus pici habet
hoc ꝙ foramen obstructũ: herba quideꝫ aperit quã adhuc
nosse nullus se dixit: cui⁹ dicta ad nos deuenerint: hec auis
in petris non sedet ne acumina vnguium rescindat: ⁊ cum
multa sint hui⁹ auis genera ille est speciosior picus qui ru/
fus est in vertice: in pectore croceus: in collo viridis: in alis
ceruleus: ⁊ in cauda corruscus: quidã tamen nigri sunt val/
de magni: hec auis aliquãdo loquitur valde perfecte. Vñ
quidam versificando dixit de pico.
Parua loquax volucris diuum te voce saluto.
Si me non videris esse negabis auem.
¶ Passer est auis pua nota cinerea existens ⁊ calida: ⁊ ideo
gulosa: ordeum libentius q̃ꝫ alium comedens cibum ⁊ cor/
ticem celeriter a grano distinguens: ⁊ si aliquando gulosi/
tate victus paleam cũ grano sumpserit strãgulatur. Mul/
ti est valde coitus ⁊ generationis: ita ꝙ in vna hora forte
vigesies coit: ⁊ caro eius ad libidinem incendit: ⁊ constipa
tionem inducit: calida enim est ⁊ sicca: ⁊ ideo parum passer
impinguatur: ⁊ est auis mobilis propter humidi consum/
ptionem superflui: mares passeres guttulis nigris ⁊ albis
distinguũtur: ⁊ parum viuunt propter coitũ ⁊ mobilitatem
que exiccant in eis humidum vitale: femine vo vbiqꝫ sunt
coloris cinerei ⁊ diutius viuũt: hanc auem dicunt pati epi/
lepsiam propter semen iusquiami qḋ comedit. Est autem
duorum generum: vnum griseuꝫ in capite maius: ⁊ hoc in
tectis nidificat ⁊ habitat: ⁊ aliud minus rubeum in verti/
ce: ⁊ hoc nidum facit in concauitatibus arborum.
¶ Passer solitarius auis est nigra merula minor: ⁊ est auis
musica: ⁊ dicitur solitarius: qa cum nullo sui generis vnq̃ꝫ
congregatur nisi tempore generationis. Habitat aũt in pa
rietib⁹: ⁊ cũ alijs passeribus seiungit: ⁊ cuꝫ eis volat ad pa/
stum eos qui de sua sunt generatiõe omnino despiciens.
¶ Philomena auis est parua nota dicta a philos ⁊ menos:
qḋ dulce sonat quia amat cantus dulces: vel dicitur a phi/
los ⁊ mene: qa cum alia cõtendit cantu: potius vitã q̃ꝫ can/
tum victa deponat: parua est corpore: sed magna spirit⁹ vo
cacitate: hoc est quia mirabilem modulatum ⁊ multiplicẽ
edit sonum: qui nunc continuo spiritu trahitur in longum:
nunc variatur: quasi spiritu vocis inflere: nũc distinguitur
sono conciso: ⁊ nũc copulatur quasi spiritu retorto: ⁊ est ple/
nus grauis acutus creber extensus exaltat⁹ ⁊ depressus oĩa
fere representans musicorũ instrumenta. De hac aue exp/
tus sum ꝙ aduolat ad cantantes si bene cantant: ⁊ dũ can/
tant auscultat tacẽs: ⁊ postea quasi vincere nitens recantat
⁊ respondet: ⁊ hoc modo etiam seipsas inuicem prouocant
ad cantandũ: de hac aue Plini⁹ falsuꝫ dicit: ꝙ videlicet ꝙ
postq̃ꝫ coierit deponat vocem ⁊ mutet colorem: qa nos se/
pe vidimus eam canentem dũ adhuc sederet in ouis.

Contra Plinium.

¶ Psitacus est auis viridis tota torque aliquãtulũ coloris
aurei: in India sunt ⁊ in Arabia: ⁊ in desertis calidoruꝫ cli
matũ in quib⁹ parum pluit inueniũtur: lingue est late ⁊ lon/
ge: ⁊ ideo optime format voces articulatas: quãdo a iuuẽ/
tute didicerit: rostrũ habet curuũ ⁊ fortissimũ: ita ꝙ in lapi
dem cũ ipso impingat ⁊ se rostro q̃si fundamento excipiat:
in capite

in capite etiam multũ valet: ⁊ cũ disciplinaꝛ in capite claui/
cula ferrea percutiꝛ: pede in comedẽdo pro manu vtiꝛ: ⁊ dũ
bibit pedibꝰ suspẽsus caudã in altũ: ⁊ caput inferiꝰ ad aquã
porrigit: q̄a caudã multũ custodit: ⁊ eã sepe rostro cõponit:
aquã pluuie nõ sustinet: ſꝫ alias aq̃s bibit ⁊ sustinet: ⁊ ideo
in montibꝰ gelboe in q̄bꝰ raro pluit nidificare diciꝛ. Amat
hec auis loqui cũ pueris: ⁊ ab illis omnis auis faciliꝰ loqui
addiscit. Vox eiꝰ n̄alis est valde sonora: ⁊ adeo perfecte lo
quiꝛ ꝙ siq̄s non videat auem hominem esse opineꝛ.

Strutio auis est in desertis Libye: que tñ se/
piꝰ in nostris vise sũt partibꝰ. Juuenis est cine
rea ⁊ tota bñ pẽnata: pẽnis tñ plumalibꝰ non
fortibꝰ exñtibꝰ: secũdo anno ⁊ deinceps paula
tim in coxis ⁊ collo ⁊ capite: pẽnas oĩno ꝑdit
denudato corpore: sed dura pelle ꝓtegiꝛ a fri/
gore: ⁊ pẽne dorsi nigerrime ⁊ sicut lana efficiunꝛ: coxas hꝫ
magnas valde: ⁊ crura carnosa pellis albe: ⁊ digitos in pe/
de sicut camellus: ⁊ ideo cameleon a q̄buſdã grecis vocaꝛ:
ab alijs aũt asida. Est aũt alta a pedibꝰ ad dorsuꝫ forte ad
quinque vel sex pedes: sed collũ hꝫ lõgissimũ: ⁊ caput anse/
rinũ: ⁊ rostrũ respectu sui corporis valde paruum. De hac
aue diciꝛ ꝙ ferrũ comedat ⁊ digerat: sed ego nõ suꝫ hoc ex/
pertꝰ: q̄a ferrũ a me pluribꝰ strutionibꝰ obiectũ comedẽ no/
luerũt. Sꝫ ossa magna ad breues partes trũcata: ⁊ lapides
auide comederũt: hec auis diciꝛ esse stolida ⁊ volare nõ po
test: sed alis extẽsis aliq̃ꝫtulũ citat cursum. Spicula q̃dã hꝫ
in cubitis interioribꝰ alaꝝ q̄bꝰ ferit eos q̄bꝰ insilit: hec auis
mẽse Julio ouat ⁊ oua in sabulo abscondit que calore solis
egrediunꝛ sicut ⁊ alia multa oua aĩaliũ: ⁊ ideo ad ea non re
uertiꝛ: q̄a nudo corpore ea fouere non possit. Aliq̃ñ aũt cu/
stodit ea ⁊ respicit ad locũ in quo iacẽt: ⁊ ideo rumor falsus
exiuit ꝙ visu ea foueat. Hec sꝛ que vidi de strutiõe q̃ nõ tã
auis q̃ꝫ mediũ inter gressibile ⁊ volatile eẽ mihi videꝛ.

¶ Strix auis est nocturna de qua meminit Lucanꝰ dicẽs ꝙ
Tepidus bubo ꝙ strix nocturna queruntꝛ: hec auis a vulgo
ãma ab amando vocatur eo ꝙ pullos amet: ⁊ sicut diciꝛ so
la inter aues pullis humorem lacteum instillat.

¶ Sturnus auis est nota nigra aliq̃ꝫtuluꝫ cinereitate palle/
scens respersa: ⁊ est late ligue ⁊ perfectissime loquiꝛ: grega/
tim volat ⁊ cõpresse q̄si ad aciei centrũ ꝓpter timorẽ accipi/
tris cõtendẽtis: accipitrẽ eni superiꝰ vel a latere accedẽtem
alis euẽtant: ⁊ subtus volãteꝫ stercoribꝰ opprimũt: in hare/
nis ⁊ paludibus assidue sedent: ⁊ cum armentis vaccarum
etiam sunt propter pascua que de stercoribus colliguntur:
carnes habet siccas ⁊ sapidas.

Turtur auis est nota pudicitiã amans cinerei
coloris: ſꝫ in dorso supsparsa est colore rufo in
supficie pẽnaꝝ: boni valde est volatꝰ: ⁊ ẽt bo/
ni pedis: de hac diciꝛ ꝙ post primũ cõiugeꝫ se
cũdũ nescit: bis pullificat in vere ⁊ educit pul/
los: ter ẽt ouat si oua ꝑma vel secũda subtra/
hunꝛ: ⁊ in hoc cõuenit cũ palũbis: ⁊ in hyemis asperitate la
tet: ⁊ dicũt q̄dã ꝙ deplumata iacet in cõcauis rimaꝝ: ⁊ idẽ
dicũt de ceteris auibꝰ: sed hoc nõ est ꝓbatũ. Signũ tñ huiꝰ
eẽ dicũt ꝙ aues latẽtes se mutare nõ inueniunꝛ: ſꝫ hoc nõ est
sufficiẽs signũ: q̄a aues dupl̃r se mutãt: quedã eni siꝛ in cõti
nuo vno tẽpore pẽnas exuũt sicut accipitres: quedã faciunt
hoc successiue sicut pica ⁊ coruus. Carnes habet siccas ⁊ ca
lidas: innocẽtior inter aues inueniꝛ ⁊ patiẽtissima: sono au
tem vocis turtur est vocata: ⁊ gemit pro cantu sicut ⁊ cete/
ra genera colũbaꝝ: aduẽtu suo vernũ tp̃s prenũtiat.

¶ Tregopales auis est vt dicit Plinius in Ethiopia caput
hñs vt fenix excepto ꝙ cornua habet arietis: ⁊ omnes aues
aduersas cornuum feritate deponit. In ceteris autem mẽ/
bris ferruginei est coloris.

Contra Plinium.

¶ Turdus auis est cinerei coloris: nõ magna corpe ⁊ nidifi/
cans luto in arboribus infra decem dies postq̃ꝫ oua conce/
pit parit ⁊ fouet: sedet in glebis agrorum sabbatizantiuꝫ: ⁊
est boni saporis caro eius.

¶ Turdella est auis musica q̃ꝫtitateꝫ ⁊ fere colorẽ turdi ꝑfe/
rens: que vulgo droschele vocatur: canẽs in vere: ⁊ est mul
tiplicis vocis ⁊ bone ⁊ apte carnis ad comedendũ: ⁊ est co
loris cinerei declinans in pectore ad varietatem croceaꝫ et
domesticatur valde bene.

Vespertilio dicta est q̄si vespe alis vtens: eo ꝙ
vespere volat: ⁊ est q̄si volãs mus: caput enim
hꝫ muris: ſꝫ est ẽt ĩ figura capitꝫ canis: ⁊ aliq̃ñ
inueniꝛ cũ q̃tuor auribꝰ: dẽtes hꝫ serrales non
vt mus in quo duales añriores sũt valde lõgi:
ſꝫ potiꝰ vt canis qui caninos dẽtes lõgos hꝫ: ⁊
imitaꝛ voce exili gronitũ ⁊ latratũ canuꝫ potiꝰ q̃ꝫ sibila mu/
riũ. Corpꝰ hꝫ pilosuꝫ fuluo pilo: alas hꝫ mẽbranales: ⁊ ĩ cu/
bitis alaꝝ hꝫ vnũ digitũ cum vngula acuta qua tenet se qñ
heret parietibꝰ: caudã hꝫ valde latã mẽbranalẽ: ⁊ in cauda
est figura duoꝝ pedũ cũ q̄nque digitis: ⁊ acutis vngulis q̄/
bus ĩferiꝰ se tenet quãdo heret parietibꝰ: nõ eni hꝫ statũ vꝛ
sessionẽ: sicut alia aĩalia: sed cũ nõ volat aut suspẽdiꝛ in pa/
rietibꝰ ⁊ rimis vmbrosis: aut latet in cauernis. Cibꝰ eiꝰ est
musce ⁊ culices: ⁊ hũc querit nocte volãs. Comedit aũt et
carnes: ⁊ ideo in bachonibꝰ suspẽsis dãna infert: in calidis
climatibꝰ efficiꝛ maior q̃ꝫ in frigidis: vñ ⁊ in epistola Alexã
dri diciꝛ ꝙ in India sũt sicut colũbe: ⁊ cadũt in facies ho/
minũ vulnerãdo eos: ⁊ mẽbra aliq̃ñ auferẽtes. Sanguineꝫ
vespertiliõis cũ carduo mixtũ dicit Piniꝰ precipuũ esse re
mediũ cõtra ictus serpẽtũ. Auic. dicit. vnguẽtũ de piguedi/
ne vespertilionis restringere exuberantiã vbeꝝ puellarum
si eo ante ortum vberuꝫ: ⁊ in ortu continue vse fuerint vsq̃ꝫ
ad etatem in qua stant vbera.

¶ Vanelli aues sunt que a quibusdaꝫ symphalides dicunꝛ
capite cristate sicut pauo: collo viridi ⁊ lucenti: corpore resi/
duo vario: hec auis statim in hominem etiam longe positũ
a nido viderit egressa de nido inclamat: ⁊ sic clamore nidũ
prodit: est autem magnitudinis columbe.

¶ Vlula auis est ab vlulatu ⁊ prolatu queꝫ in voce imitaꝛ sic
vocata: ⁊ illa s̄m augures clamãs tristitiam: tacens autẽ ⁊
contra dexteram sedẽs alte vel ad dexteraꝫ volans ⁊ tacẽs
prosperitatem denuntiat: ⁊ est auis lucifuga.

¶ Vpupa auis est nota dormiẽs in hyeme sicꝰ ⁊ vespٕtilio: ga
leã de pelle hꝫ in capite: toto alio corpore varia ⁊ pulchra: ĩ
hyeme latẽs muta: ⁊ in vere vniꝰ vocis clamosa: hec auis ⁊
de stercore hoĩs nidũ struit: ⁊ ideo iuuenis fetet: postq̃ꝫ pul
los cõpleuerit in eodẽ nido plumas cõmutãs exuit: ⁊ iteriꝫ
a pullis aliꝛ: diciꝛ ꝙ in senectute cecaꝛ: sed a pullis q̃dã her
ba sibi nota oculi eiꝰ punguntꝛ ⁊ visuꝫ recuperat: timpora ĩ/
uncta sanguine vpupe quando dormiendũ est faciũt terri/
bilia videri somnia: vpupam etiam ⁊ vpupe membra ⁊ p̃ci
pue cerebrum ⁊ linguam ⁊ cor multum querunt incantato/
res: sed nos hic de hoc non intendimus: est enim alteriꝰ sci
entie hoc proprium inuestigare.

¶ Vultur auis est nota valde magna: sed grauis: ⁊ ideo tri
bus saltibꝰ vel pluribꝰ vix a terra eleuaꝛ: ⁊ ideo anteq̃ꝫ ele/
ueꝛ frequẽter capiꝛ. Ego eni ipse insequẽdo cepi vnũ: ſꝫ de
cadauere multũ comederat: ⁊ ꝓpter eãdẽ grauitatẽ libẽtiꝰ
in terra sedet q̃ꝫ in arbore nisi timeat: ꝓpter qꝺ ab antiq̄s
grapides vocabaꝛ: hec auis a meridie vsq̃ꝫ ad noctem ve/
naꝛ: ⁊ a mane quiescit vsq̃ꝫ ad meridiem: cũ a terra se eleua
uerit bene ⁊ alte volat: ⁊ ideo vt dicunt q̄dam ꝙ a volando
vultur vocaꝛ. Alij aũt ꝙ a volũtate cupida quã hꝫ alte vo/
lat: de lõge cõtemplatur ⁊ olfatu prepollẽs ad multa terraꝝ
spatia sentit nidorem carniũ ⁊ cadaueꝝ. Qꝺ aũt Plinius et
alij q̄dã dicunt ꝙ nemo vidit nidos vultuꝝ: ⁊ ideo ex ad/
uerso orbe venire putanꝛ in terra nr̃a falsuꝫ est: q̄a in mon/
tibꝰ qui sũt iter ciuitatẽ Vuangionũ que nunc Vuormatia
vocaꝛ ⁊ Treuerim singulis annis nidificãt vultures: ita ꝙ
terra fetet ex cadaueribꝰ ibi cõportatis: ꝙ etiaꝫ diciꝛ quos/
dã vultures concubitu nõ vti omnino falsum est: q̄a ibi se/
pissime permisceri videnꝛ: he aues duꝫ exercitꝰ ⁊ homines
sequũtur pronosticanꝛ futuram stragem ⁊ pestilentiã. Cor
vulturis secum ad latus suspensum portans vt dicit Pli/
nius tutus est ab impetu ferarũ ⁊ serpentũ: ⁊ odor pẽnaruꝫ
eius in igne combustarum fugat serpentes.

Contra Plinium.

Zeleucides aues dicit esse Piniꝰ quaꝝ adiu
toriũ a deo sibi fieri deꝑcanꝛ habitatores ter/
re ⁊ montis Dabyn cũ fruges eoꝝ a locustis
deuastanꝛ: tũc eni veniũt aues ille aliq̃ñ: ⁊ oc/
cidũt locustas: ⁊ tñ nõ est cõpertũ vnde veniãt
aut quo vadãt. Hec igiꝛ de auiũ nã dicta sũt.

¶ Explicit Liber Vigesimustertius animalium.

## ¶ Incipit Liber. XXIIII. animalium in quo de natura natatilium tractatur: primo in cōmuni: ⁊ consequenter in speciali.

**Iam in precedēti libro** locuti sumus de volatilibꝰ que in gñe aialiuz perfectiora videnē esse: in hoc libro cōsequēs est de natatilibꝰ pertrāsire: de quoꝝ natura lz tā in cōmuni ꝙ̄ in spāli multa dixerimꝰ: tñ hic etiā quedā dicēda sūt priꝰ in cōmuni: ⁊ deīde in spāli. Quāuis eniz sicut in añhabitis diximꝰ hoc nō sit pblicū: eo ꝙ in talibꝰ sepe repetiē idem: tamē rudes istud magis instruit: ⁊ cū noibꝰ proprijs hic ponunē aquatica intelligunē interp̄tatione noiuz in precedentibꝰ positoꝝ duz suis queqꝫ proprietatibꝰ aialia describūtur. In cōmuni igiē de aquaticis omnibꝰ dicimꝰ ꝙ humide sunt nature qð ⁊ nālis locus ostendit ⁊ esca: cōseruaē enim qðlibet in loco sibi cōnaturali ⁊ nutriē eiusdē cōplexionis cibo cū principijs ex quibus per generationez cōstituitur: frigida etiam talia esse conuenit in pluribꝰ: cuius signum est sanguine ea carere aut pauci sanguinis esse: pauca etiam hoꝝ collum habent vel virgam vel vuluā vel mamillas: que enim eoꝝ vel sibi similia ex vtero generant: connos qdaz habent mamillares iuxta iūcturas: ⁊ virgas habent ⁊ vuluas: sed hec instrumenta extra non dependēt: sꝫ intus habent virgas: ⁊ emittūt eas tempore coitus vt delphinus ⁊ cetus: ⁊ mamille sunt coni quidam ad quos quedam vie lactee vicem matricis vene habētes a corpore deriuantur: ⁊ nihil aquaticorum vnꝙ̄ inaturaliter visum est coire: ⁊ nunꝙ̄ moueē ad coitum cum alio ꝙ̄ cum sui generis animali: ⁊ dum ouant confricant se ventribꝰ aut femina precedit spargens oua ⁊ mas sequitur fundēs lac super ea. Propter qð ⁊ plurima pereunt que vel in contactu confricationis non exeūt: aut descendūt: ita ꝙ lac masculi non tangit ea: ⁊ hec est causa ꝙ non est pisciuz exuberans vltra omnem copiam multitudo: cū tamen oua piscium omnem videantur excedere multitudinem. Ouantes autem ouāt magni quidem in petris vel in limo: parui autem in radicibus plantarum aquaticarum: omnes tamen marini hoc habent ꝙ in introitu aquarum dulcium libentius ouāt ꝓpter pastum affluentem ⁊ aque dulcedinem: ⁊ multa etiam genera aquaticorum oua sua custodiunt ne ab alijs deuorentur: qa lz omnia aquatica comedant seinuicem: ⁊ precipue marina preter fastaleon: qð ideo excipit Aristo. qa carnes non comedit. Et piscatores mihi dixerunt ꝙ in fluminibus expertum est idem de barbello: tamē parcunt pullis omnia donec compleantur ex naturali amore permanētie nature in specie. ¶ Amplius autem fere omnibus piscibus conuenit modicuz dormire apertis oculis: eo ꝙ palpebras non habent: sed duros oculos ⁊ in somno non nisi parūper caudam mouere: ⁊ hoc contingit ꝓpter frigiditatez loci digestionis eorum qui parum vaporat ad caput. ¶ Amplius cum in profundo ⁊ in ripis ⁊ in littoribus habitent carnes eoruz qui sunt circa littora fortiores sunt: ⁊ sicciores: ⁊ ideo saniores. In profundo autem habitantiuz carnes sunt magis humide: ⁊ molliores nisi maximi sint ⁊ terrestris nature: sicut ea que belue marine a nōnullis vocantur. Omnibꝰ autem piscibus ante ouationem conuenit vagari ⁊ inquirere locū aptum ouationi: ⁊ in tempore ouationis incidere binos propter ouorum ex masculo ⁊ femina completionem: lati etiam pisces eo ꝙ humidi sunt ⁊ flegmatici magꝭ flante austro impinguantur: ⁊ longi magis impinguantur ad boreales flatus: ⁊ huius causa pro certo est: qa auster similitudinem complexionis auget satis humidum ⁊ calore subtiliat: ⁊ ad membra reducit ⁊ lōgos naturaliter calidos resoluit calido quos boreas restringit: ⁊ tūc vaporans humidum in ipsis circūfluens implet ipsos: ⁊ impinguat: huiusmodi autem humidum causa est: ꝙ in multis eorum femine sunt maiores maribꝰ: ⁊ calor qbusdam vt dicit Plinius tante leuitatis causa est: ꝙ non mergerenē sub aq̄ nisi essent pondera suoꝝ enormiū capitum. Durities aūt oculorum causa est eis male videndi: propter qð in coloribꝰ nō nisi extremos discernūt: ⁊ de medijs non nisi claros ⁊ rubicūdum flāmeum ⁊ croceum splendentem: ⁊ ideo peritiores piscatoꝝ dum piscanē collobijs hoꝝ coloꝝ non induuntur: meliꝰ enim nocte ⁊ precipue in aurora propter hoc idem capiūtur: qa tūc ⁊ minus vident: ⁊ moueē ad pastū: hec etiā causa est ꝙ in aqua turbida meliꝰ ꝙ̄ in clara capiunē: quoniaz rhetia minus vident. Cū tamen perfecta sint animalia vetera gurgustia pisciuz odore infusa: ⁊ similiter rhetia vetera magis abhorrent ⁊ fugiūt ꝙ̄ noua. Econtra autē si odore esce quā diligit instrumentū sit infusuz: magis illo ꝙ̄ alio capiē instrumento: hec etiam causa est ꝙ oleo ⁊ sulphure fere omniū pisciū genera moriūtur: ⁊ est eis odor talis et sapor venenosus. ¶ Ampliꝰ cuz omnis complexio gaudeat suo simili nisi discrasiam passa: sicut dicit Gal. siccitate pisces leduntur ⁊ aues gaudent ⁊ econtra pluuijs proficiūt pisces ⁊ aues tristantur: frigiditate aūt aliquando excedente crasim generaē lapis in medullis cerebelloꝝ illoꝝ: ⁊ illi frigiditate hyemis citiꝰ moriūtur. ¶ Ampliꝰ pisciū multiformis valde est generatio: qdam eniz coitu generanē: ⁊ quidam per se: ⁊ qdam ex spuma: qdam ex limo putrescente: ⁊ quidam aliter ⁊ aliter sicut patuit ex ante habitis libris nostris: hinc est ꝙ multa pisciū ⁊ ostreoꝝ genera contingit eē in maris profundo nobis ignota. Adhuc piscis habens corium vel squamas duritie vel mollitie eoꝝ cognosciē etas eius: ⁊ omnes huiusmodi branchos habent quibꝰ aquam receptam euomūt quā ad refrigeriū recipiūt: sicut ⁊ spirantia recipiūt aerem: ⁊ est hoc mirabile ꝙ piscis marinus nutritur aqua dulci quā suggit ex salsa: ⁊ si coquaē in salsa nō inueniē salsus: eo ꝙ caro eiꝰ nata est attrahere dulcē aquā: piscis aūt aque dulcis suggit aquam salsam: eo ꝙ non potest facere distinctionem aque dulcis a salsa: ⁊ quando coquiē in aqua salsa salsus inueniē: hec igiē etiam est causa ꝙ piscis aque salse suggit aquam dulcem: ⁊ piscis aque dulcis suggit aquam salsam. Membra etiam interiora humorez generantia ⁊ recipientia sicut epar in aliqbus eoꝝ: ita sunt pinguia propter dulcedinem quā trahūt ꝙ fomenta ignis efficiūtur: cuius signū est ꝙ si lyciniū vel lignū fricē epate piscis marini ardet sicut fit lyciniū olei: hac de causa ad superficiez veniūt tempore leuis pluuie: eo ꝙ dulcedinē querūt aque pluuiose: ⁊ precipue quando māna cadit cū rore ⁊ pluuijs: qa ex illo multū impinguanē. Tempestates aūt fugiūt propter iactationē violentam quā patiunē ⁊ qetez desiderant: cuiꝰ signuz est ꝙ piscatores iuxta littora ⁊ ripas foueas faciūt in qbꝰ aqua recepta qeta stat: ⁊ infigūt ligna in eas vt sit qetior: ⁊ aliqñ infigūt ipsi aque vt pisces desiderātes qetem sub illis capianē. Qð aūt dicūt qdam omnes pisces conuenientes esse ad esum falsum est: sicut patet in pisce stupefactore qui frigidi est veneni: ita ꝙ stati aufert sensum ⁊ vitam si diutiꝰ tangaē: hec igiē in cōmuni de piscibus dicta sint a nobis: sed hoc in fine notandū est ꝙ nos hic marinoꝝ genera non distinguimꝰ a fluuialibꝰ: nec etiā marina inter se: qa ad hoc sufficiūt ea que dicta sunt in precedētibꝰ libris: sed de omnibꝰ aquaticis prosequemur ꝺm ordinē alphabeti sicut fecimꝰ in gressibilibꝰ ⁊ volatilibus.

> Propter qd multitudo pisciū nō correspōdet multitudini ouoꝝ.

**Alec est piscis** quez ego vidi ꝙ habet corpꝰ et coriū fere sicut piscis qui rayce Gallice: Germanice rocho vocaē: sed corpꝰ eiꝰ acuiē in caudam vnam longam ⁊ in fine pinulataz ⁊ bifurcatam sicut cauda alioꝝ pisciū: ⁊ super dorsuz caude est pina magna non ad natandū: sꝫ ad dirigendū: qa motꝰ eiꝰ per transuersum est de latere ad latus: ⁊ pinne que sunt ad remigiū natationis moueē ab añ in retro impingendo piscem ad ante sicut est motꝰ remoruz in naui: hic piscis habet foramina brāchi in vtroqꝫ latere: ⁊ habet duplicia in duobꝰ ordinibꝰ: in vno latere habēs bis tres branchos: vnū superciliū ascendēdo de ventre ad dorsum capitis: ⁊ in anteriori latitudinis corporis quasi in humeris habet duas maximas pinnas formatas articularibus coniūctionibꝰ per omnia sicut ala auis: vna est in vno latere: ⁊ alia in alio: ⁊ motꝰ alaꝝ a dorso ad ventrem sic motus alaꝝ auis: ⁊ omni eodem modo habet duas alias formatas in lateribꝰ inferius vbi incipit stringi corpus in radice caude: ⁊ eodem modo motus mobiles: ⁊ in ventre habet duos pedes cartilaginosos non hñtes articulos: vnuz ad vnum

ad vnum latꝰ: ⁊ alterꝫ ad aliud: ⁊ in plãta sũt quedã diuisiones cõfuse digitoꝝ. Allec piscis est maxime multitudis in occeano qð ptes Gallie ⁊ Anglie ⁊ Theutonice ⁊ Datie attingit: ⁊ est piscis q̃si palme vnꝰ: qui dũ in grege toto natat capi pre multitudine non pōt. Dũ aũt post eqnoctiũ autũnale acies se diuidũt capit: ⁊ aliqñ tũc in magnis ⁊ multis sagenis colligunt: q̃ funes rhetiũ incidi oportet: eo q̃ trahi rhetia nõ possunt. hic piscis squamosus ⁊ sapidus est nõ hñs intestinũ nisi ieiunũ: ⁊ ideo in ventre nihil inuenit: ꝓpter qð ēt qdam falso dixerũt allec solo ⁊ simplici elemento viuere q̃ nos in alijs locis falsum esse ostendimus.

¶ Anguilla piscis est ab angue dicta: eo q̃ anguis habet figurã. Est aũt piscis lõgus ita q̃ in Gãge fluuio trigita pedũ effici perhibent: ⁊ est nõ squamosus sed viscose pellis ⁊ spisse: qua excoriatꝰ melior efficit precipue qñ assat: qa tunc exiccat nimia humiditas eiꝰ: in isto pisce non dicit eē mas ⁊ femina: q̃q̃ iã his a fide dignis audieriꝫ q̃ due anguille capte sũt in Germanie partibus: quaꝝ vtraq̃ multas habuit filares q̃titates in vtero: ⁊ matribꝰ occisis ex ventribꝰ eaꝝ multe egrediebant. In Danubio anguilla nõ est neq̃ in aqs in eã fluentibꝰ: ⁊ dicit q̃ imposite moriunt. In oibus aũt alijs aqs Germanie anguille multe ieniunt: anguilla timet in tonitru: ⁊ tũc de fundo natat ad aque supficieꝫ: ⁊ ideo si rhete tũc per stagna in qbꝰ sunt anguille trahit fere oēs capiunt: ita q̃ aq̃ euacuat anguillis. Anguillã qdaꝫ de luto: qdã de lũbricis terre: qdam de superfluitatibꝰ piscciũ dicũt generari: vnde ⁊ in Gange fluuio in quo anguille magne sũt vermes qdam esse dicũtur qui bifurcata crura anteriꝰ habent sicut cancri qui longitudinem habent sex cubitoꝝ ⁊ corripiũt elephantes ⁊ mergũt eos. In hyeme anguilla latet in limo. Diu etiam viuit extra aquam ⁊ p̃cipue flante borea. Nõnunq̃ etiam de aq̃ egrediũtur ad agrũ in quo pisa vel ciceris seminant: sed per cineres vel sabulum siccũ serpere non potest: ꝓpter eq̃litateꝫ aũt ⁊ similitudineꝫ corporis facillime est generatiõis: ⁊ diuisa diu viuit: ⁊ huiꝰ cãm alibi assignauimꝰ: ⁊ lꝫ ceno generet ⁊ gaudeat: tamen aquam turbidam horret ⁊ delectat in aq̃ clara.

Nõ de gñone anguille varias sententias.

¶ Alforas piscis est qui ex putredine luti generatur: ⁊ in luto sine aqua procreatur ad modum vermiculi qui vermis aq̃ ascendente concrescit in piscem. De hoc naute dicunt: quoniaꝫ si consumat putrefactꝰ vsq̃ ad caput ⁊ oculos aduenīente aq̃ iterũ renascit: ⁊ tũc diu viuit: cũ tamē ante huiusmodi secũdam suam generationē parue vite sit.

¶ Astaroꝫ piscis est qui tempore veris ⁊ autũni in fõtibus pluuialibꝰ generat: ⁊ in eis ebulliat sicut vermis ex stercoribꝰ animaliũ: dicit etiam ex luto generari. Hic piscis impatiens claritatis solis fugit ad vmbras arboꝝ q̃s in aq̃s proijciunt: calorem tamen diligunt ⁊ hunc querentes a ꝓfundo ad ripam natant tempore siccitatis abũdant: sed nõ quando multe pluuie ⁊ calide abundant.

¶ Albyroꝫ piscis est fortissime pellis: ita vt pellem illam milites sub galeis capitibus aptent ad ictus quoslibet gladiorum sine lesione excipiendos.

¶ Arietem marinũ Pliniꝰ dicit esse piscem qui post naues in sabulo stantes insidiat: ⁊ aliqñ caput emergens speculat vt eos qui nãdi gratia in aquas intrant submergat.

¶ Aureũ vellus est animal marinũ sicut spongia ⁊ est de spõgiaꝝ genere: sed rarius est ⁊ mollis ad modũ lane: ⁊ lanugo eius in auri splendorem conuertit ⁊ dilatat ⁊ prolongat sicut vellus: ⁊ dum est in mari mouet motu cõtractionis et dilatationis sicut spongia ⁊ raro inuenit: tamē hoc iuentuꝫ in Frigia causa extitit Troiani belli inter Grecos ⁊ Frigios sicut dicit Dares Frigius in hystoria troiana.

¶ Abarmon piscis est multis ouis fecundus: sed non eijcit oua nisi ventrem confricet ad harenam contactu asperam: ⁊ in illa pullos educat ⁊ complet.

¶ Accipēder vt dicit Pliniꝰ piscis est qui solus inter oēs pisces sq̃mas hꝫ ad os auriꝰ per totũ corpꝰ. Est ãt piscis dulcis ⁊ esui cõueniēs ⁊ ab antiquis valde desideratus fuit.

¶ Arnius piscis est vt dicũt saxatilis qui lapidem gestat interius. Est aũt valde speciosus in lateribꝰ virgulas habēs puniceas. Toto autem corpore reliquo diuersis ⁊ gratis coloribus est distinctus ⁊ depictus.

¶ Amger vt dicũt piscis est qui armo prope moduꝫ similis est: ⁊ est lõgus ⁊ rotũdus qui Germanice gerwisch vocat: ⁊ est albꝰ bonaꝝ carniũ breuior anguilla rostrum auis hñs pro ore subtile ⁊ longũ ⁊ rubeũ: ⁊ viridem interiꝰ habet spinam ⁊ caro que spinam tangit est viridis.

¶ Afforus piscis est q ꝑꝑ exiguitatē hamo capi non potest.

¶ Austratus piscis est qui aquaꝝ vndam ore suscipit ⁊ orit quando pliades occidũt: eo q̃ tũc tempus est pluuiaꝝ.

¶ Aranea piscis est marinus spicula habens in auribꝰ branchorum quibus approximantes percutit.

¶ Abides est animal marinũ cuiꝰ conuersatio primo est in aquis ⁊ cibꝰ: ⁊ postea mutat figura eius ⁊ efficitur terrestre ⁊ egreditur de aqua querens victum in terra: ⁊ tunc cum figura mutatur ⁊ nomen eius ⁊ vocat astoꝫ.

¶ Habanc animal est marinum omnibꝰ marinis gulosius: qð stomachũ distictũ dr̃ nõ hr̃e: p̃dã capit ⁊ totꝰ cibꝰ eiꝰ i pinguedinē ꝯuertit: ⁊ lõ vltra modũ vētre dilatat: hoc aĩal piculũ timēs piguedinē ⁊ pellē sup caput suũ reduplicat sic exteiius caput abscõdēs: ⁊ si multo tpe cã timoris remaneat ꝑte carniũ suaꝝ comesta sustētat donec periculũ abscedat.

Belue vt dicit Pliniꝰ in oriētali mari sũt q̃dã aĩalia marina adeo magna ⁊ ꝓcellas excitant de ꝓfundo ⁊ picula nauibꝰ inducant: ita q̃ naues Alexandri ad pericula deduxerũt.

¶ Barchora est genꝰ animalis dure teste sub quo tortuca maris cũ alijs qbusdã spēbꝰ cõtinet: que tortuca adeo duꝝ os hꝫ q̃ lapidē frãgit: pisciculos puos venat: ⁊ his aliqñ ligatꝫ filo decepta capit: aliqñ egredit ⁊ herbas depascit. Efficit ãt valde magna adeo q̃ scutũ eiꝰ octo vel nouē pedũ inenit: cornu hꝫ in capite sicut tortuca agrestis: ⁊ hoc circũdat caput ad moduꝫ galee: si qñq̃ egredit ad solē scutũ dorsi exiccat qð postea nisi diu mollisicet ad nutũ flectere nõ pōt: hoc aĩal piscatores Germanie ⁊ Flãdrie militē vocant eo q̃ hꝫ scutũ ⁊ galeam. Est autem scutũ eiꝰ ac si de qnque asseribꝰ sit compositũ. Habet aũt q̃tuor pedes multoꝝ digitoꝝ ⁊ caudã ad modũ serpentis.

¶ Boche pisces sũt de gñe pectinum in vna parte nigri rubeis maculis disticti. s. i dorso: in vētre ãt albi: ꝑ totũ circuitũ hñt pinnulas ⁊ flatibꝰ austrinis ipiguant: cũ piscatorē senserit i fundũ dscēdēs terre adheret ⁊ aq̃ turbat ne videat.

¶ Borboche dicunt pisces fluuiales ⁊ lacunales anguillis fere similes: sed breuiores ⁊ magnos vētres hñtes ⁊ ꝓfunda semper petũt. Ita q̃ in lacu Germanie qui infundit cõstãtiã ad trecētos passus sub aqua hamis capiantur: hic piscis Germanice a qbusdam abmuiceꝫ vel alquappē vocatur: nõnulli etiam lõpē vocant: carnē habet dulcem: pellem viscosam nõ spissaꝫ: epar magnũ ⁊ rotũdũ ⁊ dulcissimuꝫ: de hoc pisce dicit q̃ qñ duodecimũ excesserit annũ excedit seipsum in maximã quãtitatem: ⁊ tũc solaus appellatur.

¶ Babylonici pisces sunt vt dicit Theophrastus circa Babyloniã exñtes in locis vbi dulces aque in cauernosis locis maris recipiunt ex fluuijs incidētibꝰ: inde eni pisces egrediunt ad pastũ capita ad modũ ranaꝝ marinaꝝ: reliq̃s partes corporis ad modũ table: habentes brãchos similes piscibꝰ alijs: pinulis gradientes ⁊ crebro motu caude.

Cetus est piscis maior qui visus ēst: cuiꝰ femina balena vocat. Est aũt hic piscis multoruꝫ generꝝ. Quidam eni sunt hirsuti: ⁊ illi sũt maximi: ⁊ qdaꝫ sũt plane pellis: ⁊ illi sũt minores ⁊ in nostro mari vident ⁊ capiunt ibi duoruꝫ modoꝝ. Quidam enim hꝫ rictũ oriꝫ dentatũ valde magnis ⁊ lõgis dētibꝰ. Ita q̃ plerũq̃ ieniunt duoꝝ cubitoꝝ: aliqñ triuꝫ: ⁊ aliqñ q̃tuor: sed plerũq̃ inueniuntur vniꝰ cubiti: ⁊ precipue duo canini sunt longiores alijs: ⁊ sũt subtus sicut cornu ad modũ dentiũ elephantis ad modum dentiũ apri qui culmi vocant: ⁊ hi vident esse ad pugnandũ: ⁊ hoc genus ceti habet os ad masticandum.

¶ Est aũt visuꝫ aliud genus cetoꝝ temporibꝰ nostris qð habuit os ad suggendũ absq̃ dentibꝰ sicut murena: ⁊ hoc fuit aliquantulum minus alio genere: ⁊ multo melioris carnis. Neutrũ autem habet branchos eo q̃ qðlibet istorum generum spirat sicut ⁊ delphinus. Spirat aũt per cãnam fistularem. Vtrũq̃ aũt duoꝝ que pellis sunt plane spissuꝫ ⁊ nigrũ habet coriũ super oculos suos qui sunt valde magni: ita q̃ quindecim homines large capit fouea vnius oculi: ⁊ aliqñ

capit viginti: ⁊ sunt additamenta per moduꝫ ciliorꝝ cornea
longitudinis octo pedū ⁊ minus ⁊ plus ſm ꝙ piſcis eſt ma/
ior vel minor: ⁊ hec additamenta cornea ſunt in figura ma
gne falcis cū qua ſecant̄ gramina: ⁊ ſunt ducenta quinqua/
ginta ſuper oculū vnum: ⁊ totideꝫ ſuper alterꝝ: ⁊ ex parte la/
tiori radicant̄ in pelle: ⁊ ex parte ſtrictiori ſeparant̄ nec eri/
gūtur: ita ꝙ rigeſcant porrecta de corpore: ſed iacent diſpo/
ſita a radice oculi verſus timpora piſcis: ita ꝙ apparēt vnū
os latū ſicut magnū vānum ⁊ vtit̄ eo piſcis pro coopertorio
oculi ſui tempore magne tempeſtatis. Os aūt habꝫ amplū
⁊ quando ſpirat euomit ex ipſo multam aquam qua aliqñ
implet nauiculas ⁊ ſubmergit. Pinas aūt habet magnas
que ſunt in figura delphini: ⁊ caudam habet bifurcatā cuiꝰ
latitudo eſt plus ꝙ̄ vigintiquatuor pedū quando piſcis ad
debitū peruenit incrementū. Coſtas aūt habet curuas ⁊ lō
gas ad ſpiſſitudinem piſcis: ⁊ ſunt in quantitate tignorꝝ in
magnis domibꝰ. Tigna aūt voco ſuper que conclauant̄ la/
quearia quibꝰ tegule domus affigūtur: hūc piſcem ſcribūt
antiqui q̄tuor iugera terre occupare ventris ſui latitudie:
⁊ hoc nos nunq̄ꝫ experiri potuimꝰ ab aliquo piſcatoruꝫ qui
multotiens ⁊ multos viderūt: ſed hoc ꝙ experti ſumꝰ maiꝰ
eſt qđ eſt onus trecentorꝝ currū tam in carne ꝙ̄ in oſſibus
quando diuiſus eſt: ⁊ tam magni raro capiūtur: ſed de du/
centis ⁊ centū ⁊ quinquaginta ⁊ plus parꝝ ⁊ minus ſunt qui
frequenter apud nos capiūtur: hic piſcis virgaꝫ habet ⁊ te/
ſticulos intus in corpore ſicut delphinꝰ: ⁊ emittit eam tēpo/
re coitꝰ: ⁊ femina habet vuluam fere diſpoſitaꝫ ſicut vulua
mulieris. Quando vō coit femina ſupponit ſe mari ſicͭ mu
lier viro ⁊ delphina delphino: ſed velocis eſt coitꝰ ſicut oīa
animalia que teſticulos habent interiꝰ: ⁊ hoc qđ reſoluitur
de ſpermate eo ꝙ valde multi eſt ſpermatis ⁊ non totū cō/
cipitur intra vuluam balene querit̄ a medicis ⁊ eſt qđ am/
bra vocat̄ precioſum valde contra guttas ⁊ paralyſim. Te/
ſticulos aūt intus habet ⁊ virgam ne impediant in natādo
⁊ ne virtus eorum continue aque frigiditate mortificetur.

Nō ꝑcioſuꝫ ꝯ guttas ⁊ paralyſim.

Qđ aūt quidam dicūt ꝙ poſt vnū coituꝫ cetus cum balena
impotēs ad coeūdū de cetero efficiat̄: ⁊ tunc ꝓfundū pelagi
intret ⁊ tātū creſcat ⁊ impinguet̄ ꝙ iſulis maris eqperet̄ in
quātitate: nō puto eſſe verꝝ: nec talia referūt experti: ſed qñ
ceti pugnāt pro balenis ⁊ pullis ſuis victꝰ fugit in pelagi ꝓ/
fundū: ⁊ ibi ſtat aliquādiu ex timore: ⁊ qa ſtat imobilis im/
pinguat̄ valde: ⁊ lardū hꝫ hic piſcis in dorſo ſicut porcus ⁊
eſt multe pinguedinis: ⁊ maxime in capite circa cerebri me
dullā. Et tēpore meo plures capti ſūt: vnꝰ qdē in Friſia cir
ca locū qui ſtauria vocat̄: cuiꝰ cū caput per oculum cuſpide
pūctuꝫ eēt vndecim lagenas ſaginiinis emiſit quarꝝ queli/
bet vir portabat̄ ab hoīe vno: ⁊ hoc ſagimen ⁊ lagenas ego
vidi: ⁊ eſt ſagimē valde lucidū ⁊ purꝝ poſtq̄ꝫ defecatum eſt.
Alter captꝰ fuit vltra traiectū verſus Hollādiā: cuiꝰ caput
quadraginta reddidit ſaginiinis lagenas: huiꝰ piſcis lar/
dū eſt qđ graſpois vocat̄. Concipit aūt balena filiū vnuꝫ ⁊
nutrit eū: ⁊ diu ſeqtur matrem forte vſqꝫ ad etatē triuꝫ vel
quatuor annorꝝ: hic piſcis quādo in arto aliquo ꝓfundo cō
cludit̄: ⁊ nauibꝰ circundat̄ ſubmittit ſe in fundum: ⁊ ſubito
emergit ⁊ naues ſubmergit. Frequētiſſime tū capit̄ quādo
allec inſequens ex auiditate nimis in littus ſe ipingit ꝙ ad
aquā redire nō poteſt: ⁊ taliter parꝝ ante hoc tp̄s vnū impe
git in littus Friſie ⁊ cū incole hoc reſcirēt timētes ne ſubito
rediret maris exitꝰ ⁊ tūc amitterēt piſcem ligauerūt eū oī/
bus quos in tota ſua iſula poterāt habere funibꝰ: palos ꝓ/
fundo terre infigētes ⁊ ad lapides ligātes funiū extremita
tes ⁊ ad domos vicinas ⁊ ad alia edificia. Mari aūt rede/
unte hic piſcis adiutꝰ aq̄ cōfregit oīa ⁊ cuꝫ funibꝰ receſſit ad
pelagus triſtātibꝰ icolis de funiū amiſſiōe: ſꝫ cū paſtus non
eēt in die tertio aciē allecis iterꝝ cū funibꝰ inſequēdo iacuit
in eodē loco quo prius: ⁊ tūc ab icolis funes ſūt recupati et
interfectus ⁊ diuiſus eſt piſcis: ⁊ cū ſcinderet̄ ceruix capitiſ
eiꝰ ex pondere capitis facta eſt ⁊ fragor ſonuꝫ dedit ac ſi do/
mus fracta rueret. Ab his autem piſcatoribꝰ qui in maribꝰ
noſtris venant̄ eos duobꝰ modis capi conſueuerant.

¶ Uno quidē mō ꝙ piſcatores multi cōdicūt paruis naui/
culis qbꝰ tres hoīes vehunt̄ ad locū vbi cetos eſſe ꝓſumūt
nauigātes: ⁊ duo qdē nauigant: ⁊ tertius in naui ſtat para/
tus ad percutiēdū ⁊ hꝫ inſtrumentū cuiꝰ haſtile eſt de ligno
abigeno vt leuius ſit: ⁊ in extremitate haſtilis eſt foramen
iuxta manū percutiētis in qđ imiſſa eſt chorda fortis ⁊ lon
giſſima que circulariter poſita eſt in naui: ita ꝙ ſine errore
expedite egrediēs ſequit̄ inſtrumētū cui infixa eſt extremi/
tas ipſius. Cuſpis aūt inſtr̄m inferius hꝫ triangulū ſicut eſt
ſagitta: ⁊ ille hꝫ pūctū valde acutū ⁊ politū vt leuius pene/
tret ⁊ due linee veniētes ad pūctū icidūt ſicut nouacula acu
tiſſima ⁊ eſt ſuperficies triāguli tenuis ⁊ optime polita: ⁊ in
medio lateris qđ opponit̄ angulo inferiori acuto erigit̄ ꝑ/
pendiculariter ferrū illi lateri continuatū ad cubiti altitu/
dinē vel parꝝ amplius: ⁊ ibi hꝫ foramen cui infixū eſt haſtile
de quo diximus: hic igit̄ tertius in naui exiſtēs extētum te/
net in manu: ⁊ cū cetus inētꝰ eſt aduocat quotquot poſſunt
ſocios taliter preparatos: ⁊ cetū qui in ſupficie natat aque
ad quā piſces de ꝓfundo agitauit percutiūt quāto valēt ꝓ/
fundius: ⁊ ſtatim retrocedūt dimiſſis inſtrumētis īfixis in
vulnere: ⁊ ſi cetus ſtatim vt ictus recipit tendit ad pelagus
abſcindunt chordas ⁊ amiſſas cōquerunt̄ expenſas ⁊ labo/
res. Si aūt deſcēdit ſtatim in fundū: tūc valde leſus eſt vul
neribus ⁊ cōfricās ſe fundo ꝓpter ſalſedinem in vulnera in
trātē impungit cuſpidē plus ⁊ plus in corpus ⁊ ſine mora la
borem piſcis oſtēdit ſanguis de ꝓfundo ebulliens ad ſupfi
ciem: qui exinde debilis effectꝰ paulatim fundi ſolidum ſe/
quens appropinquat ad littus donec apparere incipiat: et
tūc ab omni incolarꝝ multitudine nauiū ⁊ ſpiculorꝝ circun/
dat̄ ⁊ occidit̄. ¶ Alius āt modus idē eſt cū iſto niſi ꝙ ſpicu/
lum non verbere ſed ictu fortiſſime baliſte ſibi infigit̄: ⁊ eſt
imiſſa etiam in hoc chorda ſicut diximus. Hi autē qui hir
ſuti ſunt ceti ⁊ alij longiſſimos habent culmos ⁊ illis ad ſa
xa in rupibus ſe ſuſpendunt quando dormiūt: ⁊ tunc piſca/
tor appropinquās quātum pōt de pelle a lardo ſoluit iuxta
caudam: ⁊ in hoc ꝙ ſoluit funem fortē imittunt: ⁊ funes ad
circulos montiuꝫ infixos vel fortiſſimos palos vel arbores
ligat: ⁊ tunc lapidibus magne funde proijciēs caput piſcis
excitat eum: ⁊ incitatus piſcis volēs recedere pellem a cau
da per dorſum ⁊ caput extrahit: ⁊ ibi dimittit illam ⁊ nō lon
ge a loco illo poſtea debilitatus capit̄: aut natās in aq̄ exan
guis aut ſemiuiuus iacens in littore. Corigie autem coriſ
eius fortiſſime ſunt ad magna pondera ſubleuāda per tro
cleas ⁊ in Colonia foro ſemper venales exhibent̄: hec ſunt
que de cetorum nā nos experti ſumus: ⁊ ea que ſcribunt an
tiqui preterimus qñ non concordant cum expertis.

¶ Clautius qui ⁊ glatus vocatur: piſcis eſt aſtutus qui non
hamum glutiens auerſis morſibus deſpoliat eum.

¶ Congrui piſces ſunt noti qui a quibuſdaꝫ anguille mari/
ne vocantur ⁊ abūdant in mari Normānie: lōgus piſcis eſt
valde ⁊ rotundus ⁊ albiſſime carnis ⁊ dulcis: ſed idigeſti/
bilis: ⁊ ideo dicitur lepram generare.

¶ Carperen ſunt piſces fluuiales ⁊ lacunales noti pingues
⁊ dulces ſed non ſani: ⁊ ſunt mollis carnis plus ſpiſſi q̄ꝫ lon
gi ſm proportionem: ⁊ ſunt rufi multum ſquamoſi fortibꝰ
ſquamis: ⁊ eſt piſcis cuius lingua eſt valde dulcis aſſa. hic
piſcis in euadendis rhetibus valde eſt aſtutus: aliquando
enim tranſilit aliquando ſuffodit in fundo: ⁊ aliquādo her/
bam ore tenens retinet ſe ne trahatur a rheti: aliquādo de
ſuperficie veniens fortiter caput fundo infigit: ita ꝙ rhete
non niſi caudam tangens illabit̄: hic piſcis in aliqbꝰ aqs ge
nerat ⁊ in aliqbꝰ graſſat̄ ⁊ creſcit: ſed optime valet in fundo
argilloſo tritico ꝑmo ſeminato: ⁊ poſtea argilla deſup ſpar/
ſa: ⁊ poſtea aq̄ ſupeffuſa: de hoc piſce dī ꝙ cū femia eiꝰ gra/
uidā ſe ſentit: ⁊ tp̄s ouādi iſtare motu oris maſculū excitat
vt lac ſpargat ⁊ tūc femia ouat: ⁊ eſt lac valde ſpiſſū huiꝰ pi/
ſcis. Qđ aūt qdā dicūt feminā lac ore ſuſcipere: ⁊ ex hoc fu/
tura cōcipere oua: oīno eſt falſuꝫ ⁊ alibi a nobis iprobatū.

¶ Captatus piſcis eſt notus valde multiplicatus in fluuijs
Germanie ⁊ Gallie: caput hꝫ fere ad magnitudineꝫ reliq
totius corporis. Niger aūt eſt vel fuſcus ſub lapidibꝰ deli/
teſcēs: caro ſemipedalis q̄titatis bone cōmixtionis ⁊ dure
carnis: figurā quaſi claue hn̄s: ⁊ maioris q̄titatis iuenit̄ in
Danubio ⁊ aqs Danubiū iſluētibus q̄ꝫ in alijs aquis.

¶ Corui maris piſces ſūt ſic vocati eo ꝙ branchis ⁊ pectore
nō voce ſonāt aliqñ ſicut corui: ⁊ ꝑ hmōi ſonos ꝓducunt̄: et
hoc ēt mō ſonant piſces quidam in Acheloo fluuio.

¶ Coclee taꝫ aquatice q̄ꝫ ēt terreſtres dicte limaces ⁊ teſtu/
dines

dines a gyratione teste quā inhabitant: ⁊ aquatice inueniū
tur valde magne ⁊ coclea earū circūponit̃ spinatis qbusdā
testeis: aīalia sunt capitis figura carētia: ⁊ iō dicunt̃ oculos
nō habere: habēt tñ cornua q̄dā mollia qb⁹ vt dicūt ꝑtētāt
viā qua pergere volūt mouētia se ꝯtractiōe ⁊ emissione cor
poris: ⁊ in cornib⁹ illis sunt duo nigra pūcta que vsuꝫ quēdā
⁊ actū perficiūt oculoꝝ. hec aīalia aliqñ relinquūt cocleas. ⁊
hec oīa alia genera testarū ⁊ cancroꝝ augent̃ crescēte luna ⁊
diminuuntur ea decrescente: q: luna mouet humidū.

¶ Concha a qua conchilia dicunt̃ sunt dure teste habentia
conchas ad modum nauium formatas puppi retro rotun-
da ⁊ prora rostrata ⁊ carina in ventre ⁊ rate in lateribus di
stensis ⁊ ampliatis: ⁊ sunt due se ꝯcludentes extra nigre vel
fusce ⁊ intus habentes margarite splendorē ⁊ piscis in cōti
guatione nascit̃ cōcharum. In concham intrat animal exi-
guum qd̄ naupliū vocat̃ ⁊ est in figura sepie: sed valde par-
uulum: ⁊ nō intrat nisi causa lucendi: ⁊ aīal conchā inhabi-
tans consciuꝫ bone societatis aperit ei conchā: ⁊ in his cō-
chis frequenter inueniunt̃ margarite in ꝯtactu cōcharum.

¶ Cancri aquatica sunt aīalia in genere mollis teste conten
ta: ⁊ lꝫ pħia solū cācros vocet magnos ⁊ rotūdos qui sūt in
mari. Alios aūt caudatos vocat gambaros ⁊ magnos ma
rinos vocat locustas: tamen hic vulgariter magis q̄ꝫ pħice
loquētes dicimus cācros cōmuni nomine quos vulgus ge
neraliter cācros vocat oīa. vꝫ. mollis teste aīalia multos pe
des habētia ⁊ retrorsum natādo incedētia: sed ambulādo
anterius nitentia: hoꝝ aīaliū humiditas crescit crescēte lu
na: ⁊ lꝫ fusca sint viua: tamē cocta rubicūda efficiunt̃ in ple-
nilunio: crescunt enim duo semispheralia ad modū lapiduꝫ
sub oculis interius que trita ⁊ in potu data cor cōfortare di
cunt̃. Sunt aūt multa gña cācroꝝ: vnde qddā est in India
qd̄ miles ꝑpter velocitatē vocat̃ ⁊ dicit̃ in se nullā habere
superfluitatē cui⁹ nō est cā ꝙ nō cibet̃: q: hoc est īpossibile:
sꝫ cā est q: cibat̃ ad modū plāte suggēdo humidū tm̄. Di-
cit ēt Solinus in occidētali mari cācros esse tā magnos ꝙ
homines mergūt ⁊ terga habēt dura sicut cocodrilli. Cācri la-
tent hyeme mensibus quinque. Ueris aūt tēpore procedē-
tes exuūt testas sicut anguis pellē. Dicūt tamē qdā ꝙ hye-
me apparēt ⁊ secant̃ littora. Estate aūt recedūt gregatiꝫ ad
aquas optatas: hyeme etiaꝫ ledunt̃ frigore: autūno ⁊ vere
pinguescunt ⁊ maxime in plenilunio. Mares in ea parte q̄
corpus ad caudā ꝯtinuat̃ subtus q̄tuor lōgas habēt virgu-
las ꝑminētes quibus femine carēt. Cauda ēt maris rotū-
dior est ⁊ planior ⁊ spissior. Femine aūt magis tenuis ⁊ va-
cua ⁊ lata quasi cōpressa: oua femine primo in corpore sunt
valde cōpresse ⁊ deinde per parū exeūt: ⁊ virgulis curtis q̄
sub cauda sunt adherent donec cōplent̃: ⁊ medent̃ ꝯtra ve-
nenatos serpentū morsus. Cuꝫ mas ⁊ femina coire volunt
prius mas ascendit supra dorsum femine: ⁊ tunc femina cō
uertit se supinam ⁊ sic mas coit cū ea cōfricādo se ad eā sine
egressu ouoꝝ. Cancer lacte potatus sine aqua multis viuit
diebus. De anathomia aūt cācri in prehabitis huius sciē-
tie libris determinatū est. Narrat Ambrosius ꝙ cācer libē
ter intrat cōchilia ostreoꝝ ⁊ comedit cōchilia: ⁊ ab alia par
te timēs ꝯcludi infra cōchā ⁊ cōteri intrare nō audet: obser
uat igit̃ donec ostreū ad radiū solis delectatū aperit ꝯchā:
⁊ tūc lapidē anteriori manu que bifurcata est intra ꝯchā po
nēs ꝯcludi cōchā nō permittit: ⁊ tūc ostreum depascit̃.

¶ Cocodrillus ē de aquaticis ⁊ est in figura lacerte per oīa
nisi ꝙ caudā nō hꝫ adeo rotūdā ⁊ pinnas hꝫ in cauda ⁊ extē
dit̃ vsqꝫ ad longitudinē viginti cubitoꝝ quādo perfecte est
quātitatis: sed ego duos vidi de sexdecim cubitis vnū ⁊ al
terū de decem ⁊ octo: pellis eius rugosa est ⁊ adeo firma ꝙ
ea quasi clypeo cōmunit̃ de nocte. in aq̄ manet: de die ꝑpter
pastū egredit̃ ad terrā: ⁊ ꝑpter breuitatē pedū est pigrum.
Rictus oris eius est vsqꝫ ad loca auriuꝫ si aures haberet: ⁊
dentes eius fortissimi sunt: ⁊ lingua caret: ⁊ cum sint multa
genera cocodrilloꝝ omnia mouent mandibulā inferiorem
ꝑter tenchea: ⁊ ideo hoc aīal est fortissimi morsus: adeo ia-
cet imobile ad solē ꝙ videt̃ eē mortuū: ⁊ tūc magno hyatu
os aperit ⁊ auicule veniētes purgāt ei dētes: q̄s ēt os ꝯclu-
dens deglutit: oībus aīalibus insidiatur: maxime tamē bu
balis. Et ecōuerso cocodrillū bubalus conculcat in harena
hoiem etiā cū pōt interficit: sed eundē postea vt dicūt qui-
dam deplangit. De stercoribus eius meretrices faciūt vn
guentū quo rugas faciei extendūt: sed lota facies deterius
in pristinas conuertitur rugas: he belue in Nilo flumine et
alijs quibusdam fluminibus ⁊ in Indie fluminibus habi-
tant: ⁊ satiate piscibus quasi somnolenter caput ingerunt ri
pis. Auis autem que sibi dētes purgat ⁊ quā aliquādo glu-
tit crochilos grece: latine regulus dicit̃: homines quidā vt
dicit Plinius in insula nili vocati parui corpore artem no
uerunt qua in natantes super dorsuꝫ beluarū insiliūt: ⁊ eas
lignis in os ligatis frenatas ducunt ad ripā captiuas: ⁊ co-
gunt aliquando euomere predā recenter acceptam.

¶ Cahab aīal est marinū paruos habēs pedes respectu cor
poris sui: vnū tamen hꝫ longū quo loco manus vtitur ⁊ per
ipsum porrigit cibū ori suo ⁊ eradicat herbas. Pedes aūt
eius creati sunt de cartilagine ⁊ formati ad modum pedis
vituli: hoc animal spirat ⁊ cum spiritū emittit redit ad ae-
rem ⁊ eijcit aquam sicut delphinus ⁊ cetus.

¶ Cricos aīal esse dicūt qd̄ pedē sinistrū hꝫ magnū ⁊ longū.
Dextrū aūt hꝫ valde paruū: coriū testeū molle nigrū inter-
positis rubeis maculis: tēpore sereni aeris absolutū ambu
lat: ⁊ tūc totū corpus ei⁹ innitit̃ pedi sinistro ⁊ alium post se
trahit. Cū aūt nubilus aer est imobile adheret lapidibus:
hoc etiam animal cuicūqꝫ etiam alij animali inheserit vix
auelli potest ab ipso.

¶ Celethi sicut in antehabitis diximus genus est animalis
multas sub se continens species. Est autem primo ouans:
⁊ postea pariens quod formatur in speciem parientis. Est
autem animal propter pondus capitis grauiter dormiens
ita vt manu capi possit dum dormit.

¶ Chylon aīal dicūt marinū qd̄ nō comedit: sed ad moduꝫ
suggētis pascit̃ humiditate viscosa: ⁊ ideo nihil in ventre
eius inuenitur.

¶ Canes marini sunt hirsuti sicut canes lucētib⁹ oculis ⁊ pe
dibus breuib⁹ anterius: sed retro pelle stricta ⁊ tenui ma-
gis ad gubernaculū caude formata q̄ꝫ ad pedes ⁊ est valde
debilis incessus ⁊ mordax valde ⁊ insequit̃ pisces magnos
pisces mordens ⁊ occidens: ⁊ venatur gregatim cuꝫ multis
de genere suo ⁊ multos in vnum locum coagitat pisces.

¶ Ceruleū cū nomine ⁊ re cerulei coloris animal est aqua-
ticū quod ganges fluuius nutrit: ⁊ habet bracchia duo lon
gitudinis cubiti vnius valde seua: quibus ad portum flu-
minis magnas bestias rapit ⁊ trahit in profundum. In no
stris autem aquis hoc animal nunc inuenitur.

Draco maris vt dicit Plinius ingens est be-
stia ad modū serpētis formata: sed pinnas hꝫ
qbus vtit̃ ad natādū ⁊ impetu vno multa ma
ris spatia pernatās magnitudine viriū suaꝝ.
Est āt bestia venenosa: ⁊ quousqꝫ momorde
rit pisces vel alia aīalia moriunt̃: per rhete pi
scatoꝝ ad littus trahit̃: subito foueā facit in harenis vt ab-
scondat̃. Cinis aūt ossiū eius sanat dentium dolores.

¶ Delphinoꝝ in mari multa sunt gña. hoc aūt qd̄ frequen-
tius videt̃ in mari animal est nigre pellis caput habēs bre-
ue ⁊ dentes in ore continuos sicut sunt molares dentes por-
ci ⁊ diligit homines: diligit etiaꝫ id quod est sue speciei: ita
ꝙ pullis eius ambulātibus gregatim duo custodes delphi
ni magni ponunt̃: ⁊ siquid de specie sua mortuuꝫ fuerit alij
custodiunt ipsum ne ab alijs piscibus deuoret̃ donec ipsuꝫ
mare eiecerit. In mari magno quod Italiam duobus tan-
git lateribus piscatoribus ad piscandum ad mare euntib⁹
delphinorum grex cōgregatus vadit cum eis ⁊ in mari per
modum corone cingunt pisces ⁊ coartant ad retia propel-
lendo: ab italicis enim delphinus nō comedit̃: nec eum pi-
scatores venātur: sed potius de captis piscibus delphinis
dant aliquam portionem: ⁊ hos delphinos italici tum be-
rellos vocant: eo ꝙ tumbantes ante naues aquaꝫ euomūt.
hoc animal tempestatis tempore de fundo fugiens ad su-
perficiem futuram nuntiat tempestatem. Est aūt vt dicunt
magne etatis: ita ꝙ compertum esse dicūt aliquod cui am-
putata fuit cauda centū annis ⁊ ampli⁹ vixisse: sed post de-
cem mēses coit ⁊ coit⁹ eius est velox: eo ꝙ testiculos ⁊ vere-
trū hꝫ iterius: ⁊ femina resupinata sub mare per vuluā que
est sicut vulua balene ⁊ mulieris accipit semē. hoc aīal gau-
det musicis: ita ꝙ Arionez quēdā citharedum qui cithara

cantauerat in mare proiectuz excipientes delphini impule-
runt ⁊ detulerũt ad litt⁹: alio tẽpore cũ Carie rex delphinũ
quẽdã magnũ cepisset multitudo magna delphinoꝝ captuz
ad littus ꝓsecuta est delphinũ ad modũ plãgẽtiũ se haben-
tiũ: qđ Carie rex vidẽs captũ ꝓcepit absolui delphinũ quẽ
cetus delphinoꝝ quasi tripudio recipiẽs abduxit a littore.
Dicũt ẽt ꝙ cadẽs in mari si delphini comestas in se habue
rit carnes a delphinis deuorat̃ si ꝑsentes sint. Si aũt nõ co-
mederit carnes delphini ẽt mortu⁹ ⁊ necat⁹ reuehit̃ ad lit-
tus. Sub Augusto principe dicũt puerũ cibasse delphinuz:
ita ꝙ tãdẽ de manu ei⁹ cibũ sumpsit ⁊ tãdẽ in dorso exceptũ
puerũ per mare vexit quo voluit ⁊ reuexit ad littus: ⁊ tãdez
cũ mortuus puer in littore maris vt solebat nõ compareret
ex dolore fert̃ ⁊ mortuũ esse delphinuz. Illi penitus simile
fert̃ in mari ciuitatis hyponensis in Africa accidisse ⁊ iuxta
vrbem nõ lõge aliũ puerũ hananũ nomine simile quid cum
delphino perfecisse: sicut in Persaruz scribit̃ hystorijs. In
nostro aũt mari Germanie adiacenti delphini capiunt̃ et
comedunt̃: ⁊ ideo fugiunt homines. Est aũt aliud delphi-
noꝝ genus de quo narrant ꝙ hz os in medio sui corporis ⁊
tante est celeritatis ꝙ nihil ipsuz marinoꝝ euaderet nisi ꝙ
capit predã ꝯuersam: ita ꝙ ab inferiori os supra ꝯuertit: et
tũc pisces fugere possunt: ⁊ hoc genus odit pullos suos: ita
ꝙ masculus deuoraret eos nisi femina eos occultaret: ma-
ter eni occultat pullos ⁊ secũ ducit ad cõpletionẽ: ⁊ postq̃z cõ
pleti sunt ita odire eos incipit ꝙ cuz mare deuoraret eos si
se ꝓprijs virib⁹ nõ defenderent. Aliud iterum delphinorũ
genus quidam dicunt esse in Nilo cristata ad moduz serre
habens dorsa spinis incidẽtibus: ⁊ hoc genus cocodrillis
natantibus se supponit: ⁊ vẽtres coꝝ molles crista dorsi in-
cidit ⁊ cocodrillum perimit.

¶ Dies est piscis qui eodem die orit̃ ⁊ complet̃ ⁊ morit̃ ⁊ hz
duos pedes ⁊ duas alas pinales: qdã tñ dicũt ꝙ diutius vi
uit ab ortu: sz dicũt ꝙ post cõplemẽtũ nõ viuit nisi die vna.

niant: quod patet per studia medicorum que faciunt iteruz atq̃ iterum in eo qui sumpsit venenum: ⁊ dant tyriacas et metridatum ⁊ alia huiusmodi que impediunt venenuz ne ad cor deveniat. Omnes autem iste venenorum operationes ⁊ multo plures sunt in actionibus serpentum: ⁊ ex his scitur natura veneni eorum.

Secundum inductas veneni operationes in tres ordines diuidunt serpentes ab antiquis grecorum sapientibus. Dicunt enim quosdā esse acuitatis vehementissime quorū morsus curā non recipit ⁊ infra tres horas interficit. Et quidā sunt acuitatis medie: ⁊ quidā sunt quorꝫ morsus est infimus: eo ꝙ non habent venenū de quo sit curādum lꝫ vlcus faciāt ⁊ inflationem suo morsu. Acuitatis autez medie sunt quorꝫ morsus interficit ab vna vsq̃ ad septem horas. In ordine aūt primo est serpens vocatus regulus qui grece basiliscus qđ regulum sonat vocaꝛ: ⁊ serpens qui vocaꝛ in hirundo: eo ꝙ color eius est similis hirūdini. Regulus autem visu ⁊ aditu sui sibili interficit. Hirundinis autem longitudo est quasi cubiti vnius ⁊ interficit ante duas horas: ⁊ eiusdem ordinis est serpens dictus aspis sicca propter vehementiaz siccitatis sue cutis: ⁊ est in quātitate longitudinis sue a tribus cubitis vsq̃ ad quinque: ⁊ color eius est declinās ad cinereitatē: ⁊ oculi eius lucent valde quasi carbones ignis ⁊ interficit a duabus horis vsq̃ ad tres. De eodem autē ordine est serpens qui vocatur expuens: eo ꝙ interficit per sputum suum qđ constrictis dentibus expuit super ea que sibi appropinquāt: ⁊ odor sputi eius est interficiens: ⁊ huiꝰ lōgitudo est vsq̃ ad duos cubitos ⁊ color similiter est declinās ad cinereitatē ⁊ interficit illum quem mordet ⁊ in eum spuit antequā redeat serpens ad antrum: horum enim morsus serpentū surdi sunt: ideo appellati sunt muti: qꝛ non sentiuntur aut vix sentiuntur antequā interimunt: neqꝫ valet multum curatio medicine in talibus nisi prius subito precidatur membrum vulneratum vel fiat combustio profundius penetrās q̃ venenum penetrauit: ⁊ his factis postea studenduz est vomitibus ⁊ euacuationibus ⁊ resolutionibus reliquiaruz veneni. ¶ Amplius autez serpentes surdi ⁊ arcuati sunt de hoc ordine primo. Dicuntur autem surdi ⁊ muti propter causam inductam. Arcuati autem vocantur: qꝛ per modum arcus incuruātur ⁊ sic tangentem desuper pungunt ⁊ infra se pungere non possunt: ⁊ hi tales sunt multaruz specierū que omnes multiplicantur in terminis Egypti. Horum autez quidam habent duo cornua ⁊ color horuz est diuersus. Aliquis enim est albus: ⁊ aliquis subalbus: ⁊ quidaz sicut mel inter rubeum ⁊ croceum ⁊ quidā cinericius: ⁊ aliqui eorum sunt similes viperis: ⁊ quidam habent dentes curuos sicut sunt vnci. Huius enim generis sunt illi qui dicuntur dracones statim interficientes.

¶ Secundus autem ordo serpentum est precipue de genere viperarum: quarum etiam sunt species multe ⁊ valde diuerse. De hoc enim ordine sunt vipere que arabice alesylaty dicuntur: ⁊ de eodē ordine sunt vipere queritine vocate: ⁊ de eodem adhuc ordine sunt sitire facientes eum quē momorderint: ⁊ multe alie de quibus inferius dicemus.

¶ In tertio etiam ordine multa sunt genera serpentum que inferius exequemur nominatim: que morsu suo vlcus faciunt ⁊ inflationem ⁊ putrefactionem nisi occurraꝛ per medicinam: sed non est venenum de quo sit curāduz: lꝫ vlceri diligens sit adhibenda curatio. Adhuc autez serpentibus accidit magna diuersitas in acuitate et hebetudie veneni ꝰm sexum masculinum ⁊ femininum: quāuis sint in specie vna. Masculi enim pauciores habent dentes ⁊ plus veneni ⁊ acutius venenū q̃ femine. ¶ Et qđ dicꝛ ꝙ femine deteriores sunt maribus intelligiꝛ in morsu inquātum est plurium dentium morsus eius. Adhuc autem ex etate diuersificātur in specie vna ⁊ eadez existentes: qꝛ senes deteriores sunt iunioribus propter magnitudinem: qꝛ magni deteriores sunt paruis quādo sunt in specie vna. Adhuc est eorum [...] propter locū: qꝛ habitātes loca inaquosa ⁊ mon[...] [...]eis qui habitāt ripas ⁊ littora ⁊ loca plu[...] [...]um autem diuersificātur ex repletione [...]aꝫ venenum repletorum minoris est

Nō dicit eōe dcm̄ d morsu serpētū feminarū itelligi.

nocumenti q̃ sobriorum ⁊ ieiunorum: maxime si diu abstinuerint ⁊ sunt famelici. ¶ Amplius diuersificātur propter passiones anime eorum. Irati enim ⁊ prouocati ⁊ audaces deteriores sunt aliter se habentibus in eadem specie. Adhuc autem diuersificātur ꝰm diuersitatē qualitatis corporis. eorum enim que eiusdem sunt speciei venenum est deterius in estate q̃ in hyeme ⁊ in calido ⁊ sicco tempore q̃ in alio. ¶ Qđ autem quidā antiquorum estimauerunt ꝙ venenum viperarum frigidū est: error est: ⁊ crediderunt hoc ex signo fallaci: ꝙ videlicet ei qui venenatus est frigescunt extremitates. hoc enim non accidit propter frigiditatē veneni: sed ideo qꝛ ex contrarietate quā habet venenū ad calorem naturalem mortificat ipsum: ⁊ illo mortificato frigescunt extrema quāuis inflatione veneni cor inflāmatum sit aliqua modica inflāmatione. Sunt etiam qui dicunt serpētis qui dicitur alesylaty specialiter venenum esse frigidum dicentes ꝙ venenum congregat sanguinem cordis ⁊ congelat ipsum: ⁊ ideo vehementer stupefacit: ⁊ dicunt etiā ipsuz serpentem esse frigidissimum: et huius signum dicunt esse: qꝛ dormit in hyeme sicut alia frigide complexionis animalia: eo ꝙ animalibꝰ calide complexionis hyems addat calorez: eo ꝙ ventres hyeme calidiores sunt q̃ in estate: et idō animalia calide complexionis in hyeme vigilāt: et illi etiā insufficienti crediderunt signo: et idcirco non est necessariū quod dicūt: ꝙ enim congelatur sanguis et stupescit sensus in morsu alesylaty potest esse: eo ꝙ sicut diximus calor naturalis mortificatur: et tunc calore innaturali non fit sensus et expansio et subtiliatio sanguinis. Similiter autem etiaz ꝙ dormit in hyeme potest esse propter cibum vel pellis vel loci dispositionem ⁊ non frigus complexionis: vespa enim citrina que valde est calide complexionis dormit in hyeme non propter frigus sue complexionis.

Falsuz ē q̄ venenū viperarū sit frigidum.

¶ Secūdum ordinem igitur alphabeti latini nunc dicemus plurimos inducentes serpētes qui omnes in tres inductas diuersitates reducuntur. Habent autem ⁊ alios modos diuersitatuz in speciebus proprijs: ⁊ istas sub nominibus eorum determinabimus.

Aspis serpens est: dictus aspis qđ grece sonat venenuz: eo ꝙ morsu venena diffundit. Dicitur aūt sicca aspis ꝓpter cutis sue scabrosam ⁊ duram siccitatē: cuius q̃ntitas est inter tres cubitos vsq̃: ⁊ est cinereus ad cinereitatē declinās sicut paulo ante diximus: ⁊ oculi eius scintillātes ⁊ interficit a duabꝰ horis vsq̃ ad tres. Non eni occidit ante finē duarū horarū nisi venenū iuueꝛ aliquo accidētali iuuamine. Ei aūt quem mordet accidit alteratio coloris ⁊ stupefactio sensus ⁊ multiplicaꝛ in eo singultus ⁊ infrigidātur membra eius ⁊ claudunꝛ palpebre ipsius ⁊ ꝓfunde dormit: ⁊ hec sunt certa ⁊ experta. Dicunt aūt quidā ꝙ dentes aspidis extra os prolonganꝛ sicut in apro. Et Solinus narrat aspidem nō nisi cū pari suo ⁊ coniuge viuere posse: propter quod ⁊ mortuo compare moriꝛ ⁊ relicta aspis: ⁊ ideo occisorem comparis fortissime insequitur: nec quiescere in populorum turbis patitur ⁊ occidit si potest. Dicunt quidā ꝙ in Egypto aspis in domo cuiusdā solitam capiebat annonam ⁊ tandem duos enixa est pullos in domo sui benefactoris: quorum vnus puerum occidit sui benefactoris et hospitis: ⁊ mater aspis sentiens hoc occidit iuuenem aspidem puerum suuz: nec vltra sub tecto illius aspis ausa fuit comparere. Dicunt etiam aspidem aliquando in fronte gestare lapidem preciosum: ⁊ hunc mirabiliter ab incantatore custodire: incantari enim se sentiens vnam aurem terre allidit vel lapidi ⁊ aliam extremitate caude obturat ne carmen audiat incantantis.

¶ Amphysileam serpens est quem arabes ⁊ Auicenna auksymen vocant: ⁊ sicut in multis mentitur Solinus ita ⁊ in hoc falsum dicit: ⁊ refert hunc serpentem duo habere capita. Nulluz enim animal naturaliter duo habet capita: ⁊ deceptus est ideo: qꝛ hic serpens ad duas salit partes: ante videlicet ⁊ retro: ⁊ hoc contingit propter costarum suarum in vtrāq̃ partem mobilitatem: ⁊ due extremitates eius sunt in grossitudine equales ei quod est in medio de corpore ipsius. Est autem serpens paruus quem greci amphyni propter extremitatum debilitatem vocant: ⁊ cum mordet accidit dolor

Nullū aial naturalr hꝫ duo capita.

dit dolor vehemēs: ⁊ morsus eiꝰ serpēdo totū in paruo tpe
occupat corpus: ⁊ iste ēt est ordinis pmi sicut ⁊ pcedens.

¶Armene serpēs est quo nullus penitꝰ serpēs peior ē nisi re
gulus solus. Nō eni differt a regulo i nocumēto: qa visu i/
terficit ⁊ auditu sibili sui sicut regulus: ⁊ qđcūq3 aial mordet
statiz dissoluit ⁊ morit: ⁊ silr morit oē aial qđ appropinquat
ei etiam si ab eo non mordeat: sed quantitate maior est q̄3
regulus: ⁊ est quātitas eius ab vno cubito in cubitum ⁊ di
midiū: ⁊ morsus eius nullā penitus recipit curationem.

¶Asilus est serpēs primi ordinis: ⁊ est ille de quo diximꝰ ꝙ
est expuēs: ⁊ ꝙ lōgitudo eius est vsq3 ad duos cubitos: ⁊ co
lor eius cinereus ad cinereitatē declinans: ⁊ interficit illuz
quē mordet ante q̄3 redire possit ad antrū: ⁊ ille quem mor/
det remanet sine sensu quietꝰ ꝓfunde dormiens patit sin/
gultus ꝯtinuos: ⁊ oculoꝝ clausionē ⁊ torsionē colli ⁊ spasmū
⁊ pulsuz inordinatū: ⁊ nō sentit dolorē pterq̄3 a pncipio mor
sus: tūc eni sentit dolorem intestinoꝝ. Ab hoc serpente mor
sus cōtinue necesse h3 manū imponere gutturi vt eliciat vo
mitū. Hic autē serpēs eleuat caput suū ⁊ expuit venenuz: et
locus morsus eiꝰ est paruus vt pūctū acus: ⁊ ē absq3 apate ⁊
currit ex eo sanguis paucꝰ niger. Ei aūt qui morsus est acci
dit tenebrositas oculoꝝ: ⁊ dolor in visceribꝰ ⁊ in ore stoma/
chi a pncipio morsus: ⁊ deide cōsequit clausio oculoꝝ ⁊ ꝓ/
funditas sōni: ⁊ nō viuit morsus vltra tertiā horā a morsu.

¶Andrius est serpēs ordinis primi: quē cū est in aqua gre/
ci vocāt andris: ⁊ quādo habitatio eius est in cāpo vel syl/
ua noiatur kedusudurus. Est aūt hic serpens minor q̄3 sit
aspis surda ⁊ latioris capitis: ⁊ deterior ⁊ nocibilior. Inci/
pit aūt morsus eius cū dolore vehemēti ⁊ inflat locus val/
de: ⁊ deide fit viridis ⁊ corrodit locus: ⁊ ipse qui morsus ē
patit vertiginē ⁊ vomitū cholere fetide: ⁊ motꝰ inordiatos
⁊ debilitatē virtutis: ⁊ morit fm plurimū in hora: ⁊ quādo
trāsit tertiā: hoc est quando serpēs est aquosus: aut qñ cō/
plexio eiꝰ qui morsus est valde est fortis: ⁊ si tūc euadit co/
mitabunt eū egritudines a quibꝰ nunq̄3 liberabitur.

¶Alsordius est serpens primi ordinis ⁊ est filis alij serpenti
qui vocat sabrim de quo inferiꝰ dicemꝰ. Est aūt quantitas
huiꝰ serpentis ab vno vsq3 in duos cubitos. Et h3 corpꝰ ha
renosum pūctatū totū pūctis nigris ⁊ albis: ⁊ est serpēs mi
nor q̄3 vipera: ⁊ caput ⁊ caudā h3 valde paruā: ⁊ vt in pluri/
bus harenosi coloris. Inueniunt tñ de hac specie nigri ⁊ ru
bei ⁊ albi: ⁊ hic serpens super caput suū h3 squamas albas
quasi icisas ⁊ fissas: ⁊ cū icedit facit strepitū sicut est strepitꝰ
folioꝝ siccoꝝ ꝓpter siccitatē corticis vētris sui: ⁊ isti serpen/
tes sunt grauis motꝰ ⁊ eq̄liū dentiū. Iste aūt serpēs est val/
de malus: ⁊ cū mordet rūpunt oēs pori māifesti qui sunt in
corpore morsi: ⁊ oēs meatꝰ eoꝝ: ⁊ oēs manāt sanguinē sicut ex
vlceribꝰ sanatis ⁊ iterato aptis cū dolore cōtinuo ⁊ vomitu
sanguinis ⁊ sputo sanguinis: ⁊ aliqñ ēt disrūpunt meatꝰ infe
riores ⁊ partes nāles: ⁊ faciūt ex eis manare sanguinez: ⁊ ēt
ex angulis oculoꝝ: ita ꝙ morsus opprimit in sanguie ⁊ spu/
to sanguinis ⁊ fluxu sanguinis narium ⁊ dolore stomachi: ⁊
locus vbi morsus est apatur ⁊ denigrat ⁊ fluit ex eo paucus
humor aquosus: ⁊ soluit venter ⁊ constringit anhelitꝰ ⁊ dif
ficultas incurritur vrinandi: ⁊ vox intercipitur ⁊ resoluunt
membra: ⁊ incidit in sui obliuionem ⁊ spasmum: ⁊ cadūt ei
dentes de ore: ⁊ in tormēto tali patiens moritur.

¶Altynanytꝝ serpētes dicunt sicut ⁊ casezati pui breues ⁊ mi/
nuti: s3 valde astuti calidi ⁊ malitiosi: qui qñq3 occultant se
inter folia sub arboribꝰ vt iniiciāt se trāseūtibꝰ sub arbori/
bus ⁊ iterficiāt eos: vt dicit Auic. ⁊ qñ hoc igenio frustrant
ꝓcedūt ex antris ⁊ insiliūt in trāseūtes ⁊ in colore sūt decli/
nātes ad rubedinē. Ex morsu aūt istoꝝ accidit dolor vehe
mēs qui ex loco morsus serpit in totū corpus: ⁊ accidit mo/
ri eum quē momorderint: ⁊ ideo sunt ordinis primi.

¶Arachs est serpens malignus ordinis secundi interficiēs
die secundo cum corrosione epatis ⁊ confractione intestino
rum: ⁊ est in colore varius non magne quantitatis.

¶Arūducus ⁊ cauharus sunt serpentes equales in magni/
tudine ⁊ nocumento: sed de cauharo inferius dicetur. Est
autem longitudo istorum vsq3 ad cubitum: ⁊ color arūdu/
ci est color honne: ⁊ super corpus eius sunt vestigia lineaꝝ:
⁊ ei quem mordet accidit dolor vehemens in loco morsus:
⁊ apostema maximum ex quo manat virus: ⁊ interficit ali/
quando in tertio die: ⁊ aliquando moritur post septimum:
⁊ ideo est de ordine secundo serpens iste.

¶Abedyxymon est de gñe draconū ⁊ est tertij ordis ⁊ h3 den
tes vehemētes: ⁊ iō cōminute cotiū mordēdo ⁊ ꝓfunde infi/
gendo dentes effodit eā: ⁊ ideo fit maior tumor in vulnere
nō tam ex caliditate veneni q̄3 ex magnitudine ⁊ ꝓfundita/
te vulneris. Efficit igit vulnus malum valde.

¶Albartraf ⁊ handion sunt de genere draconum ⁊ in ordie
tertio: ⁊ sunt magni vsq3 ad qnque cubitos: ⁊ ex morsu eoꝝ
accidit dolor vehemēs ⁊ frigiditas plurima: ⁊ per ꝯsequēs
stupor ⁊ mors forte vsq3 ad plures dies: qa frigiditas vene
ni tardius occidit: aliquādo āt curant morsus huiusmodi
draconū: de alijs aūt silibꝰ veridicet per naturas istoꝝ ⁊ ꝓ/
prietates. Haren Semeryon phus dicit esse serpētē de ge/
nere draconū marinoꝝ: ⁊ cōcordat cū eo Auic. ⁊ est filis ser/
penti siue draconi qui dicitur caruen: qui etiaz de dracon/
bus marinis est: ⁊ est magnus forte sex cubitorum vel am/
plius: ⁊ est niger aliquantulum pilosus iuxta caput: ⁊ facit
vulnus in morsu magnum ⁊ malum: ⁊ accidit ex morsu suo
qđ accidit ex morsu viperarum.

Basiliscus serpēs est qui ad interptationez lati
naz regulus vocat; qđ idē in greco sonat basi/
liscus. Causa aūt nois duplex est. Una qdem
qa coronatū caput hre videt: h3 eni additamē
tuz supra caput guttatuz albo ⁊ hyacintino co
lore velut qbusdā iterlucētibꝰ gēmis sit diade
mate regali coronatꝰ. Lōgitudo aūt serpētis huiꝰ est duoꝝ
palmoꝝ: ⁊ caput eiꝰ est acutū valde: ⁊ oculi eiꝰ sunt rubei: et
color eiꝰ ex nigredine ad cinereitatē declinās: ⁊ flatꝰ eiꝰ adu
rit totū super qđ incedit: ita ꝙ in circuitu cauerne eiꝰ nihil
orit oino: qa exiccat arbores ⁊ herbas ⁊ fructeta ⁊ scidit la
pides ⁊ inficit aerē: ita ꝙ si quādo auis volat de cōtra locū
in quo manet statim cadit mortua: ⁊ silr alie bestie ⁊ alij ser
pētes pter solū armene qui multa austeritate cōiūgit basi/
lisco. Basiliscus ēt sibilo suo iterficit dūmō exaltet eū: eo ꝙ
sibilus cū spū suo defert: ⁊ ad minꝰ ad tātū spatiū sibilus i/
terficit ad quātū cū spū ꝓpagat. In eo aūt spatio in quo sim
plex q̄litas soni sine spū extēdit non puto ꝙ interficiat basi/
liscus. Adhuc aūt iterficit visu: morit eni oē super qđ cadit
visus eiꝰ. ¶Qđ aūt dicit Plinius ⁊ alij qdā basiliscum nō
occidere hoiez nisi prius viderit hoiem q̄3 ecōuerso videat
ab hoie: ⁊ ꝙ visus hois si prius videat basiliscū interficiat
basiliscū: ego nō puto esse veꝝ: qa rōnē nō h3: nec Auicen. ⁊
Semeryon Phi qui experta loquunt hoc narrant: nec hec
est causa ꝙ visu iterficit quā qdā dicūt: ꝙ. v3. radij egredi/
entes ab oculis eiꝰ corrūpant ea super que cadūt: qa nō est
snia nāliū ꝙ radij ab oculis egrediant: s3 potiꝰ causa corru/
ptiōis est spūs visiuus qui lōge valde diffundit ꝓpter sue
subtilitatē: ⁊ hic corrūpit ⁊ necat oia. Hūc serpentē oēs alij
timēt serpētes ⁊ fugiūt pter eum quē noiauimus: ⁊ forte fu
git ēt ille aliqñ. Cuiuscūq3 eni aialis corpus momorderit:
corpus illđ liquefit ⁊ inflat ⁊ currit virus ⁊ statim morit in
momēto: ⁊ si alius hō appropinquauerit illi mortuo morit
etiā ille: ⁊ si tāgat lancea lōga vel virga tāgēs illā virgā mo
rit: ⁊ hoc iā accidit militi cuidā qui tetigit euz lancea: ⁊ silr
eius equus mortuus fuit quando cū eadem lācea casu teti
git labiū eq sui. Hic aūt serpēs multiplicat in terra Acho/
hor ⁊ in Nubia. Dicit aūt ꝙ mustela iterficit eū ⁊ ꝙ inco/
le inuoluētes se multis imittūt mustelas in antra eoꝝ: ⁊ ꝙ
serpēs fugit mustelā ⁊ mustela iterficit eū: ⁊ hoc est veruz:
hoc videt eē mirabile: ⁊ dicūt ꝙ vbi aspersus fuit cinis eiꝰ
ꝙ ibi nō nidificāt aranee nec apparēt alia venenosa: ⁊ ideo
antiquitꝰ aspergebant cineres eiꝰ in tēplis. Dicit ēt Her/
mes ꝙ argētū cinere eius delinitū accipit auri splēdorez et
pōdus ⁊ soliditatē. Dicūt ēt qdā ꝙ est qđdā basilisci genus
qđ volat: sed de hoc nō legi ego in libris sapiētū phoꝝ. Di/
cūt ēt qdā ꝙ generant de ouo galli: s3 hoc verissime falsum
est ⁊ ipossibile: ⁊ ꝙ Hermes docet basiliscum generare in
vtero non intelligit de vtero basilisco: sed de elyxyr alchi/
mico quo metalla conuertuntur.

Contra Plinium.

Quō basiliscꝰ visu iterficiat.

Nō mirabile de mustela.

¶Boa de genere draconū est tertij ordinis: hec boa primū
cum iuuenis est adhibet se armētis bubaloꝝ vel vaccaruz
que multo lacte sunt irrigue: ⁊ suggēdo vnā post aliā longo
tēpore ⁊ in imēsaz extēdit quātitatē: ita ꝙ postremo regio/

nes depopulatꝰ. Aliqñ in Africa sicut Romana testatꝰ hystoria cẽtum ⁊ viginti pedũ lõgitudinis apparuit: quẽ Regulus Romanoꝝ dux qdã tormentis balistaꝝ ⁊ alioꝝ que ad expugnationẽ castroꝝ adhiberi solẽt expugnauit: ⁊ interfecti pellem detractam ⁊ mandibulas Romam ad spectaculum attulit. Morsus eius est maximi vulneris venenati ⁊ malitiosi sicut ⁊ aliorum draconum.

¶ Berus vt dicũt serpens est aquaticus astutꝰ nequã: ⁊ est ordinis primi mortifeꝝ hñs venenũ. Qđ aũt dicunt qdam hunc serpentem euocare murenã ⁊ coire cũ ea deposito veneno fabula est sicut in ante habitis diximus.

Cornuta aspis vt dicit Auicẽna ⁊ Semeryon est serpẽs ordinis primi cuiꝰ longitudo est ab vno vsq3 ad duos cubitos: ⁊ sũt sup caput eiꝰ due eminẽtie sicut duo cornua: ⁊ color corporis eiꝰ est color rubeus ⁊ venter eiꝰ est sicut squame sicce dure: que cũ ambulãt strident sup terram ⁊ strepitũ faciũt ⁊ dẽtes eiꝰ sunt equales nõ recurui: s3 plurimũ habitat in locis harenosis. Istiꝰ serpẽtis est q̄ genus paruũ est: ⁊ ideo paruũ dicitꝰ: qa cornua eiꝰ sunt parua ⁊ breuia: ⁊ hoc est ex duabꝰ causis. Aliqñ eni cornute magne cadũt cornua: ⁊ anteq̃ recrescãt sunt breuia: ⁊ hoc non vocatꝰ parua: sed est alia causa s̃m nãm q̄ semp parua sunt: ⁊ vocatꝰ cornuta parua. In hoc eni3 genere serpẽtis sunt plures spẽs. Signa aũt morsus eius sunt: qa sentiũtur in loco morsus eiꝰ quasi acus pũgentes: aut claui infixi: ⁊ ptingit ei qui morsus est grauitas maxima in corpore: ⁊ inflantur labia eius: ⁊ patitur vertiginem ⁊ tenebrositatem oculoru3 ⁊ alienationem rationis. Solinus etiam dicit q̄ cornibꝰ impetunt homines: sed hoc non est probabile.

¶ Cerastes est serpẽs carens spinis in corpore cartilagines hñs p spinis: ⁊ ideo corpus hñs flexuosiꝰ alijs serpẽtibus. Habet aũt octo cornua in capite flexuosa sicut cornua arietis: ⁊ est serpẽs paruus coloris pulueris: vñ ẽt absconditꝰ in puluere: ⁊ passeres isidẽtes cornibꝰ suis sicut festucis: veneni morsus eiꝰ interficit: ⁊ silr alia aialia calcantia in eũ. Et est iste serpẽs de cornutis qui sunt nocumẽti pmi. Cornu cerastis sũt qui dicũt pñte veneno sudare: ⁊ iõ ferri ad mẽsas nobiliũ ⁊ fieri ide manubria cultelloꝝ que ifixa mẽsis nobiliũ pdãt p̄sens venenũ: sed hoc nõ satis probatum est.

¶ Cafezacus vt dicit Auic. ⁊ Semeryon serpẽs est in multis similis alij cuidã qui altynanytus vocatꝰ: de quo in p̄cedentibꝰ dictũ ẽ. S3 hec duo genera serpẽtũ parua ⁊ breuia sũt: in arboribꝰ se occultãtia vt inijciant se trãseũtibꝰ: ⁊ sunt calidi ⁊ nequã ad rubedinem declinantes: ⁊ morsus eorum a loco vulneris serpit per totum corpus ⁊ occidunt: ⁊ isti sunt serpentes ordinis primi.

¶ Cerula vt dicit Plinius est serpens quantitate ad modũ paruus: ⁊ dicitur esse cecus: sed virtus veneni eius facit eũ esse de ordine primo.

¶ Cerystalys vt dicunt Semeryon ⁊ Auicẽna est serpẽs de genere viperarum ⁊ est secundi ordinis: ⁊ est cinereus duorum cubitorum ⁊ in loco morsus accidit inflatio: ⁊ vesice ⁊ duritia apparent ⁊ fluxus humiditatis sanguinee nigre ex loco morsus: ⁊ patitur lesus alienationem rationis ⁊ tenebrositatem visus ⁊ spasmum mortificantem.

¶ Celidrus est serpẽs quẽ dicũt eẽ tã aquaticũ q̃3 agrestẽ eq̃liter sicut ⁊ nomẽ grece cõpõnis oñdit: chyron eni est terra ⁊ idor aqua. Est aũt serpẽs cuius dorsum fumans terram fumare facit vbi trãsit pp v̇tute3 veneni. Vñ Macer dicit. Seu terga expirãt fumãtia virus. Seu terra fumat q̃ terra labitꝰ anguis. Hic serpens ante in magna quãtitate erectꝰ ambulat: qa si se multum torserit dum currit crepat.

¶ Centris est serpens semper rectũ iter serpẽs: vñ Lucanꝰ. Et semper recto lapsurus limite centris.

¶ Caubarus teste Auicẽ. serpens est similis arunduci. Est aũt lõgitudo huiꝰ cubitalis: ⁊ color harenariꝰ super dorsu3 habet linearum vestigia: in vulnere morsus est iflatura pmaxima ⁊ dolor vehementissimus: ⁊ fluit ide virus: ⁊ interficit tertia die vsq3 in septimum: ⁊ ideo est ordinis secũdi.

¶ Caruẽ vt dicit Semeryon est de genere draconũ: ⁊ est serpens valde magnus: ⁊ morsus eiꝰ est sicut morsus vipere.

¶ Centupeda serpens est de genere draconum multos valde habens pedes.

Dypsas serpẽs est qui latine situla interp̄tatur: eo q̄ situla indiget ille quẽ momorderit: quia tãtũ sitit q̄ sitiendo ⁊ bibendo moritꝰ: pp qđ a Sentyryo pho ⁊ ab Auicẽ. serpẽs sitim faciẽs vocatꝰ. De hoc serpẽte dicit Solinus: q̄ adeo paruus est q̄ q̃si inuisibilr percutiens: ⁊ hoc ego non tã attribuo q̃ititati q̃3 ei q̄ latet in harene supficie vel gramine. Vñ Auicẽna ⁊ Semeryon ita dicũt: serpẽtis faciẽtis sitim lõgitudo est palmi vniꝰ ⁊ sup corpꝰ eiꝰ sũt vestigia nigra plurima: ⁊ caput eiꝰ ẽ paruũ: ⁊ collũ eiꝰ est grossu3: ⁊ icipit curuatura eiꝰ a collo grosso vsq3 ad caudã subtilẽ cõtinue ⁊ diminui: ⁊ figura eiꝰ est figura vipere: ⁊ color posterioꝝ eiꝰ vsq3 ad caudã vergit ad nigredinẽ: ⁊ dũ icedit q̃tit caudã ⁊ firmat: ⁊ est gñatio eiꝰ i terra hascem ⁊ lokyati. Et qdã huiꝰ gñis serpẽtes habitãt in littoribꝰ maris: ei autem qui morsus ab eo accidit vt adurat vẽter eiꝰ ⁊ iflãmetꝰ: ita q̄ ex aq̃ non satiatꝰ nec cessat bibere: cũ tñ nihil resoluatꝰ ab ipso per vrinã vel sudorem: ita q̄ inflatur venter eius totꝰ ⁊ currit aqua in venis ipsius.

¶ Draco s̃m Auicẽnã ⁊ Semeryon est in ordie tertio serpẽtũ: ⁊ illiꝰ ordis sicut iã ante diximꝰ sũt serpẽtes qui nocẽt qñ mordẽt per vulnus nõ per venenũ de quo sit curãdũ. Et s̃3 eosdẽ phos draco est nomẽ gñis qđ sub se continet multas spẽs. Dicũt igitꝰ isti phi q̄ dracones oẽs sunt corpore valde magni: ita q̄ mior illoꝝ est qnque cubitoꝝ: ⁊ maior est .30. cubitoꝝ: ⁊ supra p̄cipue in pribꝰ Indie. Dicũt ẽt q̄ sunt draconi duo oculi magni: ⁊ sub labio in mãdibula inferiori est eminẽtia sicut mẽtũ: ⁊ sũt ei dẽtes plurimi. Et miores qde3 multiplicantꝰ in Nubia: s3 mares sũt ⁊ multiplicantꝰ in India. In Nubia eni ⁊ Asia qnque cubitoꝝ ⁊ q̃tuor iueniuntꝰ. S3 in India sunt maximi. Facies aũt habent citrinas ⁊ nigras: ⁊ hñt ora vehemẽtis amplitudis: ⁊ supcilia cooperiunt oculos eoꝝ: ⁊ sup collũ eoꝝ sunt squame: ⁊ visus est vnꝰ ab Auicẽna in cuiꝰ collo s̃m latitudinẽ colli erãt pili descendẽtes lõgi ⁊ grossi ad modũ iubaꝝ equi: ⁊ hñt tres dẽtes in mãdibula superiori ⁊ totidẽ in iferiori lõgos ⁊ pminẽtes: ⁊ morsui eoꝝ accidit dolor paruus a pñº ⁊ postea morsus islãmat: ⁊ masculi eoꝝ sunt deteriores feminis. Nõ solũ aũt in India: s3 ẽt cõpertũ est q̄ in regiõibꝰ alijs sũt dracones magni valde. Hoc est veriꝰ qđ de draconibꝰ ab exptis phoru3 inuenitꝰ. Si aũt seq̃mur dicta eoꝝ qui potiꝰ referũt audita vulgi q̃3 phica dictoꝝ suoꝝ ostẽdãt expta: tũc sequẽdo Pliniũ ⁊ Solinũ ⁊ quosdã alios dicemꝰ draconẽ eẽ maximũ inter oia terre ⁊ maris aialia: nec hẽe venenũ ⁊ esse cristatum in capite ⁊ os eiꝰ eẽ paruũ s̃m magnitudinẽ corporis ⁊ capitis sui que strictis cãne ⁊ arteriaꝝ fistulis ligua3 exerit que dũ hiscit ore s3 dẽtibꝰ nõ nocet: morsus tñ eiꝰ est pessimꝰ q̃3uis paruus, ⁊ huiꝰ cã3 dicũt eẽ: qa mortifera ⁊ venenosa comedit ⁊ nõ ex seipso: ⁊ si quẽ cauda ligauerit occidit: a caude eni sue iuolutiõe nec elephas tutꝰ est corporis sui magnitudie: ⁊ hec ego expta satis nõ reputo. Dicit ẽt Plinius q̄ draco verno tẽpore nauseat qđ malũ sylvestris lactuce succo restrigit. Mãsio eiꝰ vt dicũt magis est in speluncis lapideis: locũ eni frigidũ querit pp estũ corporis sui que3 patitꝰ precipue qñ volauerit. Alas eni aliqđ genꝰ draconis dicunt hẽe: mẽbranales aũt has esse est pbabile: nec illos eẽ maximos: s3 de mediocribꝰ: qa tã magna moles vt sũt maximi alis i aere suspẽdi ⁊ ferri nõ posset. Dicũt ẽt isti i terris calidis iueniri dracões ⁊ p̄cipue i rimis turris babel ⁊ in finitimis eiꝰ. Voces ẽt draconũ dicũt terrere hoies aliqñ: ita q̄ moriuntꝰ. Visus eoꝝ ẽt est terribilis. Diu ẽt dicũt eos viuẽ sine cibo: ⁊ cũ comedit nõ de facili satiatꝰ. De subterra ẽt dicũt dracões tpe tẽpestatũ erũpere ⁊ euolare i aerẽ late diffusis alis eiꝰ pelliceis: ⁊ hoc magis eẽt credibile si corpus magnũ hẽnt ⁊ breue: s3 qñ lõgũ est pp elõgationẽ ab alis nõ videtꝰ alis posse suspẽdi. Nec viri expti aliqd de hoc phice loquẽtes tradiderũt. Genꝰ ei3 stellionis qđ iuenitꝰ alatũ alas nõ h3 ad volãdũ: s3 potiꝰ vt erigat añriꝰ corpis sui vt sic moueri possit sicut in añ habit3 huiꝰ scie libris dtermiatũ ẽ. Dicũt ẽt q̄ vbicũq3 draco fuerit aerẽ ificit. Dicũt ẽt q̄ vt i pluribꝰ pedibꝰ caret: s3 pectore repit super terrã: ⁊ hoc est veꝝ. Addũt ẽt q̄ qđ dã draconũ genꝰ pedes h3: ⁊ hoc est iprobabile: qa tãte lõgitudini pauci pedes nõ pficerẽt. Dicunt ẽt quidã q̄ de cerebro eiꝰ lapis qdã nobilis excidit: s3 v̇tutem

non hz nisi viuenti extrahatur: dicūt enī qdā carnes draconis eē esibiles Ethiopib⁹: eo q̄ īfrigident eos. Dicūt ēt q̄ qñ draco estuat a volatu se īfrigidat sanguie elephātꝫ. Dracones ēt dicūt timere tonitrua ꝛ hoc aial sepi⁹ fulminari: sicͭ ecōtrario aqlā iter aues ꝛ lauꝝ iter plātas dicūt nō fulminari: ꝛ iō cū ab īcantatore carminib⁹ incantaꝛ verberari dicūt vtrē de corio ꝛ tympanū corā eo vt putās eē tonitrua cōtrahaꝛ ꝛ icantatori sup se p̄beat ascēsum. Dicūt ēt q̄ ligat⁹ sup dracone incantator multa terraꝝ spatia peruolat: aliqñ tñ lassitudie vict⁹ in mare cadēs submergiꝛ ꝛ ipse ꝛ ascēsor ipsi⁹: hec aūt oia magis ex rumore q̄ꝫ per expta dicunꝛ. Qd̄ aūt dr̄ videri dracones volātes in aere qui expirēt ignē micantē apd̄ me īpossibile est: nisi sicͭ de vaporib⁹ qbusdā in libris metheoroꝝ est determiatū qui dracones vocanꝛ: ꝛ moueri ꝛ fumari ꝛ aliqñ cōglobatas cadere in aq̄s videntur ꝛ stridere sicͭ candēs ferrū: ꝛ aliqñ iteꝝ eleuari ex aqs qñ vapor vētosus est ꝛ erūpere in aerē ꝛ comburere plātas ꝛ alia que cōtingūt: ꝛ pp huiusmodi ascensum ꝛ descēsum ꝛ fumū qui est ex vtraq꜃ parte caliginosus diffundiꝛ in modū alaꝝ: credūt imperiti hoc esse aial volans ꝛ spirans ignem.

Vñ vulgus sibi p̄suasit draconē ingnē ex ore expirare.

¶ Draco marinus vt dicūt Semeryon ꝛ Auicen. pisci est ad modū alteri⁹ draconis: sꝫ morsus ei⁹ ē cōminuēs ꝛ effodiēs carnes ꝛ min⁹ venenosus q̄ꝫ morsus alioꝝ eo q̄ ē aq̄ticus.

¶ Dracopopodes dicūt greci serpētez de ordine tertio ꝛ genere draconum quem dicunt vultum virgineum imberbis hominis habere: ꝛ talem serpentē a fide dignis audiui interfectum esse in insula Germanie: ꝛ diu monstratum nostris temporibus omnibus volentibus eum videre donec computruit: ꝛ morsus eius est sicut aliorum draconum.

Emorroys greco noie serpens vocaꝛ ab emor qd̄ est sanguis ꝛ roys qd̄ est fluxus dict⁹: quia morsus ei⁹ laxat oium orificia venaꝝ ꝛ excutit quicquid sanguinis est in corpore morsi: ꝛ sic interficit ꝛ est ordinis primi. Hunc dicunt eē cinereum ꝛ maiorem q̄ꝫ cubiti vnius.

Faliuisus est serpens discolor ordinis secundi ꝛ morsus eius est similis morsui viperarum: ꝛ accidit morso ab eo corruptio ꝛ mollificatio sicut accidit habenti hydropisim ꝛ profunditas somni et obliuio et egritudines epatis et colon et ieiunum.

Iaculū dicūt Plini⁹ ꝛ Jorach eē serpētē alatū a iaculādo dcm̄: in arborib⁹ enī latēs īficit fructus arboꝝ ꝛ oē qd̄ comederit ex eis moriꝛ: et qcqd obuiat serpēti iterficit. Et dicit Jorach q̄ hic serpēs est duoꝝ modoꝝ: qdā eni morsū sine sensu doloris iterficit: ꝛ ali⁹ est istius generis qui quēcunq꜃ tetigerit dolore diuturno fatigatur ꝛ moritur. Et isti ambo sunt ordinis primi.

¶ Jpucipis est serpēs aspidis ꝛ surdoꝝ serpētium: ꝛ est serpens qui quemcunq꜃ momorderit somno moritur. Hunc dicitꝛ Cleopatra dextro suo alligasse ꝛ cum suo Antonio sepulchrum intrasse: vt cum eo mortuo suauiter vitā finiret.

¶ Jdra vel idrus serpēs est oiuz serpētū pulcherrim⁹: ꝛ ē de gñe viperaꝝ ꝛ ordis scd̄i: apparet aūt in Nilo flumie: ꝛ cum cocodrillus dormit sup ripā ore apto iuoluit se luto lubrico vt facili⁹ illabaꝛ in eū: ꝛ sic imergit se faucib⁹ cocodrilli quē euigilās cocodrillus trāsglutit: ꝛ tūc viscera cocodrilli serpēs lacerat ꝛ exit. Hui⁹ morsuz dicit Semeryon: dicens q̄ morsus ei⁹ a loco vulneris egrediꝛ et dilataꝛ ꝛ obfuscaꝛ color ei⁹ q morsus ē: ꝛ egrediꝛ ex morsu ei⁹ hūiditas plurima nigra fetida valde: ꝛ plōgaꝛ curatio ei⁹ ꝛ ē difficil. Dicͭ aūt Plinius q̄ antiqui dolorē contingentem ex morsu ei⁹ vocauerūt bouz: eo q̄ fimus bouz multū valet ad curā ipsi⁹.

¶ Jrūdo sicͭ dicͭ Semeryon grec⁹: est de surdis aspidib⁹: ꝛ est ordis p̄mi: ꝛ color ei⁹ silis est colori hirūdinis: ꝛ longitudo ipsi⁹ circiter cubitū vnū: ꝛ interficit ante duas horas: ꝛ morso ab ipso accidūt singultus ꝛ alteratio coloris ꝛ stupor ꝛ frigus membrorum ꝛ profunditas somni: ꝛ clausio palpebrarum cū vehemētia pulsus cordis ꝛ magnitudo doloris.

¶ Jlicinus vt dicit Semeryon est serpēs qui habitat in ilicibus: ꝛ quem momorderit accidit illi excoriatio cutis: ꝛ similiter excoriat ꝛ alium qui tangit morsum ꝛ medetur ei: ꝛ habet odorem valde malignum mortificantem euz qui p̄sens est mortuo. Accidunt etiā ex eo accidentia morsus viperarum. Est igitur ꝛ iste ordinis primi.

Lacertā qdā serpētē dicūt pp silitudinē corporis ad serpētē ꝛ pp silitudinez caude: sꝫ nō pōt reduci in aliquē triū ordinuz supradictoꝝ: qa cū mordet lacerta ꝛ stellio dētes suos oris sui dimittūt in loco morsus sui īfixos: ꝛ sūt parui subtiles ꝛ nigri q̄si pili nigri: ꝛ ideo non cessat locus prurire ꝛ dolere donec extrahanꝛ cū serra vel cultello posito sup eos ꝛ excidēte eos: ꝛ tūc sedaꝛ dolor sicͭ dicͭ Auic. Extrahūt ēt dētes ei⁹ oleū ꝛ cinis superposita si postea suggaꝛ loc⁹ ꝛ ponaꝛ in aq̄ calida. Lꝫ igiꝛ nō sint ordis serpētū: tñ pp cōformitatē figure hic tāgunꝛ nature eoꝝ. Dicit autē Jorach in libro quē de aialib⁹ qbusdā cōposuit q̄ qñ senuerit lacerta ꝛ oculi ei⁹ obscuranꝛ ꝛ īcipit excecari: tūc itēdit ꝫ solē ad radios ipsi⁹ ꝛ oculos suos dirigit ꝫtra solē per foramē aliqd̄ tpe matutino quousq꜃ redeat visus ei⁹ ꝛ pfecte videat sicut prius. Si aūt veꝝ dicͭ in hoc iste phs p certo obtenebratio oculi est ex frigiditate cōstrigēte hūidū oculi: qd̄ calor luminis solis dissoluit ꝛ subtiliat ꝛ sic visum restituit. Dicit aūt Plini⁹ q̄ lacerte cōpares vadūt ꝛ capto vno alter efferaꝛ in captiētē. De lacertaꝝ ēt gñe est alia quedā bestiola parua silis in figura lacerte: sꝫ caudā habꝫ nigrā: que araneis syluestrib⁹ vesciꝛ. Ouat āt lacerta sꝫ non cubat. Et q̄ qdā dicūt q̄ mr̄ deuorat partū p̄ter vnū mag inertē: qui tñ postea parētes deuorat: oino falsum est. Lacerta liguā dr̄ hr̄e pilosaꝫ: sꝫ nō hꝫ: imo sūt dētes parui vt pili: ꝛ est bifida sicͭ ligua serpētꝫ. Jn India sūt lacerte pedū. 24. colore fulgēti. Narrauit mihi vn⁹ de socijs nr̄is fide dign⁹: q̄ vidit i puintia ꝛ Hispania aliqñ lacertas hn̄tes spissitudinem cruris hominis sub genu: ꝛ non erant multum longe: ꝛ habitabant in cauernis terrarum: ꝛ insilierunt in homines ꝛ animalia transeuntia alte saltantes de terra: ꝛ aliquando incisu vno auferebant totam maxillam hominis.

Miliares vt dicͭ Semeryon est serpēs q pp suā citrinitatez est q̄si coloris milij: ꝛ iō ēt a milio nomē accepit: ꝛ ei quē mordet accidūt accn̄tia malaꝝ viperaꝝ de qb⁹ nos iferi⁹ dicem⁹ qñ loquemur de viperarum morsu. Est igitur iste serpens ordinis secundi.

¶ Maris serpēs est multaꝝ spērū in hoc cōuenietes cū terrestrib⁹ q̄ pedes nō hn̄t: sꝫ mō anguillaꝝ repūt in fundo et natāt qñ necesse est: qa pinas nō hn̄t. Jn oib⁹ āt siles sūt serpētib⁹ p̄terq̄ꝫ i capite: qm̄ caput eoꝝ ē duꝝ ꝛ aspeꝝ: ꝛ sūt malitiosi: sꝫ venenū i aq̄ min⁹ nocet q̄ꝫ si idē eēt in terra. Hi aūt in fundo maris non vadūt: sꝫ iuxta littus ꝛ circa scopulos.

Natrix est serpēs aq̄ticus in fontib⁹ veneno aq̄s inficiēs. Vñ Lucan⁹. Et natrix violator aq̄.

¶ Naderos serpētē dicūt eē ordis scd̄i qui in Germania ieniꝛ: ꝛ est duoꝝ ꝛ ampli⁹ cubitorū longitudinis: ꝛ spissitudinis bracchij hois sub cubito: ꝛ vēter ei⁹ declinat ad cinereitatez aureā: ꝛ dorsuz ei⁹ viret aliquātulū: ꝛ venenū ei⁹ serpit ex loco morsus i totū corp⁹ nisi citi⁹ exciaꝛ. Dr̄ ēt ificere virgas ꝛ gladios si tāgit ligna: ita q̄ imutat colorē tā lignei q̄ꝫ ferrei instrī.

Obriali⁹ de gñe aspidis est: ꝛ est ordinis p̄mi: sicut dicit Jorach: ꝛ si qd̄ aial momorderit somno grauatur ꝛ dormiens moritur.

Prester vt dicit Jorach serpēs est de gñe aspidū ordis p̄mi iter serpētes qui semp vagatur ore apto ꝛ fumāte: ꝛ quecūq꜃ pcusserit tāta corpulētia ꝛ tumore afficiꝛ sicͭ sit hydropic⁹ quem exuberās sequiꝛ putredo ꝛ sic moriꝛ. Vñ Lucanus. Oraq꜃ distēdēs auidus fumātia p̄ster.

¶ Phareas est serpens qui quasi totus erect⁹ graditur super caudam ꝛ super partem corporis que caude coniungitur: ꝛ ideo per iter quod vadit sulcuz facere videtur. Unde Lucanus. Quo ꝫtentus iter cauda sulcare phareas.

Rimatrix vt dicit Jorach serpens est ordinis primi rimans aquas et cibos ꝛ inficiens eos: et si quis ex infectis aliquid gustauerit statim moritur.

Salamandra est serpens hoc est aliqd serpenti sile hñs: qđ eni greci salamandrã nos stellionẽ dicimus. Et de hoc varie valde sunt opiones antiquoꝝ. Quidã eni salamãdrã dicũt eẽ idẽ ꝙ kamaleõtẽ qui est leo terre: ⁊ hi sũt Plinius ⁊ Solinus. Est aũt q̃drupes de figura lacerte ouãs: vel potiꝰ hñs faciẽ cõpositã ex facie porci ⁊ symie. Et dic̃ Pliniꝰ ꝙ crura posteriora hʒ recta ⁊ lõga vẽtri adherẽtia: pliñã caudã ⁊ flexuosaʒ tenuitate deficiẽteʒ: vngues hamatos subtili aduncitate: corpꝰ aspeꝝ ⁊ cutẽ q̃lis ẽ in cocodrillis. Dicũt qdã ꝙ hʒ quãdaʒ lanã que in igne nõ aduriẗ: eo ꝙ in poros eiꝰ ignis nõ hʒ igressuʒ: tñ ego exptꝰ sum ꝙ illđ qđ ad nos deferẗ de hmõi lana non est lana aialis: sed qdã dicũt ꝙ sit lanugo cuiusdã planete qđ ẽt ego nõ sum expertꝰ. Expertꝰ aũt suʒ ꝙ est lanugo ferri. Ubi enim magne masse ferri cõfabricanẗ aliqñ scindiẗ ferrũ ⁊ euolat vapor ignis: ⁊ cũ ille capiẗ pãno vel manu vel per se adheret tecto fabrice est sic̃ lana fusca ⁊ aliqñ alba: ⁊ ipsa lanugo nõ aduriẗ igne: ⁊ hoc qdã dicũt eẽ lanaʒ salamãdre. Multi aũt sequẽtes Jorach pĥm dicũt ꝙ hoc aial viuit in igne: et hoc est falsuʒ nisi ꝓ tãto sicut dic̃ Gal. in libro cõplexionuʒ: ꝙ. vʒ. salamãdra si in igne paruo tpe moreẗ ignis impssionẽ nõ efficit in ea: sʒ si diu moreẗ adurit eã ignis. Et dic̃ Jorach ꝙ si mediocris est ignis extiguit eũ: hoc aũt non est ꝑꝑ qđ vita eiꝰ sit in igne: sed qa frigidissimũ est vt dic̃ Aristo. ⁊ spississime pellis ideo nõ põt ignis itrare poros eiꝰ: sʒ si diu remãserit paulatiʒ aperit poros ⁊ exurit aial: tãte eni est frigiditatis ꝙ ex ꝯtrarietate extiguiẗ ignis si paruus sit ignis nõ vincẽs supra q̃litates ipsiꝰ. Ego autẽ hoc expertꝰ sum in sui simili: qm̃ araneã spisse pellis ⁊ frigidi humoris posui in ferro candẽti ⁊ diu iacuit anteq̃ palparet ⁊ sentiret caloreʒ adustiõis: ⁊ ad aliã magnã adhibui lumẽ paruuʒ ⁊ extinxit ipm ac si exufflareẗ. Incessus aũt huiꝰ aialis est piger ꝑꝑ frigiditatẽ: ⁊ est q̃si motus testudinis. Oculi eiꝰ ꝓfundi sunt valde ⁊ q̃si cõcauo foueaꝝ subductu itrorsus ⁊ nunq̃ clauduntẗ: ⁊ dicit Pliniꝰ ꝙ toti oculi eiꝰ circũrotanẗ. Maximuʒ est aial cũ est vacuũ laxe pellis ⁊ macilẽtũ nimis ꝑꝑ frigiditatẽ ⁊ melãcholiã. Jecur vt dicũt est in sinistra ꝑte cõtra oĩa alia aialia. Splenẽ hʒ nulliũ: qa melãcholia tota deriuaẗ in corpus. In extis ẽt magnã hʒ ad alia aialia varietatẽ. Hiatus oris eiꝰ nunq̃ claudiẗ: nec tñ vtiẗ eo in cibuʒ vel potũ: sʒ potius eo aliquẽ humorẽ: ⁊ ideo nihil in extis eiꝰ iueniẗ. Et ꝙ diciẗ de rore vel aere viuere est falsuʒ: nec hʒ sanguinem nisi paꝝ circa cor: ⁊ ideo est valde timida. Dicũt etiã qdaʒ ꝙ efficiẗ oĩs coloris qui obijciẗ ei ꝑter candidũ ⁊ rubicũdũ qđ nõ puto esse veꝝ. Est aũt veꝝ ꝙ est de aialibꝰ latentibus hyeme. Dicũt etiã ꝙ hoc animal cum laborat infirmitate per folia lauri recuperat sanitatem. Hoc animal scindit arbores ⁊ omnes fructus inficit ex quorum cõmestione plurimi moriuntur. Oua facit modo gallinarum ⁊ lacertaꝝ. In Asia abundat hoc animalis genus.

¶ Salpiga serpens esse dicitur qui propter paruitatem non videtur: ⁊ tamen vim nocendi habet maximam.

¶ Stellio est salamãdra. Est aũt stellio aial q̃drupes qui ex suo colore sic vocaẗ: qa terga depicta iterlucẽtibꝰ oculis hʒ in modũ stellaꝝ: hic scorpioni adeo est cõtrarius ꝙ visus a scorpione terrorẽ scorpio accipit atq̃ torporẽ. Dicit ẽt Plinius ꝙ stellio serpẽs est ⁊ venenũ eiꝰ est mortifeꝝ: cõtra qđ remediũ sunt trite carnes scorpionis. Dicit ẽt ꝙ vinum in quo submersus ⁊ mortuꝰ fuerit stellio lentigenes abducit in facie. Dicit ẽt ꝙ fel stellionũ in aq̃ tritũ mustelas occulto cõgregat instinctu. Idẽ dicit ꝙ stellio scorpionibꝰ marie cõtrariaẗ ⁊ insequunẗ seinuicẽ odio nãli: sed qa stellio maior est atq̃ validior adeo scorpio timet euʒ vt viso eo frigido perfundaẗ sudore. Auicẽ. morsuʒ stellionũ in eodẽ genẽ nocumenti posuit cũ morsu lacertaꝝ: qa stellio ⁊ lacerta similia fere sunt animalia quadrupedia nisi ꝙ stellio piger est ⁊ dorso ⁊ cauda magis latus q̃ lacerta ⁊ guttatus: cuʒ lacerta sit vnius coloris.

¶ Scauram dicũt eẽ serpẽtẽ q dũ cecaẗ in senectute igrediẗ fissurã parietis: ⁊ dirigit aciẽ per foramen in rotã solis donec visuʒ receperit sicut supra diximꝰ de lacerta: ⁊ eadẽ ẽ in vtrisq̃ cã: vel forte scaura ẽ illđ genꝰ lacerte qđ hoc facit.

¶ Sytula serpẽs duas hʒ spẽs; vnus est dyphas de quo iam ante diximus: aliꝰ est ex varietate miro modo pulcher: ita ꝙ admiratione detinet intuentes: sed est piger ⁊ paruus: ⁊ ita ignei veneni ꝙ ille quem percutit totus exuritur: hic serpens in hyeme pellem deponit.

¶ Syrenes dicũt eẽ serpẽtes monstruosos dulcis sibili sic̃ ẽt sũt syrene maris: ⁊ hi sũt velocissimi: ⁊ aliq eoꝝ volãt: ⁊ hñt venenũ adeo efficax vt priꝰ morsuʒ mors q̃ dolor sequaẗ.

¶ Serps vt dicit Jorach serpẽs est puꝰ quẽ si calcauerit hõ moriẗ anq̃ sentiat venenũ ipsiꝰ. De huiꝰ serpẽtis veneno dñt ꝙ qñ ꝑcutit hoĩeʒ carnẽ ⁊ ossa ꝯsumit ac si flãmea edacitate corripeẗ. Sũt ꝑterea ꝓpẽtes i India vt dñt tã magni corpore ꝙ ceruos deuorãt ⁊ ipm mare ꝑnatãt. Alij sũt vt dicũt ibidẽ q albũ pip comedũt ⁊ lapides ꝑciosos gestãt i capite: ⁊ hi singulis annis iter seiuicẽ ꝑliant ⁊ ex maxia ꝑte se inuicẽ iterimũt. Alios ẽt in oriẽte eẽ dicũt qui velut cornua arietũ habentes hoĩes perimunt cornibus ventilando.

¶ Spectaficus vt Jorach dicit serpẽs est qui si quem morsu lesit liquefit eius caro sicut oleum ⁊ moritur.

¶ Stupefaciẽs aspis est vt Jorach dicit quẽ oẽ aial qđ viderit ex stupore moriẗ: cũ tñ hic serpẽs tardior oĩbꝰ serpẽtibus eẽ dicaẗ ⁊ calidior: eo ꝙ in hyemis maxio frigore pellẽ diciẗ mutare. Jorach tñ iste nõ multũ bñ ꝓbat qđ dicit: qa stupefacere frigiditatis est effectꝰ ⁊ silr pigritia. Qꝫ aũt in frigore hyemis pellem mutat nõ puto esse ex caliditate: sed potius ideo qa tunc flegmatis est generatio: ⁊ tunc lubricitate interiori flegmatꝭ dura exterior resoluiẗ pellis sicut ⁊ in alijs serpentibus qui in hyeme latent ⁊ dormiunt.

¶ Sabrin vt dicit Semeryon sapiẽs est serpẽs coloris harenosi hñs pũcta nigra ⁊ alba: ⁊ lõgitudo eiꝰ est longitudo serpẽtis cornuti: ⁊ fere in oĩbꝰ iste serpẽs est sicut ille qui dr̃ asfodius de quo diximꝰ superiꝰ. Caput aũt huiꝰ ⁊ cauda sunt parua: ⁊ ineniunẗ in hoc gñe serpẽtes qnque coloꝝ. Sũt eiʒ pleriq̃ harenosi: sunt ⁊ varij guttati: sunt ⁊ albi: ⁊ sũt nigri ⁊ rubei: ⁊ oẽs illi hñt squamas albas q̃si incisas in capite: ⁊ faciũt strepitũ magnũ ꝑꝑ siccitatẽ corticũ ventriũ suoruʒ: et oẽs sunt grauis motꝰ ⁊ equaliũ dentiũ: ⁊ sunt ordinis ꝑmi: ⁊ oĩum eoꝝ morsus aperit oẽs poros nãles sicut aures oculos nares: ⁊ ẽt vrine ⁊ stercoris ⁊ os: ⁊ ex oĩbꝰ istis facit fluere sanguinẽ ⁊ facit dolores in stomacho: ⁊ ex morsu omniuʒ istoꝝ currit aquosa sanies pauca: ⁊ soluitur venter ⁊ cõstrigitur anhelitus ⁊ incurritur difficultas mingẽdi ⁊ acuitur vox ⁊ mollificantur membra ⁊ incutitur obliuio et accidit spasmus ⁊ cadunt dentes: ⁊ sic moritur patiens.

¶ Seyseculus est serpẽs fere sic̃ ille q salit ad duas ꝑtes quẽ greci amphyselenes vocãt q̃si duo capita hñtẽ: lʒ hoc nõ sit veꝝ sic̃ superiꝰ ondimꝰ: vbi etiaʒ diximus causas huiꝰ erroris: ⁊ morsus etiam istius est sicut morsus illius: qa iste est quidam modus illiꝰ: lʒ in hoc differat ꝙ adeo expresse duo capita habere videẗ: ⁊ hec de hoc serpente dicit Auicẽ.

¶ Selphyr vt dic̃ Auic. noiaẗ serpẽs qdã Egypti ⁊ hʒ latuʒ caput ⁊ paruũ collũ ⁊ curtã caudã ⁊ ventrẽ rotũdum sup cuius caput nec linee sunt nec squame: sed super suũ corpꝰ sũt linee diuersi coloris: ⁊ quãdo incedũt nõ incedũt ꝺm rectũ: sed contrahuntur valde serpentes huius speciei: ⁊ ex morsu horum accidit apostema dolorosuʒ: ⁊ primo cõtritio totius corporis cõtriti ⁊ casus capillorum. Est aũt hic serpẽs ordinis secũdi: ⁊ est de genere viperarum.

Tortuca serpẽs nõ est: sʒ hic a nobis poniẗ: qa aliqd figure serpẽtis participat: ⁊ quedã gẽtes vocãt eũ serpẽtẽ scutatũ. Est igiẗ aial in dorso hñs scutũ ⁊ in vẽtre que scuta q̃tuor initijs cõiũgunẗ: ⁊ inter illa exeunt q̃tuor pedes tortuce que videnẗ pedes lacertaꝝ cũ qnque digitis ⁊ vnguibꝰ caput hʒ ⁊ collũ serpẽtis: ⁊ si magna est hʒ ẽt scutuʒ in capite. Est aũt scabrose pellis vt lacerta: ⁊ caudã de sub duobꝰ scutis egrediẽtẽ hʒ vt serpẽs ⁊ sibilat altiꝰ q̃ serpẽs: ⁊ ouat vt oua galline: ⁊ hec fodiẽs reponit in terra donec ad calorẽ solis exit pullus. Et est duplex ꝑter marinã. Est eniʒ tortuca terrestris ⁊ aquatica: ⁊ terrestris magꝭ est tẽperate carnis: neutra tñ est venenosa: sʒ vtraq̃ multũ ipinguat comesta. Dicũt tñ qdaʒ ꝙ siqs sup renes mortue tortuce calcauerit veneno inficitur: hoc animal inter cetera ouantia vesicam habet. Hec igitur cum his que in ante habitis dicta sunt de tortuca sufficiant.

Falsuʒ est salamãdrã viuere in igne.

Tyrum

¶ Tyrum dicūt eē serpētē in partibus Hiberotinis circa Jordanis solitudinē. Est aūt ⁊ in partibꝰ Italie in appeninis montibꝰ: de quo in suo libro de simplici medicina dicit Serapion ꝙ sana mēbra īficit ⁊ mortificat: infecta vō a veneno ꝓhibet: ⁊ iste operatiōes per silitudinē sūt ēt vt idem Serapion dicit in ceraste: cuiꝰ si ligua extracta a serpēte teneatur ⁊ approximetur veneno expellit ipm: ita ꝙ ligua humectatur dum teneť super venenū: ⁊ quādo est in serpēte īficit veneno mortifero eum quē serpens percusserit.

¶ Tyrus aūt q apud nos abūdat est serpēs duoꝝ aut trium cubitoꝝ niger rubeas duas lineas hñs a lateribꝰ dorsi: erectus aūt incedēs ꝑ tertia pte corporis sui: ⁊ est velocissimꝰ ⁊ saltās cū artať ad lōgitudinē decē pedū: ⁊ est serpēs īfestus auibꝰ: ita ꝙ ego exptꝰ sū per visū ꝙ altā nucē ascēdit ⁊ pullos pice deuorādo corrosit ⁊ cū picis antiqs pugnauit: ⁊ cū vnā de antiqs per corā teneret īcautus ab altera tot vulnera in capite recepit ꝙ de nuce ⁊ nido decidit. Comedit aūt oua auiū vbi īuenerit. Diciť ēt infestus eē aialibꝰ alijs: sed hoc nō ita sum exptꝰ. Hic ergo serpēs apd nos venenosum morsū nō hʒ. Est aūt genꝰ tyri venenosū ⁊ est ordinis primi qd lʒ carnibꝰ suis īfecta curet mēbra sič leprā ⁊ venenata ꝓpter qd tyriaca de carnibꝰ eiꝰ cōficiť: ⁊ ita cōtra venenum operať sič ⁊ fel vipere in collyrijs cōparatiōe veneni nō operať: tñ morsu suo īfundit venenū in mēbra sana qd ex loco morsus totū corpꝰ īficit ⁊ perimit. Hic serpēs in Ethiopia sub cancro more draconis se expoliat ꝑmo inter oculos primo soluēdo: ita ꝙ q̄si acus apparet: deinde sub capite ⁊ postea sub spatio vniꝰ noctis ⁊ diei de toto corpore per angusta trāsiēs deponit: ⁊ sic redit ad iuuētutē. Peius tñ in hoc genere serpētis est qddā genus paruū cubitale in lōgitudīe cuiꝰ pellis est hispida pilosa: ⁊ cuiꝰ morsus peior est ⁊ putrefaciens corpus ex loco vulneris in circuitu ⁊ sic occidēs. Tyrus aūt Indie qui minor est q̄ʒ cubitus perniciosus est sup omnes alios tyros: hic serpens est de genere vipere: qa primo intus ouat ⁊ postea extra parit animal.

¶ Tyliacus vermis vt dicūt serpēs est de gñe draconis qui tyliacꝰ a tylia vocať: eo ꝙ in medulla tylie ꝑmo nasci dr: et medullā ꝑmitꝰ ⁊ postea lignū vsqꝫ ad casum arboris depasciť: ⁊ crescit in maxime quātitatis lōgitudinē ⁊ spissitudinē ⁊ īsidiať bestijs ⁊ hoībꝰ ⁊ deuorat eos ⁊ hʒ morsum draconis: ⁊ cū capiť opʒ ꝙ cum generibus tormentoꝝ quibꝰ in expugnatione castrorum vsus est capiatur.

Viperaꝝ genera oīa sunt in scđo serpētū ordīe. Est autē serpēs vipera strictꝰ superiꝰ in loco diaphragmatis ⁊ amplior īferiꝰ ⁊ hʒ caput acutū ⁊ dētatū os: sʒ masculus duos tñ hʒ dentes anteriꝰ in mādibulis: ita ꝙ duales tñ hʒ: duos īferiꝰ ⁊ duos superiꝰ rñdentes illis hʒ. Femina aūt hʒ plures: ⁊ in hoc cognosciť morsus maris a morsu femine sicut dicit Auicēna. Qd aūt Jorach dicit de hoc serpente ꝙ femina insaniens libidīe caput spuēs maris caput in os appꝛhendit ⁊ amputat ⁊ ex sputo illo concipit ptū qui se viscéribꝰ matris emordet: ⁊ sic visceribꝰ matris laceratis mater moriť in partu. Et ꝙ cām huiꝰ assignat ꝙ exitus superfluitatis sit vt pūctū acus: ⁊ ideo vt alia aialia nec cōcipere nec parere possit res est īpossibilis ꝭm nām: ⁊ oino absurda ⁊ a nobis alibi improbata. Adhuc aūt qd dič Plinius volens magis aptare mēdacium ꝙ quidē vt dictum est cōcipiat de capitatione masculi: sed qa multos cōcipiat ⁊ ꝓpter stricturā corporis nō nisi vnum post eniti possit cū multi sint amplius. vʒ. q̄ʒ viginti vltimos tediū inuadit ꝙ nō prodeunt ad lucem: ⁊ illi viscera matris corrodūt est similiter mēdacium ⁊ impossibile. Natura enī nunq̄ʒ dedit actum cuiꝰ non daret nālem potētiam ⁊ facultatem: qa aliter deficeret in necessarijs. Oīa ergo genera serpentū ꝑmo oua cōcipientium ⁊ postea aial parientium ꝓpter duas sui vteri dispōnes vipere dicūtur quasi vi intrinseca pariētes cum alia ouantia exteriorib adminiculis pariāt. Hec apd Grecoꝝ veteres vocātur vipere. Accidentia autē huiꝰ serpentis dicit esse Auicēna: ꝙ ex loco morsus duorū aut plurium dētium egreditur a principio sanguis: deinde virus feruens: ⁊ aliquādo est sanguis primū aquosus: deīde spumosus: ⁊ postea vt erugo erit: ⁊ tūc conuertitur ad veneni substātiam ⁊ colorem ⁊ dolet locus vehemēter: ⁊ postea perambulat dolor ad membra cōtinua: ⁊ postea apparet apostema calidum rubeū habens bochor ⁊ vesicas sicut fit ex ignis adustiōe ⁊ dilatatur: ⁊ deinde fit viride apostema totum ꝓpe morsum ⁊ sub foramen: ⁊ accidit infirmo in visceribꝰ inflāmatio: ⁊ in corpore rubedo: ⁊ cū rubore deīde erūpit sudor frigidus ⁊ corruptio coloris declinās ad viriditatem ⁊ cōmotio capitis ad vertiginē ⁊ frequentia anhelitꝰ ⁊ nausea ⁊ singultꝰ ⁊ aliquādo euomit humorem cholericū: ⁊ incidit difficultatem mingēdi ⁊ grauať caput: ⁊ quādoqꝫ aduenit ei fluxus sanguinis narium: ⁊ sentitur grauitas in dorso ⁊ erumpit sudor frigidus ⁊ tremor vehemēs ⁊ syncopis: ⁊ ꝭm plurimū moritur in tribus diebus: aliquādo tamen manet vsqꝫ ad septimū. Qd ergo quidam dicūt viperam in priori parte corporis eē similem homini ⁊ posteriorem deficere in serpētē falsum est oino: nisi fabulose a poetis per integumēta metaphorarū intelligatur. Quedā alia dicūtur de renibus vipere qd calcati inficiāt sicut si incisus sit calcans: ⁊ ꝙ tunica eius cū vino cocta medetur oculis: ⁊ ꝙ adeps tollit oculorum caliginem que non negantur. Fel etiam operatur cōtra oculi vngulam. Qd autem qdam dicunt marem ob reuerentiam femine euomere venenum: ⁊ tā dulci sibilo vocare ꝙ postea amputet caput eius res est absurda et falsa.

## ¶ Incipit Liber.XXVI. animalium in quo agitur de paruis animalibus sanguinem nō habentibus: ⁊ de duobus accidentibus que sequuntur illa animalia.

In hoc vltimo de animalibus paruis auenis hoc est sanguinē non habentibus agemus primo hoc in cōmuni ex dudum dictis repetentes: qa sanguinem non habentia loco sanguinis aliū habent humorem qui est eis sanguinis loco. Et qa talia frigida sunt vt in pluribꝰ: ideo duo accidentia cōsequūtur illa animalia: quoꝝ vnum est corpora eorū vbiqꝫ esse insecta ⁊ quasi ex anulis generationem habentibꝰ composita. Sāguinem enī habentia nutriūtur longis quibusdā carnibus per modum linearū in membris extensis. Ea vō que sanguinē nō habēt ex centro corporis ꝭm totam lōgitudinem tracto humore ad superficiem quasi ex qbusdam circulis accipiunt sui corporis cōpositionem ac si sint composita ex superficiebus circularibus duris: ⁊ hoc etiam habēt cōtinue cum serpentū compositione. Aliud autē est ꝙ spiritus resoluti ex huiusmodi tēperato humido subtiles sunt ⁊ clari calido multo nō cōmiscente ⁊ turbante eos: ꝓpter qd etiam omnia talia subtilium sunt operationū: ⁊ vt frequenter sunt māsuete cohabitātia ⁊ ciuiliter: ⁊ hec accidētia frequenter inueniunť in eis. In exterioribꝰ autem corporum suoꝝ ꝓpter multū calorem circūstantis aeris: ⁊ ꝓpter terrestre ad exterius expulsum innascitur in illis duritia corticis in exterioribus anulis: ita ꝙ aliquādo pellem talia oportet mutare sicut expꝛsse apparet in multis eorū quoꝝ deposite inueniūtur exuuie. Ex humoris autē intrinseci viscositate ⁊ terrestreitate exteriori cōtingit ꝙ ista animalia aut latent in hyeme vt apis ⁊ vespa: aut moriūtur ad oualem conuersa materiam. Humidū enim ipsoꝝ in hyeme cōgelaretur si accideret eis humor nutrimenti continuus ꝓpter caloris debilitatem: aut ita multiplicareť tēpore generationis flegmatis ꝙ suffocaretur calor nālis: aut forte cōtingeret vtrūqꝫ istorū: ⁊ ideo motus horū animalium in hyeme nō proficit. Hec etiam animalia cū subtilis sint humiditatis grossis nutriri non possunt: ꝓpter qd exceptis valde paucis omnia suggūt vel rores vt apes vel humores animaliū vt musce: pauca autem rodunt herbas dū recētes sunt vt eruca ⁊ locusta: ꝓpter qd etiam paucissime sunt superfluitates egeste ab eis: ⁊ qa humiditas hec est viscosa ⁊ coniacens ad modum cathene: ideo diu hec viuunt sine cibo. Debilis enī calor eorum naturalis diu operās est anteq̄ʒ humidū dissoluat et terminet: ⁊ ideo in tali humido est huiusmodi animalibus



Contra Plinium.

[...]ā nūq̄ʒ de[...] [...]actū cuius [...]ederit nā[...] [...]ꝫ potētiā.

quaſi vite theſaurus ex quo multo tẽpore vitã ſuſtẽtãt: ⁊ qđ ex hmõi humido ad ſubſtãtie nutrimẽtũ nõ ꝯgruit q̃dã eo/ rũ ꝯuertũt ad vſum coopertorij domus: ⁊ q̃dã ex his faciũt iſtrumẽta venãdi ſicut bombices ſericũ faciũt quo ſe inuol/ uũt ⁊ aranee telas qbꝰ venant̃. ¶ Ampliꝰ oia fere hmõi aia lia aut ſine pedibꝰ ſũt aut multos hñt pedes: aut ẽt alas cũ pedibꝰ aut ſine pedibꝰ ſunt q̃cũqȝ calore maxime deficiunt q remotus a pricipio caloris nihil penitꝰ opari põt: ⁊ illa cõ ponunt̃ ex anulis quoꝝ vis in cẽtro ſuo calorẽ claudit mo/ uẽtẽ q per modũ axis per oẽs anulos dirigit̃ totius corpo/ ris huiꝰ aialis: ſicut ⁊ vis motus in toto axi eſt a polo in po lũ per centrũ deſtinatus: ⁊ in hac linea axis decurrit virtus mẽbri qđ eſt loco cordis cũ ſpiritu ⁊ calore cordis: qm̃ faci/ lius duabꝰ de cauſis decurrit per axẽ q̃ȝ per aliã partẽ. Ha/ rũ aũt cãruȝ vna eſt: q2 eſt ex directo: q2 ab angulo difficilioꝛ eſt motꝰ ſpiritꝰ ⁊ caloris. Alia aũt eſt: q2 vndiqȝ circũpoſita eſt via illa cuſtodiẽtibꝰ nutriẽtibꝰ eã mẽbris articularibus q̃ ſunt multe ſphere cõpreſſe. Nutrit̃ ẽt ſpiritus ex humido ⁊ cuſtodit̃ ab anulis qđ nõ eſſet ſi deriuaret̃ ad mẽbruȝ nñe alicuiꝰ: ⁊ poſtea deriuaret̃ in crura ⁊ lacertos ⁊ hmõi. Hec ergo aialia hac de cã talẽ ſui corporis hñt diſpoſitionẽ: q̃dã aũt eoꝝ multa hñt crura ad pectus inferius radicata: eo ꝙ latus caloꝛ nõ operat̃ per vicariũ mouentem: ſȝ per ſeipm̃. Per vicariũ aũt dico operari ſicut coꝛ per cerebrũ ⁊ cerebꝝ per nuchã. In his ergo lento exiſtẽte calore opȝ iſtrumenta motus ad mẽbrũ qđ loco cordis eſt ordinare. Huius auteȝ ſignuȝ eſt oia hmõi aialia puo timore frigeſcere ⁊ imobilia fieri ꝓpter ſui cordis frigiditatẽ. Multitudo aũt pedũ cã/ tur ex debilitate que eſt in qbuſlibet duobꝰ: q2 ẽt ipſi pedes ꝓpter ſui ſubtilitatẽ ⁊ duritiẽ parue ſunt virtutis. Q2 auteȝ alas habẽt ⁊ ad dorſum ꝯtinuatas iõ eſt: q2 lõge ſparſus eſt eoꝝ cibus: nec hñt alas niſi mẽbranales ꝓpter humidi vi/ ſcoſitatẽ ex quo formant̃. hec eſt ẽt cã ꝙ plura ẽt hoꝝ aialiuȝ plures hñt gnõnes anteq̃ȝ perficiant̃. Fiunt.n. ex ouis ver/ mes: ⁊ ex vermibꝰ perfecta aialia vt in apibꝰ. Quedã ẽt ex vermibus adhuc iterato in mãm ꝯuertunt̃ oualem ſicut in erucis fieri videmus: ſicut nos in antecedẽtibꝰ huius ſciẽ/ tie libris diligenter per ſingula oſtendimus.

Apis eſt vermis notus cuius generatio eſt ex ouis ſiue ſemine ouali in vermes ⁊ ex vermi/ bus in apes: ⁊ ſicut in antehabitis determina tũ eſt opinio Ariſto. eſt ꝙ rex apũ gñalr oium apũ ſit pater: ⁊ ꝓ argumẽto hȝ ꝙ nõ inenit̃ ſe/ men niſi in domo ſua. Apes aũt q̃dã minores gñate dicunt̃ maſculine: ⁊ nõ hñt aculeũ ſicut neqȝ rex vt di/ cunt: ⁊ has dicit Plinius eſſe deputatas in famulos q mel la cõportata foueãt: ⁊ ex ceris fanos extruãt: ⁊ iõ dicit ꝙ ob ſequio peracto aliqñ ſi defectꝰ mellis eſt in examine ab alijs expellunt̃: ⁊ ſi egredi nolãt interficiunt̃. Tertia apes parue ſunt que aculeũ hñt: ⁊ mella de roribus ⁊ ceras de floribus ꝯgregãt. Roꝛe.n. cadente ſup flores ſicut ſup vaſa q̃dã ꝯca ua ſol qđ ſubtilius eſt euapoꝛare cogit. Reſiduũ aũt in fun dũ floris diſtillãs deſcendit: ⁊ in acumine in imũ ꝯgregat̃: ⁊ iõ apes in fundũ floꝝ capita infigunt. Terreſtre aũt qđ re/ manet tota humiditate exhalãte eſt cera: ⁊ hãc apis coxis illinit: ⁊ mel oꝛe colligit ⁊ poꝛtat ad examẽ: nec eſt rõ quare cera nãlis locus ꝯſeruatiuus eſt mellis: niſi q2 in illis flori/ bꝰ ⁊ roribꝰ cera eſt illud terreſtre cuius viſcoſa humiditas mel fuit anteq̃ȝ exhalaret ex ipſo. Scias aũt apũ mellifican tiũ tria eſſe genera: qđdã eni eſt hoꝛridũ quaſi piloſuȝ ⁊ eſt malũ ⁊ iracundũ ⁊ vocat̃ ruſticũ. Quoddã aũt eſt ſubtile lõ gũ: ⁊ nec illud eſt optimũ. Sed tertiũ eſt cõpactũ bene rotũ/ dum colũnale nõ longũ: ⁊ illud eſt nobile ⁊ multũ mellifica/ tiuũ. Apes claro tẽpore euolant: ⁊ nubilo manent ad opera ⁊ aluearis purgationẽ. Omnes eni fetulentias cõgregãt in alueari ⁊ tẽpore quo nõ diſꝑgunt̃ ad victuȝ expurgãt. Apes excubias cuſtodiunt tunc qñ examen egrediunt̃ ⁊ rex quaſi cornu ſtrepẽdo euocat bis vel ter ⁊ rege egreſſo adhuc ſtre/ pit cornu: ⁊ tũc rege euolante omnes euolant ⁊ ibi manent vbi rex manſerit. Regẽ aũt habẽt quẽ nã regẽ oſtendit: coꝛ poꝛe ſcilicet maioꝛẽ ⁊ qui in capite albã hȝ guttã quaſi coro nã. Hic aũt q2 breues valde hȝ alas reſpectu ſui coꝛpoꝛis ⁊ nõ bene volat poꝛtat̃ ab alijs: ⁊ quãdo caſas ꝯſtruunt regi ſit caſa prima. Omnes aũt faciũt domos exagonas: ⁊ equa les: ⁊ primo domos habitationũ: deĩde mellis apothecas. Domos aũt plures faciunt q̃ȝ ſint apes ꝓpter ꝓlẽ futurã de cuius habitatione ꝓuident anteq̃ȝ naſcat̃: aquã etiã ali quãdo poꝛtant ad humectandũ mel ⁊ cõplananduȝ caſas: ⁊ hanc poꝛtant humectatione alarũ ⁊ oꝛe: ⁊ eſt vigoꝛ eoꝝ du/ rans per ſeptẽ annos: ſed aliquãdo per plures vſqȝ ad de/ cem. Aranee aũt quedã ⁊ mures nocent eis: ita ꝙ deſerunt aluearia. Aliquãdo etiã recedunt propter fetoꝛes vicinos. Guſtabile aũt ꝓpriũ eoꝝ eſt mel: guſtant tamen etiã aliqñ alia dulcia liquida oleo linita ⁊ moꝛiunt̃: ⁊ omne pigue ab/ ominant̃: q2 ex illo reſoluunt̃ ale ⁊ anuli coꝛpoꝝ ſuoꝝ. Quã/ do cubandũ eſt vna ſtrepit: ⁊ tunc diminuit̃ murmur eoꝝ. Aliquando etiã vna circuit: ⁊ poſt circuitum illũ reuertens ſtrepit ſicut buccina: ⁊ tunc cõmuniter omnes conticeſcunt. Aculeo pungit apis. Et ſicut dicit Auicenna aculeũ in vul/ nere dimittit: ⁊ eſt opinio quoꝛũdaȝ ꝙ ille aculeus ſemper ꝓfundat̃ donec extrahat̃. Malitia aũt puncture eſt eadẽ cum punctura veſpe: ⁊ de hac infra cuȝ de veſpa erit ſermo ꝓſequemur. Apis aũt que aculeũ amittit aliquando moꝛit̃ quãdo videlicet viſcera in abſciſione aculei vulnerant̃ vel amputant̃. Quãdo aũt aculeũ tm̃ amittit euadit. Quidam tamen dicunt ꝙ etiam tunc moꝛit̃. Hoc eſt igit̃ ꝙ cum his que in antehabitis dicta ſunt ſufficere poteſt de apibus.

¶ Aranearũ multa ſunt genera: q2 rutela ſpecies eſt aranee: ſicut nos in capitulo de rutela oſtendemus. Sed qđ nunc cõſiderare opȝ eſt ꝙ aranearum apud nos diuerſitas eſt ex venatione: ex opere: ex quãtitate: ⁊ ex coloꝛe. Dicimus eni omnẽ vermẽ araneã qui rotũdus eſt lõgoꝝ cruriũ qui ſunt numero octo: ⁊ qui deditꝰ eſt aialiũ venationi. Diuerſitas aũt que eſt ex venatiõe eſt ꝙ quedã venant̃ muſchas: que/ dã reptilia ſicut paruulas lacertulas ⁊ erucas: ⁊ quedã ve/ nant̃ piſces: ⁊ quedã ſaltãdo venant̃ vermes. Ex opere aũt diuerſificant̃: qm̃ quedã aranea texit telã. Quedã aũt nõ te xit: ⁊ illa qdẽ que texit quinque obſeruat in texẽdo: mãm vi delicet texture que eſt ex ſuperfluitate humidi cibalis: ⁊ iõ tabeſcit qñ ſe nimis euacuat. Scđo obſeruat tẽpus: q2 tota die ruptã telã retexit in mane ⁊ in auroꝛa. Tertio obſeruat ſitũ tele: q2 quedã ſuſpendit in aere vbi eſt via aialium que venat̃. Et quedã ſuſpendit inter duos parietes in loco an/ guli vt vtrinqȝ aialia veniẽtia incidant in telã retialẽ: eo ꝙ aialia parua libenter ſequunt̃ ſuperficiem parietis vſqȝ ad angulũ. Quarto obſeruat tele figuraȝ: ⁊ hoc dupliciter. ſ. in figura totius tele: ⁊ in ꝓductione linearũ per fila inter que texit telã. Quedã eni facit telã totã rotundã ⁊ ſuſpendit ſe/ ipſam in medio: ⁊ quedã facit eã triangulã: ⁊ hec facit foꝛa men telare in vna parte tele ⁊ ſtat in illo inſidians. Itẽ que/ dã rheticulatiȝ lõge extẽdit filũ a filo ſicut fere omnes mari me aranee que faciunt rotũda rhetia. Quedã aũt ad modũ ſubtilis pãni textili opere ꝯtexit ſicut ille que tendũt rhetia in angulis parietum. Quintũ eſt modus operationis: ma/ gno enim pede poſterioꝛi pꝛoductum ex ano filum affigunt quedam aranee. Alie aũt oꝛe euomunt filum ⁊ anterioꝛi pe de interunt: ⁊ ille faciunt telam ſpiſſam opere textili.

¶ Ex quãtitate aũt ⁊ figura quãtitatis diuerſificant̃: qm̃ lȝ omnes cõponant̃ ex tribus quãtitatibus: capitis videlicet ⁊ pectoꝛis ⁊ poſterioꝝ que ſunt maioꝛa poſt interſectionem ſiue ſuccinctoꝛiũ: tamẽ quedã ſunt valde magne ⁊ quaſi ro/ tunde: ⁊ quedã oblonge ſicut colũna cõpꝛeſſa: ⁊ quedã ſunt parue ſubtiles. Et in coloꝛe quidẽ variant̃: q2 quedaȝ ſunt cineree: ⁊ quedã in toto virides: ⁊ quedã ſunt varie per to/ tum coꝛpus ex albo virulento ⁊ kyano virulento picturate tã in cruribꝰ q̃ȝ in coꝛpoꝛe: ⁊ ille habẽt lineas plures albiſſi/ mas in doꝛſo retro poſt ſuccinctoꝛiũ. Ille aũt que nõ operã/ tur ſunt triũ modoꝝ apud nos: qm̃ quedã ſunt lõgoꝝ pedũ ⁊ ſũt rotũde: ⁊ diſcurrũt in gramine ⁊ ſuggũt humiditates fructuũ ⁊ aialiũ moꝛtuoꝝ ſiqua inueniunt: ⁊ quedã ſedẽt in foꝛaminibus terre ⁊ inſiliunt per ſaltuȝ in parua aialia que tranſeunt ⁊ ſuggunt ⁊ ſunt nigre: ⁊ quedam currunt erectis cruribꝰ ſuper aquã ⁊ inſidiant̃ cynifibus ⁊ paruulis piſcicu lis ⁊ captos exuggũt eos. Ois ãt aranea eſt ouãs ⁊ oua ſua inuoluit in tela: ⁊ aliqñ in ſacculis poꝛtat ea ſemper ſecum ſicut illa quã diximus in foꝛamine terre inſidiari: ⁊ tunc qñ poꝛtant oua vident̃ eſſe ſicut ſint cõpoſita ex duobꝰ globulis albo ⁊ nigro: q2 oua eius ſunt albiſſima. Alie auteȝ aranee

aliquãdo

Apuȝ mellifi/ cãtiũ tria ſunt genera.

aliquãdo habent ea in ore ⁊ aliqñ sub pectore: ⁊ aliqñ sepa/
rant ab eis: ⁊ hec oĩa sum expertꝰ. Coit aũt aranea in fine
veris: ⁊ dum coire vult filo attrahit marẽ qui multo minor
est ꝙ̃ femina: ⁊ nõ facit telam: sed viuit de venatione. Femi
na aũt in autũno ouat ⁊ in principio veris exeũt aranee par
ue: ita ꝙ ab vno filo ꝑtime depẽdent qñ mouet nidus. Hec
igit cũ his que in antehabitꝭ dicta sũt de araneis sufficiãt.

¶ Adlacta vermis est in figura locustarũ retro crura longa
hñs ad saltãdũ: tñ locusta nõ est. Ouat aũt in autũno ex q/
bus ouis ꝓcedũt fetꝰ in vere qñ recẽtes ⁊ tenere sũt herbe.

Buffo vermis est q̃drupes sicut rana ĩ figura:
sȝ cinerei est coloris ⁊ spississime pellis. Ita ꝙ
magnũ spissitudine ⁊ viscositate pellis euadit
ictũ: ⁊ est morsus eiꝰ venenosus sicut serpẽtis
secundi ordinis: ⁊ habitatio eiꝰ est sub terra ⁊
humore terreno viuit: ⁊ herbas et lumbricos
aliqñ comedit: sed comedit a talpa. Dicit de buffone ꝙ de
terrestri humido nõ comedit nisi q̃tũ manu semel capẽ po
terit timẽs ꝙ ei tota terra nõ sufficiat: sȝ hoc nõ est expertũ:
sȝ a vulgo acceptũ buffo prio aq̃ ꝑfusus: ⁊ postea salsatꝰ cre/
pat ⁊ tãdẽ ꝯsumit vsqȝ ad ossa. Est aũt q̃dã buffonũ qȯ ge
nus cornutũ a sono vocis dicit qȯ est coloris cinerei fusci ⁊
crocei in vẽtre ⁊ sedet in paludibꝰ putridis ⁊ vocat vnũ cõ
tra aliud: de quo dicit ꝙ nõ vocat extra galliã: ⁊ hoc falsum
esse sum expertus: q̃ per totã Germaniã altissime vocat.

¶ Borax spẽs est buffonis qȯ fusci coloris est ⁊ est maximũ:
ita ꝙ cubitalis efficit quãtitatis in terris calidis: ⁊ ꝯsueuit
aliqñ ptũ suũ sup dorsũ portare: hoc genꝰ buffonis lapidez
in fronte ꝯsueuit portare ꝓ quo ⁊ occidit: ille lapis diuerso/
rũ iuenit colorꝝ. aliqñ. n. iuenit albꝰ: ⁊ hic dicit eẽ melior. ali
qñ ẽt iuenit fuscus subniger ⁊ hic est bonus qñ in medio hȝ
guttã citrinã: ⁊ aliqñ iuenit virulẽtus ⁊ tpe meo iuuẽtus est
totꝰ viridis: aliqñ est buffonis figura ipressus. Borax pu/
gnat cũ aranea sicut ⁊ serpẽs ⁊ aranea desup veniẽs suspẽsa
filo pũgit cerebrũ vtriusqȝ corꝝ: sȝ buffo irascẽs iflat ⁊ aliqñ
crepat de veneno aranee. Borax raro apparet de die nisi ĩ
locis valde solitarijs ⁊ nõ egredit ḋ terra nisi tpe pluuie: sȝ
ḋ nocte aliqñ egredit: ⁊ tũc libẽter vadit ĩ vijs tritꝭ ab hoĩe
vinee flores odit ⁊ rutã ⁊ ꝑ illã fugat sic̃ ⁊ alia venenosa.

¶ Blacte vermes sunt a colore sic vocati: q̃ manum tangẽ/
tis tingunt blacte coloris qui niger est. hic vermis lucifuga
est: q̃ nõ nisi de nocte ambulat per contrarium musce que
lucipeta est: q̃ non volat nisi de die ⁊ quiescit in tenebris.

¶ Bomber v̇mis est q sericũ texit de quo mlta in ꝑhabitis
libris diximus. Sunt tñ multa bombicũ gñia: q̃dã. n. dicit
Plinius eẽ in Asia qȯ de luto facit nidũ adeo validũ ꝙ te/
lis pforari nõ pȯt ⁊ in illo gerit ceras ⁊ texit telã ad modum
aranearũ fila ꝯciens que valent ad ornamẽta puellarũ.

¶ Bruchꝰ v̇mis ẽ mior ꝙ̃ adlacta ⁊ ẽ niger. Est. n. ꝑmꝰ ptꝰ
locuste ⁊ cũ efficit maior vocat archalabꝰ ⁊ qñ ꝑficit ẽ locu
sta dicta q̃si lõga hasta: hastilia. n. duo crura retrahũt qbus
eleuat ad saltuȝ ⁊ volatũ. Bruchus aũt q̃ adhuc imobilis
est totũ depascit vsqȝ ad radices nihil viroris relinquens.

Cicendula ẽ v̇mis vnꝰ de noctilucis. Est ãt ex/
tra duas alas duras hñs vt scarabeꝰ: sȝ ẽ puꝰ
vt musca: ⁊ qñ volat extensis alis magis lucet.
Sĩr spũ itermoto lucidior efficit sic scintilla vẽ/
to sufflata. De die ãt lucẽs color extiguit ⁊ effi
cit aliꝰ. In Italia plus ꝙ̃ in alijs ptibꝰ iuenit.

¶ Cynomia latine deriuat a greco quod est musca canina:
q̃ cynos grece est canis: hec musca est cinerea sub pilis ca/
num ⁊ aliorum animalium pungens ⁊ eliciens sanguinem
⁊ precipue auribus canum insidet ⁊ vulnerat eas.

¶ Cynifes sũt v̇mes volãtes lõgis crurisbꝰ ⁊ ꝑuule musce in
capite habẽtes rostra qbꝰ pforãt pelles hoĩuȝ: maxime na/
scunt ex humore ⁊ iuxta aq̃s abũdãt. Sequunt aũt spiritꝰ
humidos exhalãtes ex aĩalibꝰ p̃cipue ex hoĩbꝰ: ⁊ hec ẽ cã ꝙ
in sero volãt ⁊ directo volãt ĩ aere sup capita sudãtiũ. Adeo
aũt sunt iportune p̃cipue in sero in estate in locis humidis
ꝙ delicati rhetia texunt circa lectos que canepea dicuntur.

¶ Culex ab aculeo quẽ ĩ ore hȝ acutissimũ nomẽ accepit. hec
eni pellẽ aĩaliũ terebrat ⁊ sanguinẽ excutit ⁊ acida libentius
suggit ꝙ̃ dulcia. Ita aũt diligit solez vt etiã in solis feruore
se exurat. ⁊ tũc maxime pungit qñ sol feruet in meridie.

¶ Cãtarides vermes sunt virides auri colore superlucẽtes
⁊ nascunt in sũmitate ramorꝝ fraxini ⁊ aliorꝝ arborꝝ ex hũo/
re q ẽ in folijs ⁊ ꝯualescũt corrosione foliorꝝ sicut eruce. Vo
lãt aũt ꝑ diẽ: nocte v̇o in vnũ globũ colligunt ⁊ in aceto mer
gunt ⁊ seruant ad diuersos vsus medicine: alligati enim fa
ciũt pustulas ex qbꝰ fiũt cauteria vtilia: eo ꝙ multũ trahũt.

¶ Carbones a Plinio vocant vespe maxime citrine longe
aculeos seuissimos hñtes: ita ꝙ veneno pullos eq̄ iterficiũt
vel pũgũt: hi crabones mella iutilia ĩ cauis arborꝝ ⁊ ĩ terris
faciũt ⁊ ceras corticales ⁊ siccas ad nihil vtiles: ⁊ dñt pasto
res ꝙ oc̄los hñt post succinctoriũ ⁊ exptꝰ sum verũ eẽ: sic̃ in
antehabitis determiatũ est: ⁊ iȯ a qbusdã apis ceca vocat.

¶ Cimex v̇mis est latꝰ in parietũ rimis iuxta lectos hoĩum
ꝯualescẽs ⁊ hoĩes mordens: ⁊ vocat cimex ab herba cimice
cuius hȝ fetorẽ. A vulgo aũt vocat pediculus parietis.

¶ Cicada v̇mis ẽ quẽ nos grilliũ vocamꝰ ab imitatiõe vocꝭ
nomẽ aptãtes. Est ãt duorꝝ modorꝝ. vnũ qdẽ qȯ ĩ rimis pa
rietũ ĩ locis calidis hitat ⁊ vespe ⁊ nocte cãtat. Aliȯ aũt qȯ
in herbis clamat ⁊ arboribꝰ: ⁊ vtrũqȝ ẽ musicũ ⁊ capite am/
putato caput diu viuit ⁊ corpꝰ: ⁊ q̃ spiritu clauso in pectore
format cãtilenã iȯ in meridie qñ est aer serenior clarius cã/
tat. Expti sumus ego ⁊ socij mei ꝙ capite amputato diu cã
tat in pectore sonãs sicut fecit antea. Quidã scarabonẽ illuȝ
qui cornua ceruina gestat ⁊ in syluis volat etiã cicadam ap
pellãt: ⁊ hoc nõ bene: q̃ scarabeus est ⁊ non cicada.

Eruca v̇mis est lõgus colore variꝰ multis pe/
dibꝰ cruris distẽsus. hic v̇mis ꝑ̊ bombicũ mo
re ⁊ aranearꝝ telas ĩ extremitate arborꝝ inoluẽ
do struit ⁊ ibi oua ꝑ̃ima reponit: ⁊ ex ouis il/
lis pue eruce ĩ ꝑn̊ v̇is ꝓueniũt q̃ ĩ Augusto te
cta subitrãt ⁊ a parietibꝰ itimis pẽdẽtes durã
circa se pellẽ ꝫhũt pelle pilosa quã priꝰ habuerũt exuta ⁊ vi
uit vita q̃si dormiẽtis ⁊ sopiti aĩalis ⁊ ex illa q̃si ouali nã aliã
formã volatilis accipiũt: ⁊ tũc ĩ autũno volãdo coeũt diutis
sime sibiinuicẽ adherẽdo: ⁊ femia qdẽ bifurcata vulua ĩ se
recipit caudã maris: ⁊ tũc tot oua femia ꝯcipit: ac si tota cõ/
uertat ĩ oua: ⁊ iȯ iuxta oua mortua q̃si pellis vacua inenit.
Oua autẽ facit arboribus adherens ⁊ plantis q̃ illarũ fo/
lijs pascit: postea autẽ quãdo volat longa ꝓmuscida quam
quandoqȝ incuruat quãdoqȝ extendit flores suggit.

¶ Exigulans vermis est ex re nomen habens q̃ totum ca/
put ⁊ gulã sanguini quẽ suggit immergit ⁊ tantuȝ trahit ꝙ
crepat ⁊ adheret labijs luporꝝ ⁊ canum: ⁊ vocat a quibusdã
pediculus sylue vulgariter autẽ theca vocat.

Formica v̇mis ẽ puꝰ valde q hic hȝ ꝓpriũ ꝙ in
maiori etate crescit ⁊ v̇tute. Est ãt ꝓuidẽs sibi
escas qdẽ nõ faciẽs vt apis: sȝ ꝯgregãs ⁊ ꝯdẽs
grana sicca colligit ⁊ ꝯdit: ⁊ si maiora sint ꝙ̃ vi
res suppetũt scindit. Vias ordiate obs̄uãt ne
exeũtes itrãtes ĩpediãt obuiãdo: grana ẽt hu/
mida siccãt ne putrescãt: ꝓnosticant auras: q̃ añ tp̄s tẽpe/
statis ad casas se ꝯgregãt. Mortuas dñr ferre ad sepultu/
rã. Sulphur ⁊ origanũ agreste ita abominant ꝙ si hec duo
pluerizata sup domos earꝝ spargant casas dimittũt. Mor
su suo venenũ spargũt q pustulas excitat: in senectute etiaȝ
q̃dã volare icipiũt. formica ẽt suggit fructꝰ ⁊ aĩaliũ corpora
que inuenit ⁊ exinde capit nutrimentũ: generãdo prio oua
facit que in vermes albos pãniculis inuolutos erumpunt
⁊ ex his in superficie ad solem expositis formice nascuntur:
hyeme quiescit cibo quem sibi estate prouidit sustentata.

¶ Formicaleon dicit leo formicarũ que alio nomine murmi
calon vocat. Hoc aũt aĩal nõ est primo formica vt qdã di/
cunt. Expertus eni sum multotiẽs ⁊ ostendi socijs hoc aĩal
exigularũ fere hẽre figurã: ⁊ abscondit in sabulo semisphe/
ram in sabulo fodiens cuius polus est os formicaleonis: ⁊
dum formice cã lucri trãseunt ipsas capit ⁊ deuorat. hoc se/
pius asperimus: in hyeme ẽt dicit cibos formicarũ diripe/
re: eo ꝙ in estate nihil ꝯgregat sibi: philomene ẽt auidissi/
me legunt formicas ⁊ oua earũ ⁊ ex illis ꝯualescunt ĩfirme.
Si credendũ est his que in epistola Alexandri scribunt de
mirabilibus Indie tunc in India sunt formice magne sicut
canes ⁊ vulpes crura habentes ⁊ vngues aduncos ⁊ custo/
diunt montes aureos: ⁊ homines accedentes discerpunt:
sed hoc non satis est probatum per experimentum.

LImax vermis est tardus q testudo vocaꝫ alimo in q̃ gñaꝫ ⁊ nutriꝫ sic vocat⁹: hyeme latet: vere ꝓdit q̃tuoꝛ hñs coꝛnua duo bꝛeuia ⁊ duo lõga que extẽdit qñ ꝓcedit: ꝯtrahit qñ recolligiꝫ in seipm: humoꝛ eius qui loco sanguinis est efficaciter impedit oꝛtum capilloꝛum.

¶ Locusta diciꝫ q̃si lõga hasta nõ q̃si loco stãs vt qdã dicũt: ⁊ est vermis gregatim egrediẽs ⁊ trãsiens de terra in terrã ad pabulũ: ita ꝙ ẽt ad exteras ad modũ nubis vẽto imisso venit regiones. Ouat aũt autũno que verno tẽpoꝛe faciunt bꝛutũ: oĩa deuoꝛãtẽ: caput hꝫ hñs figurã capitis eq: ⁊ añ os duo additamẽta dura que simul vicẽ labioꝝ supplẽt ⁊ dentiũ: dura est añ ⁊ dura post succinctoꝛiũ hñs q̃si coꝛnua phylana ꝓ cauda: lõga retro hꝫ crura ad saltũ ⁊ q̃tuoꝛ alia i vno latere ⁊ q̃tuoꝛ in alio ad gradiendũ: alas ẽt q̃tuoꝛ mobiles hꝫ ad volatũ mẽbꝛanales: ⁊ itestinũ vnũ soꝛde plenum q est succ⁹ herbarũ: ⁊ tot aliqñ simul gradiunꝫ ꝙ oẽs fruct⁹ terre destruũt: ⁊ iõ ꝓ lege habeꝫ in terris multis certis tẽpoꝛib⁹ exire in agrũ ⁊ locustas extirpare: mane frigoꝛe noctis stupefacte residẽt imobiles. Oꝛto aũt sole alis laxatꝫ oẽs egrediunꝫ per turmas sine rege ⁊ sine lege ciuilitatẽ tyrãnicã custodiẽtes: vna.n. aliã diciꝫ aliqñ deuoꝛare: hũc vermẽ dicũt parthos accipere in cibuꝫ: ⁊ foꝛte nõ est huius gñis locusta.

¶ Lanificus vermis est q ⁊ bomber diciꝫ q ⁊ sericũ facit. hic eruce hꝫ gnõnẽ. Istã pꝛimo vermis est: ⁊ folijs moꝛi cibat⁹ sericũ facit bonũ. Cibum aũt acciplẽs de folijs lactuce nõ adeo bonũ facit sericũ. hic vermis alb⁹ est ⁊ magn⁹ multis sicut eruca pedibus distẽsus: in collo hꝫ duo coꝛnua mollia alba ⁊ circa se facit sericũ croceũ vel albũ: oẽs.n. alij coloꝛis in serico fiunt per artẽ. Intus aũt iuolutus in folliculo circa qd̃ est sericũ ꝯuertiꝫ ad nãm oualẽ: ⁊ erũpit in volatile alatũ ⁊ debile minus q̃ꝫ fuerat vermis: ⁊ post coitũ triũ dieruꝫ oẽs moꝛiunꝫ mares. Femina aũt posita albo in pãno ouat oua plurima: ꝓpter qd̃ ⁊ ip̃a moꝛiꝫ. Pãnus aũt in loco vbi frigus oua gelare nõ poterit tota hyeme reseruaꝫ ⁊ in vere sole claro ⁊ calido existente soli exponiꝫ: ⁊ tũc ex ouis v̓mes nascunꝫ q iterũ cibo folioꝝ moꝛi sericũ faciunt: sicut parentes eoꝝ: ex oꝛe aũt extrahũt humoꝛẽ ex quo faciunt sericũ.

MUltipes est vermis q ⁊ cẽtipes vocaꝫ a quibusdã nõ ꝙ tot pedes hẽat: sed per hyperbolẽ dictũ est: qꝛ reuera nõ hꝫ nisi .44. in vtroqꝫ latere .22. ⁊ qñ paruũ est hoc aĩal est de his que igrediunꝫ aurem: aliqñ extẽdiꝫ in lõgitudine palmi p̃cipue in climatibus calidis. Ambulat aũt ad interioꝛa: qñqꝫ tñ ꝯuertiꝫ ⁊ in posterioꝛa ꝓcedit. In moꝛsu aũt hꝫ paruum venenum ⁊ paruum doloꝛẽ: sed quãdo moꝛdet in labio multum facit intumescere labiũ ⁊ moꝛdet hominem doꝛmienteꝫ: ⁊ diuisum in partes diu viuit.

¶ Musca vermis est not⁹ duab⁹ alis ⁊ octo pedib⁹ de putredine fimi: ⁊ de putredine aĩaliũ nat⁹: ⁊ iõ in aĩalib⁹ multiplicaꝫ humoꝛẽ suggit: ⁊ est duoꝝ generũ. q̃dã hꝫ rostrũ acutũ quo perfoꝛat pellẽ hoĩs ⁊ elicit sanguinẽ: ⁊ hec in campis iuxta aq̃s ⁊ in syluis magis eẽ ꝯsueuit: ⁊ huic fere ꝯfoꝛmis est que in domib⁹ est nisi ꝙ rostrũ acutũ nõ hꝫ ⁊ suggit humoꝛes inuentos: sed pellẽ ad extrahẽdũ humoꝛẽ penetrare nõ põt: ⁊ hec suggit fruct⁹ ⁊ cibos: ⁊ diciꝫ ꝙ carnẽ recẽtẽ suggendo iĩcit ꝙ nõ multo post scatere incipit vermib⁹: vtraqꝫ istarũ pedib⁹ posterioꝛib⁹ acuit alas ⁊ anterioꝛib⁹ caput tergit ⁊ rostrũ. In coloꝛe ẽt differunt magne musce: qm̃ q̃dã in toto sunt nigre ⁊ valde sicci ⁊ scabꝛosi coꝛpoꝛis: ⁊ ille sup̱fluitatẽ emittunt nigrã: ⁊ illã vt frequẽtius ꝓijciũt in albos pãnos ⁊ albos parietes: que de facili nõ purgaꝫ eodẽ anno quo facta est: sed in sequẽti anno qñ exiccata est. Alia ẽt est magna: sed in posterioꝛi parte hꝫ guttulas albas: ⁊ hui⁹ superfluitas est alba ⁊ ꝓijcit eã in locũ superficiei nigre: ita ꝙ aliquando vidi ꝙ longe aduolauit ad pannum nigrum et albam pꝛoiecit superfluitatem ⁊ subito reuolauit vnde venerat. Musca glutita integra non nocet: fracta inter dentes ⁊ sic comesta magnum excitat vomitũ pꝛecipue in pueris. Fracta ⁊ alligata super locum veneno infectum ad se trahit venenũ. Plinius etiam narrat de musca que pyrella vocatur ⁊ magna est in Cypꝛo abundans que in foꝛnacibus manet in igne viuit: ⁊ duꝫ a loco ignis auolauerit subito moꝛitur.

OPinacum dicunt vermem venenosum cũ serpente non viribus: sed audacia animi ⁊ ingenio pꝛeliantem ⁊ vincentem. ⁊ hoc fit adherẽtia vermis immediate sub capite serpentis: exiguus enim est: ⁊ ibi auelli non potest: ⁊ sic perimit serpentem.

PApiliones sꝫ v̓mes volãtes mltoꝝ coloꝝ. Quidã.n. sꝫ i alis sic̃ purpura: qdã albi: qdã hyacitini: ⁊ qbusdã q̃dã iest rubedo: hi sꝫ q i autũno coeũt: ⁊ p⁹ coitũ masclus moꝛiꝫ: ⁊ tc̃ oua fac̃ femia ⁊ ip̃a siľr moꝛiꝫ. Ex his ãt ouis p⁹ hyemẽ alij volãtes ꝓducunꝫ: lõgas valde ⁊ i se reflexas hñtes ꝓmuscidas: q roꝛes suggũt d̓ floꝛib⁹ ⁊ his viuũt.

¶ Phalãgie sunt de gñe araneaꝝ paruarũ habẽtes moꝛsuꝫ venenosum que aliqñ nares itrãt hoĩuꝫ ⁊ pecudũ. Cũ autẽ nares cerui igrediꝫ in periculo ceruũ dicit eẽ Plinius nisi cito cancros habeat in cibũ. Habitat aũt in specubus ⁊ ibi ouat: ⁊ dicit Semeryon phs ꝙ ex moꝛsu earuꝫ ⁊ q̃rũdã aliarum accidit ventositas plurima in ventre cuꝫ hoꝛripilatione ⁊ frigoꝛe extremitatum ⁊ erectione virge vel dilatatione labioꝛum vulue si feminam percusserit.

¶ Pulices nascunꝫ ex puluere humefacto ⁊ calefacto pꝛecipue si admiscenꝫ caloꝛ aĩaliũ ⁊ spirit⁹ exhalantes ex aĩaliuꝫ coꝛpoꝛib⁹. Est aũt aĩal nigrũ rotũdũ acutissime ꝓmuscide de q̃ terebꝛat pelles aĩaliũ ⁊ elicit per poꝝ sanguinẽ ⁊ aliuni trahit ad sup̱ficiẽ: ita ꝙ rubet loc⁹ vbi momoꝛderit: hastas hꝫ posteri⁹ ad saltãdũ: ⁊ pedes alios sex ad ambulãdũ ⁊ est velocis icessus: s̄m ꝓpoꝛtionẽ sui coꝛpoꝛis acutũ hꝫ caput: ⁊ tãtũ trahit de sanguine ꝙ ꝯtinue posteri⁹ emittit eũ denigratũ ⁊ arefactũ: oua ei⁹ sicut ⁊ pediculoꝝ sunt lendes ⁊ his iterdũ plenũ iueniꝫ: ⁊ cũ ꝯgreganꝫ semp̱ iueniꝫ magn⁹ cum p̱uo ⁊ paru⁹ est masculus ⁊ magn⁹ est femina. Qui auteꝫ in p̃n° veris in Martio vel Apłi nascunꝫ deficiũt in Maio. Madi⁹ ãt pulices nõ hꝫ aut valde paucos. Qui ãt post madiũ oꝛiunꝫ ⁊ ꝯtinuãt vsqꝫ ad hyemẽ i Augusto magꝫ ifesti sꝫ.

¶ Est autem quoddã pulicum genus ꝙ terre pulex vocaꝫ ⁊ herbas depasciꝫ quãdo pꝛimo de seminibus oꝛiuntur.

¶ Effugatio aũt pulicũ vt dicit Auicẽ. fit qñ aspergiꝫ dom⁹ cũ infusione collognitide: tunc.n. dissiliunt ⁊ fugiunt: ⁊ siľr ex decoctione rubi. dixerunt ẽt qdã ꝙ qñ sanguis hirci infundiꝫ in fouea in cauda congreganꝫ illuc pulices ⁊ moꝛiunꝫ: ⁊ siľr aggreganꝫ sup̱ lignũ linitũ adipe ericij: fugiunt ẽt odorem caulis ⁊ folioꝝ oleandri: ⁊ iõ vocaꝫ herba pulicum.

De effugãdis pulicib⁹ Auicẽne experi.

¶ Pediculus est vermis de putredine q̃ in extremitate poroꝝ hoĩs ẽ gñat⁹ vel q̃ de ea aggreganꝫ: ⁊ foueꝫ caloꝛe hoĩs vel aĩalis in plicis vestiũ: ⁊ siľr gñanꝫ in alijs aĩalibus ⁊ p̃cipue i auib⁹ rapacib⁹. Signũ ãt est pueros voꝛaces multos hr̃e pediculos: ⁊ ex cibo fructuũ ⁊ p̃cipue ficuũ pp̱ grossitieꝫ chimi plurimos gñari pediculos. Diciꝫ ãt pediculus a pedib⁹ quos multos hꝫ hoc est sex. Coloꝛanꝫ aũt s̄m nãm humoꝛis ex cui⁹ coꝛruptione gñanꝫ: sꝫ auiũ pediculi q vulturũ pediculi noĩanꝫ lõgi sunt graciles multoꝝ pedũ ⁊ fusci. Hominũ aũt ⁊ ouiũ sunt lati ⁊ magis spissi. Quidã aũt est pediculus quẽ Gal. pediculuꝫ vulturis vocat q ⁊ grece mẽluke diciꝫ ⁊ in iguine hoĩs ⁊ in pilis nasciꝫ ⁊ sub ascellis cui⁹ moꝛsus nõ vꝫ nisi qñ multũ creuerit: ⁊ tũc moꝛsus ẽ venenosũ: facit.n. moꝛsus ei⁹ aliqñ erũpe sanguinẽ p̱ venã ani ⁊ p̱ nares ⁊ ex stomacho p̱ vomitũ ⁊ ex pectoꝛe ⁊ p̱lmone ⁊ ex radicib⁹ dẽtiũ: ⁊ aliqñ ita magnificaꝫ tumoꝛ ꝙ nõ recipit medicinã. Meli⁹ ãt ẽ vt laueꝫ moꝛsus succo lactuce. Saxifragia ãt cõtrita ⁊ argẽtũ viuũ cũ oleo vľ butyro vel veteri arũgia ꝫone suplinitũ ⁊ iter vestes poꝛtatũ occidit pediculos efficaciter sic̃ multi sũt expti: puluis ẽt argẽti viui imixt⁹ pulueri plũbi si super carbones spargaꝫ ⁊ vestes desuper teneanꝫ vel homo stans intra vestes fumũ excipiat pediculos occidit.

RAna v̓mis ẽ q̃drupes in figura buffonis: sꝫ nõ hꝫ venenũ lõga posteri⁹ ãteri⁹ bꝛeuia hꝫ crura cũ digitis lõgis ⁊ mẽbꝛanã hꝫ iter digitos ad natãdũ: linguã hꝫ palato adherẽtẽ. ⁊ iõ vox ei⁹ ẽ coax de gutture ad os sonãs: ⁊ qꝛ nõ idirectũ ligua ipediẽte ꝓcedit spirit⁹ vocalis: ⁊ iõ vesicas duas iflatas fac̃ a latẽ oꝛis: ⁊ cũ vocat iferi⁹ labiũ i aq̃ tenet sup̱ficie ⁊ supi⁹ extra aqꝫ tenet ⁊ nõ vocat nisi mas q clamat feminã. In Augusto aũt diciꝫ adeo cõpꝛessa habere la-

bia ꝙ ẽt instrumẽto aperiri nõ pñt extra aquã: cũ ledit erilẽ dat vocẽ sicut mus qñ est in timore. Coit aũt in vere ⁊ ouat multa oua in aq̄ in alteriꝰ anni vere ex coitu illo: ⁊ in medio ouoꝝ illoꝝ rana latet abscõdita: ⁊ cũ oua egrediunt sũt magni capitis: ⁊ ventrẽ hñt iuxta caput: ⁊ posterius hñt caudã cũ pinnis ad natãdũ: ⁊ postea post madiũ decidit cauda et formant ei q̄tuor pedes. Hyeme latet extra aquã in rimis calidis ⁊ aliqñ in aq̄s sub terra: que hyeme sũt calide: in vere ꝓcedit ad aq̄s: aliqñ ẽt qñ in autũno frigore corripi incepit itrat in domũ hoĩuz: ⁊ aliqñ repit in sinũ sup ignẽ hoĩs vel sup vẽtrẽ: dicũt qdã ꝙ si lingua rane aq̄tice natãtis supponat capiti dormiẽtis i somno loquet ⁊ reuelabit secreta.

¶ Rana est q̄dã que rubeta vel rubetũ vocat: eo ꝙ frequenter in rubo sedet ⁊ in arũdineto: huiꝰ ẽt tã in aq̄ q̄z in terra vita est eq̄liter de q̄ mira dicũt multi: hz.n. hec venena sed pauca: hoc genus in hamũ positũ purpuras de mari ad se trahit ⁊ allicit: officulus dextri lateris eiꝰ vas aqua ferueñs deferuere facit ipositus: nec vltra aq̄ feruebit nisi extrahat officulus. Cinis eiꝰ sicut ⁊ cinis leporis marini medicamẽ est ꝯtra venenũ ipoꝝ. Est iterũ rana paruula in harũdineto viuẽs vnica: que si forte a bobꝰ hauriat vẽtres eoꝝ tãta distẽdit corpulentia ꝙ scindi vident. Itẽ est rana viridis q̄ arbores ascẽdit ⁊ futuras pluuias cãtãdo p̄dicit: ⁊ silet alio in tpe q̄ dicit obmutescere facere canẽ si in os eiꝰ proijciat.

¶ Rutela vt dicit Galenus ⁊ Auicẽ. ⁊ Semeryon ẽ aial silẽ aranee q̄ venatrix est muscarũ: ⁊ iõ dicit eẽ de gñe aranearũ ⁊ nõ est serpẽs sicut qdã dicunt ⁊ male opinant. Est aũt hoc aial in gñe acceptũ s̃m Auicẽ. sex modoꝝ. Primꝰ aũt est rotũde figure ⁊ vuei coloris hoc est ad nigredinẽ declinãtis: ⁊ vocat abarbasyon in greco. Secũda aũt nominat auros et ẽ aliquãtulũ latioris corporis: sz tñ rotũde figure ⁊ apparẽt circa collũ eiꝰ q̄dã squame ⁊ sup os eiꝰ sũt tria ꝓminẽtia: ⁊ sũt rara leuia. Tertius modus murkyon vocat. Est aũt in similitudine magne apis: ⁊ color eiꝰ ꝯclinat ad cinereitatẽ: ⁊ corpꝰ eiꝰ tegit paruis corporibꝰ eminẽtibꝰ rubeis ⁊ p̄cipue in dorso. Quartus modus dicit sagũdofoon: eo ꝙ totũ corpus eiꝰ ⁊ caput est duruz: ⁊ hoc hz alas sicut sunt ale magne formice. Quintꝰ aũt modus est dictꝰ sudyon: eo ꝙ est longi corporis ⁊ subtilis ⁊ sup corpꝰ eius sũt pũcta ⁊ p̄cipue iuxta caput ⁊ collũ. Sextꝰ aũt modus dicit furbul: eo ꝙ ẽ lõgi corporis viridis colorꝫ: ⁊ hz aculeũ sb collo q̄si. hi võ sex modi accipiunt ab antiq̄ssimis grecoꝝ: sicut a Semeryon: ⁊ quibusdã alijs. Galenꝰ aũt duodeci modos dicit eẽ aranearũ rutelaꝝ ⁊ deterior oĩuz illarũ vt dicit est egyptiaca. Quedã aũt est rubea q̄si ipa sit aranea rotũda: q̄daz ẽt est alba hñs rotũdũ vẽtrẽ ⁊ paruũ os: q̄dã ẽt est stellata q̄ est acuti dorsi: cuz lineis lucidis: q̄dã ẽt est citrina pilosa: q̄dã est vuea cui hoc nomẽ appropriat ꝑꝑ talis coloris ꝓprietatẽ: q̄dã ẽt est cuiꝰ mediũ capitꝫ ⁊ pedis sũt breuia: ad posteriora aliquãtulũ recurua: ⁊ cũ vult pũgẽ ꝓijcit se priꝰ sup pedes suos: ⁊ cũ vult suggẽ prio euomit q̄zdã humiditatẽ paucã: ⁊ est aliquãtulũ subtilior q̄z vuea. q̄dã ẽt est dicta formicalis formice silis rubeũ hñs collũ: ⁊ nigrũ caput: albũ dorsuz: picta diuersis coloribꝰ: q̄dã ẽt est vespalis rubea silis vespe: q̄dã ẽt est herbalis rotũda ꝑua paruũ hñs os ⁊ subalbidũ ventrẽ: ⁊ albos pedes multoꝝ piloꝝ: egyptiaca q̄ priꝰ est noiata maligna est valde hñs vẽtrẽ ⁊ caput magnũ silis aiali qõ volat in circuitu cãdele. oẽs.n. isti modi rutelaruz mordẽt: ⁊ sicut dicit Gal. nõ accidit morsui rutele qõ accidit morsui scorpionis: eo ꝙ morsus modoꝝ rutele nõ obuiat vene: nec facit difficultatẽ egestionis in pluribꝰ. Isti aũt q ponũt sex primos modos rutelarũ dicũt: ꝙ oẽs illi sex modi cõueniũt in hoc ꝙ apostemat locꝰ morsus eoꝝ ⁊ ꝙ locꝰ prio est rubeꝰ ⁊ in pluribꝰ eoꝝ accidit coagulatio sanguis viridis: in q̄ sentit pruritꝰ: ⁊ qõ est ibi iflatio valde magna ⁊ accidit iflãmatio mẽbris neruosis ⁊ ossibꝰ frigiditas: sicut sũt genua ⁊ dorsuz ⁊ spatule: ⁊ ifrigidat corpꝰ ⁊ tremit ⁊ sentit horripilatio: ⁊ sentit morsus dolorẽ vehemẽtẽ ⁊ est isomnis ⁊ vigil ⁊ clamat ⁊ color efficit citrinꝰ: ⁊ videt ꝙ sui oculi sũt humidiores q̄z erãt: ⁊ distillãt lachryme guttis frequẽtibꝰ ⁊ sentit in iferiori pte vẽtris ⁊ ꝓpe pectinẽ sicut euacuatio ⁊ inanitio: ⁊ icipit nã expellere mãm aquosaz superiꝰ ⁊ iferiꝰ: ⁊ qñq̄z apparet in illa mã aliq̄d qõ est sicut tela aranee ⁊ accidit iguinibꝰ ⁊ testiculis iflatio ⁊ iũcturis ꝯtrctio sicut spasmꝰ: ⁊ accidit dolor oris stomachi ⁊ nausea ⁊ emittit corpꝰ dolorẽ frigidũ ⁊ fortasse dolet caput: accidit ẽt faciei citrinitas ⁊ corpori grauitas ⁊ vrine motꝰ aliqñ cũ pũctura: ⁊ qñq̄z egredit aliqd cũ ea qõ videt eẽ sicut aranea. Gal. aũt dicit ꝙ spãliter accidit ex morsu rubee dolor paruꝰ velocis sedationis: in nigre võ ⁊ varie morsu est dolor fortis cũ horripilatione ⁊ frigore tremore ⁊ grauitate coxarũ ⁊ pruritu ⁊ putrefactione ⁊ mollificatione vẽtris a fluxu eiꝰ. In stellate võ morsu fit fortis dolor cũ pruritu ⁊ horripilatiõe ⁊ stupore ⁊ grauitate capitis ⁊ mollificatiõe corporis. Ex vuea võ accidit dolor vehemẽs in loco ꝑcussionis ⁊ frigꝰ corpis totiꝰ ⁊ horripilatio ⁊ tremor ⁊ spasmꝰ ⁊ sudor currit frigidus ⁊ abscisio vocis ⁊ stupor in corpore toto ⁊ apostema in vẽtre ⁊ tẽsio in virga ⁊ pectine ⁊ vomitꝰ ẽt absq̄z volũtate. Nigra aũt fumosa ẽ maligna ⁊ accidũt ex morsu eiꝰ dolor stomachi ⁊ frequẽtia vomitꝰ ⁊ dolor capitꝫ ⁊ tussis ⁊ difficultas velociter iterficiẽs. Ex morsu aũt citrine pilose fit dolor fortis valde ⁊ accidit tremor frigidus cũ iflatiõe vẽtris ⁊ iterficit multotiẽs: qdã eni dicũt ꝙ morsui vuee accidit erectio virge ⁊ tẽsio cuz exitu spermatis ⁊ spasmo ⁊ abscisio vocis: sz hoc nõ est multũ ꝓbatũ. Formicalis aũt morsus est vehemẽs ⁊ accidit ex eo hesitatio corporis ⁊ grauitas lingue. Ex vespali võ accidit apostema in loco ⁊ spasmꝰ ⁊ ꝓfundus somnus dominãs ⁊ debilitas ãboꝝ genuũ. Illiꝰ ãt q̄ ꝑua ẽ herbalis morsui accidit qõ accidit ex morsu vuee. Egyptiaca võ ẽ maligna ⁊ facit accidere dolorẽ capitis vehemẽtez ⁊ ꝓfunditatẽ somni.

STelle figura v̇mis est vt dicit Pliniꝰ q nocte vt stella lucet: sz nunq̄z apparet nisi qñ post magnas nubes p̄dicit serenitatẽ: huic vermi tãtũ dicit rigidũ frigꝰ in eẽ ꝙ extiguit ignẽ sicut glacies: eiusdez ẽt sanie si caro hoĩs ꝯtacta fuerit toti defluunt capilli: ⁊ qõ tactum fuerit mutat in virorem: ⁊ de his etiã dicit ꝙ nihil gignunt nec est in eis mas vel femina: ergo ex putredine generantur.

¶ Spoliator colubri vermis ẽ coloris aurei viridi colore interlucẽte q currit in puluere in vijs cãpestribꝰ ⁊ deuorat scarabeos ⁊ suggit eos: hũc spoliatorẽ colubri aiũt dici: qr per caudã corpꝰ colubri ad solẽ iacẽtis ascẽdit: ⁊ prio caput colubri ꝯfricãdo demulcet: ⁊ postea mordet nec deserit fugientẽ colubꝝ donec cerebꝝ eiꝰ penetret ⁊ õ carnibꝰ mortui satiet: de hoc dicũt ꝙ prio natꝰ a parẽtibꝰ cibat: ⁊ postea sine cibo diu iacet imobilis tãdẽ ad curã sui excitat ⁊ ꝓcurat seip̄m.

¶ Seta est v̇mis lõgꝰ cubitalis adeo exilis vt seta vel pilus de iuba vel cauda eq putet: vñ ⁊ nomẽ accepit. Hic in aq̄s stãtibꝰ nõ multũ corruptꝫ gñari iuenit: ⁊ ẽ adeo durꝰ ꝙ ꝯteri pede nõ põt: ⁊ si bulliat nõ emollescit. Haustꝰ ãt ab hoĩe cũ cruciatu ⁊ lãguore vitã aufert. Alr ãt tactꝰ ñ ifert nocumẽtũ. hic v̇mis caput nõ hñe vĩ ⁊ ad vtrãq̄z ptẽ natat. Forte ãt hic de pilis nascit equoꝝ: qr pili eq in aq̄ positi stante vitã ⁊ spiritũ accipiũt ⁊ mouent sicut multotiẽs experti sumus.

Quid õ pilis eq sit expertꝰ.

¶ Stupestris vermis est scarabeo similis latens inter herbas ⁊ haustus a bobus viscera bouis disrumpit dum fel comestus attigerit. Abundat autem in Italia.

¶ Sãguisuga v̇mis palustrꝫ ẽ notꝰ: eo ꝙ sãguinẽ aialiũ suggat sic vocatꝰ. hic v̇mis multoꝝ modoꝝ ẽ: sz apõ nos sũt nigre in toto ⁊ plane ⁊ sũt v̇gulas rubeas in dorso hñtes ⁊ aliquãtulũ rugate ⁊ he sunt meliores: pedes nõ hñt nec aliqõ mẽbrũ vt vĩ. i toto.n. siles sũt sicut colũna: he adhibent corporibꝰ vt sup̄fluũ sãguinẽ exuggãt. Sz qr ẽt venenosa aliqñ suggũt ⁊ timẽdũ ẽ ne veneno ifecti sint priꝰ in olla noua ꝑuo sale aspse sunt maturãde vt venenũ vomãt: ⁊ postea calido sanguie agni parũ cibãde: ita ꝙ eo aspgant: ⁊ post duas horas vel tres post hoc corpi apponẽde: q̄dã haꝝ iuisibiles sũt ⁊ filares ⁊ hauste in aq̄ adherẽt iteriꝰ gutturibꝰ hoĩuz ⁊ aialiũ ⁊ idesinẽter faciũt fluere sãguinẽ. Si ãt locꝰ vbi adheret sale ifundat fortiter stati erit sãguisuga: ⁊ si locꝰ quẽ momorderit nimiũ sanguinez fuderit sanguisuga cõburat in testa ⁊ puluis eius desuper ponat. hic vermis vulnus facit triãgulum: auiditate etiam suggendi dulcem sanguinem hominis succum emittit ⁊ alium continue recentiorẽ suggit.

Nõ de sanguisugis.

¶ Scorpio v̇mis ẽ niger multoꝝ pedũ ⁊ hz añ loco manuuz duo bifurcata magna sic cãcer: ⁊ cornua gracilia hz sic cãcer. Inter oia aũt rugosa ⁊ intersecta solus hz caudam longam in fine hoc est in vltimo nodo caude: aliquis eorum

hꝫ aculeos duos qbꝰ arcuato ferit vulnere: qm̄ nō pōt ferire nisi ad dorsuꝫ in modū arcus caudam recuruet. Scias aūt ꝙ vt dicit Auicēna scorpio femina maior est q̄ꝫ scorpio masculus. mas. n. est extenuatꝰ ⁊ minutus ⁊ femina pinguis ⁊ magna: ⁊ aculeus femie est subtilis. Aculeus aūt maris est grossus: ⁊ accidit ꝙ qdā hn̄t duos aculeos vt dixímꝰ q duo foramina faciūt pūgēdo: ⁊ id qd̄ pūctū ē ifrigidaꝛ ⁊ reliquū corpꝰ calefit ⁊ efficiꝛ sudor frigidus. Est aūt qddā genꝰ scorpionū alatū: ⁊ istud est magnū: sꝫ multotiēs volātem deijcit vētus: ⁊ sic aliqñ scorpio ille alatꝰ cū vēto vadit de regione ad regionē de vicina ad vicinā subuectus vēto. In spōdilibus aūt caude scorpionū est diuersificatio: qdā. n. sūt q hn̄t sex spōdiles in cauda ⁊ hoꝝ malitia est fortis in ortu stelle q̄ diciꝛ aqla siue vultur latine: abara autē arabice qm̄ hec stella oriꝛ cū sole tūc iterficit pūctura eiꝰ. Quidā ēt scorpiones hn̄t in cauda spōdiles pauciores. Tradūt aūt antiq ꝙ scorpiones sūt nouē coloꝝ: albi videlicet citrini ⁊ rubei cinericij ferruginei ⁊ virides aurei nigras caudas habētes ⁊ extremitates caudarū vinosi coloris. in percussione sentiꝛ pūctura acus ⁊ dolor nociuꝰ. Sunt ēt fumosi de quoꝝ pūctura accidit risus ⁊ permixtio rōnis. Ex scorpionū aūt pūctura accidūt multa ꝙ videlicet locꝰ apostemaꝛ statiꝫ apostemate duro ⁊ rubeo ⁊ dolor ꝯtēsus ⁊ qñqꝫ iflāmaꝛ ⁊ qñqꝫ ifrigidaꝛ ⁊ imaginaꝛ percussus se ꝯtundi pilis qbꝰ sal ꝯtundiꝛ ⁊ accidūt dolores subito: ⁊ est punctura sicut punctura acus ⁊ sequiꝛ sudor ⁊ tremor labij ⁊ frigus ⁊ vomitꝰ viscosus q̄ cōgelaꝛ statim ⁊ horripilatio ⁊ ruptura piloꝝ ⁊ tremor ⁊ frigꝰ extremitatuꝫ p̄cipue illarū q̄ sunt ꝓpe vulnus illud: ⁊ mollificatio totius corporis ⁊ eminētia inguinū ⁊ extēsio virge: ⁊ accidit iflatio in vētre ⁊ forrasse pedis fortiter p̄cipue si in iferioribꝰ sit pūctura: ⁊ accidūt apostemata ascellarū ⁊ eructuatio plurima ⁊ alteraꝛ superior. Si aūt scorpio fuerit vehemētis malitie erūt accidētia mala valde. tūc. n. est pūctura sicut cauteriū adustū ⁊ corpꝰ totū rigorē patiꝛ cū frigore. ⁊ fluit ad labia humiditas viscosa que iter ipsa labia cōgelaꝛ ⁊ currit ex oculis multa humiditas q̄ lippiēs in angulis coagulaꝛ: ⁊ alteranꝛ forme ⁊ egrediꝛ anus ⁊ apostemaꝛ virga ⁊ igrossaꝛ lingua ⁊ stridēt dētes ⁊ claudunꝛ cōpressi ⁊ nō aperiunꝛ. Dicit ēt. Gal. ꝙ malū est valde si pūctura est sup arteriā: tunc. n. accidit syncopis: ⁊ si inenerit neruos accidit spasmus aut si inenerit venas accidit putrefactio. Illi autē q sunt in Italia parui sunt ⁊ nō iferūt magnū malū nisi in loco arteriarū vulnerēt. hoc aial onat ⁊ facit pullos: ⁊ dicunt qdā ꝙ pater nitiꝛ deuorare eos: sꝫ imunes sunt q se clunibꝰ matris imittūt: sꝫ hoc est falsum: ⁊ hoc qd̄ vidi de hoc aiali est ꝙ cū mersissez in oleo oliue. xi. diebꝰ vixit in vitro ambulās i fundo olei ⁊. xx. die mortuū fuit ⁊ eleuabanꝛ ampulle de iūcturis anuloꝝ eiꝰ in oi ꝑte in oleū. hoc. n. oleū i q̄ putrefactꝰ ⁊ mortuꝰ est scorpio diciꝛ esse remediū pūcture ipsius.

Nō de oleo i quo mortuꝰ ē scorpio.

Thamur vel samyr dicūt eē vermē quo vitra ⁊ lapides diuiduntur ⁊ quo strutiones pullos suos in vitris ꝯclusos vitra diuidētes extrahūt: ⁊ quo Salomon marmora ad libitū diuisit: sꝫ hoc ē fabula ⁊ puto eē ꝺ erroribꝰ iudeoꝝ.

Tappula v̄mis est q q̄ternis pedibꝰ it sup aq̄s ⁊ est aranea aq̄tica. Currit āt ēt in terra ⁊ depssus sub aqua nō madidaꝛ nec mergiꝛ. sicco etiā vestigio videꝛ ambulare super aquas ⁊ velociter valde trāsit aquaruꝫ spatia: aliquando tamen lassus subsistit ⁊ recipit vires.

Testudo vermis est de putredine herbarū ⁊ viscoso rore gn̄atꝰ: ⁊ ineniꝛ alba rubea crocea ⁊ nigra culꝰ viscositas terrestris in gyro durescit in testā in q̄ hitat. Diciꝛ ꝙ dū serpētis veneno aliqñ infundiꝛ: sibi per herbā notā medeꝛ. Sale sup eā ꝓiecto tota liquescit fere ⁊ in aquā viscosaꝫ ꝯuertiꝛ.

Tynea vermis est a tenendo dictus: qꝛ de exhalatione corrupte lane oritur ⁊ ipsam corrodit lanam ⁊ pilos.

Teredo vermis est ligni: eo ꝙ eūdo edat i lignū: hūc vermē qdā latine trenutē dicūt vocari. Nasciꝛ aūt de humore corrupto in ligno: ⁊ dum nasciꝛ foraminatim eredit lignū: ⁊ per foramē exit. hic humor est ex eo ꝙ dū secaꝛ lignū ꝯceptū in se humorē nō hꝫ maturū. In oriēte aūt diciꝛ ꝙ ꝑꝑ lignoꝝ siccitatē teredines in lignis nō nascunꝛ. In climatibꝰ autē nostris que sūt a qnto vsqꝫ ad septimū inueniunꝛ teredines in oibꝰ lignis: rariꝰ tn̄ inueniunꝛ in quercu ⁊ tylia q̄ꝫ in alijs.

Tarinus vermis est qui in lardo porci nasciꝛ quando putrescit ⁊ est vermis hirsutus.

Vria vermis est porci ab vrēdo dictus: qꝛ vbi mordet vesice surgunt: ac si locus vstus sit.

Uermis qd̄ oibꝰ nomē cōmune est specialiter sibi lumbricos terre vendicat: eo ꝙ de solis terre exhalatione nasci dicatur.

Uermes celidonie dicūt esse q in celidonis regione in aqs feruētibꝰ viuūt: ⁊ si trāsferanꝛ ad aquas frigidas statim moriunꝛ: sed hic lꝫ sit famosuꝫ tamē a rumore vulgi potius acceptū est q̄ꝫ certo experimēto ꝓbatū sit.

Uesparū genera multa sūt sicut nos in antehabitis libris ostendendo distinximus: sed oia mella inutilia colligunt ⁊ plerūqꝫ in luteis parietibꝰ ⁊ in terra nidificāt quedā coꝝ intra pisciū querūt in cibū: quedā ēt carnes suggūt. Pūctura aūt vespe ⁊ p̄cipue citrine est vehementioris calefactionis q̄ꝫ pūctura apis ⁊ accidūt ⁊ ex pūctura ⁊ morsu eius dolor ⁊ rubedo ⁊ apostema. Est aūt qddā genus magne vespe qd̄ hꝫ caput nigrū ⁊ hꝫ aculeos plurimos ⁊ est interficiēs: ⁊ ille sunt maioris perniciei: ⁊ aliqñ punctura earuꝫ perducit ad spasmū ⁊ ad genuū debilitatē. Similiter etiā in paruarum morsu qñqꝫ augeꝛ tumor qm̄ faciūt eleuari in loco puncture vesicā ⁊ grauāt linguā. Hec igiꝛ de v̄mibꝰ dicta sint a nobis.

Jam expletus est Liber aialiuꝫ ⁊ in ipso expletū est totum opus nāǁū: in quo sic moderamen tenui ꝙ dicta peripatheticoꝝ ꝓut melius potui exposui: nec aliqs in eo pōt deprehendere quid ego ipse sentiā in pħia nāli: sed qcunqꝫ dubitat cōparet ex his que in nostris libris dicta sunt dictis peripatheticoꝝ: ⁊ tunc reprehendat vel consentiat me dicens sciētie ipsoꝝ fuisse interpretē ⁊ expositorē. Si aūt nō legēs ⁊ cōparās rep̄henderit tunc ꝯstat ex odio eū reprehēdere vel ex ignorātia: ⁊ ego taliū hominū parū curo reprehēsiones.

FINIS

Accuratissime aūt emendatus fuit Liber iste per sollertissimuꝫ philosophum Marcum Antonium Zimaram, pħiam Padue publice profitentē, deo laus ⁊ honor adsit. Venetijs impensa heredū quondaꝫ nobilis viri Dn̄i Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis: ac sociorum. 27. Madij. 1519.

## Registrum

aa Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Uu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc.

aa Ccc Terni: Ceteri alij Quaterni.